



# SYLVAE COMMVNIVM OPINIONVM DOCTORVM VTRIVSQVE CENSVRAE,

IN TRES LIBROS DISTINCTAE,

FRANCISCO VIVIO AQVILANO V. I. C. AVTHORE,

## LIBER SECVNDVS.

Cum rerum & verborum Indice, ad quasuis insigniores & notabiliores decisiones inueniendas, summo studio fideliter edito.








AQVILAE,

Apud Georgium Daghanum Monteripellium Sabaudium,
Anno Domini, M. D. LXXXII.




# COMMVNIVM
# OPINIONVM DOCTORVM VTRIVSQVE CENSVRAE.

## LIBER SECVNDVS.

Cum quamplurimis declarationibus in praxi necessarijs, Authore Francisco Viuio, Iurisconsulto Aquilano.

### SVMMARIVM.

1 *LAICVS non potest exercere officium vicariatus Episcopi.*
2 *Clericus coniugatus non potest esse vicarius Episcopi.*
3 *Laicus potest esse assessor Episcopi, & cuiuscunque iudicis ecclesiastici.*
4 *Episcopus potest committere laico causam ecclesiasticam ciuilem, non autem criminalem, vel spiritualem.*
5 *Papa potest committere iudicibus laicis causas criminales clericorum, & tunc iudicabunt non tam ex propria iurisdictione, quàm ex iurisdictione Ecclesiæ ipsis demandata.*
6 *Papa potest concedere laicis potestatem conferendi beneficia.*
7 *Papa potest delegare laico, vt aliquem excommunicet; secus verò Episcopus, qui non potest.*
8 *Papa non potest conferre iurisdictionem ordinariam laicis in clericos, sed delegatam sic; & laici talem iurisdictionem tempore, vel consuetudine acquirere nequeunt.*

### OPINIO CCCCXL.

1 LAICVS non potest officiú vicariatus Episcopi exercere; & sic non potest esse vicarius ipsius Episcopi: secundùm Glos. in c. præter. §. verùm, in verb. Ducibus 32. distinctione, & in c. benè quidem in ver. Laico, & ibi Docto. 96. distin. Bertachinum in tract. de Episcopo. in 7. par. 4. lib. quæstio. 18. Abb. in c. decernimus de iudi. vbi cum eo transeunt Barbac. nu. 32. Fely. nume. 6. Deci. nume. 120. Ripa nu. 116. & Marcus Mantua numero 33. qui ostendunt istam esse communem opinionem: & sequitur etiam Angelus de Clauasio *Cōis opin.* in sua summa Angelica, in verbo. Laicus. §. 3. vbi hanc communem limitat per text. in c. fin. ne clerici. vel monac. lib. 6. procedere in spiritualibus, nō autem in temporalibus, in quibus potest Episcopus eligere vicarium secularem, habendo iurisdictionem temporalem in suo Episcopatu.

2 Et utiliter inibi hi Doctores idem procedere, ac uerum esse censent in clerico, qui sit coniugatus: & idem notant etiam Ioan. And. & Domi. in c. vnico, de cleric. coniug. in 6. & Abb. in c. sanè de cleric. coniug.

3 Et licèt laicus vicarius Episcopi constitui nequeat; nihilominus posset esse assessor ipsius Episcopi, & cuiuscunque alterius iudicis ecclesiastici: secundùm Archid. in c. pluries. 16. q. 1. Roma. in l. 2. ff. de offic. assess. Innoc. Hostien. Anto. Abb. Fely. num. 6. Deci. nume. 131. cum duobus aliis seq. & Marcum Mantuam nu. 37. in d. c. decernimus, qui perhibent etiam istorum sententiam communem esse. *Cōis opin.*

4 Item Episcopus posset committere, seu delegare laico causam ecclesiasticam ciuilem: secundùm Glo. in d. c. decernimus, communiter approbatam ab omnibus, attestante Dec. ibi, nume. 7. & 44. Sed profectò causam criminalem, vel spiritualem Episcopus ipse committere nequiret modo aliquo laico, nec laico & clerico insimul: secúdùm Abb. in c. significasti col. 8. de foro competen. Domini. in c. 2. §. 1. de iudi. in 6. & Docto. omnes in d. c. decernimus, & ibi Deci. num. 44. & sequen. vbi admittit istam communem opinionē, & Gratus consil. 85. innocato diuino suffragio, in præsenti causa nunc accersitus sum, nume. 9. & sequen. volum. 2. vbi etiam tradit alteram limitationem. *Cōis opin.* *Cōis opin.*

5 Et dato, quòd clerici nō subsint iudici laico, vt supra ostensum est ex communi opinione; tamen Papa potest cōmittere iudicibus laicis causas, etiam criminales clericorum, & tunc illi iudicabunt, non tam ex propria iurisdictione, quàm exiu-

ex iurisdictione Ecclesiæ ipsis demandata, secundum communem opinionem: quam citant, & se quuntur Ias. in rub. de officio eius, & in l. est receptum colum. 2. ff. de iurisdict. omnium iudic. Berous in quæst. 7. nume. 1. & Fely. in c. 2. nume. 3. de maior. & obed per textum in capitu. officium 32. distin.

6 Nam & laicis ipsis Papa potest cōcedere potestatem beneficia conferendi: vt constanter firmauere Glos. in c. Imperium . o. distin Innoc. Io. And. Anto. Abb. Anani. Ancha. & Domini. in ca. 2 de præben. in 6. Ioan. Andr. in additio. ad Spec. in tit. de legato. §. nunc tractemus, versic. Sed nūquid legatus, Berous in d. quęst. 7. nume. 4. & sequē. & Fely. in c. dilecto d. testib. in c. causam de præscriptio. & in d. c. 2. nume. 3. de maiori. & obedientia.

7 Et quia laicus ex delegatione Papę posset etiā excōicare. c. Mennam. 2. q. 4. Gloss. in d. c. prçter. §. uerum, & in d. c. benè quidem, & Panor. sequitur etiam, & probat in c. ab excommunicato. colum. 2. de rescript. & in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. colum. 3. de constitu. & Berous in d. q. 7. nu. 2. vbi ait istam opinionem communi voto omniū Doctor. approbatam esse. Cōis opin. Sed Episcopus non posset aliter demandare laico potestatem excommunicandi: vt per Abb. in c. 2. colum. 1. de iud. & Fely. in c. ex parte Decani col. 2. de rescript.

8 Et sic ex istis apparet communem esse sententiam, quòd Papa non potest conferre iurisdictionem ordinariam laicis in clericos, licèt delegatam possit; nec laici ipsi possunt tempore, vel con suetudine talem iurisdictionem acquirere: secundum Fely. in dictis locis, Card. consil. 68. Ioā. Andre. & Domi in d. c. 2. de præben. in 6. quod intellige, vt per Ias. in d. rub. de offic. eius nu. 8. & in d. l. receptum num. 3. & 4. Cōis opin.

### SVMMARIVM.

1 *LAICVS potest esse arbitrator in causis spiritualibus: Et res ecclesiastica, seu spiritualis in arbitratorem laicum compromitti potest.*

2 *Laicus non potest esse arbiter in causis spiritualibus.*

3 *Laicus, & clericus simul electi in causis spiritualibus possunt esse arbitri, & in eis procedere possunt, & valet tale compromissum.*

## OPINIO CCCCXLI.

1 LAICVS potest esse arbitrator in causis spiritualibus, & sic de re ecclesiastica, etiam spirituali in arbitratorem, etiam laicum compromitti potest: secundum Hostien. & Ioan. And in c. fi. in p... de rerum permut. Anchara consi. 34. nu. 6. & consi. 98. Fely. in c. cùm sit, nume. 3. de foro competen. Alex. nu. 5. & Ias. colum. penult. in l. quoties. C. de iud. & eundem Alex. consi. 91. col. 1. volum. 2. Roma consulendo. consi. 173. Ruinum cōsil. 66. nu 1. vol. 4 Dec. cum aliis relatis per eum, nu. 4. & Marcum Mantuam, num. 1. & seq. in c. decernimus de iudicijs, Baptist. de Sancto Blasio in tract. de arbitris. q. 17. vers. Sed quæro nunquid de arbitratore, & Gratum consi. 87. nu. 10. vol. 1. qui ostendunt istam esse communem opinionē. Cōis opin.

2 Sed benè laicus non potest esse arbiter in causis ipsis spiritualibus: vt uoluit Dec. in d. c. decernimus nu. 195. Marcus Antonius Blancus cum cæteris signatis per eum in tract. de compromissis q. 2. nu. 62.

3 Tamen laicus, & clericus insimul electi in causis ipsis spiritualibus possunt esse arbitri, & in eis procedere possunt, & valet tale compromissum: testibus Aret. Fely. Barbac. Dec. & Mantua, nume. 16. in dict. c. decernimus, vbi profert istam esse communem opinionem: quam sequitur cū alijs relatis per eum, & latè tuetur Marcus Ant. Blan. in d. q. 2. præcitati trac. de compromi. n. 64. Cōis opin.

### SVMMARIVM.

1 *LEGATVM factum filiabus in testamento non comprehendit posthumos natos post mortē testatoris, sed natos post conditum testamentū, & ante mortem testatoris.*

2 *Legatum factum filijs non cōprehendit natos post mortem testatoris, sed ortos dumtaxat tempore testamenti, vel mortis testatoris.*

3 *Legatum factum filijs extenditur aliquando ad filios nascituros post mortem testatoris.*

## OPINIO CCCCXLII.

1 LEGATVM factum filiabus in testamento non comprahendit posthumam; & sic in legato facto filiabus prædictis non venit ipsa posthuma, quæ nondum erat in rerum natura, nisi de ea in dicto testamento appareat facta expressa mentio: vt voluerunt Glo. Bart. Paul. Castren. Aretin. Rapha. Cuma. Alexand. & Ias. nume. 8. & 26. per textum ibi in l. qui filiabus. ff. de lega. 1. ubi intonat istam esse communem opinionem. Cōis opin. Sed hoc procederet in verè posthumo post mortem testatoris orto, non autem in nato post conditum testamentum ante ipsius testatoris mortem: secundum Gloss. in rubri. C. de posthum. hæredi. instit. huiusmodi enim posthumus participare deberet absque dubio aliquo de dicto legato filijs facto. l. si cognatis, vbi Soc. hoc firmat. ff. de rebus dubijs, Cuma. in fin. Alex. & Ias. sub nu. 9. cum seq. in d. l. qui filiabus, & Roma consil. 408. sub nu. 6.

2 Et hinc est, quòd si fieret legatum liberis, non comprahenderet natos post mortem testatoris, sed

sed dumtaxat ortos tempore testamenti, vel mortis dicti testatoris: quoniam illo tempore dies legati cedit. d. l. si cognatis, & ibi Socin. & ita consuluit Roma. consil. 231. & Dec. consil. 95. sub nume. 5. & hoc idem firmat idem Roma. consil. 134. nume. 5. & Ruinus consil. 100. nume. 5. volum. 2. & consil. 158. uiso eleganti consilio, & additionibus ad illud factis nu. 2. & 9. volum. 3. & Tiraquel. in tract. de vtroque retract. titu. 1. §. 1. Glo. 9. nu. 83. vbi num. 82. hoc etiam ampliat, & approbatur inter consilia Soc. consil. vltimo, casus iste, post vltimam subscriptionem, vol. 1. & in consil. Soc. Iun. 172. nu. 1. vol. 2. qui promit istam esse communem opinionem.

3 Sed Soc. ipse ibi videtur cõsulere doctissimè in quodã casu, q legatum factum filijs extendatur etiã ad filios nascituros post mortem testatoris.

*SVMMARIVM.*

1 *LEGATVM factum pro filiabus maritandis intelligitur de primis nuptys tantùm non de secundis, & sic non habet locum in viduis quantumuis pauperrimis.*

2 *Legatum factum viduæ tempore mortis patris debetur illi, quæ fuit vidua, licèt postea maritetur.*

3 *Legatum factum filiæ in casu viduitatis debetur, quamuis legataria non perseueret in viduitate. quia sufficit, quòd sit viduæ tẽpore mortis patris per illud momẽtũ.*

4 *Immunitas concessa à lege propter numerum duodecim filiorum non admittitur, si aliquis eorum moriatur.*

5 *Statutum requirens certam qualitatem, sufficit illam ab initio esse, licèt postea deficeret.*

6 *Legatum factum mulieri si ingrediatur monasterium, vel assumat habitum tertij ordinis, si tunc acciperet habitum ipsum, & deinde dimitteret, deberet nempè habere prædictum legatum.*

## OPINIO CCCCXLIII.

1 LEGATVM factum pro filiabus maritandis intelligitur de primis nuptijs tantũ, non autem de secundis, & sic non habet locum in filiabus viduis, quamuis pauperrimis: secundum Bal. in procemio decretal. col. 4. Ias. in l. diuortio. §. quòd in anno, num. 18. ff. soluto matrimo. & in l. duobus. §. ei, qui de iureiuran. Bald. in l. fina. quæst. penult. C. de sentent. quæ sine certa quantitate, Dec. num. 3. in rubr. C. de secundis nuptijs, qui ostendit istam esse communem opinionem, & ibi eam limitat, & declarat vtiliter ipse Dec. nume. 4. & Couarruuias quoque in c. requisisti, num. 3. de testamen. & Iacobus Mandelius consil. 52. num. 9. & Tiraquel. cum cæteris signatis per eum, per textum ibi, in l. boues. §. hoc sermone, nume. 3. cum duobus sequentib. ff. de verb. sign. & obseruatur in pract. secũdum Ias. in d. §. quod in anno. *Cõis opin.*

2 Sed vbicunque esset factum legatum filiæ, si erit vidua tempore mortis patris, sufficeret si ipsa filia illo tempore vidua extitisset, licèt postea maritetur, & sic legatum hoc non expiraret per matrimonium subsequutum, sed peti posset: vt consuluit Ang. consil. 38. Constantinus Arcelani de Perusio.

3 Quia estò quòd pater legasset filiæ in casu uiduitatis: tunc noto ipsius patris semper conueniret, & conuenire deberet semper filiam esse nuptam; & consequenter sufficeret viduitatem fuisse per momentum, licèt legataria ipsa non perseuerаret in viduitate: vt uoluit Glo. in verb. sufficit, & Bart. in l. fin. C. de indicta uidui. tollen. & facit tex. & quod ibi notatur in l. repræhendenda. C. de institu. & substitu & quod concludit Ioan. Andr. in regula decét indultum in mercu. de regulis iuris in 6. cum alijs aggregatis per me infra in Opinione. Patet habens 12. filios post princ. videlicet.

4 Quòd consequens immunitatem à lege propter numerum duodecim filiorum, illam non amitteret, si aliquis eorum moriretur: quod firmant Bart. in l. ex facto in princ. ff. de vulga. & pupil. Anchara. in c. statutum in princ. de rescriptis in sexto. Imol. in Clemen. & si principalis de rescript.

5 Scilicèt quòd statutum requirens certam qualitatem sufficeret illam ab initio esse, licèt postea deficeret, & concurrit etiam Ang. in l. si quis hæredem. C. de instit. & substit. & in d consil. 34.

6 In quibus locis uoluit, q si fieret legatum mulieri si ingrederetur monasteriũ, vel acciperet habitũ tertij ordinis, q si tunc acciperet habitũ, & deinde dimitteret, habere deberet legatũ ipsum.

*SVMMARIVM.*

1 *LEGATVM generaliter factũ ecclesię sine declaratione de qua ecclesia, nõ vitiat rõne incertitudinis, sed debetur tũc parochiali ecclesię testatoris.*

## OPINIO CCCCXLIV.

1 LEGATVM simpliciter factũ ecclesiæ absq; expresione de qua ecclesia, non vitiatur tanquam incertum, sed debetur tũc parochiali ecclesię testatoris, ac ei legatum ipsum factũ videtur; & sic in dubio non aliter declarando testator in legato facto ecclesię, cui relinquat, intelligitur relictũ illi ecclesię, cui est parrochianus ipse testator: secũdũ Bar. Bal. Castrẽ. Soc. & alios cõiter in l. quæ cõditio. §. fi. ff. de cond. & demon. per tex. ibi, Abb. conf. 99. vol. 2. Ias. in §. ex maleficijs, nu 46. instit. de actio. & Cęsarẽ Vrsil. in add. Affl. in decis. 244. nu. 5. & ista est cõis opinio, asserentibus Docto. præallegatis, & Ias. in l. 1. nu. 4. & Cagnolo, num. 24. C. de sacrosan. eccle. & Tiraq. in *Cõis opin.*

 tract.

tracta. de priuilegijs piæ causæ; in priuilegio 56. colum. 1. & seq. Quam erroneam leuiter air Ozetius in §. sed ius quidem, nu. 3. cum alijs sequen. instiru. de iure natur. gen. & ciui. vbi super hoc tradit quandam distinctionem, quæ sustineri in decisiuis non posset aliquo modo; ideò noli aliter recedere à dicta communi tanquam verissima.

SVMMARIVM.

1 LEGATVM relictum canonicis alicuius ecclesiæ, videtur relictum ipsi ecclesiæ, non autem canonicis: secundum vnam communem opinionem; licèt altera opinio contraria appareat similiter communis.

## OPINIO CCCCXLV.

1 LEGATVM relictum canonicis alicuius ecclesiæ, tunc illud ecclesiæ ipsi cõmpetit, & acquiritur; & per consequens ipsi ecclesiæ relictum videtur, non autem canonicis: secundum Bart. in l. 2. ff. de reb. dubijs, Card. Ioan. de Lig. Ancha. & Imol. in Clemen. 1. §. ciuitas, de pœnis, Petrum Petru. in tracta. de quarta canonica, c. 4. vers. tertiò principaliter, & Cæsarem Vrsillum cum aliquo moderamine in annorationibus Afflict. in decis. 244. nume. 2. & istam opinionem sequitur Berous etiam in c. quoniam Abbas, num. 82. de offic. deleg. & communem esse asserit, & Barbat. quoq; consil. 1. col. 16. vol. 4. atq; eam tuetur Ludo. Lusita. in d. l. 2. Cõis opin.

¶ In contrariã verò partem, videlicet, quòd legatum factum canonicis alicuius ecclesiæ debeatur ipsis canonicis, non autem ecclesiæ, videtur inclinare Glo. in c. requisisti in uer. nec est, de testam. & in c. Pontifices 12. q. 3. quam equidem inquit ordinariam Abb. in c. 2. col. 3. de decimis, & in c. 3. col. 4. de probatio & cum eadem opinione concurrunt similiter Anto. Abb. colum. fina. & Barba. num. 23. in d. c. requisisti. & Soc. in d. l. 2. nu. 12. qui ibi enodat istorum sententiam communem esse: quod fatetur Ludo. Lusita. etiam ibidem col. fin. & sic hæc vltima opinio rationabilior, & communior apparet ex prædictis, & secundum eam tutè iudicari posset; ideò ei inhærendo non obstaret quippè d. l. 2. quoniam ibi tota Ciuitas ab ipsis ciuibus repræsentatur, à canonicis verò non repræsentatur ecclesia, sed simul & à prælato, & ab alijs clericis. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 LEGATVM annuum perpetuò ecclesiæ relictum restringitur ad spatium centũ annorum,
2 Legatum alimentorum præstandorum Fratribus alicuius ecclesiæ in die putà Sancti Ambrosij, nisi aliud sit dictum, non debetur nisi primo anno.

## OPINIO CCCCXLVI.



1 LEGATVM annuum factum ecclesiæ per verbum semper, & in perpetuum persoluendum, finitur curriculo, seu spatio centum annorum à die relicti: secũdum Glo. nor. post Bar. & in l. an vsusfructus. ff. de vsufruct. & in l. si vsusfruct. ff. de vsufruct. lega. Iaco. de Raue. And. de Pis. & Nicola. de Neapol. l. annua. ff. de annuis legat. Card. cons. 66. Feder. de Senis consil. 12. Anchara. in c. fin. de testa. Alex. consil. 60. in princ. vol. 1. vbi depromit istam esse magis communem opinionem, & ab ea in iudicando, & consulendo non esse recedendum, & Couarruuias in tracta. resolutionum iuris ciuilis, & Pontificij in c. 9. num. 10. fol. 855. lib. 3. idemque tenet, & concludit ipsemet Alex. in l. 2. in princ. ff. soluto matrimo. & ibi Dec. & Claud. Aquen. num. 15. Brunus consil. 143. num. 11. volum. 4. & ita in facti cõtingentia consuluit Alex. in d. consil. 60. & hoc firmant Docto. ratione infinitatis euitandæ: vt latissimè per Alex. ibi post prin. & sententiam istam tanquam veriorem sequutus est Dec. cons. 378. circa fin. & Marcus Mãtua in apothegm. 52. Cõis opin.

¶ Contrariam verò partem, videlicet, quòd legatum istud duret vltra centum annos in infinitum, vt dicitur per secula seculorum, expressè tenuit Rogerius, relatus ab Accursio in d. l. an vsusfructus, Abb. post alios ibi cõgestos per eum in d. c. fin. de testa. Barba. consil. 20. vol. 4. Angel. Cuma. Soc. col. 8. in l. 3. §. fin. ff. ad legem Falcid. Corn. cons. 22. num. 19. vol. 3. Ias. in l. videamus. §. deferre col. 2. ff. de in litem iurand. & in l. 2. ff. solu. matrim. vbi pariter Crotus, D. Pontanus bonæ memoriæ præceptor meus Perusinus, Parpalea, & Ripa, nu. 3. & seq. Tiraq. in tract. de priuilegijs piæ causæ priuilegio 90. & Alberic. in d. l. an ususfructus, vbi audacter asseuerant opinionem hanc se vidisse cõmuniter seruari in practica. Et pro ista opinione videtur casus legis expressus, qui non potest nisi cũ magna cauillatione, & falsa interpretatione euitari, in l. annuam, & in l. annua. §. Titia. ff. de annuis lega. prout egregiè perpendit Ripa circa prin. & D. meus Pontanus col. 3. in l. 2. ff. solu. matri. & Soc. in l. 3. §. fi. col. 8. ff. ad l. Falc. & ita per istas leges, & alias quamplures rationes, & authoritates consuluit Frater Ioannes Maria Verratus Ferrariensis in suo libello disputationum aduersus Luteranos, in titulo de annuis legatis; & ita consuluit etiam efficacioribus fundamentis, & rationibus Riminaldus consilio inserto, & posito in dicto libello disputationum contra Luteranos, vbi quàmoptimè firmat opinionem istam, & respondet omnibus ferè contrarijs; & huic consil. Riminaldi se subscripsit

Bernardinus Burguntius Doctor eximius Parmensis plurimis,& optimis rationibus,& subscriptio hæc reperitur post consil.Riminal.in loco supra citato.Sed ipse nunquam discederem à memorata communi tam in consulendo, quàm in iudicando, tanquàm magis reali, vera, & tuta: quia Doctores, qui aliàs contrarium consuluere succumbuerunt,text. Alexan. in dicta l. 2.solut. matrimo.

2 Et his accedit,quòd quando est factum legatum alimentorum alicui Ecclesiæ præstandorũ omnibus fratribus dictæ Ecclesiæ in die Sancti Ambrosij,& nihil aliud sit dictum: tunc alimenta ista non forent præstanda quolibet anno in illa die Sancti Ambrosij, sed hæres liberatur præstando,& soluendo alimenta pro primo anno in dicta die Sancti Ambrosij, vt per plura cõcludit Marcus Mãtua,in suis apotheg.apotheg.51.

*SVMMARIVM.*

1 *LEGATVM est accessorium testamenti, non autem pars.*

## OPINIO CCCCXLVII.

1 LEGATVM est accessorium testamenti, nõ autem pars: secundum Gloss. in rubric. ff. de lega. 1. cum qua sentiunt Cyn. Alexan. Soci.nume. 6. Ias. nume. 4. & seq. Ripa nume. 6. cæterique communiter ibi,vt meminit Illustris Dominus Pontanus Perusinus præceptor meus inibi,nume. 6. Vndè cautè locuta est d.Glo.secundũ prę citatos Doct.nõ appellãs legata partẽ testamẽtorũ, sed quid accessorium ad testamenta:quippè cùm testamentum possit absque legatis valere:vt l. 1.§. qui neque legaturus.ff. de hęredi. institu. sequitur ergò quòd non est pars. l. malum. ff. de uerborum significa. & hanc eandem communem subtilissimè explicat, & declarat Marcellus Betincutius Senensis in apologia in tractatum de iuris, & facti differentia. numero 34. cum alijs sequen. Cõis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *LEGATVM alicui factum de re alteri obligata etiam pro equiualente quantitate valet, & hæres illam lucre tenetur, etiam si testator rem obligatam fore ignorasset, secundum unam communem opinionem,licèt altera sententia contraria sit similiter communis.*

## OPINIO CCCCXLVIII.

1 LEGATVM alicui factum de re alteri obligata etiam pro æquiualente quãtitate valet, & tenet, atque hæres illam lucre tenetur, etiam si testator rem obligatam fore ignorasset: secundum Glos.in l.prædia.C. de fideicom. & in §. sed si rem institu.de lega. Alexã. & Ias. cum alijs quamplurimis signatis per eos,in l. si res obligata nume. 13 ff.de lega.1.vbi pręsupponunt istam esse communem opinionem. Cõis opin.

¶ Contrarium verò asseruere Paul. Castren. Fulg.& Iason.in dict.l.prędia.Negusantius de Fano in tract.de pignoribus par.3.prin. primo mẽbro,sub nu.29.&ista est communis opinio,secundum Soci.in l.1.§.per seruum corporaliter,nu.2. ff.de acquir.poss.Sed prima opinio Glossę uerior, communiorque apparet,atque eam in actu practico sequendam fore suademus. Cõis opin.

*SVMMARIVM.*

2 *LEGATVM relictum vxori per maritum si castè,atque honestè vixerit post eius mortem, debetur ipsi vxori etiam si transiuerit ad secunda vota:secundum vnam communem opinionem, quamuis altera sententia contraria similiter cõis appareat.*

## OPINIO CCCCXLIX.

1 LEGATVM vxori per maritum relictum sub conditione si castè,honestèque vixerit post eius mortem,per secundas nuptias non amittit legatum ipsum, nec eo priuatur aliquo modo: secundum Bar.in l.mulier.§.cùm proponeretur.ff. ad Treb.cuius opinionẽ cõem esse appellat Claudius ibi, & sequit Euerardus in topicis,col.543. Cõis opin.

¶ In contrariam verò partem,quòd vxor priuetur legato præmisso,si post mortem mariti nupserit,inclinauit magna cohors Scribentium; & eorum opinionem cõmunẽ esse constat, teste Io. Dilecto,in tract. de arte testandi, titu. 5. caute. 39.nu.4.& Bermon.de publicis cõcub.col.193. Cõis opin.

¶ Sed ne erres, si iasq; quid cõcludendum, & iudicandum sit casu eueniẽte super præsenti cõflictu opinionũ,inhæreas distinctioni in hoc traditę per Ias.in l.fi.C.de indic.viduitate,& per Alex.& Ange.in d.§.cum proponeretur.

*SVMMARIVM.*

1 *LEgitimatus ab Imperatore in feudis succedere potest, si ab eo nominatim ad hoc legitimatus fuerit, etiã si non exprimeretur ad talia feuda.*

2 *Legitimatus per Imperatorem non succedit in maximis dignitatibus,nisi specialis mentio facta sit.*

## OPINIO CCCCL.

1 LEGITIMATVS ab Imperatore in feudis succedere potest, si ab eo nominatim ad hoc legitimatus fuerit; & sic ipse legitimatus ad effectum succedendi in feudo, huiusmodi legitimatio facta

per Imperatorem valida erit, eritq; capax in successione ipsius feudi: secundum Gloss. Baldum, Iacob. Aluaro. Cardi. Mediolanen. & cæteros communiter in c. naturales in titu. si de feud. fuerit controuers. Bald. in l. eam quam. C. de fideicom. Ioan. Andr. in cap. lator ext. qui filij sint legi. & Soci. consil. 3. col. 3. vol. 3. Clarus cum aliis congestis per eum in tract. de feud. quæst. 82. & Cur. Seni. consi. 65. num. 1. in quibus locis ostendunt istorum opinionem communem fore: & ipse Curti. ibi, sub nume. 15. concludendo eam limitat, atque declarat, & Clarus etiam in d. quæst. 82. ver.

Cõis opin. Et hęc quidem. Imò secundum Scriben. communiter in d. c. naturales sufficeret expressio in legitimatiõe ipsa, videlicet, quòd tales filij in feudis succederẽt, licèt minimè exprimeretur ad talia, & talia feuda.

2 Sed hoc non procederet, vbicunque essemus in maximis dignitatibus: tunc quippe in eis legitimati non succederent, nisi specialis mentio facta extitisset: vt voluit Martinus Laudensis in c. 1. de natura feud. & Bal. in d. l. eam, quam.

*SVMMARIVM.*

1 *LEGITIMATVS per subsequens matrimonium potest admitti ad quascunque dignitates ecclesiasticas, vt ad ordines sacros, beneficia, & ad episcopatum quoque.*

## OPINIO CCCCLI.

1 LEGITIMATVS per subsequẽs matrimonium, in episcopum eligi potest vt legitimè natus; & sic talis legitimatus absque dispẽsatione al qua potest ad dignitates quascunque ecclesiasticas, ad ordines sacros, beneficia, & ad Episcopatum quoque, vt diximus admitti, & promoueri: secundum Glo. Antoni. Abb. cæterosq; omnes in c. innotuit, de electio. Archi. in c. Osius 56. distin. Calder. consil. 2. in titu. qui filij sint legiti. Glos. & Abb. in c. tanta, qui filij sint legiti. Ang. consil. 29. colum. fin. Alexan. in l. ex facto. §. si quis rogatus, num. 19. ff. ad Trebel. Deci. consil. 155. nume. 3. Soci. Iuni. in l. Gallus. §. & quid si tantum nume. 126. ff. de libe. & posthu. & consi. 12. num. 8. vol. 4. Couarruuias in epito. de sponsalibus in 2. par. cap. 8. §. 2. nume ro 24. Nattam consil. 121. num. 13. uol. 1. & Pet. Duennas cum cæteris signatis per eum in regu. 350. Filius naturalis legitimatur, nume. 5. in 5. ampliatione, qui omnes ostendunt istam esse cõmunem opinionem. Cõis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *CLAVSVLA illa sine præiudicio venientium ab intestato, solùm operatur in causa intestati, non autem ex testato. Et sic legitimatus absque præiudicio proximorum, legitimorumque hæredum, nihil petere potest, nisi aliquid ei in testamento relictum foret.*

## OPINIO CCCCLII.

1 LEGITIMATVS absque præiudicio proximorum, legitimorumque hæredum nihil penitus petere potest, nisi aliquid ei in testamẽto relictum foret; & sic ab intestato succedere nequiret in præiudicium ab intestato venientium vigore clausulæ sine præiudicio venientium ab intestato appositæ in legitimatione: secundum Bald. in consi. 173. in fi. uol. 1. Ancha. consil. 242. colum. 2. Paul. Castren. cons. 222. in fi. Cuma. cõsil. 98. Fulgo. cons. 16. & Deci. cum aliis compluribus signatis per eum consil. 393 nume. 1. consi. 176. sub nume. 5. & cons. 610. viso themate supraescripto, nume. 1. in quibus locis enunciat istã communem opinionem esse: cui quidem inhęret quoque consulendo doctissimè per plures rationes Iacobus Mandellus consil. 7. nume. 1. cum aliis seq. vbi pariter presupponit istorum sententiam communem fore, & Gozad. quoque cons. 6. nume. 33. & nume. 78. Cõis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *LEGITIMATIO in fauorabilibus legitimato, & non præiudicialibus alicui retrotrahitur, ita vt legitimatus semper fingatur fuisse legitimus.*

## OPINIO CCCCLIII.

1 LEGITIMATIO in fauorabilibus legitimato, & nõ prę iudicialibus alicui retrotrahitur, sic vt legitimatus fingatsemper fuisse legitimus; & sic legitimatio in his, quæ dicto legitimato fauorabilia sunt, neminique præiudicant, retrotrahitur, & legitimus præsumeretur semper extitisse legitimus: ut uoluit Barto. in l. 2. in q. 2. ff. de vulga. & pupil. cum quo transeunt omnes Scriben. communiter, vt per Alex. Ias. Cro. & alios in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. Cõis opin.

¶ Et licèt Alciat. in l. 3. paradoxorum c. 12. post Bal. & Anto. de But. quos citat, sentiat contrariũ, videlicet dictam legitimationem nõ trahi retrò; nihilominus in decisiuis à cõmuni præmissa noli recedere, q̃ uerissima, & tutissima est.

*SVMMARIVM.*

1 *PATER in vita sua potest legitimari facere filium naturalem absque alicuius citatione, etiam quoad feuda in præiudicium agnatorum.*

## OPINIO CCCCLIV.

1 LEGITIMATIO filij naturalis, quæ impetratur viuente patre, optimè expeditur absque alicuius citatione, prẽsertimq; accedente ipsius patris consensu: quoniam potest liberè pater bona propria distribuere; ideò iniu-

iniuriam nulli facit, si proprium filium consentiat à Principe legitimum fieri: secundum Bart. & cæteros omnes in l.Gallus.§. & quid si tantum in fine.ff.de liber.& posthu.Bal.in l.1.col. penul. C.de inoffi.donatio. & consil.56.vol.1.Ang.cōs. 87.spurius naturalis, seu bastardus, Ancha.cons. 406.& in c.1.de success.ab intest. Io.Anto.Cald. Card.Abb. & omnes in c. per venerabilem,ext. qui filij sint legiti.Feder.de Senis consil.57.Dec. consil.338.col.fin. & opinionem istorum ostendit communem esse idem Dec.consil.55.colum. 1.& 3.& consil.367.colum.fin.Boer.decisio.122. Tiraq. in l.si vnquam, in ver. susceperit num.53. C. de reuocan. dona. & copiosius post alios relatos per eum in tract. res inter alios acta, sub secūda limitatione, fol.par.10. Quæ quidem sententia communis procedit, etiam si filius legitimus efficeretur quo ad feuda in præiudicium agnatorum: vt consulendo respondit Alber. Brunus cōs. 1.cum alijs Doctorib.qui se subscripserunt dicto consilio. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *LEGITIMA non debetur filio viuente patre, sed videtur quasi debita.*
2 *Legitima debetur filio liberè, & absque aliquo grauamine.*
3 *Legitima est quota bonorum, non autem hæreditatis.*
4 *Legitima debetur de substantia, nō autem de fructibus, & est in electione filij an velit bona, vel æstimationem.*
5 *Legitima detrahitur de singulis corporibus rerum hæreditariarum, saltim arbitrio boni viri.*
6 *Filius pacisci super legitima non potest, nec super hæreditate patris.*
7 *Legitima est quota bonorum deducto ære alieno.*
8 *Pater de iure communi non tenetur ad pœnam ratione legitimæ pro filio condemnato ex delicto.*
9 *Filij, vel filiæ Iudæorum effecti Christiani possunt petere in vita parentum alimenta, legitimam, dotes, & donationes propter nuptias, & ipsi parentes, seu patres eas præstare tenentur.*
10 *Iudæorum, hæreticorum, ac infidelium bona peruenire debent tam ex testamento, quàm ab intestato ad solos filios effectos christianos: adeò quòd parentes eorum contrarium disponere nequeunt.*
11 *Legitima debetur filijs, quando pater ingrederetur monasterium, secundum communem opinionem Canonistarum; licèt. Legistæ communiter asserant contrarium, quòd in vita patris religionem profitentis filio legitima non debeatur.*
12 *Statutum, quòd pater teneatur soluere pro filio condemnationem vsque ad legitimam, vel quòd pater teneatur soluere legitimam pro delicto filij valet, & tenet, sed statutum hoc non extenditur ad matrem.*

OPINIO CCCCLV.



1 EGITIMA non debetur filio viuente patre, sed videtur quasi debita.l.1.§. si impuberi.ff.de collatio.bono.l. fin.& vtrobique Bar.ff. de liber. agnoscend. & Bald. in l.lex Cornelia. ff. de vulga. & pupill. subst.in d.l.fin.in l.quamquam.C.ad legem falc. & consil.257.nu.1.& seq.uolum.3.Bart.in auth. si qua mulier, propè fin.C.de sacrosan. eccl.Glo. & Docto.in l.cum à matre.C. de rei vend. Bertr. consil.3.pro faciliori resolutione num.2. volum. 8.& cons.280.cum tempore præsentis conditi testamenti, & consil.290. punctus quæstionis talis est, nu.1. eodem volum. Duennas in regula 356. filio in vita patris non debetur legitima, in principio, vbi ponit hoc pro regula cum ampliationibus, & limitationibus; & ista est communis opinio, vt per Moder.in c. Raynutius de test. & Marquardum in tracta.de Iudæis, & infidelibus in 3. par.c.6.num.3.& est communis regula, vt meminit Felyn.in cap.Iudæi il 2.sub nume.2.de iudæis. Cōis opin.

2 Quæ quidem legitima debetur ipsi filio liberè, & absq; aliquo grauamine. l.quoniam in prioribus. C.de inoffi.testa.

3 Et legitima ista filij certè est quota bonorum, non autem hæreditatis.l.quoties, & ibi Bald.col. 1.C.de hæred.instit.Iacob.Butr.& Guil.de Cun. in l. si quis in suo. C.de inoffi. testamen.Bertran. consil.64.visis allegationibus respondeo, nume. 3.& seq.uol.8.& ista est communis opinio, teste Boerio decis.24.num.12. Cōis opin.

4 Et similiter debita de substantia, non autem de fructibus.l.scimus.§.repletionem.C. de inoff. testam. vbi Doctores omnes communiter concludunt in electione filij esse; secus in Falcidia, & Trebellianica: vt per Bar.in l.in quartam.ff.ad legem Falcid.Sed an velit bona, vel extimationē, uide Bar.declarantem in l.Marcellus.§.res, quæ ff.ad Trebell.& in l.suus quoque.ff. de hæred. instit.in princ. Cōis opin.

5 Et legitima ista detrahitur de singulis corporibus rerum hæreditariarum saltim arbitrio boni viri, non autem in quantitate pecuniæ, etiam filijs relicta pro legitima: secundum Guiliel. de Cun.Bald. & Paul.Castren. in d.§. repletionem, Bart.in d.l.suus quoque in fin. principij, Bald.in l.iubemus colum.1.C.ad Trebel.Bertran.consil. 332.punctus quæstionis talis est, num.2.volum. 8.Ruin.consil.56.quamuis testator iure institutionis, sub nume.4.volum.2.Couaruuias in cap. Raynaldus.§.2.num.5.de testam. vbi post alios copiosè relatos per eum in medium explicauit istam communem opinionem fore; & ita perhibet vidisse seruari de facto Thom.Grammatic. in opin. Cōis

in constitutio.in aliquibus, sub nume. 18. lib. 3. rubr. 23.

6 Similiter nec posset filius super legitima hac pacisci, sicut nec super hæreditate patris. ut not. in l.fiu. C.de pact.

7 Ad quod facit etiam: quia legitima est quota bonorum, nec dicuntur bona, nisi ære alieno deducto. l. subsignatum. §. bona. ff. de verborum significa.

8 Et hinc est, vt è diuerticulo in viam reuertamur, quòd si condemnatus esset ex delicto filius, pater de iure communi ad pœnam ratione legitimæ minimè tenetur. authent. si qua mulier, & ibi Bart. in fin. C.de sacrosan.eccle. tradit Abb. quoq; in c. 2. colum. 3. de delictis puerorum; hocque tenet etiam Specu. in titu de executione sententiæ, num. 2. Bald. consil. 257. per totum vol. 3. Docto. omnes in l. in suis. ff. de lib. & posthu. Guil. de Cun. Bart. Alber. & Bal. in l. si qua pœna. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Laurus de Palatijs in tract. quòd stantibus masculis in prin. sub nu. 34. & opinionem istorum supponit esse communem Socin. Iunior consil. 51. num. 5. lib. 1. Petrus Duennas in regula 356. nu. 2. Ruinus consi. 149. volum. 3.

Cōis opin.

9 Sed mentionata communis opinio ita, & taliter declarata limitatur, ac interpretatur non procedere in filijs, & filiabus Iudæorum conuersis, effectisque christianis, qui, vel quæ quidem filiæ alimenta, legitimam, dotes, & donationes propter nuptias petere possunt; & ad eas dandas parentes Iudæi, vel infideles in eorum vita abstringi debent. §. generalem autem prouidentiam, in authen. vt cum de appellatio. cogno. & c. Iudæi il 2. vbi Ioan. de Ana. Fely. num. 2. & alij de Iudæ. & Brunus in tract. quòd stant. mascu. q. 5. art. 6. nu. 61. & sequen. & hæc omnia latius refert, & comprobat Marquardus de Susannis in tract. de Iudæis supra citato in 3. parte cap. 4. nume. 1. & sequen.

10 Imo omnia bona parentum Iudæorum, vel hæreticorum, infideliumq; tam ex testamento, quā ab intestato debent peruenire ad solos filios, & filias effectos Christianos, adeò quòd parentes ipsi contrarium disponere non possunt. l. cognouimus, & authent. idem est. C. de hæret. & d. §. generalem.

11 Limitatur secundo loco, quando pater ingrederetur monasterium: quia tunc habetetur pro mortuo, & eius filij petere possunt legitimā, quæ aliàs ipsis non debebatur in vita patris: secundū communem opinionem omnium Canonistarū, in c. in præsentia de probatio. quam allegant Moder. inibi, Francus Peruſinus in rub. de testam. & Corsetus singu. in verf. Legitima, & cumulatissimè Duennas in d. regu. 356. nu. 6. ¶ Licet Dec. in d. c. in præsentia, num. 262. attestetur de alia communi opinione contraria Legistarum, videlicet, quòd in uita patris religionem profitentis filio legitima non debeatur: quam sententiam firmauerunt Glo. Bar. & cæteri in authent. si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. dixeruntque magis communem Saly. & Ias. ibi, Fely. nu. 65. & Dec. nu. 67. in d. c. in præsentia. Sed sedata disputatione inhæreo primę opinioni Canonistarum: quam amplectitur quoque, ait communem, obseruandamq́, in vtroque foro Couarru. in epito. in c. 2. num. 7. de testam. fol. paruo 157. & Vasquius in tract. de success. procel. tit. qui testari nō poss. lib. 1. §. 1. nu. 87.

Cōis opin.

Cōis opin.

12 Limitatur etiam postremò, vbicunque statutum disponeret, quòd pater in eius vita deberet filio legitimam assignare, vel quòd pater sol ere teneretur legitimam pro delicto filij: vt voluit Glo. in rubr C. de decretis decurio. lib. 10. Io. de Anania, & Anchara. in c. 2. per text. ibi de delictis puero. quod quidem statutum valet, & tenet vt scripsimus latè infra in Opinio. Statutum disponens, quòd pater teneatur soluere. Sed aduerte vtiliter, & perpetuò, quòd statutum hoc nullatenus traheretur ad matrem: secundum Bald. in l. quicunq; col. 3. C. de ser. fugit.

## SUMMARIUM.

1 2 *FILIUS, vel filia, cui pater in vita assignauit legitimam, non potest p. st mortē petere supplementum, si bona patris fuerint aucta: quia attenditur tempus assignationis secundum unam communem opinionem. Sed secundum alteram sententiam similiter communem contrariam, filius posset petere huiusmodi supplementum, si post ipsius congrua legitimæ solutionem effectus fuerit locupletior.*

## OPINIO CCCCLVI.

1 LEGITIMA sufficiens vbicunque inter uiuos relicta, seu assignata reperitur, hoc casu filij, vel filiæ inspectis patris facultatibus non possunt agere ad supplementum propter lucru, seu facultates postea auctas: quia tempus legitimæ solutæ, non autem mortis inspiciendum est; & sic exploratum habes, quòd postquàm filius à patre legitimam congruam in vita ipsius accepit, si pater demum effectus fuerit locupletior, vel pauperior, hoc non considera tur: secundum Iacob. Butr. in l. pactum quod dotali. C. de collat. in vlt. q. quem sequitur ibi Bald. in 6. opposi. & in l. in successione. C. de reuoc. ijs quæ in fraud. cred. in l. fin. C. de vsuris rei iud. col. 3. in l. quamuis circa fin. C. de fideicom. in l. cùm oporter. §. 1. C. communia de lega. Ang. Imol. Roma. in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de ver. oblig. idem Angel. in l. si proponas, Paul. Castren. in d. authen. res quę, colum. 2. Moder. in c. quamuis de pact. Alex. consil. 180. col. 1. lib. 5 Ias in l. si quando. §. 1. C. de inoffi. testa. & in l ac opinione

tan-

tanquam æquiori videtur residere Bertran.conf. 313.punctus quęstionis talis est vol.8. Gramm. decisio.57.nume.34.& seq. Boer.decisio.62.nu. 14. & Ruinus cons.56.nu.7.vol. 3. Quā quidem opinionem audacter asseruit esse communem Geor.Natta in d.c.quamuis col.2.& Boe.in d.decis.62.post alios ibi per eum relatos. Cōis opin.

¶ In contrariam verò sententiam inclinauit Bal.sibi ipsi contrarius,in cap.cùm M.Ferrariensis colum.4. de constitut. Lucas de Penna in l. 2. circa fin. C. de præd. & omnibus rebus nauicu. lib.10.Ias. etiam sibi parum, aut nihil constans in d.authen.nouissima,&in l. quod Seruius. nu. 12.ff.de cond. causa data, causa non secu.in quibus locis ait primam opinionem negatiuam cōmuniter reptobari, per text.in d.l.si quando.§.1. nisi quando interuenerit iuramentū: tunc enim nihil petere posset ratione iuramenti: secundum communem sententiam per d.c.quàmuis:quam communem vltra Ias.in d.l.Seruius num.12.Barbat.in allegato c.cùm M. num.150. & Ripa inibi,num.38.expressè allegant,citant,& attestantur, & opinionem istorum affirmatiuam sequitur etiam Castren.& Alex.in l.in ratione la 2. ad l.Falcid.Ruin.in l.Gallus.§.&quid si tantum col. 70.ff.de liber.& posthu.Soc.consil.100.colum.4. vbi refert ita in Ciuitate Florentiæ fuisse iudicatum,& pronunciatum,& Bal.Nouel.in tracta.de dote in 6.par. in 15. speciali post med.vbi recitat ita consuluisse in patria mea,& ita iudicaui in anno 1567. in quadam causa vertente in oppido Prætorij olim comitatus Aquilæ, auditis super hac quęstione clarissimis quidem iureconsultis Hyspanis,& Aquilanis;& ita iudicauit etiam Sacrū Regiū Conciliū Neapolitanum in contingentia facti,teste Grammatico in constitutio. in aliquibus, num.10.lib.3.& pro ista parte consuluit etiam Bertran. consil. 8.pro faciliori declaratione intentionis nu. 10.& seq.vol.8.Et denique secundum hanc eandem opinionem,tanquam tutissimam,& securissimam similiter consului in anno 1577. subscribens me consilio acutissimi iurisconsulti D. Pompei Leonardij Reatini, edito per eum in quadam causa Interocrij tunc vertente. Cōis opin. Cōis opin.

¶ Retenta tamen ista communi opinione secunda, quæ videtur magis communis, vt supra docuimus,eam limita in duobus casibus nō procedere,quos ponit Ripa in d.c.cùm M. num.38. & concordat, & citat, & diffusè declarat Couarrunias in cap.Raynutius. §.1. de testa.num.8. & limitat etiam consulendo in altero casu Bertran. d.cons.313.

*SVMMARIVM.*

1 *NEPOS ex filia præmortua dotata non obstante matris renunciatione ex propria persona sua in bonis sui aui materni legitimam petere potest.*



OPI-

## OPINIO CCCCLVII.



1 LEGITIMAE renuncians mater, non propterea ius petēdi eam nepotibus aufertur, & per consequens non obstante matris renunciatione nepos ex filia præmortua dotata ex propria persona sua in bonis sui aui materni legitimam petere potest:secundum Bald. in l. pactum quod dotali.C.de collatio.& in l.fin.col.4.C.de pact.& idem voluit Imol.in l.qui superstitis colum. 3.ff. de acqui.hæred.qui hoc pacto limitat, & restringit dictum Bar.ibi,quando in vita patris filia moreretur:sequitur etiam Aret.&Paul.Castren.ibidem,& istorum sententiam refert esse communē Ripa in suis singularibus responsis in titu. de legibus,& longa consuetudine,c.6.nu.3. & Gram. decis.57.nu.39. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*






1 *IVS petendi, vel agendi ad supplementum legitimæ non præscribitur minori triginta annorum curriculo.*

2 *Præscriptio legitimæ incipit currere à pubertate filij, vel filiæ.*

3 *Restitutio in integrum conceditur contra præscriptionē legitimæ,et lapsum triginta annorum ex qualibet iusta causa.*

## OPINIO CCCCLVIII.

1 IVS petendi, vel agendi ad supplementum legitimæ,siue ipsa legitima non præscribitur minori triginta annorum curriculo:secundū Doctores omnes communiter in l.si quis filium.ff.de inoff. testam.licèt Bart.consil.14.tenuerit contrariam opinionem, quam omnes Doctores varijs in locis magis communiter damnarunt,vt refert, attestaturq; post alios ibi relatos per eum Boer.de cisio.250.num.1.&seq.Ioan.Baptista Castello in additio.ad Francisc.Cremen.in singu.128. antiqua est quęstio, Ripa in l. fin. num.235.C. de reuocan. donatio. Bertran. consil.25. viso processu dudum cepto num.5.& cons.187.uiso casu num. 1.volum.6.Gozad.consil.56.num.7.& Gramm. decisio. 103.num.46.& sequitur quoq; cum alijs signatis per eum,& communem esse docet Ioan. Bap.Boui.in tract.de statu.vrb.pręscrip.tit.cont. omnes credit.Glo.19.nume.57. & Ioachimus in singularibus obseruationibus iudicij Imperialis camerę, centu.2.obseruatione 72.q uamuis Bar. vbi refert istam quęstionem aliàs occurrisse in camera ipsa,ac Dominos mentionatam opinionem LEGITIMA. Cōis opin.

nem affirmasse non solùm veram esse in supplemento legitimæ, sed etiam in ipsa legitima iure naturali debita filio: & declarat Bertran. consil. 8. pro faciliori declaratione intentionis, num. 1. cum alijs seq. vol. 8. vbi etiam firmat.

2 Quòd incipit currere præscriptio ipsius legitimæ à pubertate.

3 Et aduerte quòd concederetur aduersus ipsam præscriptionem, & antedictum tempus lapsum triginta annorum in integrum restitutio ex qualibet iusta causa: vt consuluit Bertr. cons. 28. cùm prouido viro, uol. 8.

*SVMMARIVM.*

1 *FILIVS rogatus restituere in diem, uel sub conditione potest duas quartas detrahere.*

2 *Filius rogatus restituere in diem, vel sub conditione, potest detrahere duas quartas; secus quando purè: quia tunc non posset detrahere de iure canonico, & eius æquitate nisi vnam.*

3 *Filius grauatus detrahit solummodò legitimam, quando pater mandaret, seu iuberet totam hæreditatem restitui, & tunc debet computare filius Trebellianicam in legitimam.*

4 *Parentes, ac ascendentes instituti per filios in eorum testamentis, & grauati restituere hæreditatem post eorum mortem possunt detrahere duas quartas, idest legitimam, & Trebellianicam, quemadmodum detrahit filius grauatus à patre.*

5 *Pater à filio institutus, & grauatus restituere sub conditione, fructus non lucratur ex toto, sed in Trebellianicam tanquam extraneus hæres imputare debet.*

6 *Fructus in legitimam iure naturæ debitam computari nequeunt, etiam si testator expreßè hoc mandasset.*

7 *Legitima de substantia, & de rebus hæreditarijs, & non de fructibus debetur.*

8 *Filius grauatus in vita, vel post mortem restituere non tenetur fructus in Trebellianicam imputare, nisi postquàm ipse, & heredes sui fuerint in mora constituti in iudicio: à die enim litis contestatæ filius ipse grauatus, & hæredes sui fructus in Trebellianicam, & nō prius imputare tenentur.*

## OPINIO CCCCLIX.

1 LEGITIMAS duas, seu duas quartas potest detrahere filius grauatus de restituēdo, idest vltra legitimam potest detrahere Trebellianicam: secundum communem opinionem Doct. in c. Raynutius de testam. in l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. & in l. filium, quem habentem. C. famil. ercisc. quam declarant, & citant Crot. in in repet. in l. qui Romæ. §. duo fratres, colum. 22. ff. de verbor. oblig. Dec. consil. 203. num. 3. Grauet. consil. 110. num. 1. & Curt. Iun. consil. 106. nu. 1. & Natta consil. 255. præsupponitur in facto quòd de. esset ab humanis, nu. 5. uol. 2. *Cōis opin.*

2 Et hoc procedit, quando vtriusque quartæ detractio eodem tempore nō concurreret. d. c. Raynutius, & c. Rainaldus eodem titu. Doct. omnes cōmuniter in l. quanquam. C. ad leg. Falcid. Bal. consil. 488. factum super quo lib. 1. Bar. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testam. Fulgoli. consil. 26. stante statuto, cum allegatis, & congestis per Alex. consil. 43. attenta in fin. lib. 2. & in l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad l. Falcid. & Affl. decis. 367. nu. 4. *Cōis opin.*

3 Interpretatur etiam dicta communis non habere locum, quando testator mandaret, seu iuberet totam hæreditatem restitui: quia hoc casu filius grauatus detrahit solummodò legimam: secundum allegatos Doct. & istam scribit esse cōmunem opinionem Bertran in l. hac edictali. §. si tamen. C. de secund. nupt. num. 10. Sed ipse Bert. loco de quo supra, & consil. 125. viso, & ponderato casu mihi exhibito, sub num. 52. volum 8. dicit quòd filius priuatus hoc casu debet computare Trebellianicam in legitimam: & ita declarat dictam limitationem communem. *Cōis opin.*

4 Et ista opinio ita, & taliter restricta ampliatur vtiliter procedere in ascendentibus quoque; & sic parentes, ac ascendentes ipsi instituti per filios in eorum testamentis, & grauati restituere hæreditatem post eorum mortem: possent tunc etiam detrahere duas quartas, idest legitimam, & Trebellianicam, quemadmodum detrahit filius ipse grauatus à patre: vt ex multi consuluit Grauet. in d. consil. 110. nu. 1. vbi tuetur istam opinionem, vocatq́, veriorem, & communem. *Cōis op. n.*

5 Sed pater ipse à filio institutus, & grauatus restituere sub conditione, fructus non lucraretur ex toto, verùm in quartam Trebellianicam tanquam extraneus hæres imputare deberet: vt voluit cum alijs glomeratis per eum Ripa, i. um. 31. & Hier. Lau. nu. 69. in l. in fideicommissariā ff. ad Trebell. qui ostendit istam esse communem sententiam. *Cōis opin.*

¶ In contrariam verò partem, videlicet, quòd fructus non computentur in Trebellianicam in liberis primi gradus, licèt duas quartas detrahant, inclinauit subtilissimè, atque doctissimè Rota Romana, attestante Cassadoro in decis. 2. de testamētis. Sed accedendo communi præmemoratæ adduco aliquas rationes.

6 Et primò quippè quod fructus in legitimam debitam iure naturæ computari non possint, fundeo hoc stabili fundamento: quia & si testator hoc voluisset, etiam expresse non potuisset. l. iubemus. C. ad Trebell.

7 Secundò præsens communis sententia comprobatur etiam: quoniam legitima de substātia nempè, & de rebus hæreditarijs, non autem de fructibus debetur. l. scimus. §. repletionem cum

ibi

ibi nota. per Glo. & Doct.C.de inoff.testa.& faciunt quæ habentur in l.in fideicommissariã,per Glo.& omnes ibi.ff.ad Trebel.& tradita per Bar. & cæteros omnes in d.l.in quartam,vbi imputatur solummodò in legitimam iure naturæ debitam id,quod est in patris patrimonio: & ideò fructus ipsi nullatenus imputantur: siquidem statim à die mortis sunt ipsius filij.ita Bald.Pau. de Cast.& omnes alij in d.l.iubemus, & Glo. & cæteri constanter in d. l.in fideicommissariam.

8 Et quemadmodum fructus percepti in legitimam computari nequeunt,ita pariformiter nec in Trebellianicam, vt docuimus ex communi opinione:quam tanquam æquiorem ait in practica obseruari apostilla ad Alex. in consil. 165. sub litera.E, vol.5 Vnde filius grauatus in vita, vel post mortem suam restituere, & sic in casu, quo duæ quartæ detrahendæ forent: tūc fructus non tenebitur modo aliquo imputare, nisi postquàm ipse, seu hæredes sui extitissent in mora constituti in iudicio. Nam à die litis contestatæ filius ipse grauatus, seu hæredes sui fructus in Trebellianicam, & non prius imputare tenentur:vt concedunt Bal. Pau de Cast.& omnes alij communiter,& concorditer in d. l. iubemus. & est text.in terminis in d.c.Raynutius de testam. in vers. in eo verò quòd quartam, & cætera, vbi Glo.& cæteri omnes Canonistæ. Per quem textum facilè confundi videtur doctrina Pauli Castrensis:quam plurimum commendat, atque extollit Alex.in d.consil.165.circa præsentem consultationem, in fin.vol.5. & in l. mulier. §. cùm proponeretur,colum.5.ff.ad Trebellia qui concludere videntur, quòd vbicunque vna legitima foret detrahenda,hoc est Trebellianica dum taxat: tunc fructus percepti à filio grauato non venirent vtique imputandi in Trebellianicam, etiam si hoc per testatorem expressè dispositum fuisset:vt in d.l.iubemus,qui quidem tex. in casu hoc loquitur.Nihilominus tamen vbicunque duæ legitimæ detrahendæ forent, vt in casu dicti c.Raynutius, secus esset: nam videtur istud contra d.c.Raynutius,vbi casus clarus; & ita doctissimè quidem consuluit Ang.in cons.121.Zoilus domini,& Alexandermet in consil.250. vol. 6.nonnihil dubitauit similiter de hoc Pauli dicto in d.§.cùm proponeretur,ubi itidem nec ausus est illud firmare tanquam periculosum, atq; nouum Vnde non immeritò idem Paul.in d.l.iubemus mutauit consilium suum in melius:& est etiam de mente Bart.in l quod de bonis.§.quod auus.ff.ad l.Falcid.vbi Alex. quoq; hoc idem voluit. Cæterum opinio Pauli Castrensis in d. §. cùm proponeretur,absque scrupulo aliquo procedere posset in terminis d.l.iubemus, videlicèt,quãdo pater,qui filium suum grauasset per fideicōmissum,expressè disposuisset, quòd ipse fructus in Trebellianicam imputare deberet, quos tamen non imputaret,si népe pater hoc nō mādasset:per tex.in d.c.Raynutius,iūcta d.l.iubemus.

Cõis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *LEGITIMAE nullum grauamen,aut onus, vel conditio perpetua potest imponi.*

2 *Pater non potest disponere in testamento suos filios stare,seu viuere in communione perpetua: quia nec quis cogitur stare in communione perpetua, etiam si iurasset.*

3 *Pater licèt non possit grauamen imponere legitimæ filii, tamen potest prohibere eius alienationem vsque ad certum tempus:cùm talis prohibitio contineat fauorem liberorum.*

4 *Pater prohibens alienationem simpliciter, tunc bona possent alienari vsque ad integram legitimam; Et sic simplex prohibitio alienationis quantùm ad legitimam nihil operatur.*

## OPINIO CCCCLX.



1 EGITIMAE nullum grauamen,aut onus,vel conditio perpetua potest imponi.l. quoniã in nouella,& l. quoniam in prioribus. C.de inoff.testa.

2 Hinc est, quòd testator non potest disponere in testamento suos filios stare, seu viuere in communione perpetua:vt sentiunt Paul.Castren. & Ias.in l. si non sortem. si centum.ff.de cond. indeb. & ita consuluit Alex.consil.475.col.3.vol.3.consil 29.col. antepen. vol 5.& consil.48.col.penul. & fin.vol. 6.& ita etiam consuluit Boer conf.13.Huc idem tenet, & sequitur Anto. Rubeus consil.27.nu.3. & Ripa in l nemo potest nu.20.ff. de leg.1.Et ad hoc corroborandũ Doct.allegant tex.celebrem in l.in hoc iudicium.§.si conuenerit. ff.communi diuidun vbi dicitur expressè testatorem posse prohibere ad tempus, sed non in perpetuum, quamuis Alex.sibi contrarius, & malè in d. §. si centum velit contrarium . Et hoc,quòd testator possit prohibere inter filios infra determinatū, & certum tempus diuisionem fieri, secundum Paul.de Cast.in d.§.si centum post Bar.in l. quintus. ff. de annu.lega.& Bald. in l.si quis ita.ff.de cond.instit.debet intelligi cum grano salis, vt latè declarat Gramma.decis.7.

¶ Amplianțur præmissa intantum procedere, quòd nec quis cogitur stare in communione perpetua,etiam si iurasset stare in dicta communione:vt latè per Docto.in d.§. si centum, Ripã in d l.nemo potest,num.20.& Marsil. singu. 20. & ita in terminis consuluit Rubeus conf.89. nu. 8.& seq.

3 Limitatur, ac declaratur conclusio ista non procedere, quando pater prohiberet alienationem dictæ legitimæ vsque ad certum tempus,veluti 30. annorū; cùm talis prohibitio contineat fauorem liberorum, ideo valet,& tenet:secundũ Bar & Docto.in l.cùm ex filio ff.de vulga. & pupil.substitu.Ias.in l.filius matrem, per illum tex.

C.de inoff.testam. Alex. in l. multi non notæ.ff. de liber.& posthu.Thom.Ferra.caute.35. Crotũ in l.filiusfam.5.Diui,col.5.ff.de lega.1.& Ias.ibi circa fin. asserit ab hac opinione neminem discrepare: licèt Bal.in l.pater in 3.not.C.de instit.& substit.teneat contrarium,& Francisc.de Aret.consil.19.col.2.

¶ Sed tamen pro prima opinione consuluit Paul.de Cast.consil.77.vol. antiquo, & in d. 5. si centum: quem sequitur inibi Alex.col.2.& idem tenet Paul.Castren.in d.5.Diui: & istam Paul. & Cõis opin. aliorum sententiam fatetur esse communem Boer. decisio.87.nu.5. Nec enim iudicatur onerosa prohibitio alienationis legitimę ad tempus facta; ideoque non reijcitur. l. filius matrem. C. de inoff.testam.& conclusio ista, seu limitatio videtur communis, teste Boer. in d. decisio.87.& constat quoque hanc esse communem sententiã ex congestis per Dec.consil.442.& Bellameram consil.28.

4 Sed vbicunque simpliciter testator prohiberet alienationem: tunc statim bona possent alienari vsque ad integram legitimam; & per consequens nihil operatur quantùm ad legitimã simplex prohibitio alienationis: vt per Ias. eleganter consf.161.reuocatur,lib.2.

### SVMMARIVM.

1 MATRI per substitutionem pupillarem exclusæ non debetur legitima.

2 Substitutio facta per verba communia, matre existente in medio, omni tempore erit fideicommissaria.

3 Decisiones Concilij Neapolitani, quæ proferuntur sub nomine Regis in casibus dubijs succedunt loco interpretationis Imperialis.

## OPINIO CCCCLXI.

1 LEGITIMA matri per substitutionem pupillarem exclusæ non debetur, nec ei aliquo modo assignanda est in hoc casu. c.si pater de testa.lib. 6. & ista Cõis opin. videtur verior, & magis communis opinio: secundùm Alex.conf.12. attestatis verbis colum.4.vol. 3. consil. 17. ponderatis his colum.3.eodem volum.conf.51.in casu præsenti volum.7.& in l.Centurio,fol. 6. ubi omnes Docto ff.de vulga.& pupil.substit.& Corne.cõs. 93.licèt posset lib.3.Dec.verò conf.371.in cau- Cõis opin. sa, circa finem, asseuerat communem opinionẽ omnium Docto. esse, quòd omni tempore dicta substitutio sit fideicommissaria. Et casu quo, aduerte, isthæc substitutio reperiretur facta simpliciter absq; temporis distinctione, semper fideicommissariam arbitratur Bald.consil.355.dicta substitutio, volum.4.& consil.175.præmisis lib. 5.& Alex. latè consil. 38. viso themate lib. 1. & conf.66.viso testamento lib. 2. Imò ipse Dec. veritatis author, consil.128. colum.2. in casu proposito, dicit non posse discerni, quæ sit communis opinio, ideò ipse suadet inibi quòd de æquitate propter cõflictum istum opinionum posset, & deberet matri dicta legitima assignari: & in hac opinione residet etiam ipsemet Dec. consil. 643.viso eleganti.

2 Et in effectu dicta substitutio facta per verba communia omni tẽpore, matre existente in medio, erit fideicommissaria: vt latè per Dec. d. cõs. 372.& omnes Legistas cõmuniter in d.l. Centurio,& in d.l. precibus. C.de impube.& alijs substitu.& Canonist.in c.Raynutius de testa. Et opinionem istam vltra prædictos Scribent. ait esse magis communem Afflict.decisio.367.vbi profert vtile quippè verbum, quòd ita in facti contingentia fuit in Sacro Concilio iudicatum; ideò opinionem istam tanquàm veriorem, magis æquam, magisq; communem mihi sequendam fore constitui: & non ab re. Cõis opin.

3 Quia decisiones Sacri Concilij Neapolitani, quæ proferuntur sub nomine Regis, succedunt in casibus dubijs loco Imperialis interpretationis, de qua in l.fin.C.de legi.vt per Afflict. decis. 166.col.fin. Et hinc est, quòd Rota Neapolitana tanquam Spiritussancti tuba, & vera legum mater, meritò in Regno generaliter nuncupatur refugium oppressorum, & lucerna supra montem posita, per quam tanquàm mons montium totus orbis illustratur. Et hanc opinionem tanquã æquiorem, atque firmiorem vltra alios supra adductos tuetur fidelissimus veritatis assertor, D. Pompeius Leonardius iurecõsultus Reatinus, in repet.ad l.precibus.C.de impub.& alijs substitutio.quam dignatus est mihi exhibere manuscriptam, vbi strenuè differit de veritate huius conclusionis, & demùm asseuerat se consulendo in facti contingentia aliàs obtinuisse: secundùm præmemoratam Affl.decis.

### SVMMARIVM.

1 LEGITIMA ex primogenitura bonis non debetur cæteris liberis, cùm primogenitus habeat hæc bona vigore primogenituræ acquisita, & non recognoscat illa ab hæreditate patris.

2 Frater nõ tenet cõferre fratribus bona primogenituræ.

## OPINIO CCCCLXII.

1 LEGITIMA ex primogenitura bonis non debetur cæteris liberis: cùm hæc bona vigore primogenituræ acquisita, ac obtenta primogenitus habet præcipua, nec recognoscit aliter ab hæreditate patris, nec ab ea proueniunt aliquo modo: secundũ Tiraq. cum


cum aliis citatis per eum in tracta. primogeniorum.q.5.& 55.& ista est communis opinio, teste Parisi.consi.17.nu.30.uol.2.

2 Et hinc est, quòd minimè conferendum est aliis fratribus illud, quod ad primogenitum iure primogeniture peruenit: ut uoluit Bald. in repet.l.cunctos populos, colum.8.C.de sum.Trin. & fide catho. quia hoc proprium lucrum esse apparet, vt per eum ibi, & in auth. ex testamento, col.fi.C.de colla. & refert, atq; ex aliis comprobat Tiraq in d.tract.primigeni.quæst.51.

*SVMMARIVM.*

1  *ICENTIATVS postea doctoratus, præfertur Doctori medii temporis, quando mox gradus, & insignia doctoratus recepit, & dum in practica esset ea consequendi, alij extitissent doctorati; & tunc licentiatus præferendus foret: aliàs secus.*

## OPINIO CCCCLXIII.

1 ICENTIATVS postea effectus Doctor præfertur illi, qui medio tempore est effectus Doctor; & sic Doctor iunior antiquiori prefert, si iunior prius quàm antiquior licentiatus foret, licèt in assequutione gradus fuisset posterior, ita quòd medio tempore inter licentiam, & gradus susceptos Doctoribus creatis ueniret præferendus: vt uoluerunt Rayne.& Nicol.de Neap.in l.1.C.de cõsul.lib.12.per tex.ibi, Aret.in §.quædam,nu. 10. de actio.Calde.in c.Sanctæ Crucis de rescrip.Alex.in apostil.ad Bar.in l.1.ff.de obse.à liber.patro præs.Soci.consulendo cons.70 uol.4.Fely. & Deci.in c.clerici,nu.4.de iud. Maria. in c.quanto de magist.Petrus de Lesnaudiere in tract.de Doctoribus in 3.p r.q.12.Purpura.in tracta. de offi.assesso.fol.43.nu.24.Boeri. in tract. de authori.magni cons.nu.98.post decisiones suas impresso,Per.Rebuff.in tract.nomi.q.21.post num. 44.Io.Staph.in tract.de literis gratiæ, & iustitię, par.1.sub tit.de vi,& effectu clausularum, uersi. Secundò principaliter dubitatur in ea parte huius tertiæ partis cum uer.seq.fol.par.121.& uer. Facit ad hoc quòd notabiliter eod.titu.fol.125. Rubeus cons.86.circa præmissam,nu.2.Soci. Deci.in 1.lectu.nu.11.& in 2.lectu.nu. 18.& Purpura.& Cagnolus nume.58. cum aliis seq.in l.cùm quid.ff.si cer.pet. qui attestantur istam esse communem opinionem,Aret.in l.nec quis ex corpore.C.de aduo diuer.iudicio. Lupus in rub. de dona.inter vir.& vxor.5.38.& Tiraq.de legib.connub.in 15.lege connub.nu. 5. *Cõis opin.*

¶ In contrar.am uerò partem inclinauit Hânibal Troysius Cauensis super ritibus Regni in ritu.101.in primis Doctores,& c.nu.7.cũ aliis seq. fol.363.Cæsar Vrsillus in add.Afflict.in decisio. 1.nu.18.& seq.Roma.cons.333.Ias. in d.l. cùm quid in 1.lectu.nu.16.Iacob.Rebuf.in d.l.1.C. de consul.lib.12.Grat. cum aliis relatis per eum consi.116.uol.2.Ruin.cons.19.n.15.uol.1. & Alcia.in trac de præs.reg 1.pũm.45.n.7.& seq.& cõsi.722.in quibus locis conantur, & doctissimè quidem in practica reducere istas opiniones ad optimam consonantiam,& concordiam, uidelicet, quòd licentiatus postea doctoratus præferatur Doctori medij tẽporis absq; scrupulo, & difficultate aliqua, quando mox gradus,& insignia doctoratus recepit, & dum in practica esset ea consequendi alij extitissent doctorati: tunc quippè ipse licentiatus præferri deberet: aliàs secus, & ista concordia uerissima, & tutissima redditur in decisiuis.


*SVMMARIVM.*

1 *LICENTIATVS in decretis, & magister in artibus non est præferendus Doctori decretorum.*

## OPINIO CCCCLXIV.

1 ICENTIATVS in decretis,& magister in artib⁹ præferendus non uenit Doctori decretorum: & sic iste licentiatus non posset aliter vti præcedentia, seu prærogatiua contra Doctorem decretorum: secundum Roma.cons.333.nu.7.& 9 Fely.in rub.de maio.& obed.post nu.2.& in c.clerici col.2.de ind.Boeri.in tract.de authori. magni consilij, sub nu.96.& seq.Dec.in l.cùm quid ff. si cer.pet.in 1.lect.n.17.Io.Staphi. in tract. de literis gratiæ,& iustitiæ par.1.ante fi.uer.Octaua cõclusio,& sub titu.de vi,& effectu clausularũ uers. Secundò principaliter dubitatur in ea parte, cũ aliis vers.seq.fol.120.& seq. Rub. cons.86.circa præmissam,num.2.& ista est communis opinio pro qua facit Rebuf.in tract.nomi.q.21.sub nume.44.uers.Intellige quòd Doctor,& Tiraquel. de leg.connu.Glo.2.nu.2. *Cõis opin.*

*SVMMARIVM.*

1  *IVDICIVM cæptum cum defuncto nõ transit in fiscum, vt teneatur litigare coram eodem iudice: quia fiscus habet proprios iudices: secundùm communem opinionem. Sed secundùm alteram communem sententiam contrariam, similiter communem, instantia cæpta cum defuncto transit in fiscum, & causa ipsa finienda uenit coram Cæsaris rationale, non autem coram alio iudice cæpti iudicij.*

## OPINIO CCCCLXV.

1 LIS inchoata coram ordinario non transfertur ad rationalē Cæsaris, si fiscus litigatori successerit. Et sic instantia cœpta cum defuncto non transit aliquo modo in fiscum: quia fiscus ipse habet iudices proprios. l. si constante. §. fi. ff. solut. mat. per quem text. ita firmauere Bar. ibi, Anto. Abb. & cæteri, præsertimq; Barbatius, num. 44. & 51. & Dec. nu. 29. 32. & seq. in c. quia de iudi. vbi existimat istam communem opinionem fore. Cōis opin.

¶ Contrarium uerò sensere, videlicet, quòd in ius rei conuenti post litem contestatam succedens fiscus causa ipsa finienda sit coram Cæsaris rationali, non autem coram alio iudice ordinario cœpti iudicij, Iac. de Are. & Bal. in d. l. si constante. §. fi. Io. de Imo. in l. si eum hominem. ff. de fideiuss. & Curt. Iun. in l. hæres absens. ff. de iud. nu. 2. vbi admonet istorum sententiam communem esse. Tamen prima pars communior, uerior que apparet, & secundū eam tutè, & optimo quidem aliàs iure suadēte iudicari per doctissimos, grauissimosque uiros uidimus. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 HOMO *liber potest locare operas suas in perpetuum.*

## OPINIO CCCCLXVI.

1 LOCARE potest operas suas liber homo in perpetuum: secundùm Glo. Bar. Saly. & cæteros omnes in l. antiquitas. C. de vsufruct. Specul. in tit. de locato. §. postquàm uers. Quid si locaui, Imo. in c. 2. extr. de pig. Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. q. 8. ff. de verb. oblig. & Ripam in l. obligationem generali, nu. 10. & seq. ff. de pignoribus, vbi explicat opinionem istam esse communem, eamq; approbat, declarat, & ampliat. Cōis opin.

¶ In contrariam uerò partē inclinauit Glos. in l. post certū. C. de lib. cau. Dyn. in l. Titio centum. §. 2. ff. de cond. & demon. & Laurentius Syluanus cons. 34. nu. 11. Sed ego veritatis memor sequor primam sententiam communem, tanquàm verissimam.

*SVMMARIVM.*

1 *LVDVS scachorum est licitus, ac permissus laicis, quia in ingenio naturali consistit.*

2 *Ludus scachorum est permissus clericis, dummodo ludant causa recreationis, & non ex causa auaritiæ, Et quòd non palàm ludant propter uitādum scandalum, Et quòd non sint assidui in tali ludo, neque ordinarij, Et quòd non omittant tempore debito interesse diuinis, Et quòd non ludant cum personis inhonestis, aut suspectis, Et deniq; abstineant inter ludēdum ab ira, iuramento, mendacio, fraude, & huiusmodi.*

3 *Ludo scachorum Episcopo Florentino intercresenti seù assistēti ad uidendum ipsum ludum Petrus Damianus imposuit duram pænitentiam, uidelicèt tria psalteria, et lotionem pedum duodecim pauperum cum certa eleemosyna, et iste ludus dicitur ludus simiæ.*

4 *Ludus latrunculorum, et scachorum inhibetur clericis cum laicis.*

5 *Quæsita in ludo scachorum, seu pilæ non ueniunt restituenda, dummodò amittens non sit filiusfamiliàs, & causa recreationis fiat, & sine blasphemiis.*

6 *Ludus scachorum, seu latrunculorum, & pilæ omni iure permissus est.*

7 *Ludo pilæ optimè lusisse fertur Scæuolā, Mecena. Dionysium Siracusanum, Alexandrum Magnum, Scipionem, Lico. Philosophum, & Cæsarem.*

8 *Pilæ exercitium plurimum confert ad sanitatem, seruatis aliquibus conditionibus.*

9 *Ludus paruæ pilæ multum commendatur, quia in eo corpus, & anima simul exercetur cum lætitia.*

10 *Ludi quot permissi sint ad humanam recreationem numerantur hic.*

11 *Ludus scachorum inuentus extitit tempore Giulmerodac regis Babiloniæ & causa cur ludus iste inuentus sit, narratur diffusè, & moraliter.*

## OPINIO CCCCLXVII.

1 LVDVS scachorum est licitus, permissusq; laicis: quia cōsistit in ingenio naturali: secundū Glo. Odofre. & omnes Legistas in auth. interdicimus. C. de episc. & cleri. & Canonistas. in c. pē. de vita, & honest. cler. Paride de Puteo in tract. de ludo, sub nu. 12. Bald. in rub. C. de cond. ob turp. cau. Ang. in l. 1. §. 1. ff. quarū rerū act. non da. Caccialupum in tract. de ludo, sub nu. 8. Stefa. Costam cum aliis aggregatis per eum in trac. de ludo in §. succedit modò, nu. 23. cum quatuor aliis seq. ubi narrat istam esse communē opinionē, ac procedere de iure canonico etiam. Cōis opin.

2 Imò esse permissum huiusmodi ludum etiā clericis, dummodò fiat causa recreationis, & cū aliis bonis, honestisq; circūstantiis, uoluit Glos. Vincē. Abb. col. 2. & cæteri oēs unanimiter, & cōcorditer in c. pen. de vi. & ho. cler. Inno. in c. lator de homici. Archi. in c. episcopus 35. dist. in prin. Abb. & Imol. post Io. And. in c. clerici ced. titu. Ricchar in 4. distin. 15. arti. 4. quæst. 8. & Frater Guil. Pepin. in sermonibus de destructione Niniuæ, sermone 18. colum. 9. fol. paruo 127. S. Antoninus Archiepisc. Floren. in 2. part. eius summæ titu. 1. c. 23. sub §. 2. Paris de Puteo in tractа. de ludo, sub nume. 12. Caccialupus in dicto tract.

tract. de ludo quæst 5. sub nume. 27. Stephanus Costa, in d. tract. de ludo. 5. succedit modò, sub nume. 28. & seq. Soci. consil. 16. volu. 1. & ista est
Cōis opin communis opinio Doctorum vtriusque censuræ, & Theologorum: cui tanquàm uberiori innititur etiam Ioan. Tabiensis in sua summa Tabiena in uerb. Ludus, sub .7 & Bursatus cons. 116. ex actis, sub nu. 1. cum aliis seq.

3 Itaque prima circumstantia, seu conditio inter Religiosos in præsenti luxu illa propemodù necessaria foret, quòd ipsi latrunculis animi causa ludere debeant, omni prorsus cupiditate lucri, quæstusque proprij cessante. Secunda quidē etiam circumstantia isthæc exigitur necessariò in hoc casu, quòd ipsi clerici, ne alios offendant, in domibus suis priuatis, seu in aliis locis abditis, non autem in locis publicis ludere teneant.

¶ Et hinc est, φ licèt ludus citharæ similiter cōcedat clericis ērquia Dauid iustus pulsauit citharam ipsam, & chorizauit: tamen hoc uerum esset, atque locum sortiretur in loco occulto, nō autem publico: secundum Abb. in c. cùm decorem de vita, & honest. cleri.

¶ Tertia circumstantia adhibenda in præsenti negocio illa est, quòd Religiosi frequētatores huiusce lusus latrunculorum esse non debeant: sed vt tempus exigit, & locus congruit huiusmodi ludo incumbere, ac aduigilare illis licitū esset.

¶ Quarta circumstantia, quæ ab eodem fonte procedit, ea nimirum est, quòd clerici ob talem ludum non omittant recitationem horarū canonicarum, celebrationemq́; aliorum diuinorum officiorum, ac studium rei literariæ. Siquidem si aliter ageretur, cantari meritò posset contra istos illud uulgare prouerbium, quod vanè, & insipidè ipsi curarent cuticulam, seu reduuias.

¶ Quinta circumstantia omni suo iure exposcitur etiam, vt ipsi clerici cauere debeant tanquàm ab igne à ludēdo cum personis improbis, infamibus, ignominiosis, & hisce similibus, & itidem cū mulieribus quantūcunq; honestissimis, eo quòd non decet eos habere tam priuatam, & familiarem cōuersationē, & cōsuetudinem cum eis, vt patet in toto titulo extra de cohabitatione clericorum, & mulierum.

¶ Sexta circumstantia minimè prætermittēda venit in p̄senti negocio, quæ ea est, vt Religiosi ipsi in ludendo ab ira, iuramento, mendacio, fraude, & ab aliis similibus vitiis, & peccatis penitus abstinere debeant.

¶ Benè uerū est, qđ legit apud Vincētiū Historicū lib. 26. c. 52. quòd Petrus Damianus Episcopo Florētino, qui solùm interfuerat ludo scachorum, imposuit duram pœnitētiam: uidelicèt tria psalteria; Item lotionem pedum duodecim pauperum cum certa eleemosyna cuilibet porrigenda: quamquidem pœnitentiam Episcopus ipse libenter acceptauit, facilè colligēdo huiusmodi ludū latruncularium esse propriè ludū simiæ, quo lusisse simiam author est Plinius, ac fore puerile studium, perditum tempus, atq; curas superuacuas omnibus notū est. Imò uix rei vllum tā intensum, tanquē ineptum studium inuenias: in eo enim interuenire ineptissimos clamores, stulta gaudia, ira sq; ridiculas, atq; deliros senes impēdere alueolo, & pauculis lignis vagis, ac furtim insidiantibus, latrocinātibus quotidie uidemus.

4 Sed iste ludus recreationis causa cum laicis inhibetur ipsis clericis. capi. continebatur, de homicid. firmat Stepha. Costa in d. 5. succedit modò, sub nu. 14. & seq. & discurrit fusisimè Neuizan. in sylua nuptiali. lib. 4. sub nu. 42.

5 Et sic laici vincentes in ludo prædicto scachorum, seu in ludo pilæ, in quo versatur personę exercitium, non tenentur ad restitutionem, nisi amittens filiusfam. sit, & causa recreationis fiat, & sine blasphemiis: secundum Oldra consil. 78. & Saly. in l alearum. C. de relig. & sump. fune. per tex. in l. fi. ff. eod. tit. & præclarę scientiæ Theologum Fratrem Ioannem compatriotam meum post S. Tho. in sermonibus quadragesimalibus, lima vitiorum nuncupatis, sermo. 5. q. 3. col. 2.

6 Et hoc non mirùm est, siquidem ludus schachorum omni iure permissus est, prout & ludum pilæ omni similiter iure permissum esse ait Ang. cons. 397. Costa, & Puteus in d tract. de ludo.

7 Ferturq́ue Scæuolam Iurisconsultum optimè pila lusisse, teste Valerio in rub. de ocio, ac ēt Mecena Dionysium Siracusanum, Alexandrum Magnum, Scipionem, Lico Philosophum, & Cæsarem, qui donauit cuicunque cū eo ludēti 100. sestertia neutra, id est 250. libras argenti, præter quàm L Cecilio, cui donauit solū modò 50. Vndè ob hoc nugando coram Cęsare protulit hæc uerba, ò Cæsar e 50 non ludo tecum cum una manu. Ideò animaduertens talia nugatoria oportuna uerba donauit eidē 50 alia sestertia, teste Reuerendiss. D. Patritio Episcopo Caietano in trac. Sacri Regni ueri regiminis ueræ fœlicitatis principis. lib. 3. c. 11. de ludo pilæ.

¶ Et Prochytanū nostrū regnicolam, nostra tēpestate ludo hoc pilæ palmariæ eximiè ludentem, gratis nostræ omnes pręcelluisse, nemini dubitandū. Nā dum superioribus anis, per quendā agilem, cōpositū, singularēq, lusorē Hispanum prouocatus, lusisse fertur in Ciuitate Neapolis, publicis in spectaculis frequēti populo cōgregato: & ab Hispano aureorū summam non mediocrem quęsiuisse. Nec silentio itidem duxi transeundum, quòd in Ciuitate nostra Aquilæ, nostris temporibus effecit. Cum enim aduersus Ioannem Antonium Cancellarium ciuem nostrum, pilæ congressum haberet, qui in pilæ munere subcundo, primum sibi locum uendicabat, cùm ne dum superiorem, sed neq; parem hactenus inuenisset; hac arte Prochytanus, & industria usus est. Ioannes Antonius erat propè potiturus victoria, & gauisurus, cùm in duabus tantùm notis, uel (vt aiunt caccis) quæ in sui fauorem erant, aduersarium superare testabat.

Prochytanus, nisi in quodam parietis foramine pilam direxisset, ibique constituisset, vincere nequibat; pro prima nota, id fecit, & vicit. Pro secunda uerò nota, pedis callo laborare simulans, detracto calciamento, & in quadam specula posito, resilentem pilam tanta agilitate tractauit, quod in calceo consistere fecit, magna omnium admiratione. Quo uiso Ioannes Antonius in huiusmodi uerba prorupit. Qui fieri potest; nisi humanę naturæ tentator, vel Prochytanus posset efficere? Tunc Prochytanum se fassus est, & mutuis amplexibus, & osculis vltrò citroque habitis, sic ait Ioãnes Antonius, cedo tibi omninò locum, ac me longè minorem esse ingenuè fateor.

8 Et exercitium hoc pilæ plurimum confert ad sanitatem, seruatis tamen conditionibus expresſis à Gale. in primo, & secundo sanatiuorũ. Nam quemadmodum enuntiat ipse Gale. in lib. de ludo paruæ sphærę, multi liberati sunt, ab ęgritudinibus gauisi solùm.

9 Quare illa exercitia maximè commendanda sunt, in quibus corpus: & anima simul exercetur cum lætitia & proptereà ludus paruæ pilæ multùm ibidem commendatur.

10 Sunt etiam aliqui alij ludi permissi ad humanam recreationem: interdum enim fatigantur, & debilitãtur vires humani corporis, etiam in bono opere, propter quod, vt aliqua consolatione exteriori recreentur, & per consequens roborentur, & fortificentur in bono opere, permissi sunt aliqui ludi liciti, qui inuenti sunt ad leuamen laboris, ad solamen honestatis, & ad recreationem vitæ humanalis. Nam vt narrat August. 11. musicæ, Decet sapientem interdum remittere aciem à rebus agendis intentam: hæc autem remisſio animi à rebus agendis fit per ludicra uerba, & facta Ex quo concluditur, quòd ad sapientem, & uirtuosum pertinet interdum talibus vti ludis. Propter quod etiam Phylosophus ponit uirtutem eutrapeliæ, quæ consistit circa ludos honestos, quam nos possumus appellare iucunditatem. Nam, & talibus ludis interdum vacasse feruntur uiri Sancti, graues, & sapientes, & ad hoc ponit exemplum Cassianus lib 7. consolationum patrum, de Beato Ioanne Euangelista, qui cum aui in manu lusisse legitur. Similiter legitur in vitis patrum, quòd Beatus Antonius cuidam rustico obloquenti de quodam eremita, eo quòd vacaret interdum ludo honesto, ait: trahas arcum tuum semper extentum; cui ille: non faciam, quia sic cito destrueretur, nisi quandoque relaxaretur. Sic (docet pater Antonius) caro infirma humana non potest semper in eodem feruore permanere, neque durare. Vnde etiam ad hoc ponit exemplum Seneca lib. de tranquillitate animi, de agris fertilibus, quos (inquit) cito exhauriret nunquàm intermissa fœcunditas: sic etiam hominum labor aſsiduus cito exhauriret, & nimis fatigaret spiritum humanũ, nisi aliquando interueniret aliqua consolatio corporalis: propter quòd ait Cato. Interpone tuis interdum gaudia curis. Et quia labor animę, siue spiritus, qui consistit in contemplatione, est laboriosior pro quanto tunc homo magis à sensibilibus eleuatur, quàm labor corporis, in quo non est talis eleuatio à sensibilibus. Hinc est, quòd viri contemplatiui, & literis diditi, atque propensi magnopere indigent talibus ludis honestis, & recreatiuis; & sic anima aliquam quietem capiat in tali delectatione. Et hoc est, quod Philosophus 4 et icorum dicit, quòd in huius uitæ conuersatione quædam requies cùm ludo habetur: ex quibus omnibus concluditur, quòd oportet interdum aliqualibus huiusce ludis vti.

11 Et ludum prædictum schachorum, quo calculis in tabula lusoria, id est fritillis, & alueolis luditur, inuentum olim reperio circiter annum orbis conditi termillesimum DCXXXV. à quodam viro sapiente nomine Xeurxe tempore Giulmerodac Regis Babiloniæ, hominis iniustisſimi, & crudelis, qui patris corpus scilicèt Nabucdonosor in 300. partes diuisit, & 300. uultoribus comedendum dedit. Causa igitur quare ipsum ludum inuenit, fuit antedicti Regis correctio: cùm enim Rex impius esset, & non posset correctiones substinere, sed etiam correctores occideret, & multos iam prudentisſimos occidisset: populus, qui multùm dolenter ferebat ipsius Regis uitam malam, rogauit dictum Philosophum, vt Regem de sua vita increparet: is autem, cùm Philosophus primò asseuerarec mortem sibi sine dubio imminere, si id faceret, populus ait. Certè ante debes mortem eligere, quàm quòd fama in populo volet, quòd Regis vita detestabilis sit tuo consilio, maximè cùm increpare non audeas, vt tu dicis. Quòd audiẽs Philosophus, populo promisit Regem redarguere, & cogitare cœpit modum, quo, & mortem euaderet, & populo promisſis stetisse videretur; & tunc Philosophus diligenter, & sedulò pertractare cœpit, ac tandem scaccherium cum 64. quadratis inuenit, formasque schachorum ad formã humanam de auro, & argento composuit, & formauit: progressum autem eorũ, & motũ descripsit, cum quo idẽ Philosophus id sic ludũ totũ ordinasset, descripsissetq; formam inter pictæ tabulæ, & schachorũ, ac mores Regis, nobilium, & popularium, & officiorũ eorũ, & iã corã nobilibus in Regis aula ludere cœpisset, & placuisset etiam ludus omnibus, Rex superuenit, miratusq; ludi pulchritudinem, ac inconsueti solatij nouitatem, ludere desiderauit; & tunc Philosophus Regẽ de ludo, & de progressu schachorũ docere cępit, prorũpendo primò quò Rex debet habere ẽt clemẽtiã, iustitiã, cõtinentiã; docere ẽt eũ cępit de forma Reginę, & de eius ꝓgressu, asserens quales mores Regina habere debeat. Docere ẽt voluit de, cẽtauris tãquã de iustis iudic b', & cõsiliaris, quos in Regno necesse est esse, itẽ de

miu-

militibus, quòd fideles sapientes, & liberales esse debét. Ité de uicariis Regis, & morib⁹ eorũ, docuit similiter quomodò populares debent incumbere artificiis suis, & in eis seruire nobilibus; & quare etiam sint ante nobiles constituti. Cùm autẽ sic ante dictus Phũs uitam Regis curialiter, diligenterque repræhendisset, quasi reprǽhendendo Regem, & nobiles in ipsa depicta tabula interpositos. Rex Philosopho interminatus est, quòd sub pœna capitis sibi detegeret, quare hunc ludum inuenisset, & quid ad inueniendum commouisset: quo audito Philosophus timore coactus, respõdit, quòd populo requirente, permissum erat quòd Regem corrigerent. Sed cùm timerẽt mortem, uidens quòd ipse Rex alios sapientes occiderat, & quòd tantæ fuissent audaciæ, quòd ipsum increpare ausi fuissent, protulit se in anxietate positum qualiter, & vitam seruaret, & modum curialem correctionis Regis posset inuenire. Cogitatione igitur maxima præcedente, hunc ludum inuenit, vt & Regis vitam immutare posset curialiter corrigendo vitia tertiæ personæ formatæ in ipsa latrunculária tabula ad memoriam, & in publicum reducendo: vt, & ipse Rex, qui ludum discere cupiebat, dicta de tertia persona, tanquàm dicta sibi attenderet, & sic saltem vitam mutaret, & mores. Dixitq; similiter se huiusmodi ludum inuenisse, vt nobiles abundantes in diuitiis, & pace temporis gaudentes, otium uitarent per hunc ludum, dum ludendo delectarentur ipso, ac essent intenti. Vlterius, vt daret materiam meditandi multis, & inueniendi uarias rationes, & modos tam ludendi, quàm etiam loquendi, & scribendi super eo. Rex autẽ auditis huiusmodi causis, cogitans etiam quòd nobilem correctionis modum Philosophus prædictus præmeditatus esset, Philosophum rogando, vitam, & mores ad mandatum, & modum; quem Philosophus eum docere uoluit, permutauit: sicque factum est, vt Rex, qui primò erat incompositus, & impius, iustus fieret, & coram omnium oculis uirtutibus, & moribus venustus, atque concinnus: prout hoc diffusius discurrit Frater Iacobus de Cessulis, ordinis prædicatorum, in tract. de ludo schachorum. Vndè idẽ Sapiẽs viri ita tyranni sæuitiam coercere metu, ac cum documento monere volens, ostendit maiestatem sine uitibus, hominumq; adminiculis, parùm admodùm valere, atque tutam esse, quando per illiusmodi ludum satis patebat Regem facilè oppressum iri, nisi inuigilaret, à suisq; defenderet.

## SVMMARIVM.

1 *LVDVS est crimen, & delictum. Et hinc est quòd lusori, sicut prodigo, & furioso potest interdici administratio bonorum. Et ludens præsumitur dilapidare bona, & malè vti substantia sua.*

2 *Ludi permissi, & prohibiti legibus secularibus, qui reperiantur, & quibus pœnis ludentes puniantur, ponitur hic remissiuè.*

3 *Ludus est fames iniquitatis, & cupiditatis, domestica prædatio, vsuraria labes; mendaciorum, atque nugarum sedula mater, fons diuinæ negationis, crudelis blasphemiæ pater, corruptio populorũ, scãdalum proximorum, peruicax inobedientiæ filius, amissio temporis, discordiarum, & homicidiorum multorum origo, immane desperationis baratrum, idolorum cultus, inerta segnicies, ocij nutrimentum, diffamationis titulus, atque multarum stultitiarũ ludibrium singulare.*

4 *Ludentes assiduè taxillis, & alea inter personas infames habentur in Regno Neapolitano.*

5 *Doctores ludentes ad taxillos sunt infames; & ob hoc ab eorum officijs amouentur: nam turpis vita agitur propter ludum.*

6 *Officiales in Regno Neapolitano vt primùm eorum officium assumunt, emittunt banna, & proclama, vt nullus ludere audeat ad taxillos, seu ad alium ludum prohibitum sub determinata pœna: cùm hoc in republica christiana sit maxima pernicies.*

7 *Ludentes ludis prohibitis, & inspicientes ludere eadem pœna puniuntur, quotiescunque reperitur emanatum bannum per officiales, vt nemo ludere audeat sub certa pœna.*

8 *Ludi inspectores, si præstarent causam ludo, siue inducendo, siue pecunias mutuando, siue alijs modis haberent ibi inordinatam affectionem, mortaliter peccarent. Sed si non præstarent causam, tunc tantùm peccarent venialiter.*

9 *Officiales valentes prohibere ne ludi fierent in sua iurisdictione, & non prohibentes, tenentur ad restitutionẽ perditi in illo ludo à tempore, quo prohibere potuissent.*

10 *Ludentes non solùm efficiuntur infames, sed etiam tenentes aleas, & taxillos, & alijs accommodantes ad ludendum. Et uenditores, & factores alearum, taxillorum, & similium, peccant mortaliter.*

11 *Ludo quæsita in foro poli, & conscientiæ non sunt restituenda ante iudicis condemnationem.*

12 *Consuetudo excusare potest victores in ludo prohibito ad restituendum bona in illo ludo quæsita, & ad soluẽdum pœnam in lege statutam occasione ludi.*

13 *Ludo quæsita in animæ iudicio restitui non debent, ubicunque in illo ludo cessaret omnis dolus, & fraus: sed interueniente fraude in ipso ludo: tunc in foro animæ absque iudicis condemnatione debet fieri restitutio omnium lucratorum mediante ipsa fraude.*

14 *Ludo quæsita pauperibus, seu pijs locis victores tenentur erogare, atque elargiri.*

15 *Ludo quæsita ab eo, qui ludere penitus recusabat, veniunt restituenda in foro conscientiæ. Et ista attractio ad ludendum etiam largè intelligenda est, videlicèt quocunque modò quis adduxerit aliquem ad ludendum secum uerbis, vel re, siue in principio ludi, seu in medio, quando ille valet desistere, & amplius non ludere.*

16 *Pactum non valet, nec tenet, vt alter ludentium non possit ad libitum recedere à ludo, & dicere* tiemmi il giuoco.

17 *Ludo aliquid lucrans prouocatus, & quasi inuitus adductus ad ludum, non tenetur in foro poli perdenti aliquid restituere.*

18 *Ludi vincentes, seu lucrantes à filijsfamilias, à monacho, furioso, & ab alijs similibus tenentur in foro con scientiæ restituere lucrata non lusoribus perdentibus, sed Domino, patri, ecclesiæ, vel administratori.*

19 *Ludens cum filijsfamilias, seruis, monachis, furiosis, & alijs non habentibus administrationem liberam re rum in ludo appositarum: lucransque pecuniam, quæ erat patris, domini, aut ecclesiæ, committit furtum, & tenetur pœna furti tanquam accipiens pecuniam alienam. Et in dubio victor præsumitur sciuisse pecuniam alienam.*

## OPINIO CCCCLXVIII.

1 LVDVM inter alia crimina, ac delicta cõnumerat tex. & Bar. in §. illud verò, in procemio Digestorum, Rolan. à Valle cons. 63. visa inquisitione, n. 19. vol. 2. Paris de Puteo in tract. Syndica. in ver. inquisitio, & Gramm. decis. 11. nu. 6. & quemadmodum ludus dicitur delictum, ita etiam & lata culpa: ita Bal. in auth. ex testamento col. pen. C. de coll.

¶ Et hinc est, quòd lusori, sicut prodigo, & furioso potest interdici administratio bonorũ: ita Bar. in l. ea lege. C. de cond. ob caus. & Bald. in au th. quod locũ in fi. C. de coll. vbi firmat, quòd ludens præsumitur dilapidare bona, & malè vti substantia sua: & istã opinionem prorumpit verissimam esse Ripa in l. is cui bonis, nu. 21. & seq. ff. de ver. obliga. in nesciente ludi artem, non autem in perito lusore.

2 Et qui ludi hodie liciti, permissiq; sint legibus secularibus, & itidem, qui prohibiti reperiantur, & quibus pœnis ludentes puniantur. constat in l. 1. ff. de aleę lusu, & alea. & in auth. alearum vsus. C. de relig. & sumpt. fun. & in c. inter dilectos de excess. prælat. ibi Glo. & Abb. nu. 8. & ipsemet, in c. clerici, il 2. de vita, & honest. clerico. & Glo. in l. 1. C. de specta. lib. 11. & in c. cùm decorem, de vit. & honest. clericor. & ponit omnes ferè ludos apertissimè tam licitos, quàm prohibitos, ac eorum pœnas Marc. Ant. Blanchus in pract. crim. in rub. seu titu. ludo etiam committitur homicidium, nu. 1. cum alijs seq. & Frater Guilielmus Pepin. in sermonibus de destructione Niniuæ, in sermone 18. col. 1. cum alijs seq.

3 Et ludus nihil aliud est, nisi fames iniquitatis, & cupiditatis, domestica prædatio, vsuraria labes, mendaciorum, atque nugarum sedula mater, fons diuinæ negationis, crudelis blasphemiæ pater, corruptio populorum, scandalum proximorum, peruicax inobedientiæ filius, amissio tẽporis, discordiarum, & homicidiorum multorũ origo, immane desperationis baratrum, idolorũ cultus, inerta segnicies, ocij nutrimentum, diffamationis titulus, atque multarum stultitiarum ludibrium singulare: vt ita, & his formalibus verbis definit. S. Bernardinus noster in suis sermonibus de euangelio æterno serm. 16. art. 3. cap. 2. circa medium, & Maria. Socin. in cons. 16. circa, vers. est enim ludus vol. 1.

4 In Regno vero Neap. ludentes assiduè taxillis, & alea inter personas infames habentur, & à testimonio repelluntur, & ad aliquod officium publicum minimè admittuntur: vt in constitutione, Mores dissolutè viuentium.

5 Vbi And. de Iser. dicit quòd Docto. ludentes ad taxillos, sunt infames, quæ constitutio maximè fuit condita ob aduocatos, & Doctores, qui propterea ab eorum officijs amouentur: & idem profusius probat, & firmat S. Antoninus Archiepiscopus Floren. in 2. par. suæ summæ, titu. 1. c. 23. de turpi lucro. §. 6. Nam turpis vita agitur propter ludum: secundum Hostien. in titu. de excess. prælat.

6 Imò in Regno ipso officiales, & iudices omnes, vt primùm eorum officium assumant, in locis destinatis emittunt banna, ac proclama, vt ludere nullus audeat ad taxillos, seu ad alium ludum sub determinata pœna: cùm hoc in republica christiana sit maxima pernicies.

7 Et tunc vigore dictę admonitionis publicè factę, eadem pœna puniuntur inspicientes ludere, seu commorantes cum ludentibus, sicuti ludentes ipsi: vt voluit Bal. per illum tex. in auth. inter dicimus, in prin. C. de episc. & cler. & Frater Ioannes concius meus Theologus maximæ authoritatis, in sermonibus quadragesimalibus, in sermo. 5. de ludo. q. 2. col. 2. quem sequit Bertach. in suo repert. in vers. Iurans, col. 1. Et licèt Marsil. sing. 552. sępius in Ciuitate nostra non ausus fuerit hoc firmare; nihilominus ipse opinionẽ Bald. tanquam verissimam amplector.

8 Quam ampliat idem Frater Ioannes, vbi supra, & Frater Gabriel Barletta in sermonibus quadragesimalibus in feria 2. hebdomadę quartæ, de ludis fortunæ col. 10. fol. par. 100. & seq. vt isti inspectores, si essent causa ludi, vel haberent ibi aliquam inordinatam affectionem, mortaliter peccarent.

¶ Sed super hoc distinguit, & optimè quidem, Frater Guil. Pepin. in opusculo suo super Confiteor, in 2. tracta. 3. partis c. 6. de manu lusoria in litera, G. quòd aut tales præstant causam ludo, siue inducendo, siue pecunias mutuando, siue alijs modis; & tunc peccarent mortaliter. Aut non præstant causam; & tunc tantùm venialiter peccare viderentur.

9 Ideoque ipsi officiales, qui prohibere possent, ne ludi prohibiti fierent in Ciuitate, & non prohiberent, vtique & absque dubio tenerentur ad restitutionẽ perditi in illo ludo à tempore, quo prohibere potuissent, & hoc agere neglexissent: vt voluit Paris de Puteo in tract. de ludo nu. 41. & sequen.

10 Et in Regno efficiuntur infames non solùm ludentes, sed tenentes etiam aleas, & taxillos, & alijs accomodantes ad ludendum: vt habetur in dicta constitutione, Mores dissolutè viuentium.

¶ Imò tam isti, quàm factores, aut venditores alearum, taxillorum, & similium instrumentorum peccant mortaliter: secundum S. Antoninum in d. 2. par. suæ Summæ titu. 1. c. 33. §. 8. & Frarrê Guil. Pepin. in d. c. 6. de manu lusoria in litera, I.

11 Sed omissis his, descendo in præsentiarùm ad vtiliora, freqnentioraq; in practica, & pono hic, quòd quæsita ex ludo in foro poli, & conscientiæ necessariò non sunt restituenda ante iudicis condemnationem: secundum Thom. de Aquino in 2. 2. q. 32. art. 7. ad secundum, & ibi Ciaetanum: Ioannê Maio. in 4. sentêtiarum dist. 15. q. 13. & Palludanū ibi. q. 3. art. 5. Glo. in pragmat. sanct. tit. de spectaculis, in vers. Ludibria, Adrian. in 4. sentent. tract. in c. quia in superioribus de restitu. Ioan. Medinā de restit. q. 22. Guil. Pepin. in d. sermone 18. colum. 17. & Canonistæ admittunt hoc omnes communiter, in c. penul. de vit. & honest. cleric. & sic opinio ista approbatur communiter à Theologis, & Canonistis. Cõis opin.

12 Imò consuetudine, quāuis ludus licitus fieri nequeat ꝓpter blasphemias, fraudes, & tot mala, & inconuenientia, quæ ex eo oriuntur; tamen cō suetudo ista excusare potest victores ad restituēdum bona ludo quęsita: & per consequens, vt nō teneantur ad restitutionem faciendam prędictorum, nec ad soluendum pœnam in l. statutā occasione ludi: secundum Thom. de Aqui. in d. art. 7. Card. & Imol. in c. clerici de vita, & honest. cler. Caccial. in tract. de ludo. q. 17. & Paridem de Puteo, in tract. de ludo, num. 33. & 49. Socin. Iun. consil. 68. nu. 103. vol. 3. & Guil. Pepin. in d. opusculo super Confiteor in 2. tract. 3. partis c. 6. de manu lusoria sub litera, E. quorum opinionem asserit esse communem Barbatius cons. 65. illud in medium, lib. 4. Adrian. in d. c. quia in superioribus, colum. 2. & Rochus Curt. in c. fin. de consuetu. in 1. sectio. in tit. seu rub. incip. & stante doctrina, nu. 15. & seq. fol. 22. Cõis opin.

13 Et hæc cautè intelligi debent, vt victores non teneantur quæsita ex ludo in animæ iudicio restituere, vbi in eo cessaret omnis dolus, & fraus: quod fatentur Thom. de Aquino, & omnes pręallegati Docto. Vnde non cessante fraude, sed potius interueniente, & concurrente in ludo: eo casu quippè in foro animæ absque iudicis condemnatione debet fieri restitutio omnium lucratorum, mediante dicta fraude: secundum præcitatos omnes Docto. vno ore: & ista est communis, teste Pari. de Puteo in dicto tractatu de ludo, nume. 27. Cõis opin.

14 Cæterùm ob temporis iacturam maximam frustrà factam, & ob peccatum mortale commissum in ludo ipso, & alia incōuenientia ex eo exorta; admoneo victores omnes, vt pecuniam ludo quęsitam, pauperibus erogare debeant. Nam secundum communem opinionem omnium Doctorum citatam per Rochum Curt. in d. c. fin. animę tutius foret pecuniam ipsam elargiri inter pauperes. Et hoc suadet quoque pro animę salute exequendum fore Imol. in d. c. clerici, Stephanus Costæ, in tract. de ludo, in 4. art. principali nume. 5. Guil. Pepin. in d. c. 6. de manu lusoria sub litera, E. circa fin. in d. sermone 18. col. 17. & seq. ubi licèt mentionem faciat de communi hodierna obseruantia, quòd lusores cogendi aliter non sunt ad erogandum pauperibus ea, quæ in ludo vicerint; nihilominus suadet lusoribus ipsis, ut illud, quod remanet de lucro ultra perdita in eo erogare debeant pauperibus, seù pijs locis. Cõis opin.

15 Sed omnia præmissa interpretantur non procedere, vbi quis ob nimiam lucri cupiditatem adduxerit, seu attraxerit vehemētibus precibus; & opprobrijs Sempronium, eo inuito, ac penitus renitente ad ludum: tunc in foro conscientię, iste quæsita ex ludo, tenetur restituere: secundum S. Thom. de Aqui. in 2. 2. q. 32. art. 8. quem omnes communiter sequuntur, & præsertim Caietanus in d. art. Guil. Pepin. in d. ferm. 18. colum. 18. Canonistæ frequentissimo omnium consensu, in d. c. clerici. Alciat. in lib. parergon. c. 16. Frater Ioānes in d. serm. 5. colum. 1. & Discipulus in serm. 12. Annuncio vobis gaudium magnum. in litera, L. circa fin. quibus in locis isti duo Theolog. firmant etiam quòd ista attractio etiam largè intelligenda est, videlicèt, quocunque modo quis adduxerit aliquem ad ludendum secum verbis, vel re, siue in principio ludi, seu in medio, quādo ille vellet desistere, & amplius non ludere. Cõis opin.

16 Et hoc non mirum est: quia nec valeret pactū, de non recedendo à ludo, nisi perdita certa quantitate denariorum, vel vt alter ludentium non posset ad libitum recedere, & dicere, vt Doct. dicunt *Tiemmi il giuoco*, l. 2. ff. de aleat. Glo. Angel. Pau. de Cast. & alij in l. iurisgentiū. §. pretor. ff. de pactis, & Saly. in d. l. alearum.

17 Et licèt verum, & indubitatum sit, quòd trahens alium ad ludendum, teneatur lucrata in ipso ludo restituere perdenti; nihilominus si tunc ille, qui prouocatus, seu tractus fit ad ludendum lucraretur, vtique ad restitutionem non teneretur: vt determinant aliqui ex relatis Theologis: & ita concludit etiam distinguendo Guid. Papæ q. 581. nu. 2. ex intentione Innocentij, relati ibi per eum.

18 Interpretanturque similiter omnia hæc non habere locum, vbicunq; ludentes, qui pecuniam amiserunt, non habebant administrationem liberam rerum in ludo appositarum: quemadmodum est seruus, filiusfamilias, monachus, furiosus, prodigus, & institor, & alij his similes: tunc lucratio, seu acquisitio hęc facta est ipso iure nulla; & qui vicit, velit, nolit, tenetur restituere lucrata, non tamen lusori perdenti, sed Domino, Patri, Ecclesiæ, vel administratori: secundum Glo. & Doct.

Doct. omnes in d.c.clerici, & Theologos omnes in locis prçcitatis, Guil. Pepin. in d. serm. 18. col. 15. vbi hoc limitat, Ioan. And. & Innoc. in c. quia plerique, de immuni. Eccle. Caccialupum in d. tract. de ludo q. 10. nume. 43. & Pari. de Puteo in eodemmet tract. de ludo, num. 26. cum tribus se queu. & Bolognettum in l. singularia, nu. 46. ff. si cer. peta.

19 Quia ludens cum talibus, lucransque pecuniam aliquam scienter, quæ erat patris, vel domini committit furtum, teneturq; pœna furti, tanquam accipiens pecuniam alienam: arg. l. seruus cuiusdam, vbi text. not. secundùm Bal. in rub. C. de cond. ob turp. causam: aliàs posset conueniri ciuiliter dumtaxat: vt per Ang. ibi, & Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 29. num. 6. vbi rationabiliter firmat etiam, quòd in dubio præsumeretur sciuisse hoc.

## SVMMARIVM.

1 *LVDVS præsertim ob blasphemias prohibitus est.*

2 *Ludus alearum non solùm prohibetur Christianis, sed etiam Sarracenis.*

3 *Ludus taxillorum, & alearum, & similium reperiuntur prohibiti, non solùm de iure ciuili, sed etiam omni alio iure: quia fortunæ innititur.*

4 *Lusores taxillorum, alearum, & aliorum similium ludorum prohibitorum peccant semper, & vbique mortaliter: Et peccant contra omnia Dei præcepta. Et in ipsis ludis solent committi quindecim peccata mortalia.*

5 *Lusores sunt hostes publici ciuitatis: nam aliqui ex eis perditis substantijs desperati ueneno se occiderunt; aliqui proprio chirographo diabolo se viui dederunt, & nonnullos homines ob blasphemiam terra absorbuit, & fulgure perierunt. Et aliquibus lusoribus ob blasphemiam aliquando in mensam lusoriam oculi ceciderunt.*

6 *Lusores sunt Pagani propter canonis transgressionem: cùm inter lusores non appareat decor morum, non modestia verborum, non amor erga homines, non erga Deum reuerentia: sed iurgia, rancores, & doli, periuria, & rapinæ, & vulnera, & homicida quoq;.*

7 *Minorem, pucrumue Patroclum legitur exilio punitum: cùm aleæ ludo sodalem pucrum occidisset.*

8 *Lusores ob substantiam eorum in ludo deperditam percutere consueuere imagines Dei, & Sanctorum: ob quod nonnulla miracula Deus demonstrauit ad confusionem ipsorum lusorum notatu digna, positaque hic ad emendationem, & correctionem ludentium.*

9 *Lusores percutientes imagines Dei, & Sanctorum capitaliter sunt puniendi.*

10 *Ludus est euitandus tam à laicis, quàm à clericis: nam dispositio auth. alearum vsus, est seruanda etiam inter clericos, & personas ecclesię subiectas.*

11 *Clerici ludentes ad ludum prohibitum, quibus pœnis puniantur remissiuè. Et ludus taxillorum multa mala, & inconuenientia producit.*

12 *Lusor quidam aliquando conuersus extitit per beatum Bernardum miraculosè.*


13 *Ludi taxillorum nullus euentus prosper, mali omnes, & miseri: & si quid in ipso ludo lucratur, lucrum illud arrha est damni, nemini enim amarior est iactura, quàm lucri dulcedinem degustare: quia tartareus quispiam ludi huius inuentor fuit.*

14 *Ludus alearum à quo traxit originem, remissiuè: et qui ob eum damnati fuerint. Et quòd extitit à Romanis prohibitus.*

15 *Ludus parit tot mala, quæ vix numerari possunt: quia in taxillis quot puncta reperiuntur, tot scelera ex eo, vnum grauius altero proueniunt.*

16 *Lusores similes sunt araneæ: & traditur consilium lusori satis proficuum hic, si illo vti velit.*

## OPINIO CCCCLXIX.



1 LVDOS omnes, præterquàm ludum propriæ virtutis Imperator propter blasphemias reprobauit, & penitus inhibuit, in auth. alearum vsus. C. de relig. & sumpt. fune. Dicens, quod multis lachrymas prodijt: quod declaratum est per Host. in summa de excess. prælat. Dec. conf. 115. & Doct. in c. clerici, de vit. & honesta. cler. & Ioan. Bernar. Diaz in pract. crim. in titu. aleatores, c. 63. & Gramm. de cis. 11. nu. 7.

2 Nec certè mirùm est, si ludus alearum prohibeatur Christianis: cùm etiam legatur prohibitus Sarracenis. Nam Auicenna, qui gentilis fuit, lib. 10. philosophiæ suæ c. 4. dicit, quòd ad faciendum tēpublicam bonam, & benè ordinatam, debent ociositates in ciuitatibus prohiberi: sic sciliet, quòd nullus sit in ciuitate inutilis: sed quòd quilibet habeat aliquem statum, aut exercitium laudabile, vt ab vnoquoq; perueniat aliqua vtilitas ciuitati: & ideò inquit prohiberi debent aleatores, & luctatores. Si igitur talia statuta ordinauerunt Sarraceni in suis Ciuitatibus, quantò magis Christiani Principes, & Communitatū Rectores, illa obseruare debent?

3 Et sic ludi taxillorum, alearum, & similium reperiuntur prohibiti non solùm de iure ciuili, sed omni alio iure etiam: vt probatur per Bustum in Rosario prędicabilium, in 1. part. serm. 28. c. qui dam alij ludi sunt vituperabiles, in litera F. fol. 268. vbi, & c. sequen. cum alijs glomeratis per eum.

4 Similiter firmat, quòd isti lusores, vbicunque luderent aleis, seu taxillis, semper vtique, & absque dubio aliquo peccarent mortaliter. Hocque idem concludit, & limitat vtiliter Pepin. in d. sermo. 18. colum. antepen. & profusè Discipulus in suis sermonibus, serm. 12. colum. 1. cum alijs seq. vbi ponit, & probat quindecim peccata mortalia

sia contingere in ludo. Et hoc idem ante eos pro fusius voluit Frater Ioannes noster in serm.quadragesimalibus,in sermo. 5.col. 1. cum alijs seq. vbi discurrit,& simul etiam probat,quòd lusores ipsi peccant contra omnia Dei præcepta,& illa transgrediuntur. Et repetit,& corroborat etiã Pepin.super Confiteor in 2.tracta.3.part.c.6.de manu lusoria,in litera, D.

¶ Et ratio prohibitionis ludi taxillorum, & alearum fuit: quia fortunæ innititur: secundùm Glo.& communiter omnes in authen. interdicimus.C.de epis.& cler. & Bultum cum alijs signatis per eum in d serm.28.c.2 hic quæritur in fin. in litera,G. & Paridem de Puteo in tracta.de ludo,num.4.

Cõis opin.

5 Alia verò ratio fuit Odofr.in l.1.de aleato.appellat enim ibi hostes publicos ipsos lusores.Nã aliqui perditis substantijs, desperati veneno se occidebant,aliqui laqueo se suspendebant, & alii qui proprio chirographo diabolo se uiui dederunt,& nonnullos homines ob blasphemiam terra absorbuit,& fulgure perierunt:secundùm Canonistas in d c.clerici de vit.& hone.cler.& in c. inter dilectos,de excess. prælat.

¶ Aliquibusque lusoribus ob blasphemiam aliquando in mensam lusoriam oculos cecidisse: teste Fratre Guil Pepin.in sermonibus de destructione Niniuæ,serm.18 fol.20. Fratre Ioan. in d. serm.5.col.11.Fabio Montelcone in pract.arbitrali,in tit.infames,& lusores,num.8.& sequen. fol.30. Discipulo in d.serm.12.col 3.

6 Et denique in dicta summa, Hostiensis lusores appellat paganos propter canonis transgressionem:cùm inter lusores non appareat decor morum, non modestia verborum, nec amor erga homines, non erga Deum reuerentia, sed iurgia,& rancores,& doli, & periuria, & rapinæ, vulnera ad extremum,& homicidia quoque: secundùm S.Antoninum in 2.par.eius summę tit. 1.c.23. de turpi lucro.§.6. & Doctissimum Fratrem Ioannem compatriotam meum in sermo. quadragesimalibus,serm.5.col.9.

7 Legimus olim Patroclum puerum: cùm alea ludo sodalem puerum fortè occidisset,exilio punitum.l.aut facta.§.1.ff.de pœnis.

8 Imò lusores ob substantiam eorum in ludo perditam, imagines Dei, & Sanctorum percutiunt. Et euenit miraculũ hoc in Ciuitate Aquilæ annis superioribus, ꝙ lusor quidam amissa in ludo quadam pecuniaru quantitate:vt desperatus percussit cum mucrone imaginem sacratissimæ Virginis in quadam ecclesia extra dictæ Ciuitatis mœnia positã: & ex illa percussione, seu vulnere profluit statim miraculosè maxima sanguinis effusio,quemadmodum profluit aqua de fonte viuo: & percussor iste vix egressus ecclesiã prædictam,repętina,ac improuisa morte preuentus,cecidit in terram, & obijt. Et sic intemerata virgo solũ Deum habuit vltorem. Et hodie similiter in dicta ecclesia, quæ nuncupatur Sancta Maria Pontis Rodij, apparent euidentissima signa sanguinis,& percussionis prædictæ.

¶ Aliud verò miraculum refert Cassane.cõs. 1.num.69 euenisse Mediolani, dum ibi quidam percussit imaginem Saluatoris nostri,his verbis impijssimis prolatis, Vtinam Christe, ita potuissem te in vtero matris tuæ transfigere,sicuti istã tuam transfixi imaginem. Et scribit ibi Cassan. ex imagine illa miraculosè sanguinem fluxisse, atque percussorem domum suam adijsse,ac cùm domum ingressus esset illam corruisse.

¶ Ac aliud miraculum accidisse scribitur per Boer.in d.decisio.301.sub num.17. vbi quòd ex percussione illata in manu imaginis Christi, existentis inter bracchia Virginis matris in ecclesia Burdidolen.exiuisse sanguinem testatur.

¶ Euenit etiam aliquando in prouincia nostra Aprutij,quòd quidam armiger deperdita tota eius substantia,omnibusque eius bonis in ludo,vocauit dæmonem, dicens quòd stante amissione suorum bonorum ei præbebat, seu donabat corpus, & animam: statimque diaboli hoc audientes,& rapientes ipsum ad infernũ in anima,& corpore portauerunt.

¶ Item accidit superioribus temporibus in partibus Alemaniæ,quòd duos lusores accedendo ad quoddam hospitium in vigilia assumptionis Virginis post cœnam,cœperunt postulare ab hospite,vt accomodare eis vellet aleas,& candelas occasione ludendi:quod hospes expressè efficere recusauit propter reuerentiam Virginis;ipsi verò cęperunt blasfemare,ac proferre,quòd in contemptum Dei,& Virginis ludere determinabant. Sicque destinato famulo hospitis per eos occultè,ad emendum aleas, & candelas:& reuerso cum aleis,& candelis,detinendoq; eas accensas in manu,dum ludebant ipsi lusores, occuparunt totam illam noctem in ludo, & manè etiam reperti fuerre ludendo:qui(vt aiunt) vsq; in præsentem hodiernum diem insimul ludunt:& vnus eorum proijcit aleas, alter verò denarios attrahit: & ipse famulus continuò ibi detinet lumen, & candelam in eius manu. Et licet(vt dicitur)infinitis propè vicibus ab illo hospitio tã lusores, què famulus amoti,ac asportati extiterunt; nihilominus semper ibi reuersi sunt ludendo, prout, & ita censetur eos commoraturos, & lusuros, & sic gesturos vsque ad diem iudicij.

¶ Occurrit similiter aliquando in prouincia Romana,quòd quidam amissa tota eius pecunia in ludo,impiè percussit imaginem sacratiss.mæ, Virginis gladio in eius gutture, dicendo: Cur me ita perdere dimisisti? ob quod miraculosè,& iusto iudicio Dei statim euasit murus,& debilitatus de bracchio,quo percusserat, & die proximo sequenti diabolus eum in ignem proiecit:quem sic quasi combustum,& penitus mortuum aliqui eius corpus sepeliuere: sed terra illud euomuit, & à diabolo asportatum extitit:teste Fratre Ioanne in [illegible] sario sermonum prædicabilium [illegible]

38. c.

38.c.Deus autem de luforibus fecit magnam punitionem, in litera, H.fol.169.

¶ Reperio quoque in fine epistolarum Beati August. in epistola 206. Beatum Cyrillum Episcopum Ciuitatis Hierufalem certiorasse, mediante quadam eius epistola eûdem August. de hoc miraculo, quòd quidam nepos Ruffus nomine 18.annorum, exercendo se continuò in ludo alearum, & moriendo in ætate prędicta, post eius mortem ipse Cyrillus motus non modica christiana, ac coniugali pietate erga animam eiusdē sui nepotis, Deum rogauit, vt ei reuelare dignaretur, in quo statu ea repericbatur in alio seculo. Et eo orante testatur tantum fetorem in camera, in qua orabat ortum esse, quòd naribus suis tolerare non poterat: & eleuatis sursum oculis inspexisse dictu eius nepotem infœlicissimum, ligatum catenis igneis, & ex eius naribus, & auribus, velut ex ardētissimis fornacibus flammas horribiles, & fetidissimas emanare, procedereq́; ac dixisse ipsi Cyrillo eius patruo cum suspirijs ingentibus, maximoque vlulatu. Aduertas, sciasque me pater, esse nepotem tuum, quem in vita nimium dilexisti: & tu, qui desideras statum meum intelligere, hoc compertum habeas me tartareis mansionibus perpetuò deputatum fore: eo quòd ludo alearum, & seculi vanitatibus infatuatus, inflammatus, & delectatus fui. Quo quidem sermone, seu testimonio potius prolato ab oculis ipsius Cyrilli disparuit: sed eo abeunte tam horribilis fetor in prædicta camera remansit, vt nemo eò hactenus introire auderet. Et de exemplo hoc apertius faciunt mentionem Gabriel de Barletta in suis sermonibus in feria 2.de ludis fortunæ hebdomadę quartæ in fine fol.100. & in sanctuario, in quarta dominica aduentus de receptione spirituali messiæ. col.8.fol.par.97.& seq. Discipulus in suis sermonibus in ferm. 12.annuncio vobis gaudium magnum, col 6.& seque. Pepin.in d.ferm.18.colum.29.fol.par.132.& in d.opusculo super Confiteor in 2.tractatu 3.par. c.6.de manu luforia in fin.

¶ Narratur similiter per Barlettam, post S. Vincentium in d feria 2. de ludis fortunæ circa fin.de quodam habente balistam cum sagitta, qui postmodum traxit versus cœlum, quasi vellet vendicare de huiusmodi amissione pecuniæ contra Deum: & statim reuersa sagitta ante faciem emittentis ictum prædictum, & sanguine penitus tincta, seu plena reperta, qui ex tali spectaculo compunctus media continua pœnitentia assumpta, vitam suam emendauit.

¶ Item legitur de quodam Iudæo ludente in Campaniæ partibus cum Christiano, & amissa per eum maxima eius pecuniæ quantitate, cœpit blasphemare Christum, & matrem eius: ob quod statim euersis mirabiliter oculis suis cecidit, & expirauit: & christianus eius collusor nimio pauore perterritus elanguit, & vitam miseram dura morte finiuit.

¶ Recitatur etiam de quodam milite commorante in Ciuitate Sufacra diœcesis Colon.ensis, qui die, noctuque versabatur in ludo taxillorum, & adeò fortunatus erat, quòd ferè semper vincebat: ideò ob vitam otiosam, & ita turpem istius luforis permissum fuit diabolo, vt cum eo luderet: qui quidem diabolus quadam nocte in hominis specie ingrediendo eius domum, & requirendo ipsum militem, vt secum ludere vellet, & incipiendo inter eos ludum taxillorū exercere, in breuissimo temporis curriculo diabolus ipse omnes pecunias, quas apposuerat miles, acquisiuit: qui iratus dixit, nûquid diabolus es tu? & ille respondit, ecce appropinquat dies oportet nos accedere: tollensque illum per tectum traxit: cuius viscera tegulis retrahentibus miserabiliter excussit: mane verò viscerum eius reliquiæ tegulis inhærentes repertæ extitere, & in cimiterio sepultæ: sed de corpore quid factum sit, vel in quem locum asportauerit, aut proiecerit, vsq; hodie à cunctis, qui ipsum nouerant, ignoratur: teste Discipulo in d.ferm.12.& Fratre Ioanne in d.ferm.5.colum.penul.& seq.& Barletta in d.feria 2.de ludis fortunæ in fine.

¶ Nec non accidit in Hierufalem, teste Beato Cyrillo Hierosolymitano Episcopo ad Augustinum scribente, in fine Epistolarum eiusdem Augustini epistola 206. quòd filius cuiusdam militis ibi habitantis, non excedens adhuc annum duodecimum, habensq; die quadam, & perdens in ludo, protulit tunc hæc verba, agat quicquid velit Hieronymus ille, ludos inibens: siquidem eo inuito hinc aliter non discedam, nisi victor: & dum hoc repeteret, comparuit ibi statim cmissio huiusmodi sermone diabolus in specie humana, & cunctis videntibus ipsum puerum rapuit, detulitque secum, & hucusque nunquam repertus extitit.

¶ Euenit etiam in Tyro; quòd interdum ludēdo tres simul, ac prorumpendo in hæc verba in principio ludi, contra omnem voluntatē, & vim Hieronymi intendimus, determinamusq; prospere ludum ipsum incœptum finire: quibus verbis taliter prolatis statim terra se ipsam aperiēs illos absorbuit, & nunquam amplius visi, seu reperti extitere.

¶ Euenit quoq; in Samaria, qꝫ lusor quidam perdita eius substantia tota in ludo, blasphemādo Beatum Hieronymum extitit statim fulgure interemptus: vt recitat Caccialupus in tract. de ludo num 14 & Frater Guil. Pepin. in d opusculo super Confiteor in 2.tractatu 3 partis c. 6. de manu luforia, in litera, M.

¶ Item legitur, qꝫ dum tres stipendiarij Spoleti luderent super altare, petra trabuchi prosiliens in medio eorum cecidit, ipsosq; disrupuit in omnibus membris hinc inde per ecclesiam: vt meminit Frater Ioannes noster in dictis sermonibus quadragesimalibus in ferm. 50. de sacrilegio q. 2.col.4. vers. tertium genus hominu.

¶ Re-

¶ Re erio etiam exemplum memoriæ demādandum in uitis Patrum de illo, qui orauit Crucifixum, quod peccatum ei displicebat, respondit quòd ludi, in quo Dei nomen blasphematur.

9 Et isti tales percussores imaginis Dei, & Sanctorum capitaliter sunt puniendi: vt latè probat Angel.in l.ex senatu.ff.de sica. Marsil. in sua pract.crim.§.& quia num. 25. Lallus de Tuscia in constitutio.Inconsultilem,num. 8.lib.1.& Paris de Puteo in tract.de ludo,num.61. & seq. vbi refert se ita aliàs consuluisse, ac fuisse decisum in Sacro Reg.Conc.Neap.& in curia Burdegalensi ita similiter determinatū extitisse fatetur Boer. in d.decisio.301.num.17.& seq. & sequitur Annibal Cauens. in pragmat. 50. Ferdinandus Dei gratia nu.7.& plenius,ac apertius hoc firmat,& explicat Girlandus in tract. de sortilegijs,q. 11. nu.18.& seq.

10 Ideoq; præcauendū est à ludo ab omnibus,tā laicis, quàm clericis. Nā dicta constitutio auth. alearum lusus,seruanda est etiam inter clericos, & personas ecclesiæ subiectas: secundum Glo. & Cōis opin. Doct.omnes communiter in d.c.clerici: vt fatentur Stefanus Costæ,in tract de ludo,in 3 articu. principali nu.8.& Paris de Puteo in tract. de ludo fol.2.& nu.44.

11 Vbi ponit pœnas,quibus puniuntur clerici lusores ad ludum prohibitum:& post horum lusores prohibitorum ludorum turpitudinem insequentes omnino peiores dicimus: quos cùm ludi taxillorum calor, vanitatisque libido ad pauperiem traxerit latrones, & prædones fieri necesse est:post hoc communis infidelitas,proditionis textura,ebrietatisq; vitium sequitur. Hinc bella sequuntur, militumq, castra optantes non tam victoriā,quàm prædam,multa,cùm licet eis dāna inferunt,& parua lucra reportant.

12 Vnde non mediocri quidem aliàs adductus pietate, ac misericordia Beatus Bernardus erga quendam infœlicem lusorem,equo insidens ei ob uiam ire non erubuit: quem vbi primùm lusor ipse:vt monachum,& summa religione præditū cognouerit, fertur ineptè,stulteq; ad taxillorum ludum eum prouocasse,obtulisseq; loco pecuniæ qua carebat ludere secum propriam animam pro equo quo insidebat: sed Bernardus aspirans ad præsentem vtilem quippe victoriam præcipitatæ, penitusque perditæ animæ ipsius lusoris, ludere secum obtulit, ac itidem soluere equum suum si victus,& in manū victoris deuenirer: & denique audita tali sponsione propriæ animæ, versa vice offerre equum prædictum non timuit: & dum ab eo descenderet,vltrò eidem lusori pro misit, quòd si plura quidem puncta, quàm ipse traiceret tribus taxillis traiectis equum prædictum tradere: itaque hilaris lusor ipse acceptis tribus taxillis 18. puncta traiecit, & credens se victorem esse, frenum equi apprehendere ausus fuit,suum equum esse asserendo:quem corripiendo Bernardus de huiusmodi temeritate,& velocitate monuit asserendo,expecta fili: quia plura sunt eis, quæ vides puncta in ipsis taxillis: proiciensque eos sua vice tertius taxillus diuisus est per medium in suprema parte 6. repræsentans, & in alia conduiisa repræsentans vnum:sicq; factum est,vt alijs repræsentantibus 12.& sic puncta 19. in totum se proiecisse iactaret Bernardus.Quod miraculum lusor,cùm aduertisset,animam eius deuiam sub custodia dedit, factusque monachus laudabiliter vitā finiuit: teste Fratre Iacobo de Cessulis in tract.de ludo scachorum c. 8.de ribaldis,prodigis,lusoribus,&cursoribus in fine,fol.par.44.vbi hoc clarius explicat.

13 Ideò istum monachum olim lusorem in memorato fœlici euentu quilibet lusor deberet imitari, reminiscique,quòd taxillorum nullus euentus prosper,m.li omnes,& miseri,& si quid in eo ludo taxillorum lucratur, lucrum illud arrha est damni. Nemini enim amarior est iactura,quàm lucri dulcedinem degustare. Proinde tartareus quispiam ludi huius inuentor fuit;cuius inscij ludibrio,ac noxę sciētes verò miraculo subiaceāt, ac stupori. Sed quid mirabilius eo? quod veteri prouerbio,& experientia approbatum,atq; vulgatum est,omnes huiusmodi ludi magistros nudos esse,atque inopes,& egenos: vt testatum reliquit Francis. Petrarcha de remedijs vtriusque fortunæ lib.1.dialogo 27.vbi infinita adducit,& in dialogo 26. etiam super detestatione ludi taxillorum,& alearum: cuius scripta inter vtiliora, quæ viderim, vnusquisq; memoriæ tenaciter demandare deberet,vel quotidie legere,& obseruare. Ideo Iacobus Beneuentanus in c. 7. sui libri aiebat.

*Qui sequitur Bacchum, taxillos, & meretrices,*
*Infamis semper, semper egenus erit.*

Propter quod, quidam de numero talium scripsit in carmine dicens.

*Diues eram dudum, sed tria me fecerunt nudum.*
*Alea, vina, Venus; tribus his factus sum egenus.*

Notanter autem prædictus addidit aleæ, vina, Venus:quia communiter tales aleatores post ludum, & quandoque inter ludendum ingurgitāt se vino,ac si daretur gratis à tabernarijs. Similiter plerumq; sectantur luxuriam vtriusq; sexus: rarò reuertuntur ad domum propriam:nunquā commedunt cum eorum familia. Hæc autem vitia maximè exequuntur: cum videat se lucratos esse:quia sicut malè acquirunt pecuniam, ita eā malè expēdunt. Rarò audiūt in die festo missas, vesperas, prædicationes, & orationes, nisi fortè accederent ad ecclesiam orandi occasione, vt Deus faceret eos vincere.Sed vt dicit Chrisost.in quadam Home. nescit diuina iustitia patrociniū dare facinori,seu criminibus. Vnde non immeritò de præsenti anno 1580. fuit religiosissimè, & summa cum prouidentia imposita pœna ludētibus ad taxillos ad remingandum, mediante pragmatica,per triennium.

14 Alea-

14 Alearum verò ludus,à quo traxerit originẽ, qui ob eam damnati extiterint, & quòd fuerit à Romanis prohibitus, scribit Ioan. Rauisius in officina textoris in titu. ludi, & spectacula diuersa, versic. aleam Palamedes reperit,folio paruo 175.

15 Vnde vix est dare actum aliquem, in quo tot mala concurrant,quot in ludo ipso:quia in huiusmodi taxillis quot puncta reperiuntur, tot scelera ex eo vnum grauius alio proueniunt:vt per S.Antoninũ d.c.33.sub 3.6.& per Guil.Pepin.in dicto opusculo super Confiteor in 2. tractatu, 3. par. c.6. de manu luforia,in litera D,

16 Et isti lusores similes sunt araneæ, quæ facit hinc inde telas occasione muscas capiendi: sed euenit interdum quòd in faciendo tales telas se totaliter euiscerat: ita & ipsi lusores retinentes pecuniam in bursa,illam in ludo exponunt cum proposito capiendi muscas,idest pecuniam sociũ colludentium:verùm ludendo sępe sępius totam eorũ substantiã amittũt:&sic euiscerãtur credentes alios euiscerare: cauete ergò omnes ab huiusmodi ludis, tanquàm ab igne. Et vos alij omnes lusores abstinete ab eis, ne in extremo Dei iudicio contingat, animas vestras perpetuis supplicijs cum infinitis propè dæmonibus insimul cum nepote Beati Cyrilli deputari, & cruciari. Et vos omnes fabricatores, & venditores alearũ, & taxillorum, & receptatores lusorũ ponite ad ignem talia instrumenta offensæ Dei, ne ipsi proijciamini in ignem æternum. Et ostendam tibi lusori, si consilio vti noles,generosam,atq; honestam aleam,qua olim Athenis docti homines vsi sunt, vt festis diebus in concilio amicorum quisque de literis aliquid in medium proferat; non sophisma ludicrum, vt illi, sed solidum pro ingenio proferentis ad virtutem,aut beatam vitam pertinens. Dehinc collatione facta, sine inuidia,sine ira; qui inferiores doctiorum iudicio, visi erunt, facili quidem mulctẽtur pecunia,quæ in philosophicis impendatur cœnis. sic res vna conuiuio sumptum, exercitium studio,calcar ingenio ministrabit; quòd hic victos excitet,hic victores, hoc aleæ genere: quo antiqui Saturnalia vos pia festa,& quo illi Atticas,vos Romanas noctes instruite. Habes ludum, quo & ludere iuuet,& lusisse non pudeat.

*SVMMARIVM.*


1 *MVTVVM factum ludentibus à tertio seu extraneo non ludente, nec eos receptante in domo sua repeti potest.*

2 *Mutuum factum ludentibus à receptante eos in sua domo,non potest repeti.*

3 *Ludentibus ad ludum prohibitum accommodans scienter domum,taxillos, aut aleas,tenetur ad restitutionem eorum, quæ in ludo illo amitterentur.*

4 *Mutuum factum ludenti à collusore repeti non potest.*

OPINIO CCCCLXX.



1 LVDENTIBVS mutuum factum a tertio, seu extraneo nõ ludente,nec eos receptante in domo sua, repeti potest:& sibi conceditur actio mutui: secundùm Gloss. & Iacobum Butr. in l.fin.ff.de aleato.Ioan. de Imol.Abb.& omnes in c.clerici de vita,& honest.cler. & ista est communis opinio: secundùm Moder ibi:quam sequitur etiam,& citat Paris de Puteo,in tract. de ludo,num.18.Caccialupus in eodem met tract. de ludo.q.8.nu.33 & Stephanns Coste,in d.tracta. de ludo in 6.art.principali,num.1.& seq. *Cõis opin.*

2 Si verò mutuans pecuniam,ludum,vel ludentes ipsos receptabat in domo sua: tunc quippè mutuum hoc repetere non posset: secundùm Io. And Imol Abb.& cæteros Canonistas in d.c.clerici: & opinionem istorum profitetur esse communem Caccialup.in d.tract.de ludo q.8. n.33. *Cõis opin.*

3 Imò si quis scienter domũ,taxillos, aut aleas ludentibus ad ludum prohibitum commodaret: vtique, & absque dubio teneretur ad restitutionem eorum omnium,quæ in ludo illo amitterentur:argu.c.fin.de iniur & dam. dat. & ita voluit Maria.Soc.in c.inter dilectos de excess prælat. asserens hoc idem tenuisse S. Bernardinum nostrũ protectorem in tit. de restit. idemq; ait Paris in d.tract.de ludo nu.66. & Caccialup.in d. tracta. de ludo.

4 Item quando mutuum fieret ludenti à collusore,eo casu quoque ex eo agi non posset: secundùm Glo.in l.si quis cùm sciret.ff.pro empt.& in l.quòd si minor.§.penul.ff de minor.Imol. Abb. & alios in d.c.clerici, & Legistas in d.l. fin. ff. de aleator. & opinionem hanc dicit approbari communiter à Doctoribus vtriusq; censuræ Caccialupus in d.q.8.in princ.& sequitur Gramma.decis.40.nu.3.& seq. *Cõis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *TRANSACTIO in ludo facta nõ valet.*

2 *Lusor obligans se collusori ex causa ludi per publicum instrumentum exigi non potest. Imo si aliquid esset solutũ vigore ipsius obligationis usq; ad triginta annos repeti posset.& sic instrumentũ hoc causa ludi celebratum nullas vires habet.*

OPINIO CCCCLXXI.



1 IN ludo transactio facta non valet, neq; tenet:secundùm Doct. omnes,& Abb.in c. clerici de vita,& honest.cleric. Stepha. Costæ in tract.de ludo,in 5.articu. princip. nume. 2. cum alijs sequen. Par.de Puteo in tracta.de ludo, nume. 21. & Cac- *Ludus.*

& Caccialupum in eodem met tract. in 8. quęstione, nume. 34. quia ibi lis esse non potest, sed euidentissima calumnia: quæ inducere non debet litem, vbi non est. l. in summa. ff. de condit. indebit & opinionem istam retulerunt esse communem Doct. mentionati, in d. tract. Cōis opin.

2 Imò si ludens ipse se obligaret collusori ex causa ludi per instrumentum publicum, minimè teneret obligatio: & instrumentum hoc non sortiretur effectum: & denique denegaretur ei actio; & si solutum aliquid foret vigore prædictæ obligationis, vsque ad quadraginta annos repeti posset. text. est in authen. alearum vsus. C. de religio. & sumpt. funer. & ita in causa cuiusdam militis refert se obtinuisse Paris de Puteo, in d. tracta. de ludo, nume. 21. ac fuisse decisum, declaratumque in Sacro Regio Concilio Neapolitano, instrumentum hoc causa ludi celebratum nullas vires habere: nec aliquo modo valere; & sequitur Caccialupus in d. quæst. 8. nume. 34. & ita extitit per Regiam pragmaticam sancitum in Regno in anno 1568. & confirmatam anno 1580. vt nemo potuisset ludere quibuscunque ludis sub fide nec secum colludentibus mutuare pecuniam, nec promissionem facere mediante quacunque scriptura. In qua quidem pragmatica etiam denegatur actio agendi. Aliam verò conclusionem de ludo circa sponsionem, vel (vt aiunt) *Intorno alle scommesse*, vide infra in Opinio. Pactum, conuentio, seu promissio facta.

## SVMMARIVM.



1 *MALA fides probatur per famam publicam: quia quod publicè fertur præsumitur ad notitiam deuenisse & probatur etiam per indicia eadem mala fides.*

2 *Mala fides præsumitur interuenisse, quando solennitas fuit omissa, & ordo debitus non fuit seruatus.*

3 *Mala fides præsumitur in emptore, ex eo quod est ei venditum pignus uiliori pretio, vel ob gratiam, vel ob collusionem.*

4 *Mala fides probatur ex denunciatione facta emptori ne emat.*

5 *Mala fides inducitur ex denũciatione facta emptori ne emere debeat ante venditionem, non autem post emptionem, & possessionem adeptam.*

## OPINIO CCCCLXXII.



MALA fides probatur per famã publicam: vt putà quia publicè dicitur, & à maiori parte, & c. rē esse talis: vt per Aret. in c. licèt ex quadam, de testib. Alex. cōs. 187. nu. 8. vol. 2. Gozad cons. 8. nu. 14 Paris. cons. 101. bona, nu. 103. vol. 1. Affl. decis. 369. Alfonsus nu. 9. & per Docto. in c. 1. de præscrip. in 6. Nam quod publicè profertur, præsumitur ad notitiã deuenisse. l. sat si pupillus. §. præscribere de insti. & not. Glo. in l. si tutor. C. de pericu. & cōmo. tut. ita Corne. cons. 35. vol. 1. & Alex. in d. cons. 187. nu. 8. vbi firmat etiam ipsam malam fidem per indicia, & coniecturas probari: vt per Affl. in d. decis. 369. sub nu. 8. & per Bald. in l. pen. C. de euictio. vbi hoc ampliat etiam eatenus procedere, quòd mala fides probetur quoque in eo, qui habeat titulum.

¶ Et hinc conclude, quòd malæ fidei probandæ alicuius veram practicam docet, atque ponit Bal. in d. l. si tutor. C. de pericu. tuto. & Felyn. in c. cùm contingat col. 2. vers. addatis Baldum, de rescrip. videlicèt, quòd quis articulet sicuti in tali loco per tantum tempus viguit, & viget adhuc cōmunis vox, & fama, quòd talis res, quam talis tenuit, spectabat, & pertinebat ad talem: ex huiusmodi enim fama induceretur dubioprocul tunc mala fides: vt per Bal. & Fely. in locis pręcitatis.

2 Item eo ipso, quòd non est seruatus ordo consuetus, vel statutus, præsumitur similiter malam fidem interuenisse: Glo. est notabilis in ver. mala fide, & communiter approbata à Bar. num. 11. & alijs omnibus Doct. ibi. in l. 1. C. de fide instr. & iure hastæ fisc. lib. 10. & ab eodem Bar. in l. cum plures. §. quæ bona de adm. tuto. & à Sicu. in c. si diligenti de præscrip. Cōis opin.

3 Item ex eo, quòd est venditum pignus, vel emptum viliori pretio, vel ob gratiam, vel ob collusionem præsumitur mala fides in emptore. l. 1. & ibi Glo. in vet. mala fide. C. si vend. pignore agat.

4 Necnō mala fides probatur, inducitur q; etiã ex denunciatione extraiudiciali facta emptori, ne emat. l. si fundũ C. de rei vend. vbi Glo. Fulg. Paul. de Cast. n. 2. & alij omnes cōiter, Bar. & Alex. in l. 4. §. si quis, de his quæ in fraud. cred. Bal. in l. nō solũ. §. morte ff. de ope. no. nunc. & in l. Celsus. ff. de vsucap. vbi etiã Balbus in 3. par. nu. 13. & ista est concors, & cōis quippè omniũ sententia: cui innititur etiam Fely. in c. 2. sub num. 5. de præscrip. & Affl. in d. decis. 369. nu. 10. & seq. vbi hoc vtiliter amplificat procedere: seu denunciatio ipsa facta esset à domino rei venditæ, vel ab alio extraneo: & ita decisum fuisse etiam in Sacro Regio Concilio inibi, sub nu. 6. & 10. expressè mentionē facit. Cōis opin.

5 Sed communis ista sic ampliata interpretatur compendiosè quidem locum sortiri, vbicunque denunciatio ipsa fieret ante venditionem: quoniam post emptionem, & possessionem concludunt Bart. Alber. num. 3. Bal. Fulgosi. nume. 3. & Salyce. sub nume. 2. in d. l. si fundum, locum non obtinere illam legem, nec vtique malam induci fidem, per textum in l. penult. ff. de vsucapio. pro empto. vbi Glo. & Docto. ita communiter, & vnanimiter intelligunt, conciliantque illam legem cum d. l. si fundum, attestantibus Felyn. & Balbo in locis præmemoratis, & Alex. in l. de pupillo. §. nunciationem, nu. 12. ff. de no. oper. nunc. Cōis opin.

¶ Quod vtique extendit radices, viresque suas, etiã si dominus rei denuncians ante emptionem nihil ostendat de iure suo: vt firmarunt Bal. Fulgos.

Fulgos. Paul. de Cast. & alij omnes vnanimiter in d.l.si fundum, Bartol.num. 43. & Rube.num. 405.in d.l.non solùm.§. morte. ff. de operis noui nunciat. Afflict. in d.decisio.369. sub num.9. Licèt, & malè præter morem suum Felyn. in dicto cap. 2. nume. 6. de præscript. asseueret contrarium, allegando ibi improuidè, & incautè Bartolum ipsum in dicto. §. morte, pro contraria parte.

### SVMMARIVM.

1 *MALA fides præsumpta triginta annis purgatur, & extinguitur.*

2 *Præscriptio iuris aquæ ducendę requirit bonam fidem: alioquin non valet ipsa præscriptio.*

3 *Præscriptio cuiuscunque seruitutis exigit bonam fidem.*

4 *Præscriptio longissima etiam mille annorum non admittitur in præscribenda seruitute, vel iure aquæ ducendæ, nisi adsit bona fides.*

5 *Mala fides in præscribenda seruitute semper præsumitur: siquidem præscribens uidetur contra se habere iuris præsumptionem.*

6 *Præscriptio inducitur etiam in seruitute aquæ ducendę, seu in præscribendis aquis, vbi probatur præsentia, scientia, & patientia aduersarij.*

## OPINIO CCCCLXXIII.

1 MALA fides præsumpta triginta annis purgatur, atque extinguitur; & sic præsumptio malæ fidei tollitur triginta annorum curriculo: secundùm Bar. in l. cùm quærebatur, in fin. C. vnde vi, Alexand. consil. 6. colum. 1. volum. 1. & consil. 151. nume. 7. volum. 2. Afflict. decisio. 40. num. 12. Panorm. in cap. si diligenti, colum. 3. de præscript. Bartol. in l. Celsus, num. 17. vbi etiam Claudius, nume. 31. & Ioan. Francisc. Balbus, in 3. parte nume. 41. ff. de vsucapio. Ias. consil. 57. colum. fin. volum. 1. & in §. Sed iste nume. 100. institu. de actio. Dec. consil. 267. & consil. 558. in fin. Curtius Senior consil. 82. colum. 3. Curtius Iunior consil. 52. nume. 2. & ita consuluit Grauet. consil. 146. Respondi de iure, nu. 1. & 6. Ruinus consil. 156. nume. 10. volum. 1. consil. 34. nume. 10. volum. 2. & consil. 118. nume. 4. volum. 4. Socinus Iunior consil. 115. nume. 30. volum. 2. Et eidem opinioni inhæret quoque Couarruuias in relectione, cap. possessor, in 2. parte. §. 8. nume. 3. de regulis iuris in 6. & Iacobus Menochius, in tract. recuperandæ possessionis, remedio 13. nume. 70. cum alijs compluribus in illis locis relatis per eos, in quibus apertè ostendunt istam opinionem cōmunem esse post Claudium, & Balbum in d.l. Celsus. *Cōis opin.*

2 Sed opinio hæc communis non sortiretur quippè locum, vbicunque de necessitate in præscriptione bona fides requireretur. Et hinc est, quòd in præscriptione iuris aquæ ducendæ exigitur bona fides, alioquin non valet præscriptio: ita Gloss. Bartol. & alij in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuque priua. Cyn. in l. 1. C. de seruitu. & aqua, Laurentius Syluanus consil. 1. sub nu. 161. & sequen. & Aret. consil. 30. viso themate, sub num. 2. vbi refert istam esse communem opinionem. *Cōis opin.*

3 In qualibet enim seruitute præscribenda bona fides necessaria nempè foret. l. 1. §. sed si. ff. de aqua quotidia. & estiua, & l. 1. & ibi Bald. C. de seru. & aqua, & l. fina. ff. de itinere, actuq; priua. & hæc est cōmunis opinio, innuente Aret. in d.cons. 30. *Cōis opin.*

4 Vndè non admittitur præscriptio quantumuis antiquissima, etiam mille annorum in præscribenda seruitute, vel iure aquæ ducendæ, nisi adsit, & concurrat bona fides. textus est in cap. fina. & ibi Gloss. & Doctores extra de præscriptio. & in cap. possessor malæ fidei, de regulis iuris in 6. & Aretin. in dicto consil. 30. num. 2. Grauetta in dicto consil. 146. sub nume. 1. & sequent. & Parisi. consil. 112. si originem aquæ sub numero 29. cum alijs sequentibus volum. 1.

5 Et ista mala fides in præscribenda seruitute, nimirùm semper præsumitur: ex quo contra se præscribens habere videtur iuris præsumptionem: ita Aretin. in d.consil. 30. & Alciat. in tract. de præsumptionibus in reg. 3. pręsump. 5. num. 6.

6 Et quamuis in seruitute aquæ ducendę, seu in pręscribendis aquis nulla profectò currat pręscriptio; tamen vbicunque probaretur pręsentia, scientia, & patientia domini, seu aduersarij: tunc induceretur dubioprocul ipsa pręscriptio. textus est in l. 2. in verb. sciente. C. de seruitutibus, & aqua, Abb. & alij in cap. cùm ecclesia Sutrina, extra de causa possessionis, & proprietatis, Laurentius Syluanus in consil. 1. sub num. 165. & seq. & Parisius in dicto consil. 112. num. 39. vbi profert istam esse communem sententiam. *Cōis opin.*

### SVMMARIVM.

1 *PROCVRATOR habens generale mādatum cum libera, æquiparatur habenti speciale mandatum.*

2 *Procurator constitutus ad litem cum libera, potest de tali lite transigere, & facere ea, quæ mandatum speciale requirunt: secus si esset constitutus ad agendum, & defendendum, & generaliter ad omnia alia, & cætera: quia tunc non uidetur habere madatū cum libera ad omnes alias causas non expressas, sed circa illas tantùm expressas.*

3 Pro-

3 *Procurator seu habeat mandatum plenum, seu cum libera idem est: quia illa clausula cum pleno mandato, importat vt libera, secundum vnam communem opinionem; sed secundum alteram sententiam contrariã similiter communem ipsa clausula cum pleno mãdato non idem operatur quod clausula cum libera.*

4 *Mandatum speciale ad compromittendum requiritur: nec sufficit mandatum generale cum clausula de rato.*

5 *Procurator cum libera administratione potest compromittere.*

## OPINIO CCCCLXXIV.

1 MANDATVM generale cum libera, æquiparatur habenti speciale mandatum; & consequenter paria sunt habere mandatum generale cum libera, & habere speciale, atque in diuiduum mãdatum: secundum Bar. Paul. Castren. num. 4. & alios in l. procurator cui libera. ff. de procuratoribus, Alexan. cons. 44 nu. 2. vol. 2. & in l. si procurator nu. 2. ff. de procur. & Berous in q. 34. si procurator. nu. 9. & seq.

2 Sed hoc procedit circa concernentia ea, quæ specialiter reperiuntur expressa in mandato: puta, si constituo procuratorem ad talem actum, videlicet, ad litem cum libera: vtique posset huiusmodi procurator tunc de lite hac transigere, & consequenter facere ea, quę mandatum speciale requirunt. quod facere non potuisset, si illa clausula non adesset: secus est circa alia non expressa in mandato. exemplo, Constituo procuratorẽ ad tale, & tale actu, puta ad agẽdũ, & defendẽdũ & generaliter ad omnia alia, & cætera, non per hoc censetur habere mandatum cum libera ad omnes alias causas non expressas, sed circa illas tantum expressas. text. est in c. qui ad agendum, de procur. lib. 6. not. Bar. in l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de ver. oblig. in d. l. procurator cui libera. ff. de procu. Ferra. in sua pract. Papien. in forma libelli responsionis rei cõuẽti sup ver. Simoninus Spelta procurator, sub nu. 7. Et ita obseruatur in pract. teste Cyno, & Alex. in l. quæ acta. ff. de offi. procur. Cæs. quos refert, & sequitur ibi Ias. nu. 21. afferens istam esse cõem conclusionem: & ita consuluit Bal. cons. 371. viso tenore ipsorũ dictorum instrumentorum mandati, & donationis facta, nu. 1. & seq. vol. 4. & Berous in d. q. 34. nu. 11. Cõis opin.

3 Aduerte etiam, quòd idem est habere mandatum plenum, & mandatum cum libera. Et sic illa clausula cum pleno mandato, importat vt libera: secundum Glo. Bar. Paul. Castren. Alex. Ias. & alios in d. l. si procurator, prçsertimq́; ibi Card. Albanum in lucub. ad Bar. Fely. cum cęteris allegatis per eum in c. nonnulli. §. sunt & alij, nu. 3. de rescrip. & Hippolytum Rimmal. in §. 1. instit. qui. aliena. licet, vel non, num. 130. cum alijs seq. vbi ponit alios casus, in quibus videtur concedi libera ipsa administratio: & ista est communis, & sacrosancta opinio. Cõis opin.

Et licet Berous in quæstio. 20. pater filium suum constituit procuratorem, nu. 5. asserat contrariam sententiam similiter communem, & aduertat ab ea in iudicando non esse recedendum, post Ant in c. fin. de dilatio. videlicet, quòd mentionata clausula cum pleno mandato non idem operetur, quod clausula cum libera. Tamen noli recedere ob hoc à prima opinione, tãquam magis tuta, magis vera, reali, & communi: quam sequitur etiam tanquam communem idẽ Berous reuocando iudicium in melius, cons. 23. quid iuris sit in casu proposito, nu. 8. cum alijs sequen. volum. 3. Cõis opin.

4 Sed redeundo ad institutum nostrum concludo, quòd habens generale mandatum, etiam cum clausula d rato, compromittere nõ potest, cæterùm requiritur ad id speciale mandatum; & sic mandatum ipsum speciale necessariũ quippe foret in transactione, & compromisso, nec satis esset c ausula generalis, qua promitteret Dominus quicquid actum à procuratore fuerit, se ratum habiturum. c. causam de iuramen. calum. c. per tuas de arbitr. & l. mandato generali. ff. de procur. & l transactionis. C. de transac. Soc. cons. 18. prosequendo ordinem vol. 1. Lanfran. de Oriano in tract. de arbitr. par. 3. q. 3. Glo. & Doct. in c. ex parte decani de rescript. & in c. contingit de transact. Roma. in l. in prouinciali. §. 1. ff. de operis no. nunciatio. Bartol. in l. 1. ff. de offic. procur. Cyn. Bald. & alij in l. si procurator ad vnam speciem. C. de procuratoribus, Gemin. in cap. qui ad agendum de procuratoribus in 6. per textum ibi, & Iason consil. 134. num. 2. vol. 4.

5 Sed hoc non vtique locum obtineret in procuratore cum libera, & generali administratione: quia ille dubio procul compromittere posset. dicta l. transactionis, & ita firmant Gloss. & omnes Legistæ in l. si procurator. ff. de conditio. indeb. & Bartol. & Moder. in dicta l. qui Romæ. §. Callimachus, & Canonistæ in dicto cap. qui ad agendum, & Celsus Hugo consi. 124 vulgaris est determinatio iuris, sub num. 6. vbi refert ita hoc decisum apparere etiam per leges Hyspaniæ.

## SVMMARIVM.

1 *MANDATVM de compromittendo, emendo, vendendo, & similibus, presumitur etiam post spatium decursum mille annorum; vnde ex defectu huiusmodi mandati vsque ad mille annos non potest dici sententia nulla, si de mandato non constet: quia præsumitur ex maxima diuturnitate temporis interuenisse: secundum vnam communem opinionem, sed secundum alteram sententiam cõtrariam, similiter communem, mandatum de quo non* con-

*constet, non præsumitur, nisi per partē aduersam probetur.*

*Laudum antiquum præsumitur in dubio latum præcedēte compromisso; & sicut præsumitur in sententia antiqua in dubio præcessisse mandatum: eodem modo præsumitur etiam præcessisse compromissum.*

3 *Mandatum de custodiendo præsumitur ex antiquitate temporis, seu ex diuturnitate custodiæ præcedentis.*

4 *Ratificatio mandati præsumitur ex antiquitate temporis. Quod tamen procedit, quando ageretur de modico præiudicio, secus si de magno: tunc enim non præsumitur ratificatio ipsa ex antiquitate temporis, nisi concurrat alia præsumptio.*

5 *Mandatum præsumitur ex antiquitate temporis, quando appareat productione mandati esse factam, vel cessante ipsa productione litem cōtestatam extitisse cum aliquo tanquam procuratore.*

6 *Mandatum ex cursu longi temporis præsumitur in actu, ad quem quis uerisimiliter sine mandato non accederet. Et sic pensionem nomine alieno soluens præsumitur soluere procuratorio nomine. Nam non præsumitur quis uelle iactare suum.*

7 *Mandatum mentionatū in sententia, aut in instrumēto antiquo præsumitur interuenisse propter antiquitatē temporis; & consequenter eo casu antiquitas fidem & authoritatem præbet instrumento enunciantii mandatum: alias secus.*

## OPINIO CCCCLXXV.

1 

ANDATVM ad cōpromittendū, emendū, vēdēdū, & similia, præsumitur etiam post spatium decursum mille annorum; Vnde ex defectu huiusmodi mandati vsque ad mille annos non potest dici sententia nulla, si de mandato non constet: quia præsumitur ex maxima diuturnitate temporis interuenisse: vt voluit Bal. cons. 337. vol. 1. quem sequitur Pau. Cast. cons. 84 visa facti narratione circa fin. vol. 1. Dec. cons. 281. nu. 17. cons. 409. & cons. 36 col. 3. Ias. in l. sciēdum col. 8. ff. de verb. oblig. & in l. 1. C. qui admitti, Curt. Sen. cons. 77. Natta cons. 341. rectē, & sanctē videtur fuisse iudicatū n. 2. vol. 2. Bertr. cōs. 244. viso instrumēto concessionis immunitatis, nu. 3. vol. 4. & cons. 58. multa sunt propter quę vniuersitas nu. 1. vol. 6. Boer. decis. 281. nu. 17. Riminal. in d. l. 1. nu. 28 Zuccardus, & Bolognettus ibi, n. 58. vbi scribit istam esse communem opinionem, Sebastia. Vant. in tractā. de nullitatib. in rub. quibus modis sententię nullæ desen. nu. 28. fol. par. 455. Balbus in tract. de præscript. & Soc. Iun. cons. 139. nu. 10 vol. 3. vbi ait hodie fortasse hanc sententiam esse communem: & ita in facti contingentia consuluit, seu determinauit Rota Romana, reste Cassadoro decisio 3. per totam in tit. de procuratoribus. Cōis opin.

¶ In contrariam verò partem, videlicet, quod mandatum de quo non constat, non præsumatur, nisi per partem aduersam probetur, inclinauit idem Bald. titubanter, & sibi contrarius in l. 1. C. de rebus alienis non alienan. & in l. 2. C. si ex falso instrument. post princ. & in l. qui fundum. ff. de usucapio. quem sequitur Sal. cet. in dicta l. 1. C. de re. alie. non alienan. Alexan. in dicta l. sciendum, colum. 4. in l. qui in aliena colum. 2. ff. de acquir. hæred. in consil. 1. colum. penult. volu n. 4. & consil. 191. colum. 2. volum. 6. Veronen. consil. 26. colum. 6. decisio. Neapolit. in decisio. 345. colum. 3. & in de isio. 345. co lum. 4. Felyn. in cap. sicut de re iud. Gratus consil. 85. inuocato diuino suffragio in præsenti causa ad quam nunc accersitus sum, nume. 13 volum. 2. Ias. sibi contrarius, consil. 140. colum. 2. volum. 4. Dec. consil. 2 5 colum. 2. Bertach. in. 1. par. sui repertorij in verb diu. vers. antepenul Curt. Sen. consil. 49. colum. 5. & 18. Grauet. consil. 317. colum. 1. Gozad consil. 94. nume. 48. & consil. 96. nume. 11. Parisi. consil. 47. nume. 38. volum. 1. Horm. Decus in l. 4. §. Cato num. 235. ff. de verbo. obliga. Curt Iun. in tracta. feudorum quæstio. 1. colum. 2. Marsil. singu. 323. Albertus Brunus consil. 95. nume. 3. Iacobus Leonardus consil. 96. num. 15. & sequen. posito inter consil. Feudalia Alberti Bruni, Laurentius Syluanus consil. 35. nume. 51. Grammat. decisio 303 nume. 83. vbi attestatur istam esse communem opinionem, & Socin. nepos cons. 56. num. 5. volum. 1. & Ioannes Cephalus consil. 65. nume. 16. volum. 1. vbi fatetur magis communem fore, & August. Berous cons. 104. illud in præsenti causa, num. 7. quæst. 13. & 15. vel 3. vbi eam consulendo limitat in duobus vtilibus casibus, & Felyn. quoq; in c. sicut col. 19. vers. sexto aduerte, extra de re iud. Cōis opin.

¶ Sed in isto opinionum conflictu, & tam ambiguis iuris nostri interpretum sententijs mihi profectò sequendam fore constitui primam partem affirmatiuam, tanquàm magis æquam, & communem: ex quo ei inhæret Rot. Roman. quæ videtur irrefragabilis authoritatis.

2 Et opinio hæc ita retenta ampliatur primùm, vt procedat etiam in compromisso: vt sicut præsumitur in sententia antiqua in dubio præcessisse mandatum, eodem modo præsumatur etiam præcessisse compromissum, & eius solemnitas in antiquis. Et sic clarum est laudum antiquum præsumi in dubio latum præcedente ipso compromisso: secundum Imol. in c. cum in iure peritus de offic. delega. Hostien. Ioan. Andr. & ceteros omnes Canonistas in cap. Albericus de test. Felyn. in dicto cap. sicut num. 42. Bald. in consil. exordiente: quia ex priuilegio, Angel. Alexand. Ioannes de Imol. Raphael, & Ias. in dicta l. sciendum, vbi admittit istam esse communem opinionem, & sequitur etiam Augustinus Berous in dicto consil. 104 numero 14. & tuetur Cōis opin.

quoq;

quoque comprobat, citat, & copiosè, vtiliterque declarat Marcus Antonius Blanchus in tract. de compromissis in 9. quæstio. de effectu sententiæ nume. 11.

3 Ampliatur etiã secũdo loco habere locũ in mãdato similiter de custodiendo, quod ex antiquitate tẽporis præsumatur, seu ex diuturnitate custodiæ præcedentis: secundùm Bart. & Alex. in l. si vxor. §. si quis vxorem. ff. de adulter. Afflict. in præcitata decisio. 345. colum. 5. Bertach. in 2. par. sui repertorij, in verb. mandatum qualiter versicu. 7.

4 Ampliatur tertiò, quòd non solùm præsumitur mandatum ex antiquitate temporis, verùm etiam ratificatio ipsius mãdati: vt per Bertach. in d. reperto. in 1. par. in ver. diu. ver. 3. Soc. cons. 46. col. 2. volum. 3. & August. Berouni in prælibato consi. 104. nu. 11. vol. 3. Dec. consil. 299. col. 2. Gozad. consi. 11 post alios ibi per eum congestos, & Soc. nepotẽ cons. supracitato 139. n. 14. & cõs. 146. num. 14. uol. 3.

¶ Quod intelligit, & moderatur Ias. consil. 140. colum. 3. vol. 4. procedere, quando ageretur de modico præiudicio, secus si de magno: tũc enim præsumitur ratificatio ex antiquitate temporis, nisi concurrat alia præsumptio.

5 Quartò ampliatur etiam, vt procedat, quando appareret productionem mandati esse factam, vel cessante productione litem cum aliquo tanquam procuratore fuisse contestatam: hoc enim casu pro mandato præsumeretur: secũdùm Imol. in d. l. sciendum, col. 5. quem refert, sequiturque Gozad. cons. 96. col. fin. & ita consuluit August. Berous in d. cons. 104. nu. 13. cum alijs seq.

6 Quintò ampliatur etiam habere locum in soluente pensionem nomine alieno, ad quam verisimiliter quis non accederet sine mandato: cùm verisimile haudquaquam sit, quòd procurator velit iactare suum: secundùm Rotam Romanam decis. 23. in antiquis: quam sequitur Socin. Sen. consil. 46. col. 2. lib. 3. Dec. consil. 36. colum. 5. & consil. 42. col. penul. & in l. 1. colum. 4. C. qui admitti, Gozad. d. consil. 11. colum. 4. Curt. Sen. d. consil. 77. colum. 4. Gratus consil. 142. inuocato diuino suffragio, decreueram in præsenti causa nil scribere, num. 28. volum. 2. & Soc. Iun. consil. 139. volum. 3. num. 10. & seq. & Marcus Anton. Blancus in d. tracta. de compromissis quæstio. 9. de effectu sententiæ sub nu. 11. sub vers. non obstant adducta in contrarium.

7 Sextò loco ampliatur, quãdo in sententia, aut alio instrumento antiquo fieret mentio de ipso mandato, seu compromisso: quia tunc videtur probari propter antiquitatem temporis; & per consequens eo casu antiquitas fidem, & authoritatem dat instrumento enunciãti compromissũ, seu mandatum, aliàs secus: secundùm Dec. cons. 36. col. 5. quem sequitur Gozad. d. cons. 110. col. 4. & Purpuratus in auth. si quis in aliquo documento, in fin. C. de eden. Cagnolus in l. velle non creditur, nu. 20. ff. de reg. iur. Gratus in d. consil. 142. & Marcus Ant. Blancus in d. tract. de compromissis. q. 9. de effectu sententiæ, sub nu. 11. ver. secundo casu quando sumus in nouis, vbi explicat hoc de plano procedere, quando nominatio ipsa reperiretur facta per arbitrum in sententen tia partibus præsentibus, & non contradicentibus.

*SVMMARIVM.*

1 *MANDATVM potest probari per instrumenta, & per literas etiam domini ad iudices missas.*

2 *Mandati reuocatio potest eodem modo probari, at etiã per unum testem cum delatione proprij iuramenti.*

## OPINIO CCCCLXXVI.

1 MANDATVM regulariter potest probari non solùm per instrumenta, verùm etiam per literas domini etiam ad iudices missas: secundùm Glo. & omnes Doct. in l. 1. C. de satisdan. Potest similiter probari per testes: vt voluit Glo. in l. maritus. C. de procur. Gloss. & Panorm. in c. 1. ext. de procur. Azo. in summa de manda. princ. Bar Bal. Ang. & cæteri communiter in l. non solùm. §. qui alieno. ff. de procur. Iaffredus decisio. 190. vbi attestatur expresse istam esse communem opinionem, & Alex. etiam consil. 149. viso processu inter Michaelem Dominici, nu. 15. vol. 5. & Boerius decisio. 281. num. 1. & sequitur, declarat, & limitat Marsil. in repet. rub. C. de probat. num. 38. cum alijs sequen. & Ias. in l. 1. C. de procuratoribus, nu. 6. & seq. vbi reijcit alias contrarias opiniones, & Natta cons. 420. quamuis in controuersia vertente, nu. 15. vol. 2. in quibus locis concludunt antedicti Doct. hoc procedere in mandato priuati, non autem principis. Cõis opin.

¶ Ampliatur illud dictum commune non solùm procedere in mandato, sed etiam in reuocatione ipsius; quæ quidem reuocatio potest probari per vnum testem cũ delatione proprij iuramẽti: secundũ doctrinam Io. And. in c. pro causa de procu. quę obseruatur quotidie in practica, vt asserit, & fatetur Corset. in singu. in ver. mandatũ.

¶ Et limitatur quoq; præmissa communis per Ias. in quinq; casibus in d. l. 1. nu. 9.

*SVMMARIVM.*

1 *EXCEPTIO si esset superflua, & inutilis de eo, quod in regula non contineretur: tũc ne reddatur inutilis, et superflua censetur regulam illam ampliare secundum exceptionis qualitatem.*

2 *Procurator constitutus generaliter ad omnia non potest agere ea, quę mandatum speciale requirunt.*

3 *Procurator constitutus generaliter ad omnia, prćterquàm in vno casu, videlicèt, quòd non possit prćstare iuramentum: tunc potest agere omnia alia requirentia speciale mandatum.*

## OPINIO CCCCLXXVII.

1 EXCEPTIO quotiescunq; esset superflua, & inutilis de eo, quod in regula non contineretur: tunc & eo casu, ne reddatur inutilis & superflua, censetur regulam istam ampliare secundum exceptionis qualitatem: secundùm Dec. in l. 1. num. 31. ff. de reg. iuris, & ista est communis opinio, teste Cagnolo ibi num. 30. & 33.

Man datũ.

Cõis opin.

2 Et exemplum pro intelligenda ista communi posset allegari hoc, verbi gratia, si constituo procuratorẽ generaliter ad omnia, nõ veniunt quę mandatum speciale requirunt. c. qui ad agendũ, cum ibi notatis per Gloss. & Doctor. de procurat. in 6.

3 Si verò facerem procuratorem generaliter ad omnia, nisi quod iuramentum non possit prćstari, & sic excipio vnum casum, in quo speciale mãdatum requiritur; illa exceptio ne sit superflua declarat, ampliatque mandatum, & regulam, ut omnia alia includantur in mandato, in quibus etiam mandatum speciale requiritur: secùndùm Domin. Geminia. post Lupum in d. c. qui ad agẽdum. §. 1. Alex. Claud. Aquen. & Ias. in l. fina. ff. quodquisque iur. idem Ias. in l. nummis, col. 3. ff. de in litem iuran. Cassan. consil. 3. stat statutum num. 7. Dec. in c. consultationibus, circa fin. de offi. deleg. & istam scribit esse communem opinionem Cagnolus in d. l. 1. nu. 30. & 33. & Euerardus in sua centuria in argum. 3. vbi locus ab exceptione.

Cõis opin.

## SVMMARIVM.

1 *MARITVS potest expellere ab eius domo vxorem: si dos promissa ei nõ soluitur, quod obseruatur potius à rusticis, & plebeis quàm à nobilibus, qui honestiùs procedendo, ac agendo etiam ad dotẽ eis promissam non solutam retinent vxores in eorum domibus.*

2 *Maritus ageret contra euangelium repellendo vxorẽ ab eius domo ob dotem promissam non solutam.*

3 *Vxor expulsa à domo mariti per ipsum maritum ob dotem promissam non solutam non est alimentanda à viro: secus autem esset si dos promissa non foret.*

4 *Vxor vbicunque non reperiretur in seruitio mariti ob suam culpam, non teneretur maritus ipsam alere.*

5 *Vxor recedens sua culpa à viro ei restituenda non est sine cautione, si de eius sćuitia timeretur.*

6 *Vxor ob leuem solummodò offensionem illatam marito, non autem capitalem restituenda est ipsi viro cum cautione iuratoria, cum oppositione etiam pœnć arbitrio iudicis: & sic in isto casu cautio iuratoria sufficit.*

7 *Maritus iure permittente potest leuiter verberare vxorem, ubicunque subesset iusta, & rationabilis causa.*

8 *Mulier discedens à domo viri ob eius culpam: quia detineret concubinam, posset petere alimenta, & dotes, & & separationem thori.*

9 *Culpam cui incumbat probare, vbicunque vxor discessit à domo uiri remissiuè.*

10 *Culpa uxoris recedentis à domo viri debet probari per testes idoneos, & omni exceptione maiores.*

11 *Maritus prćstans alimenta vxori, vbicunque extitisset dos promissa, & non soluta, & nihil protestans, dum potuisset ob hoc expellere de domo vxorem, illa alimenta repetere non posset: quia intuitu pietatis prę sumuntur prćstita.*

## OPINIO CCCCLXXVIII.



1 MARITVS repellere posset ab eius domo vxorem, si dos promissa eidem non solueretur: secundũ Bal. Cyn. & Saly. in l. quod in vxorẽ. C. nego. gest. Abb. consil. 85. vol. 2. Glo. in §. illud in ver. onera, in auth. de non elig. secun. nub. Roma. in l. de diuisione, nu. 16. ff. solu. matri. Alex. cons. 56. nu. 10. vol. 4. Guid. Papć decis. 439. Socin. in regu. 258. Laurum de Palatijs in tract. quòd stantibus masculis, n. 126. & eq. Ias. in l. donaturus. §. si quis in debitã nu. 3. ff. de cond. ob caus. Neuiza. in Sylua nuptiali lib. 1. nu. 45. Boer. decis. 22. nu. 2. & seq. Bar. Bal. Alex, & alij in l. si cùm dotem. §. sin autem in sćuissimo. ff. solu. matr. Cęsarem Vrsillum in add. Afflict. in decis. 284. num. 4. & Soc. Iun. in l. 1. nu. 263. vbi hoc limitat. ff. solu. matrimo. & Cornel. Benincas. etiam in tracta. de paupertate quęst. 8. in 2. speciali in contractibus, num. 19. & seq. & ista est cõmunis opinio. Quę licet verissima sit, vt ostendunt eam similiter amplectendo, & ampliando Angel. de Clauasio in sua summa Angelica in ver. Dos. §. 9. Syluester in summa Syluestrina in tit. de dore, & paraphernis, num. 10. summa Tabiena in ver. Dos, nu. 9. & summa Armilla in verb. Dos. num. 10. nihilominus hoc obseruari aliquando vidimus à rusticis, & plebeis; à nobilibus verò nunquàm: qui honestius procedendo, ac agendo, etiam ob dotẽ eis promissã nõ solutam retinent vxores in eorum domibus. Cõis opin.

2 Imò Cęsar Vrsill. & malè in d. decis. Affl. 284. nu. 4. refert hoc fieri contra euangelium quando maritus ipse repelleret vxorem ab eius domo ob dotem promissam non solutã: & hoc idem voluit ponẽs quodãmodò os in cęlum Apostilla ad Alex. in d. cons. 56. in litera, F. & Rota Pedemõtana decis. 132. in dubiũ vertit, nu. 18. post Couarr. relatũ ibi p cũ in epito. de spons. & matr. c. 8. n. 2.

¶ Et

¶ Et huiusmodi mulier ita expulsa non est aliter à uiro alimentanda: vt uoluit Glo. in §. fi. in uerb. Onera. in authē. de non eligen. fecun. nuben. Bal. in d. l. de diuisione, & Roma. in l. in insulam. §. usuras. colum. 2. ff. folut. matrimo. & Alex. in l. si cùm dotem. §. fin autem in fæuisuno. nume. 8. eod. tit. ubi hoc utiliter limitat non procedere, vbicunque dos promissa non esset: quia maritus ipse contrahens matrimonium, mentione de dote non habita, tenetur nihilominus uxorē alere, nec eam expellere potest propter non datam dotem. l. quod si nulla. ff. de relig. & sumpt. fun. §. quoniam in auth. qui. mo. nat. effi. leg. & §. si quis enim, auth. de nup.

¶ Quod quippè procedit si mulier est inops: secus si bona possidet, & est diues: tunc certè æquum est, quòd det dotem, quamuis à principio nihil de dote fuerit dictum; quemadmodum si quis iurauit accipere talem in vxorem, intelligitur tamen id, quòd talis mulier det dotem: secundùm Bald. in c. iurauit de probat. & Ioan. Lupi. in c. per uestras in 3. not. §. 2.

¶ Contrarium uerò tenuit Ripa in l. 2. num. 43. ff. solu. matri. post Bar. ibi, & Alex. in l. si donaturus. §. si quis indebitā. ff. de cōd. cau. da. & Lau. Calca. consil. 11. colum. 2. & Alex. consil. 169. uisis instrumentis, num. 3. uol. 7. ubi post Paul. Castren. & Doct. in l. si socer. ff. solu. matrimo. dicit, quòd maritus debet sibi imputare, quòd uxorem uoluit absque dote.

4 Imò dicit etiam, quòd vbicunque mulier alia de causa non esset, seu reperiretur in seruitio mariti; ob suam culpam non teneretur maritus ipse illam alere: vt uoluit Roma. in l. si cùm dotem. §. si maritus nume 25. ff. solut. matrimo. & omnes alij ibi, & Gratus, consil. 57. in fin. uol. 1. vbi uocat istam esse communem opinionem. Cōis opin.

5 Et ista uxor, quę sua culpa recessit à uiro, vbicunque adesset iustus timor, non esset aliquo modo ei restituenda sine cautione, si de eius sæuitia timeretur: vt uoluit Abb. in c. trāsmissa in 1. notab. de restit. spoliat.

6 Et hoc casu sufficeret iuratoria cautio; & sic maritus, ubi esset leuis offensio, non capitalis, cogi nequiret satisdare cum fideiussore: uerum standum esset iuratoriæ cautioni cum oppositione etiam pœnæ arbitrio iudicis: secundùm Bal. consil. 176. Cecilia, uol. 1. & ità sequendo Bal. & declarando Abb. ubi supra, consuluit Natta consil. 616. vol. 3.

7 Quia maritus iure permittente posset leuiter uerberare uxorem; vbicunque iusta, rationabilisque causa subesset: secundùm Glo. & Arch. in c. sicut. 7. q. 1. & Alex. consil. 115. uiso themate suprascripto, & attestationibus testium, vol. 4. nume. 2. & seq. vbi prædicat istam esse communem opinionem. Cōis opin.

8 Sed quando mulier discederet à domo eius uiri ob eius culpam: quia detineret concubinā: tunc posset petere alimenta, & dotes, & separationem thori: quia habetur perinde ac si maritus eam expulisset: vt latè deducit cum aliis signatis per eum Ioan. Lupi in d. c. per vestras in tertio notabili, & Cæsar Vrsillus in additionibus Afflict. in decis. 10. nu. 9.

9 Vbi nume. 6. declarat etiam cui incumbat probare dictam culpam, & Natta etiam in d. consil. 616. nume. 1.

10 Vbi consuluit hoc probari debere concludenter per testes idoneos, ac omni exceptione maiores.

¶ Et mentionata conclusio, quòd liceat vxori fugere de domo uiri, ubi in ea retinet concubinam: iustificatur ex hoc. Nam non benè conueniunt in uno lecto vxor, & cōcubina. Et accessus concubinę maximè exasperat castas mulieres. l. consensu. C. de repud. Bald. in c. 1. extra vt lit. cō test. & Alex. in c. ex parte extra de sponsa.

11 Redeundo igitur, undè digressi sumus, concluditur, quòd si dos marito fuisset promissa, & non soluta, casu quo potuisset expellere vxorem de domo, si ei præstitisset alimenta, & nihil protestatus esset, ea repetere non possent: quoniam in tuitu pietatis censetur ei pręstitisse: vt uoluit Iason in d. l. si donaturus. §. si quis indebitam, colum. 2. uersic. Et fortè, & Ruin. consil. 139. sub nume. 4. uol. 4.

## SVMMARIVM.

1 *MARITVS sustinens onera matrimonij ob non solutionem dotis promissę debito, & conuento tempore, potest petere non solùm dotem ipsam, sed etiam interesse à tempore moræ decursum, & decurrendum.*

2 *Maritus, cui promissum est prædium pro dote suæ vxoris, & non solueretur, seu consignaretur, postquàm inciperet suscipere onera matrimonialia, posset petere vltra fundum ipsum, interesse etiam ratione dictę moræ.*

## OPINIO CCCCLXXIX.

1 MARITO, cui esset dos promissa, & non soluta tempore debito, & conuento: tunc ipsi marito licitum foret matrimonij onera substinenti pro illis substinēdis aliquod emolumentum, seu interesse ultra dotem petere, & recipere, donec sibi solueretur dos ipsa promissa: vt est tex. & ibi hoc Pau. de Leaz. Calde. Ant. & Abb. & omnes magis cōmuniter tenēt in c. salubriter ext. de usuris, Bal. conf. 94. vol. 1. Bart. & Roma. in l. in insulam. §. usuras. ff. solut. matri. Alex. etiam consil. 147. uolu. 5. & Corn. consi. 164. num. 5. vol. 3. Ruin. consil. 61. sub nu. 5. volu. 4. qui aiunt istorum opinionem communem fore. Sed si usurę prædictæ non extiterint petitæ ex cursu decem annorum, an cen- Cōis opin.

censeantur remissæ: uide resolutionem infra in Opinio.incip.præscribi non potest.

2 Et aduerte etiam, quòd si marito promissum esset fundum pro dote eius uxoris; & promissor ipse fructus perciperet dicti fundi, postquàm maritus cœpisset matrimonij onera suscipere: tunc quippè apparet morosus, & posset peti ratione dictæ moræ ab eo aliquid ratione interesse: secundum Glos. Bart. & cæteros omnes in l. de diuisio ne.ff. solut. matrimo. & Ruinum in dicto consil. 61. nume. 5. qui uocat istam esse communem opinionem. *Cõis opin.*

*SUMMARIUM.*

1 *MARITUS pro rebus dotalibus est legitimus administrator, & potest agere, & comparere in huiusmodi casu in iudicio sine mandato uxoris.*

2 *Maritus pro rebus parafernalibus non potest agere sine mandato uxoris expresso, uel saltim tacito.*

3 *Maritus non potest agere absque mandato uxoris in casu hic remissiuè posito.*

4 *Bona parafernalia dicuntur illa, quæ traduntur marito vltra dotem: & consequenter bona vltra dotem data, & quæ uxor secum defert ad domum uiri, etiam si illi consignet, dummodò non in dotem, dicuntur parafernalia.*

5 *Maritus procuratorio nomine percipiens fructus bonorum parafernalium, an teneatur ad illorum restitutionem remissiuè.*

6 *Mariti bona sunt tacitè obligata eius uxori pro administratione bonorum parafernalium.*

7 *Maritus percipiens fructus ex feudo parafernali, vtrum eos lucretur remissiuè.*

8 *Maritus non potest vendere rem parafernalem suę uxoris tam mobilem, quàm immobilem.*

9 *Mulier liberè potest dare bona parafernalia, cui, & quibus vult.*

10 *Maritus est uerus dominus rei dotalis. Et sic dominium rei dotalis est mariti, & non uxoris.*

## OPINIO CCCCLXXX.

1 MARITUS pro rebus dotalibus est legitimus administrator: & sic marito spectat administratio bonorum dotalium, & potest agere, & cõparere in iudicio in huiusmodi casu absque mandato uxoris: secundum Glo. Bart. Saly. Alex. Ias. & omnes alios Legistas in l. maritus. C. de procuratoribus, & Canonistas, in c. constitutus, de procur. & in c. 1. qui filij sint legiti. Abb. in cap. ex parte de confess. & Ioan. de Amicis consil. 132. ubi perhibet istam esse communem opinionem. *Cõis opin.*

2 Et limitat non procedere in bonis parafernalibus, pro quibus ipse maritus agere nequit sine mandato expresso, uel saltem tacito: quam quidem limitationem probat idem Ioannes de Amicis consil. 54. nume. 5. & Corne. consil. 190. nume. 12. uolu. 1. & Capicius in inuestitura feudali in cap. feudorum genera, versic. Parafernale, folio 282.

3 Et eandem communem sequitur quoque, & limitat, & declarat vtiliter in altero casu Soci. Iuni. consil. 105. nume. 8. cum aliis seq. uol. 1. & Soci. in repeti. c. veniens. colum. 58. ext. de accu. & sequitur quoque, & communem ostendit Curt. Iuni. consil. 154. nu. 13.

4 Et aduerte, quòd bona ipsa parafernalia dicuntur illa, quæ traduntur marito vltra dotem. Et sic bona vltra dotem data, quæ uxor secum defert ad domum uiri, etiam si illi consignet, dũmodò non in dotem, dicuntur parafernalia: iuxta l. si ergo. §. dotis. ff. de iure dot. & l. fina. C. de pact. conuen. & tradit Corn. consil. 300. seu 306. oportunum. col. 5. uol. 3. & Capicius in d. uersi. Parafernale.

5 Et casu, quo maritus procuratorio nomine, vt supra, percipiat fructus ipsorum bonorum parafernalium, an teneatur ad illorum restitutionem; vide Cæsarem Vrsillum latè declarantem, atque resoluentem ex communi opinione in addi. Afflict. in decis. 44. nume. 8. & seq. & Ruinum optimè, & doctissimè consulentem quoq; consil. 222. nume. 4. uol. 1. & Bal. consi. 478. quędam sunt res, quæ sunt in dominio mariti, sub nume. 1. vol. 5.

6 Vbi firmat etiam, quòd ex huiusmodi administratione bonorum parafernalium, bona viri sunt tacitè obligata eius uxori: per l. fi. ff. de pact. conuen.

7 Et casu, quo similiter ipse maritus perciperet fructus ex feudo parafernali, vtrù eos lucraretur: uide Capicium hoc resoluentem in d. uersic. Parafernale.

8 Et aduerte, quòd maritus ipse minimè potest vendere rem parafernalem suæ uxoris, tam mobilem, quàm immobilem: vt in l. mater, & ibi not. Bal. C. de rei uendic. & optimè facit l. si ego. §. dotis. ff. de iur dot.

9 Imò mulier posset, & sibi permissum foret liberè dare bona parafernalia cui, aut quibus vellet: secundum communem opinionem, & doctrinam Theologorum relatam, & declaratam per Guil. Pepin. in sermonibus quadragesimalibus, in epistola in sabbato post secundam dominicã quadragesimæ. In diebus illis dixit Rebecca filio suo Iacob. col. 3. fol. par. 43. *Cõis opin.*

10 Sed è diuerticulo in viam redeundo, confirmatur opinio prædicta in principio posita: quia maritus rei dotalis uerus dominus est; & sic nõ uxoris, uerùm mariti rei dotalis dominium apparet: secundum communem traditionem omnium Scriben. in l. in rebus. C. de iure do. & l. prędium, ubi Doct. eod. titu. & Corasi. in miscellaneis iuris ciuilis. lib. 5. c. 14. ubi aliquibus leuibus rationibus non indigentibus respõsione impugnat *Cõis opin.*

pugnat communẽ istam. Cæterùm, quia res clara est, ideò omisso multiloquio, in quo doctissimi viri stomacari solent, concurro cum dicta cõmuni tanquàm sacrosancta.

*SVMMARIVM.*

1 *BONA mariti licèt minoris uigintiquinque annis tacitè censentur obligata eius uxori pro dote à se recepta.*

2 *Bona mariti nedum pro dote, sed etiã pro alimentis præstandis officio iudicis mercẽnario uxori suæ tacitè præsumuntur hypothecata ipsi uxori.*

3 *Maritus subuenire tenetur uxori in medicinis, & cæteris necessarijs.*

4 *Maritus tenetur ducere medicum de locis conuicinis pro curanda uxore, præsuppo. ita eius facultate, quãdo medicus nõ reperitur ibi, ubi uxor infirma manet.*

OPINIO CCCCLXXXI.

1 MARITVS minor vigintiquinque annis recipiens vxoris suę dotem, eius bona tacitè censentur obligata ipsi vxori: secũdum Bal. Ang. Roma. Alex. & alios communiter, in l. si cõstante in princ. ff. solut. matri. Pau. Castren. & Alex. in l. item quia. ff de pact. Bal. in l. fin. C. de legit. tu. & istam affirmat, fateturque exprefsè esse communem opinionem contra Bart. contrarium asseuerantem in d. l. si constante, Negusantius de Fano in tracta. de pignori. & hypothecis in 2. par. 4 membri nume. 73. Grammati. decis. 103. nume. 17.

2 Et opinio ista cõmunis ampliatur, ut in tantùm procedat, quòd bona mariti nõ solùm p̃sumantur tacitè hypothecata pro dote, verùm etiam uxori suæ pro alimentis præstandis: quæ quidem petuntur officio iudicis mercẽnario: vt per Bar. in l si cùm dotem. §. sin autem. ff. solut. matrimo. cum quo sentiunt omnes Doct. ma..s communiter, teste Negusantio in memorato tract. de pignorib. & hypothecis. in 2. par. princ. 4. membri. nume. 55. *Cõis opin.*

3 Imò maritus tenetur subuenire vxori non solùm in ipsis alimentis, sed etiam in medicinis, & cæteris necessariis: vt dicit Bal. in l. quod in vxorem. C. de neg. gest. cui inhærent Ioan. Lupi in c. per uestras in 3. not. de donat. inter uir. & uxo. & Ruin. consi. 8 colum. 2. uol. 2.

4 Similiter etiam, si ibi, ubi uxor infirma reperitur, non sit medicus; maritus stante facultate tenetur, & debet ad locum vicinum proficisci medicum uocaturus, & ducturus pro curanda vxore. l. 4. .. tam vicinum. ff. de dam. infect. Ioã. And. in c. statutum de rescript. in 6. Bal. in l. iuris. C. qui admit. Alex. in l. si ab hostibus. §. si uir nu. 14. ff. solut. matrimo. & Anto. de Butr. & Imol. in c. 2. de constitu.

*SVMMARIVM.*

1 *MARITVS cui fuit dos promissa, & postea data, & soluta, præ..mitur obligatus ad dotis restitutionem a die promissionis, & ab illo die cẽsetur constituta tacita hypotheca.*

OPINIO CCCCLXXXII.

1 MARITVS, cui fuit dos promissa, & postea data, & soluta, præsumitur obligatus ad dotis restitutionem à die promissionis; & ab illo die censetur tacita hypotheca: secundum Doct. omnes magis communiter in l. assiduis C. qui pot. in pign. habean. Soci. Sen. consil. 263. pro inuestigatione in 3 q. uol. 2. & Negusantius in tract. de pignorib. & hypothe. in 2. par. princ. 4. membri nume. 14. in quibus locis sequuntur, & faciunt mentionem Doctor. de ista communi. *Cõis opin.*

¶ Sed contrariam, & malè tenuit in d. l. assiduis, quam sequitur ibi Bald. & Specul. in tit. de solut. §. ante omnia, circa fin. uersi. Sed pone contraxi. Tamen quicquid suadeãt isti Illustres Docto. ob hoc tutum puto à dicta communi discedere in iudicando, & consulendo: quam ab omnibus moribus, & contrariis tuentur eam sequendo Moder. in d. l. assiduis, & Doct. uariis in locis iuris nostri.

*SVMMARIVM.*

1 *CONFESSIO facta à muliere in uenditione fundi constante matrimonio per maritum facta de uirili portione precuniæ receptæ non obstat ipsi mulieri agenti soluto matrimonio ad repetitionem, quia maritus præsumitur totum pretium habuisse non obstante tali confessione.*

OPINIO CCCCLXXXIII.

1 MARITVS, & uxor fatentes in uenditione prædij dotalis pariter illius precium recepisse: tunc profectò intelligitur partem illius ad unumquemque coniugum peruenisse. Et sic ubi uir, & uxor cõstante matrimonio uẽdiderunt simul prædium alicui, quod ante inæstimatum in dotem fuerat ab uxore datũ uiro, si soluto matrimonio morte ipsius uiri uxor repeteret dotis nomine precium fundi, utique posset partem dumtaxat uirilem repetere ab hæredibus, quasi in hoc casu intelligendum sit, quòd partem precij uirilem, tunc ipsa uxor receperit: vt uoluit Bat. consil. 124 punctus quæstionis in princ. cum quo trãseunt Bal. in l.

in l. mater tua, col. 5. C. de rei uendic. Paul. Cast. 297. 36 in consil. 295. colum. 1. & conf. 360. in prin. uolu. 1. nouiss. & consil. 362. in fin. uol. 2. nouiss. Cur. Sen. consil. 53. colum. 2. & cæteri signati per Boer. de cis. 23. in prin.

¶ In contrariam uerò partē, uidelicēt, quòd in re hac non obstante mulieris confessione, intelligatur vir omnem pecuniam adeptus, inclinauere Specul. in tit. de oblig. & solutio. §. ante omnia, uersi. Sed pone vir, & vxor, & Vber. de Bob. & Ioan. And. in addit. ibi, Alber. cum aliis antiquioribus relatis per eum, Paul. Castren. sibi contrarius colum. 1. & Bal. quoque titubanter, colum. 1. in authē. si qua mulier. C. ad S. C. Vell. ubi firmat ex huiusmodi confessione uxoris non præsumi quicquam ad eam peruenisse de precio rei uenditę, si id aliter non probatum fuerit. Et præterea Salyc. inibi, & Imo. in l. cùm uir, col. 6. & colum 9. de usucap. & in c. cùm contingat, colum. 27 de iureiur. attestantur secundum opinionem istam extitisse aliquando Bononiæ iudicatum. Idemque tradit Roma. in l. si cū dotem. §. tra. iss. rediamur. ff. sol matrimo. & Fed. de Senis. consil. 241. & sententiam hanc ueriorem ait Ang. Aret. in §. est & aliud colum. 2. instit. de donat. refertque se consuluisse apud Regium in casu, quo pater & filius in eodem instrumento dotem recepisse pariter fassi fuerunt; vt esset intelligendum illam totam peruenisse ad ipsum patrem mercatorem: & secundum istam partem iudicauit Sacrum Regium Concilium Neapolitanum, teste Afflicto decis. 209. & ibi Cæsare Vrsillo in addit. & sequitur etiam Boer. in d decis. 23. nume. 7 Natta consil. 30. nume. 1. uol. 1. & Grauet. consulendo cum aliis quamplu ribus congestis per eum, cons. 91. vbi ostendit Cōis opin. istam communem opinionem fore. Et quòd hęc communis sit, constat ex relatis etiam per Cassaneum in consuetudinibus Burgundiæ rubr. 4. §. 8. nume. 4. Tiraquel. in trac. de utroque retract. §. 31. Gl. unica, nume. 4. & seq. & Moder. in tracta. de contractibus vsur. quæst. 38. in princ. ideò ab opinione ista tautorum patrum, tanquām cō muniori, tutiori, veriorique, approbata in curiis, & prætoriis tam illustribus erubescerem discedere.

*SVMMARIVM.*

1 *Dos data à matre, uel fratre simpliciter assignata in re propria, seu communi, præsumitur donata, etiam quod alias administratores bonorum puellæ fuerint.*

2 *Dotem in dubio præsumitur frater tradidisse sorori animo repetendi, non autem donandi.*

3 *Dotans patruus neptem, & non stipulans dotem sibi restitui debere, non præsumitur eo hoc animo donandi illam dotasse.*

4 *Mater dotans filiam, etiam quòd ualde diues sit, in dubio præsumitur dotasse de bonis filię, & animo repetendi.*

5 *Extranei dicuntur mater, frater, & patruus, & omnes alii, qui non habent filiam in potestate, qui si promitterent dotem in dubio, censerentur illam promittere uti extranei, & non aliter.*

6 *Mater non habet filiam in potestate, nisi quando esset tutrix ipsius filię.*

7 *Mater non tenetur ad dotandam filiam.*

8 *Mater hæretica, et Iudæa tenetur dotare filiam Christianam, etiam quòd non esset suum officium dotare filiam.*

9 *Pater, & mater simul se obligantes pro dote communis filię, adhuc non uidetur mater animo donandi se obligasse, sed intercedendi pro uiro, & repetendi.*

10 *Mater licèt non teneatur dotare filiam, quando commodè aliunde illa se dotare possit, tamen si dotaretur, dos ipsa imputaretur in legitimam.*

11 *Filia, cui promissa est dos per patrem, commutato in ea legato alius ipsi filiæ relicto, potest non obstante tali promissione petere legatum vlt. à dotem promissam.*

12 *Legatum non compensatur cum dote, cùm id compensationē ipsum penitus excludat, nisi filia consentiret.*

13 *Pater licet promittat dotem filiæ de bonis paternis, & maternis; nihilominus filia potest consequi dotem integram de bonis patris, & petere bona materna. quod explanatur supra quomodo procedat, sub nu. 8.*

14 *Statutum loquens de filia à patre, uel fratre ipsius filiæ dotata non procedit, quando dotatur filia de bonis maternis, aut propriis ipsius filiæ.*

15 *Pater tenetur de bonis suis propriis dotare filiam*

16 *Soluere non dicitur, qui soluit mihi quod meum est.*

17 *Filia pro consequendis legatis sibi relictis habet tres actiones, & interdum officium iudicis: post aditam hæreditatem, & legata ipsa crescunt post moram, & moram hæredis: cùm hæres moroſus teneatur ad interesse, fructus, & expensas.*

18 *Filius institutus à patre in re propria ipsius filii non dicitur institutus, sed præteritus.*

## OPINIO CCCCLXXXIV.

1 MATER, vel frater assignantes, dantesque simpliciter in dotem rem propriam, seu communem, illam vtique donare censetur, etiā quòd alii s administratores bonorum puellæ fuerint: secundum Cyn. Iacob. de Aret. & Saly. in l. fi. C. de do. promiss. Bal. in l. Nesennius. colum. 2. ff. de nego. gest. & istorum opinionem tuetur pluribus, & quidem optimis rationibus, sequitur consulendo, & demum magis ueram, magisque communem esse inquit Iacobus Mandellus conf. 12. nume. 1 cum aliis seq. Cōis opin.

¶ Et licèt Mandel. in præcitato consi. 12. sub nume. 1. asseueret solummodò inuenisse Bald. in d. l. fina. contrarium sententem: tamen arbitror senten-

Cōis opin. sententiam Bald. magis ueram, magisque communem esse. Nam frater, & alij extranei habentes mulieris administrationem, in dubio uidetur tradere dotem suæ sorori de bonis patris, vel ipsius sororis: vt concedunt etiam expresse Glo. in uer. paternum esse officium, Iacob. de Rubal. Ang. & alij complures in d. l. fin. & Bartho. Soci. cons. 291. uisis literis uol. 2.

2 Et hinc præsumitur animo repetendi, non autem donandi, fratrem tradidisse ipsam dotem sorori: vt per Glo. & Doct. in d. l. fin. Bal. cons. 73. in princ. uol. 1. & cons. 255. uerba instrumenti. uol. 4. & Corne. consi. 124. viso puncto. uol. 1.

3 Vbi in fortioribus, in durioribusque terminis consuluit, quòd si nepos, & patruus stipulati non fuerint dotem sibi restitui, licèt ad nepotē, & fratrem filiæ spectaret onus dotandi, quòd tamen patruus non præsumitur animo donandi dotasse.

4 Et quemadmodum frater dotans sororem, censetur dotare de bonis patris, seu ipsius sororis: ita pariformiter mater dotans filiam, in dubio præsumitur dotasse de bonis filiæ, non autē ipsius matris: & consequenter animo repetendi, etiam si mater valdè diues fuerit: ita Glos. in d. l. fin. & Bal. Nouel. in tract. de dote in 6. par. priuileg. 3. sub nu. 3.

5 Et ratio posset assignari isthæc: quoniam mater, frater, & patruus tanquàm extranei promittunt dotem. l. vnica §. extraneum. C. de rei vxo. act. ubi disponitur omnes illos in præsenti materia nuncupari extraneos, qui mulierem in potestate non habent: & l. Caius ff. solut. matr.

6 Vndè de matre constitutissimum est non habere filios in potestate: vt in §. fœminæ, instit. de adopt. & institu. de patria potestate: nisi quando esset tutrix filij sui. tex. est sing. eum Glo. in c. ex parte, de appel & ibi Bal. Philip. & alij.

7 Nec ipsam matrem teneri regulariter ad dotandum filiam: vt l. neque mater, & l. auia de iure dot. Glo. Saly. & cæteri omnes concorditer in d. l. fin. C. de dotis promis. Soci. in repet. l. 1. nume. 197. ff. solu. matr. vbi hoc limitat in duobus casibus, & Ioan. Camp. in tra. de dote in 1. par. q. 22. & Marquardus de Susannis in tracta. de Iudæis, & infidelibus in 3. par. cap. 4. nu. 3. Cōis opin.

8 Quibus in locis tradunt istam limitationē inter alias, quòd mater infidelis, & hæretica teneatur dotare filiam christianam, etiam quòd non esset eius officium illam dotare. l. cognouimus. C. de hæret. Glo. in d. l. fin. C. de dot. promis. in uer. Paternum est officium, & in l. mater. C. de iure dot. Doct. omnes in auth. res quæ. C. commu nia de leg. & Soci. Iuni. in repe. d. l. 1 sub nu. 197. ff. solu. matrimo. ubi ad lucem adducit istam esse communem opinionem: quam ibi ampliat procedere in matre etiam Iudæa, & Bal. in d. l. mater, Marquar. in loco præcitato, & Ias. in §. fuerat, sub nu. 115. instit. de actio. Cōis opin.

9 Imò si pater, & mater simul se obligarēt pro dote communis filiæ, adhuc minimè uidetur mater animo donandi se obligasse: sed intercedendi pro viro, & repetendi, vt firmat Bal. Nouel. in tra cta. de dote in 6. par. priuileg. 3. nu. 7. vbi recensuit ita in facti contingentia consultum uidisse.

10 Vndè quamuis mater non teneatur dotare filiam, quando haberet vndè aliundè se commode dotare posset: nihilominus tamen si ab ea dotetur, dos ei sa imputatur in legitimam: vt firmat, & probat Picus nume. 196. Ruin. num. 42. & aliqui alij Mod. in l. in quartam. ff. ad l. Falc & Rolan. à Valle cons. 44. visa donatione facta, sub nume. 31. uol. 4. & cons. 70. de duobus dubitari contingit, sub nume. 14. eod. uol. 4.

11 Sed ubicunque pater promitteret, & solueret dotem filiæ suæ, eius uiro, seu socero stabilitam, atque determinatam, computato in ea legato, seu legatis eidem filiæ aliàs relictis: tunc filia ipsa posset dubio procul non obstante promissione, & solutione hac petere memorata legata ultra dotem promissam: ita Glos. Bald. & omnes concorditer in l. fin. C. de dot. promis. per textū ibi, Capra cons. 29, nume. 3. & seq. & Alcia. in tra cta. de præsump. in reg. 1. prēsump. 26. nu. 1. Cōis opin.

12 Et ratio est, siquidem legatum non compensatur cum dote: ita Alex. cons. 90. in fi. uol. 7. Cū legatum ipsum compensationem, & retentionem omninò tollat, & excludat. l. 2. & l. de dote. ff. de dot. præleg. Glo. in consuet. Neapo. de iure quartæ, Alex. cons. 7. nume. 10. in fin. uolu. 4. & in l. 1. colum. 5. ff. solu. matrimo. & Grammat. consil. ciuili 114 in causa Illustris Dominæ, num. 10. & seq. nisi filia legitimè consentiat: secundùm Bal. cons. 327. uol. 1.

13 Imò hoc idem concludendum esset, quoticunque pater expresse promitteret, & pariter dotem solueret filię, eius uiro, seu alteri eius nomine de bonis paternis, & maternis: tunc enim filia ipsa deberet consequi dotem integram de bonis patris, & petere bona materna: secundùm Doct. omnes in d. l. fin. C. de dot. promis. per tex. ibi, Paul. Castren. cons. 438. quantùm ad primū quęsitum, sub nu. 3. & seq. uol. 2. Gerard. in sing. 71. Capram in d. cons. 29. nu. 7. & seq. & cons. 39. nu. 3. & Bal. Nouel. in tract. de dote in 6. priuile. 6 partis princ. vbi planè deducit se aliàs consuluisse apud Pistorium simul cum Illustri D. Ioanne de Montesperello: & ita consuluisse Doctores ipsos Perusinos refert etiam Gerard. in d. singu. 71. Et huic opinioni accedit etiam Alciat. in tra cta. de pręsump. in reg. 1 pręsump. 26. sub nu. 1. cum alijs seq. Soci. Iunior in d. l. 1. nu. 165. ff. sol. mat. & Ioan. Bapt. Plotus in tract. de in litem iu rando, seu in repet. l. si quando. C. vnde ui, in §. 7. nu. 25. & ita consuluit quoque doctissimè quidē more suo superioribus annis consumatissimus in legali scientia Excellens D. Paschalis Turcanicus conciuis meus, qui sua humanitate, & mu nificentia semper me amauit vti filiū: cui consilio se subscripsere nonnulli celebres Doctores, & præ-

præsertim clarus, distinctus, & copiosus Doctor D.Bernardinus Alphanus Perusinus. Et ita eundem D. Paschalem in curia nostra obtinuisse, reportasseque sententiam ad fauorem Ioannis Antonij de Iudicibus de Aquila sui clientis, in anno 1572. nõ me fugit. Et licet Iaf. in d.l.1. uideat innuere contrarium col.7. Tamen mutando consilium in melius innititur primæ opinioni, tanquàm magis communi, in l. Gallus. §. quidam recté, nume.40. ff. de liber. & posthu. & in consi.134. uol.4. col.8. & in §. fuerat, nu.105. institu. de act. & ibi Ang. Aret. Cõis opin.

14 Et hinc est, quòd statutum loquens de filia dotata à patre, uel fratre ipsius filiæ, non sortiretur quippè locum, quando dotaretur filia ipsa de bonis maternis, aut bonis propriis ipsius filiæ: ita Bal. in l. mater. C. de iure dot. & in l.1. C. de legi. hęred. Curt. Senior consi.27. colum. pen.

15 Nam pater tenetur de bonis suis propriis dotare filiam: ita Bar. in tract. de alimen. & ibi Ba.. col.6. uersic. Item quòd si unus, Petr. de Vbal. in trac. de duobus fratribus in 6. par. Paul. de Cast. col.304. uol.2. & Alex. consi.76. uol.4.

16 Possèt opinio hæc postremò comprobari alia etiam ratione. Nã soluere nõ dicitur, qui soluit mihi, quod meum est: secundum Glo. in l. si quis. ff. de statu liber. & Bal in l.1. C. si seruus ex test.

17 Vndè meritò filia ipsa pro consequendis legatis tres uidetur habere actiones, & quandoque iudicis officium, & præsertim post aditam hæreditatem: & legata ipsa facta filiæ crescunt per inficiationem, & moram hæredis. Nam hæres morosus tenetur ad interesse, fructus, & expensas. §.1. instit. de leg. & ibi Doct. Bar. Bal. & cõmuniter alij omnes in l.1. C. communia de leg. l. cùm res, & ibi Bart. ff. de leg.1. l. apud Iulianum. §. fideicõmissum. l. qui concubinam. §. fin. Glos. in l. quod legat. ff. de iud. Lanfran. in c. quoniam contra de probat. in uer. expensas, paulò post prin. & Spec. in tit. de accusa. seu petit. §.2. & in tit. de appel. §.11. uer.1. Cõis opin.

¶ Itaq; ista opinio sic roborata, & ab omnibus Scribentibus vnanimiter recepta, procederet quippè de plano, & absque scrupulo aliquo, vbicunque pater diues sit, & ex eius bonis quantitas promissa commodè solui possit: vt eleganter & vtiliter declarat Soci. Iuni. in repet. d. l. 1. ff. solu. matrimo. nu. 165. præsertimque cùm filia fuerit absens tempore antedictæ promissionis dotis, nec ei consenserit, ne eueniat inconueniens, quòd pater potuerit se liberare ab onere dotandi filiam contra uoluntatem ipsiusmet filiæ: prout affabre considerat Arer. quem refert Soci. Iu. in d.l.1. nu.173.

18 Et quemadmodum pater tenetur filiam dotare de suo, at às dotata non dicitur: ita pariformiter filius institutus à patre in re propria ipsius filij, nõ dicitur modo aliquo institutus, imò præteritus is penitus censetur: ita Bald conf. 93. in eodem colum. 2. uol. 3. Gloss. in l. 3. §. sed verum. ff. de minor. Alex. conf. 20. colum. 3. uol. 3. Paul. de Cast. conf. 455 ad primum puto dicendum, colum. 1. uol. 2. Iaf. consil 66 colum. 2. uol. 1. & consi. 160. col. 1. & seq. Guid. Papæ decisio. 461. & Dec. in l. posthumo. col. 5. C. de bon. poss. contra tab.

## SVMMARIVM.

1 MATRI dicenti filium non esse mariti non creditur.

2 Mater asserens filium non esse mariti, ei non adhibetur fides, vbicunque filius non consentiret confessioni adulteriali: alias secus.

## OPINIO CCCCLXXXV.

1 MATRI asseueranti filium nõ esse mariti, siue marito, siue filio declaret, sibi nequaquam credendum esset: secundum Bald Floria. & Iacob. de San. Georg. in l. fin. ff. per tex. celebrem ibi. ff. de probat. Cyn. Ang Alberi. Salyc. in l. si uicinis. C. de nuptiis, Bar. in l. filium. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. Marsil. l. 1. ad quæstionem in fi. ff. de quæst. Alciat. in tract. de præsump. in reg. 1. præsump. 19. Paleotum in tract. de nothis, & spuriis, ca. 24. nume. 1. & seq. Io. de Neuiza. in sua Sylua nuptiali, lib. 1. nu. 50. & seq. fol. par. 38. & copiosè Boer. cũ aliis congestis per eum, in decisio. 299. nu. 4. cum aliis seq. ubi ampliat opinionem istam, atque ostẽdit esse ueram, & communẽ; & ampliat etiam Gozadi. cons. 12. in hac causa ex Ciuitate Florentiæ mihi transmissa, nu. 2. cum aliis seq. Cõis opin.

2 In tribus casibus & limitat similiter candẽ communem ibi, sub nu. 27. procedere, vbicunque filia non consentiret confessioni adulteræ: alias secus, & fatetur inibi istam esse communem opinionem. Cõis opin.

## SVMMARIVM.

1 MATRI diuiti, propter inopiam patris, incumbit dotare filiam pauperem.

2 Mater diues ob inopiam patris tenetur dotare filiam pauperem, & tunc potest de rebus ipsi filiæ in dotem bona à lege prohibita aliena. i. in vltima voluntate. Sed hoc non procederet, vbi cunque testator prohibuisset dicta bona alienari in ca. quam Laus.

## OPINIO CCCCLXXXVI.

1 MATER diues propter inopiam patris tenetur dotare filia m pauperem: secũdum Bar. quem omnes communiter sequuntur in l. neque mater. C. de iure dotium, & in authen. res quæ. C. communia Cõis opin.

munia de lega & ibi Iaſ.colum. 4 Bald.in l. mater.C.de iure dot.Ang.in l.filia.in princip. ff. ad Trebel.& Roma.in l.1.ff.ſolut.matrim.& Afflic. in conſtitutio. quamplurium, ſub nume. 22. libro. 3.rub.17. & opinionem iſtam ſequitur pariter,& communem fatetur Coraſius in repet. l. qui liberos,in 2.lectu.nume.112.ff.de ritu nup.

2 Imò mater in hoc caſu poteſt in dotem dare filiæ paup:ri bona à lege prohibita alienari in ultima uoluntate: ſecundum omnium Doctorum communem ſententiam: quam commendat,celebrat, & citat Soci. conſil. 75. colum. 2. uol. 1. & Boer. deciſ. 129. nu. 4. & ſequen. *Cõis opin.*

¶ Et opinio iſta interpretatur per Alexan. conſ.56.uol.1.non procedere, quando teſtator expreſsè prohibuiſſet alienari in cauſam dotis dicta bona.

*SVMMARIVM.*

1 *BONA contrahentium matrimonium in caſu prohibito debent publicari, & talis confiſcatio fit ipſo iure.*

2 *Confiſcatio fit ipſo iure in 250.caſibus remiſſiuè.*

3 *Matrimonium non poteſt contrahi cum conſanguinea,uel prohibita, etiam ſub conditione ſi Pontifex diſpenſauerit.*

4 *Bona accedentium ad conſanguineas,uel moniales,uel alias prohibitas perſonas publicantur, & ſunt ipſo iure excommunicati.*

5 *Bona matrimonium contrahentium in gradu prohibito,licèt publicentur ipſo iure,nihilominùs hoc non habet locum in ſponſalibus:quia requiritur ad incurrendam ipſam pœnam, vt matrimonium ſit carnali copula conſummatum.*

6 *Matrimonium ignoranter contrahentes in gradu prohibito non incidant in pœnam aliquam: & excuſantur á proceſſu criminali,dummodo ſtatim habita notitia abſtineant à coitu.*

7 *Matrimonium putatiuum,data ignorantia in altero ex contrahentibus, ita prolem legitimat, ſicut verùm: & conſequenter filij nati ex huiuſmod. matrimonio ſunt legitimi quoad vtrunque parentum, etiã ſi unus eorum impedimentum ignorauerit.*

8 *Mulier ignoranter contrahendo matrimonium in caſu prohibito poteſt repetere dotem.*

9 *Matrimonium putatiuum bona fide contractum habet omnia priuilegia ueri matrimonij ex parte uxoris, ſecus ex parte uiri: quia non eſt idẽ fauor in marito putatiuo,qui eſt in vxore.*

## OPINIO. CCCCLXXXVII.

1 MATRIMONIVM contrahentes ſcienter in gradu prohibito, bona ipſorum ipſo iure debent publicari. text. eſt in auth.inceſtas.C.de inceſtis nuptiis,& in d.§.1. in authen. de inceſtis nupt.& in c.cùm ſecundum,de hære. lib.6.& ita notat Boer. deciſ. 264 nume. 13.& Couarruuias in 4.lib.decret.in 2.part. c.6.§.8. nume.5.

2 Et cõfiſcatio ipſa fit ipſo iure ẽt in 250.caſibus:quos nouiſsimè poſuit & recẽſuit Lud.Creſſoies.in tract. in quibus caſibus iure ciuili omnium bonorum, uel partis publicatio ſit indicta,à fol.3. uſque ad fol. fin. ubi per 90.paginas ponit ſupracitatos caſus.

3 Et præmiſſa ampliantur, vt matrimonium hoc non poſsit contrahi cum conſanguinea,vel prohibita,etiam ſub iſta conditione,videlicèt,ſi Pontifex diſpenſauerit:ſecundum Imo.Card. & Abb.in c.ſuper eo,de cond.appoſ.Calder. conſ. 1.in tit.de ſponſalib.& iſtorum ſententiam ſequitur etiam Aret.conſ.143. colum.4.& in l. apud Iulianum.§.conſtat colum. 3. de legi. quam ait ibi eſſe communem. *Cõis opin.*

¶ In contrariam uerò partem inclinauit Anto de But.in d c.ſuper eo, cuius opinio de conſuetudine ſeruatur,ut refert, atteſtaturque Boeri in d deciſ.264 nume.27. & de iſta ultima opinione,uide Ancha.in c.ex publico,de conuerſ. coniug.

4 Ampliatur ſecundò regula pręmiſſa, vt habeat locum non ſolum ſi nuptias contrahãt, ſed etiam ſi acceſſum habuerint ad conſanguineas, vel moniales,vel alias prohibitas perſonas:vt in Clemen.1.de conſang.& affini. & ultrà amiſsionem bonorũ ſunt ipſo iure excommunicati: vt tenet Iacobus de Simancas in lib.ſuo inſtitûtionum catholicarum.c.40.nu.5.

5 Et regula iſta ita explicita interpretatur primùm non habere locum in ſponſalibus:quia requiritur neceſſariò,quòd matrimonium ſit carnali copula conſumatum:vt in c.& ſi neceſſe,de donat.inter virum,& vxo.quem text.ita intelligunt ibi Ant.Abb.Prępoſ.& omnes cõmuniter, Bald.Nouel. in tract.de dote in 2.par.n. 3. & 7. & Couarruuias in memorato.§.8.nu.20. *Cõis opin.*

6 Limitatur ſecundò, quando maritus, ſiue mulier ignoranter commiſerunt inceſtum, vel contraxerunt matrimonium illicitum: ſecundum Gloſſ. in Clemen. 1. de conſang. & affinit. ubi expreſsè tenet, & probat, quòd ille, qui in caſu prohibito matrimonium ignoranter contraxerit, non incidat in pœnam illius Clemen. uidelicèt,in pœnam inceſtus,adulterij, illicitiue coitus: & denique matrimonium hoc excuſat etiam a proceſſu criminali: quàm Gloſſ. ſequitur Fely.in capitu. examinata.numero.7.de iudic & Couarruuias in dicto. §. octauo. numero.19.

¶ Et hoc procedit, & uidetur verum,dummodò quod ſtatim, quòd ſciuerunt matrimonium non ſubſtinere,& valere,abſtineant à coitu.text.eſt in l.adulterium cum inceſtu.§. idem Imperatores,& ibi Barto. colum. 3. & Ange. ff. de adulter. & Ioan. Baptiſt. Plotus in repetitio.l.ſi quando,nume. 289. C.unde vi, & Paul.

Girlandus in tract. de pœnis omnifariàm coitus illiciti.q.5.nu.3.

7 Et hic disquirendum est cōgruenter, vtrùm matrimonium hoc putatiuum, data ignorantia in altero ex contrahentibus, ita prolem legitimet, sicut verum; & perconsequens filij nati ex huiusmodi matrimonio sint legitimi. Gloss. in l. qui contra. C. de incest. nupt. determinauit quòd non: quam sequitur Bal. num. 2. in 2. lect. Cyn. nume. 8. Salyc. num. 5. Bar. in l. fin. nu. 4. de cond. sine causa, & ibi Ias. colum. fin. Alex. addit. ad Barto. in l. si adulterium, in add. super nume. 2. ff. de adulter. & Marsil. in l. pen. nu. 36. ff. de quęst. & hoc per rationem relatam per Cassadorum in decis. unica nume. 1. in tit. de sponsalibus, & matrimoniis.

¶ Contrariam uerò sententiam, quòd imò si unus eorum dumtaxat impedimentum ignorauit, filij isti sint legitimi quoad utrunque parentum, tenet Glos. in c. referente in uerb. Ignorantiam, qui fil. sint legit. in c. cùm inhibitio. §. 1. in verb. Si ambo, de clandesti. despons. & in c. in Ciuitate. 34. quæst. 1. & hoc dictum sequitur Iacob. de Arena in d. l. qui contra, nu. 3. & Bald. ibi, nu. 4. in 1. lect. sibimet pàrùm constans: hoc etiam tenet ibi Alberi. nume. 2. Bart. etiam sibi ipsi contrarius in auth. de incestis nupt. in prin. col. 2. Abb. in c. 2. qui fil. sint leg. Ancha. in c. 1. col. 2. de constit. & consil. 181. Præposit. in d. c. cùm inhibitio nu. 7. Plotus in d. l. si quando, nu. 289. & Cassadorus in d. decis. unica, nu. 1. & seq. ubi ait istam esse communem opinionem, & ita pro hac parte affirmatiua maiorem partem Dominorum Auditorum Rotæ determinasse. *Cōis opin.*

¶ Sed in ista ambiguitate, & tam dubia materia distinctionem traditā nouissimè per Petr. Duennas in suis, reg. in reg. Cōtrahentes matrimonium. nume. 2. circa fin. sequendam mihi fore decreui: quæ qu ppe semper mihi placuit, & uidetur ueritati, & æquitati consona, eamque breuitati studendo aliter non recenseo, sed uidēdam totis viribus suadeo.

8 Occurrit etiam præmissis, quòd mulier ista ignoranter contrahendo matrimonium, id est ignorando in casu isto ius, uel factum; absque dubio potest repetere dotem: vt in l. si cùm dotem. §. fina. ff. so. m. matrimo. & hoc tenet, & sequitur Barto. in l. si adulterium cum incestu, numero. 2. ff. de adulter. & in l. fin. nume. 4. ff. de conditio. sine causa, & Iaso. in additio. ad Portium, in §. fi. nume. 16. in tit. de nup.

9 Et matrimonium hoc putatiuum bona fide contractum habet omnia priuilegia ueri matrimonij. d. l. si cùm dotem. §. fina. & ibi not. Doctor. & Bartol. in l. si concubinam. ff. rerum amot. & in l. de iure. §. fin. ff. ad muni. Et hoc intelligitur procedere ex parte vxoris. Nam ex parte mariti dos putatiua non habet priuilegium tacitæ hypothecæ: vt habetur per Alexan. in d. l. si cùm dotem. §. fin. colum. 1. post alios per eum relatos. Et ratio est, quia non est idem fauor in marito putatiuo, qui est in uxore: quia ratio quare fauetur uxori putatiuæ in dote est, vt deinceps possit facilius nubere. l. secunda. §. fina. ff. de priuileg. credit. & ita tenet Alexand. in dicta l. si cum dotem. §. fina. quæ ratio cessat in marito.

*SVMMARIVM.*

1 *MATRIMONIVM carnale non requirit necessariò uerba, sed sufficit consensus,*

2 *Consensus expressus, non autem tacitus requiritur ad inducendum matrimonium.*

## OPINIO CCCCLXXXVIII.



1 IN matrimonio carnali uerba non sunt necessaria, etiam in his, qui loqui possunt, sed sufficit, vt consensus contrahentium matrimonium aliquo signo exprimatur: secundum Hostiensem, Glo. Abb. cęterosque communiter in capitu. cùm apud, de sponsal. per text. ibi, qui dicit, quòd solus consensus ad contrahendum matrimonium sufficit; ex quo sequitur quòd non requiruntur uerba consensum partium exprimentia: & opinionem istorum sequuti fuere Faber, Ange. & Ias. in additio. ad Porti. in §. nuptiæ, institut. de patria potest. Alexan. consilio. 146. colum. 8. uolu. 5. & in l. de pupillo. §. meminisse in fin. ff. de noui. oper. nunc. vbi exprimit sententiā hāc ueriorem fore; & communem inquit Abb. in d. cap. cum apud, & Boeri. decis. 1. numero. 18. & probat, sequitur, atque communem dicit Couarruuias in epito. de sponsalibus. 2. par. c. 4. nume. 1. & sequen. fol. par. 67. & in relectione cap. quamuis pactum, de pact. in princip. sub nume. 4. & secundum communem præmissam doctissimè, ac elegantissimè consuluit Boeri. consilio. 40. numero. 21. cum aliis sequen. ubi post alios consulentes pro hac parte per eum signatos nihil intactum dereliquit pro dictæ opinionis clypeo; ideò tanquàm ad uberrimum, fontem casu eueniente, pro explenda eius siti quilibet ad d. cons. 40. recurrere posset. *Matrimonium.* *Cōis opin.*

2 Sed aduerte, quòd iste consensus ad matrimonium inducendum debet esse expressus, & tacitus quippè non sufficit; vt determinauit Rota Roma. sub die 17. & 24. Nouembris. 1570. attestante D. meo Oradino in decisio. 275. & decisio. 277.

*SVM-*

SVMMARIVM.

1 *MATRIMONIVM non inducunt infrascripta uerba, sed potius sponsalia de futuro, uidelicet, matrimonium uolo tecum contrahere, uel uolo ducere te in vxorem, seu placet mihi te ducere in coniugem.*

2 *Matrimonium probatur per uerba hac, dimittam uos quamdiu uixero, iunctis aliis uerbis literarum.*

## OPINIO CCCCLXXXIX.

1 MATRIMONIVM tecum uolo contrahere, vel uolo ducere te in uxorem, seu placet mihi te habere in coniugem: huiusmodi uerba efficiunt sponsalia de futuro, & non de præsenti; & sic solùm sapiunt sponsalia de futuro: secundum Ioan. Andr. & Abb. in capitu. ex literis de sponsal. Alexan. consil. 153. uol. 5. in princip. & colum. 4. Afflict. in constit. Neapo. libro. 3. titu. 19 colum. 2. Syluest. in uer. Matrimonium, il secondo. quæst. 9. Boer. consilio. 40. nume. 54. & sequen. & Couarruui. in epito. de sponsalibus, 2. par. cap 4. nume. 4. folio par. 68. vbi præsupponit istam esse magis communem opinionem, & eam concordat cum sententia Cardi. in dicto cap. ex literis, asserentis per uerba præmissa con tractum fore uerum matrimonium; prout etiã pro ista parte contraria, & opinione Cardi. consuluit doctissimè Natta consil. 250. superioribus diebus scripsi, uol. 2. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *MATRIMONIVM uerum contrahitur de præsenti ex his uerbis, habebo te in uxorem, & ex eisdem, vel similibus uerbis replicatis per mulierem: quia uerbum habebo, referri poteſt ad tempus præsens.*

## OPINIO CCCCXC.

1 MATRIMONIVM inducere uerba hæc, habebo te in vxorem, uel promitto, quòd te in coniugem habebo; & per consequens ex istis uerbis, dicẽdo uir promitto tibi, quòd habebo te pro legitima uxore, & idem respondeat mulier, matrimonium uerum contractum esse censetur de præsenti: quia uerbum ipsum, habebo, poteſt referri ad tempus præsens: secundum Gloss. Abb. & Præpos. in capitulo, ex parte, de sponsal. per textum ibi, Abb. & Deci. in capitu. iurauit. colum. 1. de probationib. & opinionem istorum communem esse scribit Couarruui. in epito. de sponsalibus. 2. part. capitulo. 4. numero. 5. licèt ipse, & malè cum aliis citatis per eum contrarium asseueret. Et eandem communem tanquàm sacrosanctam sequuntur, & tuentur Ange. de Clauasio etiam in sua summa in uerbo, Matrimonium, il secondo. §. 12. Summa Tabiena in uerbo, Matrimonium, il secondo, sub §. 10. & Summa Raymundi in tract. 7. de matrimonio, sub c. 4. Cõis opin.

2 Necnon matrimonium ipsum probatur etiam per alia similia uerba, id est non dimittam uos quamdiu uixero, iunctis aliis uerbis literarum, ita Crescen. in decis. 98.

SVMMARIVM.

1 *MATRIMONIVM non poteſt nisi inter puberes contrahi, secus in sponsalibus.*

2 *Matrimonium contractum per uerba de præsenti inter personas inhabiles ratione ætatis, confirmatur per superuenientem ætatem, & cohabitationem inter puellam, & eius uirum finita pubertate.*

3 *Copula præsumitur interuenisse, vbicunque uisa fuerit in lecto iacere mulier cum eius uiro.*

4 *Præsumptionem violentissimam copulæ inducit pernoctatio uiri, & mulieris in lecto.*

5 *Matrimonium præsumptum non admittit probationem in contrarium.*

6 *Testibus affirmantibus puellam esse corruptam, eo quia uiderunt eam iacere in lecto cum iuuene, magis creditur, quàm aliis testibus negantibus.*

7 *Iuramentum deferendum est uiro offerenti iurare super copula carnali habita cum eius uxore.*

8 *Vxor traducta ad domum uiri præsumitur ab eo cognita.*

9 *Maritus spoliatus ab uxore quasi possessione maritali, probata copula carnali, ante omnia est restituendus.*

10 *Puella profitens se virginem esse, & nullatenus cognitam à uiro suo, sibi eligendæ sunt septem matronæ, ac obstetrices honestæ, & peritæ pro recognoscenda eius virginitate.*

11 *Obstetrices electæ ad recognoscendam uirginitatem alicuius mulieris, quomodò se gerere debeant, traditur modus, & norma.*

12 *Virginitas probari non poteſt, nisi ex aspectu corporis.*

13 *Virginitas difficulter recognosci poteſt, ex quo oculus, & manus obstetricium sæpè fallitur.*

14 *Virginitas ubicunque recognoscitur per obstetrices, debent adesse eo tempore tria luminaria.*

15 *Virginitas recognosci debet, quando res dubia esset, & concurreret uiolentissima præsumptio super copula: secus si res esset clara: quia si manifestissimum foret mulierem fuisse corruptam: tunc per aspectum corporis recognitio ipsa virginitatis fieri non posset.*

16 *Virginitas per signa probatur: & tunc accusatus de stupro debet absolui, si signa uirginitatis appareant in puella.*

## OPINIO CCCCXCI.

1 
ATRIMONIUM non potest, nisi inter puberes contrahi. c. puberes, & c. fina. de despons. impub. ideò de iure ciuili masculus, nisi maior sit decimoquarto ãno, quo pubes esse incipit, matrimonium ipsum contrahere non potest. Fœminæ uerò, si sint uiripotentes, etiam si duodecimum annum non excesserint possunt contrahere. §. masculi, instit. de nupt. De iure uerò canonico non fit differentia: quia dummodò apti sint ad procreãdum, annorum numerus non attenditur. Concluditur ergò ex istis utiliter, mulierem contrahentẽ matrimoniũ non completo duodecimo anno matrimonium non conualidare; & sic ad ualiditatem ipsius matrimonij requiritur mulierem compleuisse quatuordecim annos, nisi constaret uiripotens, vt quia extitisset ab alio cognita: aliter non completo duodecimo anno, matrimoniũ cõtractũ nõ ualeret, nec teneret aliquo modo: secundũ Abb. in c. attestationes, & in c. continebatur, in fi. de desp. impu.
Cõis opin. & ista est cõis opinio, teste Alex. de Neuo. in consi. 1. n. 9. & seq. ubi illam sequitur consulendo.

¶ Sed in sponsalibus contrahendis non ita ætas matura, vt ad matrimonium exigenda est. Nam contractus sponsaliorum annum septimũ ita completum exigit, ut inceptus minimè sufficiat; & sic iura canonica requirũt septem annos completos contrahentibus sponsalia prædicta. c. literas, & c. seq. de desponsa. impub. & notat Couarru. in epito. 1. de sponsalibus. c. 2. nu. 2. & seq primę par. ubi hoc latius declarat.

2 Et quamuis contractum foret matrimoniũ cum puella minore duodecim annis: tamen matrimoniũ ipsum iam celebratum ratificatur per cohabitationem inter eandem puellam, & eius virum finita pubertate: vt determinauit Rota Roma. in decisio. 462. dubitatur, in nouis. Et sic de iure canonico, vt no. in c. 1. de despon sa. impub. matrimonium inter personas inhabiles ratione ætatis ualet, & eo casu contractum per verba de præsenti confirmatur per superuenientem ætatem: ita Docto. omnes, & præsertim Ioã. de Prat. in l. quod Seruius. ff. de condit. ob causam, & Deci. consil. 368. in causa matrimoniali, sub nume. 2. vbi compendiosè intonat istam esse communem opinionem. Cõis opin.

3 Et licèt puella fundans se in minori ætate duodecim, annorum procuraret dirimere matrimonium. Nihilominus tamen si illa fuerit quippè uisa variis, diuersisque uicibus, & temporibus in lecto iacere cum eius uiro: præsumeretur, quod tunc copula secuta fuisset. iuxta illud quod not. Gloss. in l. si uerò remuneranda. §. si adolescẽtes. ff. manda. A iuuene, & cupido credatur reddita virgo. Et iuxta illud etiam, quod exprimit text. in cap. veniens, il 2. quos pater puellę simul in uno lecto inueniens, extra de sponsa. Et traditur quoque in capitu. tertio loco, de præsumptio.

4 Pernoctatio enim viri, & mulieris maximè in lecto, inducit violentissimam præsumptionẽ copulæ, præsertim in iuuenibus: ita Glo. in l. Caij Cassij. ff. de fideicom. libe. & Fely. in c. præterea. col. 1. de testi.

5 Et ideò esset matrimonium præsumptum, contra quod non posset probari contrarium. c. is qui fidem, de sponsalib. & Berous consi. 36. dubium est, num. 8. & seq. uol. 1.

6 Et hinc est, quòd testibus affirmãtibus puellam esse corruptam, eo quia ipsam uiderunt iacere in lecto cũm iuuene, magis creditur quã negantibus: teste Bald. in l. testium. colum. fina. C. de testib. & Bero. in consil. 34. non insistendum, nu. 9 uol. 1.

7 Iccircò tunc deferendum essent iuramentum uiro super copula habita cum sua vxore. tex. est in cap. continebatur de desponsatione impub. & ibi Gloss. in uer. Viri, & in c. proposuisti. de probatio. in uer. Puellæ, & Deci. in dicto consil. 368. sub num. 1. & sequen. Et tanto facilius deferendum est huiusmodi iuramentum ipsi uiro, secundum normam d. c. continebatur, quanto quòd is textus loquitur in propriis terminis, id est in muliere traducta ad domum mariti, & cum eo cohabitauerit: prout ita explicant, atque declarant per illum textum Abba. Card. & alij, quòd erat præsumptio pro copula. Vndè ex mutua cohabitatione inter ipsos coniuges, standum esset dicto uiri offerenti se iurare.

8 Quia cùm fuisset traducta uxor ad domum mariti, & cohabitasset cum ea: præsumeretur vtique tunc ab eo cognita, & corrupta: iuxta nota. in can. si quis acceperit. 34. quęstio. 1. & in cap. 1. de frigi. & in c. 1. de spon. duo.

9 Quare probata copula carnali inter ipsos coniuges, ex qua infertur possessio, q necessaria est in possessorio, vt in c. ex trãsmissa de rest. spo. sequitur necessariò, quòd maritus spoliatus ab uxore quasi possessione maritali ante omnia sit restituẽdus, si in faciem ecclesiæ matrimonium contractum appareat: vt in c. ex conquestione, & in c. literas de restit. spolia.

10 Et

10 Et si fortè puella fateretur se uirginem esse, posset᷈q; facilè per rei euidẽtiam apparere eius uirginitas: tunc ex quo uirginitas uidetur factum arduum, ad expediendam præsentem rẽ debent eligi, & uocari septem matronæ pro recognoscenda ipsa uirginitate: iuxta formam. d. c. proposuisti, & notat Thom. Nemo in cons. 62. coram uobis, nu. 5. & seq. posito inter cõsilia matrimonialia diuersorum. in 1. uol. Sed ipsę septẽ matronæ, seu obstetrices deberent nempè eligi honestæ, & peritæ, & nemini partium suspectæ: secundum Bal. in d. c. proposuisti, per textum in l. 1. ff. de uentr. inspi.

¶ Imo electio peritarum matronarũ in præsenti casu fieri deberet de consensu partium: ita Abb. & Deci. nume. 39. in d. c. proposuisti.

11 Vndè ipsæ matronæ ita electæ tenentur inspicere in presentia iudicis causę loca in quibus deprehendatur uirginitas; & deponere uidisse, & inspexisse ipsa loca: vt concludit Abb. in d. c. proposuisti, nume. 2. & Berous cons. 33. visis scripturis, numer. 12. & sequen. uolu. 1. Et hinc est quòd istæ obstetrices tenentur inspicere partes intrinsecas uuluæ, & eius concauitatem, ac in extremitate ipsius reperire duas pelliculas inibi situatas, & in eius superficie uelamen subtile virginibus peculiare. Et non immeritò, siquidem tale velamen in uiolatis rumpitur, & in virginibus remanet incontaminatum, tanquàm flos virginitatis.

12 Et quòd virginitas probari non possit, nisi ex aspectu corporis, idest claustri pudoris, facit Gloss. in cap. nec aliqua. 27. quæst. 1. & in c. hęc imago. 33. q. 5.

13 Imò ex mente illius Gloss. suaderi posset, quòd difficillimè valeret recognosci uirginitas. Nam mulier quando incipit pati menstrua, ex caliditate sanguinis, qui emittitur ex menstruo, corroditur pellicula, quæ est in vase mulieris. Ergò in re tam difficili, atque tenebrosa opus foret maiori peritia, quàm de obstetricibus, & matronis reperiatur: Et sic adhiberi deberent etiã medici, aliique periti in arte: vt concludit Aret. consilio. 143. quem refert, & sequitur Deci. in d. cap. proposuisti, sub numer. 3. Et eo magis cùm oculus, & manus obstetricium sæpè fallitur: vt innuit Gloss. in d. c. proposuisti in uer. Per aspectum. Sed superioribus annis in variis casibus occursis, me patrocinante, tam in foro ecclesiastico, quàm seculari, uidimus recognitam virginitatem per obstetrices solummodò in patria mea eo tempore repertas: quibus tanquam raris, & singularibus semper abundauit.

14 Et insuper cùm secretò, ratione honestatis, recognitio uirginitatis fieri soleat, & uulua reperiatur in partibus inferioribus corporis, necessariò os clausum ipsius vuluæ debet aperiri. Et tempore recognitionis virginitatis faciendæ per antedictos expertos, debent tria luminaria adesse. Nam si in uentre inspiciendo, seu tempore partus mulieris ibi tria lumina, & non minus adesse pręcipit Imperator in l. prima. §. si omnes, uel plures, uersic. Tria lumina. ff. de uen. inspicien. tanto magis ipsa lumina debent interuenire in inspiciendis rebus, quæ uideri nullo modò possunt, & in locis obscuris, & intra corpus existentibus.

15 Sed ista uirginitatis recognitio per matronas fieri deberet vbicunque, vt supra, res esset dubia, & concurreret solummodò uiolentissima pręsumptio super copula: secus verò si negocium clarum, & perspicuum foret. Nam si manifestissimum quippè esset mulierem fuisse corruptam: tunc per aspectum corporis recognitio ipsa virginitatis fieri nequiret: ita Bero. in dicto consilio. 36. sub numero. 8. & seq.

16 Quemadmodùm ipsa virginitatis recognitio prodest ad dirimendum matrimonium cùm minore puella contractum duodecim annorum: ita pariformiter apparentibus aliquibus signis uirginitatis prælibatæ puellæ, accusatus de stupro debet absolui, si signa virginitatis appareant in eadẽmet puella: ita Fely. in c. causam col. 1. de probatio.

*SVMMARIVM.*



1 *MATRIMONIVM contrahi potest etiam per constitutum in articulo mortis.*

2 *Moriens potest in articulo mortis ducere concubinam in uxorem ad finem legitimandi filios ex ea natos.*

3 *Legitimatio facta in fraudem substituti præsumitur, vbicunque ducens concubinam in vxorem in articulo mortis ad effectum legitimandi filios ex ea natos sępè comminatus sit ei de exclusione.*

## OPINIO CCCCXCII.



1 MATRIMONIVM etiam per constitutũ in mortis articulo contrahi posset: secundum Ioan. And. in regu. sine culpa, libro 6. Cyn. in l. nuper. C. de natur. libe. & Bal. in l. Gallus in prin. q. 5. ff. de lib. & posth. & Dec. in c. si pro debilitate, nu. 7. de off. dele. & ista est cõis opinio, prout eã attestantur, & sequuntur Alberi. in d. l. nuper, Paris. cõs. 29. n. 4. uol. 2. Card. Pręp. & alij in c. tãta q̃ si lij sint legi. Ias. n. 4. & Soc. n. 2. ff. de lib. & posth. *Cõis opin.*

2 Et hinc est, quòd moriens potest in articulo mortis ducere cõcubinã in vxorẽ, vt filios ex ea natos legitimet: ita Cy. in d. l. nuper, Io. And. An. de But. aliiq; Canonistę oẽs concorditer in d. c. tanta, Io. de Imol. & Alex. in l. si qs posthumos. col. 1. ff. de lib. & posthu. Bal. & cęteri oẽs in l. sed *Cõis opin.*

est quæsitum.§.spadonem eod.tit. Et licèt Bal.titubanter contrarium respondeat, & firmet in l. eam quam.col.10.C.de fideicom.& in d.l.si quis posthumos:tamen quicquid in locis præmemoratis inutiliter, & frustrà suadeat sine ratione, noli aliter recedere modo aliquo à cõmuni præmissa,tanquàm iuri consentanea.

8 Quam limitat utiliter quidem Ang. in d. l. sed est quæsitum,& Alexã.in d.l. si quis posthumos, nisi huiusmodi legitimatio fieret in fraudẽ substituti:quod absque dubio præsumeretur, si sæpè ei comminatus esset de exclusione.

*SVMMARIVM.*

1 *MATRIMONIVM metu contractum, est ipso iure nullum.*

2 *Matrimonium consistere non potest inter raptorem, & raptam, quandiu ipsa in potestate raptoris manserit.*

3 *Matrimonium impugnare procurans, arctatur ad articulandum, & probandum illud, quod est causa impugnationis.*

4 *Metus, & fraus non præsumitur, ubi interuenerit præsentia coniunctorum.*

5 *Metus non præsumitur, ubi interuenerit iudicis præsentia: quia non censetur in fraudem legis, & metu factum, quod coram iudice actum est.*

6 *Matrimonium habet præsumptionem iuris pro se, ubicunque esset contractum in facie ecclesiæ.*

7 *Matrimonium quando aliqua suspitione dolosè impediri posset, celebrandum foret præsentibus parochiano, & duobus, vel tribus testibus.*

8 *Matrimonium probatur duobus testibus, siue masculis, siue fœminis.*

9 *Matrimonium plenè probatur per confessionem coniugum.*

OPINIO CCCCXCIII.

1 MATRIMONIVM vi, metuque contractum est ipso iure nullum: secundum cõmunem opinionem omniũ Doctorum in c. cùm locum ubi Abb. & cæteri omnes cõcorditer de spõsali Glos. & Docto.omnes in l. si mulier. §. si dos. ff. quod met.cau.& in l. si patre. ff. de ritu nupt. Ias. in l. interpositas, in primo not. C. de transactio. Grauet.consilio 253. nume. 1. & Alciat consilio 5. nume. 1. in quibus quidem locis præmemorati Docto. admittunt istam esse communem sententiam, & Couarruuias etiam ad quartum librum decretalium de sponsalibus cap. 3. secundæ partis. §. 5. num. 1. cum aliis sequen. ubi eam latè explicat, & ampliat in aliquibus casibus. Cõis opin.

2 Vndè religiosè, & opportunè determinauit Concilium Tridentinum sessio. 24. cap. 6. inter raptorem, & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium.

3 Et hinc est, quòd determinans impugnare matrimonium ipsius metus intuitu, arctatur necessariò articulare, & probare illud, quod esset occasio impugnationis. l. ab ea parte. ff. de probationib.

4 Quia regulariter fraus, seu metus non præsumitur, vbi interuenit præsentia coniunctorum. l. transactionem, & ibi Gloss. Barto. & alij omnes. C. de transact. & Alex. in l. si cùm dotem. §. eo autem. ff. solu. matrimo.

5 Nec præsumitur metus, ubi interuenerit iudicis præsentia: quia non uidetur in fraudem legis, & metu factum quod coram iudice actum est. l. 1. ubi Bar. C. de prædi. decu. lib. 10. Soci. cõsi. 59. in prin. uol. 3. Ias. in l. pacta nouissima. in 3. not. C. de pact. & Grauet. consi. 214. nume. 11. & consi. 253. nume. 4.

6 Similiterque matrimonium ipsum habet pro se præsumptionem iuris, vbicunque esset cõtractum in facie ecclesiæ: secundum Specu. in §. 5. de sponsa.

7 Vndè meritò Sancta Synodus Tridentina in sessio. 24. sub cap. 1. de reformatione matrimonij, induxit formam contrahendi matrimonium, ut tribus monitionibus publicis in ecclesia adhibitis, parochus coniungat uirum, & uxorem, eorum mutuo consensu intellecto. Sed si interdum aliqua suspitio urgeret, ob quam dolosè matrimonium impediri posset: tunc secundum eiusdem sacrosanctæ Synodus dispositionem, matrimonium celebrandum quippe foret præsentibus ipso parochiano, & duobus, uel tribus testibus.

8 Nam matrimonium ipsum duobus testibus, siue masculis, siue fœminis probaretur. capitu. super eo, il secundo. ubi Abb. & alij communiter de testib. & Paris. consilio 58. nume. 6. volu. 3. Cõis opin.

9 Postremò matrimonium ipsum probatur etiam per confessionem coniugum. Et sic ipsa confessio inducit plenam probationem: secundum Glo. & Abb. in c. super eo, qui dux. in uxo. consang. cap. 2. ubi Abb. in 2. not. de clandestin. desponsat. Hostien. in summa de sponsalibus, & matrimo. §. qualiter contrahatur. colum. 2. Roma. in sing. 620. tu audiuisti, numer. 2. & Curti. Iuni. consilio 27. habita diligenti consideratione, nume. 2. vbi utiliter intorat istam esse communem opinionem: quam limitat in duobus casibus non procedere Roma in d. sing. 620. sub numero 2. Cõis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *MEDICVS carens publico salario non debet ab ęgrotis salarium recipere, nisi postquàm eos curauerit, & sanauerit.*

2 *Sala-*

1 *Salarium procuratoribus, ac familiaribus debetur in fine temporis.*
3 *Aduocato non debetur salarium in principio litis, nisi extaret consuetudo in contrarium.*
4 *Aduocatus fisci debet consequi salarium suum in medio litis, seu anni.*
5 *Salarium officialibus præstandum est in principio officij.*
6 *Medicus in Regno Neap. tenetur bis in die visitare infirmum, & semel in nocte ad ipsius requisitionem, & debet recipere per diem medium tarenum auri visitando infirmum intus ciuitatem, extra verò ciuitatem tres tarenos cum expensis infirmi, vel cum expensis suis tarenos quatuor.*
7 *Medicus malè curans ægrotū ex ignorantia, vel negligentia derelinquendo curam ante terminum, non potest petere salarium, & tenetur infirmo ad satisfactionem.*
8 *Medicus, seu chirurgicus delinquens in medendo, & infirmus moriens ex eius imperitia, non punitur corporaliter.*

## OPINIO CCCCXCIIII.



1 MEDICVS carens publico salario non debet ab ęgrotis, ac infirmis salarium recipere, nisi postquam eos curauerit, & sanauerit; & sic ab ipso infirmo recipiet mercedem suam in fine curæ, non autem in principio, seu in medio, ipsius: secundum Specul. in titu de salarijs. §. nunc autem, vers. fin. Barr. in l. archiatri. per illum text. C. de professo. & med. lib. 10 Canonistas omnes in c. propter. de locato, Petrum Duennas in regu. 63. Afflictori. num. 1. & Ripam in tract. de peste, in tit. de remedijs ad curandam pestem, num 127. vbi diligenter admonet istam esse communem opinionem. Sed hoc deridet Zasius in §. tripli, instit. de action. in fin. dicens, quod si verum foret, medici non induerentur tam splēdidis, & purpureis vestibus, qui semper rubeas vestes habent, siue moriatur, siue sanetur infirmus, æqualiter triumphant. *Cōis opin.*

2 Itidem in eo, qui locauit operas suas simpliciter in fine temporis, salarium promissum tunc solui deberet: vt in familiari, aduocato, seu procuratore. l. 1. C. de suffragijs, & l. quisquis. C. de postulan.

¶ Et licèt aliqui Doctores contrarium afferāt in aduocato, scilicèt, quod ab initio honorarium, seu mercedem petere valeat. l. properandum. §. in honorarijs, & l. 1. §. cùm quidem. ff. de var. & extraord. cognitio. Quod tamen non recipitur, ac obseruatur in camera Imperiali, teste Ioachimo in singularibus obseruationibus iudicij Imperialis cameræ, centuria 3. obseruatione 7. quamuis. Quæ quippè iura intelligi debent in sponte oblatis ab initio, vel secundum conuentionem: secundum Specul. in d tit. de salar. sequitur de aduocato, vers. sed quando soluetur salarium, & Innocen in c. propter ii. Gloss. magna de locat. vbi ait quòd ista iura allegata non faciunt contra: quia in eis disponitur, quòd in principio est conueniendum de salario, sed non dicunt quod soluendum sit, ad idem d l. quisquis. & prętcrea.

3 Sed hoc non procederet, vbicunque reperiretur consuetudo in contrarium: tunc enim spectāda, obseruandaq; esset ipsa consuetudo in partibus, & locis in quibus vigeret: vt firmant Specul. & Inno. in mentionatis locis.

4 Similiterq; hoc fallit non habere locum in aduocato fisci. l. per hanc. C. de aduoc diuersor. iud. vbi est speciale, quòd in medio litis, seu anni consequi debeat salarium: & notat Specu. vbi supra, & Carauita in ritu 19. Item quòd procurator nume. 16.

5 Item fallit in officialibus, quibus in principio officij salarium pręstandum esset: secundum Pau. Castren Alex. & alios omnes in l. diem functo. ff. de offi assess. Glo. & Bar. in l. 1. §. Diuus ff. de var. & extraor. cognit. & Carauitam in ritu 9. Item quod locumtenens, nu. 1. & seq. vbi ostendit istam esse communem opinionem. *Cōis opin.*

6 In Regno verò Neap. habemus constitutionē, incip. Quia nunquā sciri pōt scientia medicinæ, in tit. de de medicis, disponentem medicum teneri bis in die infirmum visitare, & semel in nocte ad ipsius infirmi requisitionem, & recipere debet summodò per diem medium tarenum auri, si nō egrederetur ciuitatem, vel castrum. Si verò visitaret infirmum extra ciuitatem, recipiet ab eo per diem tres tarenos cum expensis infirmi, vel cum expensis suis tarenos quatuor.

7 Sed si medicus ipse malè curaret ægrotum ex ignorantia, vel eius curam ante terminum derelinqueret: tūc nedum salario carere deberet, sed ad satisfactionem etiam infirmo teneretur. §. pręterea institu. ad legem Aquil. & probat, & firmat Rosarium Busti. in serm. 25. in litera, V. circa fin. in 1. par.

8 Sed aduerte quòd si medicus, chirurgicusq; delinqueret in medendo, & sic ex eius imperitia infirmus moreretur, non posset puniri pœna corporali: vt probat Vrsillus, in addi. Afflict. in decisio. 123. num. 4.

### SVMMARIVM.

1 *MELIORAMENTA facta in re feudali non pertinent ad dominum, reuertente ad eum feudo, finita inuestitura feudali per cursum temporis, per lineam finitam, vel aliter absque dolo, vel culpa vasalli: sed dominus tenetur ad æstimationem eorum, si velit ea retinere.*
2 *Hæres vasalli in restitutionem feudi non tenetur expensas factas per vasallum compensare cum fructibus perceptis: sed ipsas melioramentorum expensas debet inte-*

*integraliter habere.*

3 *Dominus feudi, reuerſo feudo ad ipſum, non tenetur ad ęſtimationem ędificij integri conſiſtentis melioramentorum factorum in feudo, ſed ſolummodo diruti: & ſic melioramenta in tali caſu reſtituenda, & æſtimanda veniunt ſecundum valorem ædificij diruti, & ruderũ, & non aliter, nec alio modo.*

4 *Eccleſia tenetur reſtituere melioramenta vtiliter, & neceſſariò facta in emphyteoſi, finita ipſa emphyteoſi, ad rationem integri ędificij conſiſtentis, nõ autem diruti: quia emphyteoſis datur, ac conceditur ad meliorandum.*

5 *Extimatio melioramentorum, ac expenſarum fieri debet habito reſpectu ad valorem, qui eſt de præſenti tẽpore, quo res reſtituitur, non autem tempore, quo facta eſt impenſa.*

6 *Melioramentorum materia ponitur hic remiſſiuè.*

## OPINIO CCCCXCV.

1 MELIORAMENTA facta in re feudali non pertinent ad dominum, reuertente ad eum feudo, finita inueſtitura feudali per curſum temporis, per lineam finitam, vel aliter, abſque tamen dolo, vel culpa ipſius vaſalli: ſed tenetur ad extimationem eorum, ſi velit ea retinere: vt eſt caſus, & ibi omnes in c. 1. §. ſi vaſallus, in tit. hic finitur lex. &c in uſibus feud. & not. Brunus conſ. 106. nu. 2. Cagnol. in l. 2. num. 175. C. de pactis inter empt. & vend. & Aluar. in c. 1. §. ſi quis de manſo. num. 6. ſi de inueſtitu. feud. fue. controuerſ. vbi inquit cum iſta
Cõis opin. concluſione Docto. omnes tranſire, & Curt. Iun. conſil. 165. num. 1.

2 Nec expenſas tenetur hæres vaſalli cum fructibus perceptis compenſare, ſed melioramentorũ expenſæ integraliter ſibi reſtituendę ſunt: ſecundùm Bal. Ang. in l. in inſulam. §. fructus. ff. ſoluto matrim. & in l. emptor. ff. de rei vendic. per Glo. ibi Felyn. in c. cùm cauſa. colum. pen. de re iud. & Iaſ. in l. domos hæreditarias, in 2. notab. ff. de leg. 1. & Soc. Iun. conſil. 150. nu. 32. vol. 1.

3 Et iſta melioramenta reſtituenda ſunt, ac veniunt æſtimanda non ſecundum ędificij incorrupti, & conſiſtentis valorem; & ſic dominus non tenetur ad æſtimationem ædificij integri ipſorũ melioramentorum, ſed ædificij diruti: vt voluit Bal. in d. §. ſi vaſallus nume. 4. in l. in fundo 3. notab. de rei vendic. & in auth. excipitur. C. de bon. quæ liber. Ruyn. conſ. 24. nume. 10. volum. 1. Iaſ. in l. 2. num. 29. C. de iur. emphy. Tiraq. de retract. conuent. §. 7. Glo. 1. num. 6. Rolan. à Valle conſil. 28. num. 30. volum. 1. & Beroum in q. 96. ſub nu.
Cõis opin. 4. vbi meminit iſtam eſſe magis communem opinionem.

¶ In cõtrariam verò partem, tanquam ęquiorem inclinauit Aegidius Boſsius in ſua prac. crim. in tit de princip. num. 31. & Iulius Clarus, in ſ. ſtatuta. de feud q. 88. verſ. ſed quæro, videlicèt, quòd Dominus teneatur ad extimationem ædificij integri, & non ad illud, quod conſequi poſſet ex ruina illius, vbi deridet Beroum atteſtantem contrariam opinionem communem. Nihilominus profiteor ipſum Beroum veritatem dixiſſe, atteſtando de dicta communi, cum qua tanquam veriſsima intrepidè tranſeo; imò credo ipſum Iuliũ Clarum allucinatum eſſe talia proferendo, dum allegauit Bal. in locis pręmiſsis concludere, quòd ſolutio fieri non debeat de pretio ruderum, ſed ædificij integri: & tamen Bal. firmat expreſsè contrarium, vt ſupra oſtendimus.

4 Eſt bene verùm, quòd Berous, in c. 1. num. 35. & ſeq. de in integrum reſtitu. firmat contrarium in emphyteoſi, videlicèt, quòd eccleſia teneatur ſoluere melioramenta vtiliter, & neceſſariò, & non aliter facta in ipſa emphyteoſi ad rationem, ſeu valorem incorrupti, & integri ædificij, non autem diruti. Et hoc expreſsè voluit Bal. loquens in emphyteoſi, in d. §. ſi vaſallus propè finẽ, & in d. §. ſi quis de manſo. poſt mediũ, & ſequitur Guil. Redoanus in tract. de rebus eccleſiæ non alienandis, quæſt. 17. de melioramentorum in rebus eccleſiæ factorum refectione, quæſt. 2. inchoante, ſi verò melioramẽta ſint facta per emphyteotam, nume. 6. & ſeq. fol. 406. vbi fatetur ita obſeruari de conſuetudine. Nam emphyteoſis datur, conceditúrque ad meliorandum. l. 1. C. de iure emphit. Vnde ſi quis exportare melioramenta ipſa teneretur, facta præcipuè ex pacto, naturaq; contractus, iniquum foret abſq; dubio aliquo: vt eſt text. cum Glo. in d. c. 1. de in integrum reſtitu. vt probat ibi Berous; & ſic in hoc caſu procedere poſſet opinio Iulij Clari, & aliorum relatorũ per eum, & non in feudo.

5 Imò ipſarum impenſarum, ſeu melioramentorum extimatio fieri debet, habito reſpectu ad valorem, qui eſt de præſenti tempore, quo res reſtituitur, non autem tempore, quo facta eſt impenſa: vt voluit Ang. de Periglis in ſubſcriptione ad conſil. Paul. Caſtren. 270. viſo puncto ſupraſcripto, & etiam multis allegationibus, ſecundum nouiſsimam impreſsionem, vol. 2. Capicius deciſio. 93. in fi. Boer. deciſ. 44. n. 12. Rolan. à Valle conſ. 28. num. 14. & conſ. 30. num. 6. volum. 1. Bart. & Bal. poſt Iacob. de Aret. in l. domos hæreditarias. ff. de leg. 1. vbi hoc latè Alex. ſequitur, atque defendit & Iaſ. etiam num. 4. qui oſtendit iſtam eſſe communem opinionem. Cõis opin.

6 Et materiam ipſam melioramentorum vide latè, & vtiliter declarantem, Antonium Neguſantium, in tract. de pignor. & hypothecis in 4. membro. 5. par. nume. 8. cum alijs ſeq. & Beroum in d. c. 1. nu. 22. cum alijs ſeq.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *MELIORANS proprijs impensis rem emptam, & alteri obligatam, si euincere-tur absolui deberet ab actione hypotheca-ria, qua extiterat conuentus, & liberaretur præstan-do primam extimationem rei, detractis melioramen-tis.*

OPINIO CCCCXCVI.

1 MELIORAMENTA faciens in re, quam posſidet, ſi conueniretur ſuper ea hypothecaria, poſſet offerre agenti æſtimationem rei abſque meliorationibus; & ſic melioransproprijs impenſis rẽ ipſam emptam, ſed alteri obligatam, ſi euincere-tur abſolui deberet ab actione hypothecaria, qua extiterat conuentus, & liberaretur præſtando primam extimationem rei, detractis melioramentis prædictis: ſecundùm Bart. Bal Ang. Ioan. de Pletea, & Rebuf. in l. 2. per text. ibi. C. de prædijs, & omnibus rebus nauic. lib. 11. Caſtren. in l. ſi conuenerit. la 2. §. ſi fundus. ff. de pignorat. act. Alex. in add ad Bar. in l. ſi fundus. §. in vendicatione. ff. de pignorib. Alber. Brunum in tract. de augmento, in 5. concluſ. princ. verſ. 5. Corſet. ſingu. in verb. Meiioratio, Neguſantium in tract. de pignorib. in 5. par. 4. membri, num. 21. vbi profert magnum verbum, opinionem iſtorum eſſe indubitabilem, & claram: & in effectu communis eſt, & cũ ea concurrit ſimiliter Soc. conſ. 224. in fi. vol. 2. & ſæpeſæpius in practica ipſam communem obſeruari vidimus. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *MENDACIVM inquiſiti facit indicium ſufficiens ad torturam, ſecundum unam cõmunem opinionem, ſed ſecundum alteram ſententiam ſimiliter communem mendacium non inducit inditium ad torturam.*

OPINIO CCCCXCVII.

1 MENDACIVM inquiſiti facit ſufficiens indicium ad torturã: ſecundùm Bart. in l. fin. num. 3. & ſeq. ff. de quæſtio. Roma. cõſ. 8. ſub nume. 2. & Cępol. conſil. 61. ſub primo, Lucam de Penna in l. quoties. со um. 7. C. de digt. it. lib. 12. Brunum in tract de indicijs, & tortura in quæſt. 3. primæ partis, nu. 18. Alex. conſil 77. vol. 1. Soc. conſ. 54. volum. 3. Ioan. Baptiſt. Ferretum conſ. 329. in cauſa Reuerendi D. Marci num. 14 volum. 2. Iacob. Mandellum conſil. 56. quãmuis dubitationes, num. 31. & Horat. Mandoſium cum alijs citatis per eum, in add. Roma in d. conſil. 8. in litera, D. vbi in fin. demonſtrat iſtam eſſe magis communem opinionẽ: quę videtur probari in l. vnius. §. teſtes ff. de quæſt & ſequitur etiam Iacob. Nouellus in pract. cauſarum criminalium, in forma quæ indicia præcedere debent, incip. quamplurimos, num. 62. & Illuſtriſsimus D. Cardinalis Albanus, in lucubratio. ad Bart. in l. & eleganter. §. idem Pomponius. ff. de dolo malo, in fin. vbi reddit rationem: quia mendacium dicitur contra naturam: & comprobatur etiam. Nam quis ratione mendacij cenſetur eſſe in dolo. l. ſeruus in fin. ff. de do. Imò mendax dicitur delinquere. Cum mẽdacium ſit vocis ſignificatio cum intentione, & propoſito fallendi: vt per Glo. & Ang. in l. de ætate. § qui ex quadrante. ff. de interrogatorijs actio. Sed iſte inquiſitus, qui coram iudice mendacium profert, iudicem ipſum fallere videtur, & cum etiam ratione periurij offendit: nimirum ergò ſi eum iudex torquere poteſt pro habenda veritate: quam manifeſtè videt mendacem velle celare: argu. l. nullum. C. de teſtibus, prout diſertè demonſtrat Paris de Puteo in tract. ſ. ndicatus. §. vi ſo de indicijs indubitatis, nume. 2. cum alijs ſeq. Et dicitur Apocalypſis. c. 21. Timidis autẽ, & incredulis, & c. & omnibus mendacibus, pars illorũ erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure, quod eſt mors ſecunda. & capite 22. Beati qui lauant ſtolas ſuas, vt ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in Ciuitatem: foris canes, & veneſici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes, & omnis qui amat, & facit mendacium. Et legitur Pſalmo quinto. Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium. virum ſanguinum, & doloſum abominabitur Dominus. & ibidem: quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt. ſepulcrum patens ſtguttur eorũ, linguis ſuis doloſè agebant, iudica illos Deus decidant à cogitationibus ſuis, ſecundum multitudinẽ impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te Domine. & dicitur etiam Exod. 23. Non ſuſcipies uocem mendacij: nec iunges manum tuam: vt pro impio dicas falſum teſtimoniũ non ſequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio, plurimorũ acquieſces ſententiæ, vt à verò deuies. pauperis quoque non miſereberis in iudicio. non declinabis in iudicium pauperis. mendaciũ fugies. inſontẽ, & iuſtũ non occides: quia auerſor impiũ. nec accipies munera, quæ excæcant etiam prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum. Et conſpicimus deniq;, in prouerbiorum duodecimo cap. Qui, quod nouit loquitur, iudex iuſtitiæ eſt, qui autem mentitur, teſtis eſt fraudulentus. eſt qui promittit, & quaſi gladio pungitur conſcientiæ: lingua autem ſapientium ſanitas eſt. labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem teſtis eſt repentinus, concinnat linguam mendacij. dolus in corde cogitantium mala: qui autem pacis ineunt conſilia, ſequitur eos gaudium. abo

minatio est Domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei. Item cap. 17. Malus obedit linguæ iniquæ, & fallax obtemperat labijs mendacibus. qui celat delictum quærit amicitias. & qui vertit linguam, incidet in malum. Necnon dicitur cap. 19. dictorum prouerbiorum: Testis falsus nō erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet.

¶ In contrariam verò partem, videlicèt, quòd mendacium indiciū non faciat sufficiens ad torturam, inclinauerunt And. de Iser. & Afflict. sub num. 63. in constitut. Regni, si damna clandestina, lib. 1. rub. 27. Ioan. Regni de Amicis conf. 134. num. 3. vbi subdit, quòd nec Bart. hoc voluit, nec Gandinus pater practicæ criminalis hoc vnquam posuit inter alia indicia. Et sequitur hanc eandem opinionem Grammat. in voto. 30. nu. 15. & seq.
Cōis opin. vbi perhibet istam esse communem sententiam, & veriorem ait consulendo Alciat. conf. 18. non possum satis perspicere nu. 4. & sequen. tomo 2. lib. 7.

¶ Sed aduerte, quòd prædictæ opiniones ad faciliem concordiam reduci possent, videlicèt, q̄ prima opinio procedat in teste mendacium committente: & ista secunda opinio locum habeat in principali delicto inculpato: prout ita loquuntur And. de Iser Afflict. & alij omnes istam partem firmantes, & Alciat conf. 6. Cū contentio, atq; discordia, nu. 27. & seq. tomo 2. lib. 5.

*SVMMARIVM.*

1 *MENDICANTES in dignitate constituti, vt sunt Priores, Ministri, & Guardiani etiam Fratrum minorum possunt esse delegati Apostolici.*

## OPINIO CCCCXCVIII.

1 MENDICANTES possunt esse delegati Apostolici, si essent, reperirenturque in dignitate constituti, vt Priores, & Ministri, Guardiani etiam, etiam Fratrū minorum: secundùm Ias. cum alijs relatis per eū in rub. ff. de offi. eius; & ista est communis opinio: & eam sequuntur, & citant Curt. ibi, colum fina. Francus in c. nullus, de elect. in 6. Felyn. in c. cùm olim, col. 1. de maior. & obed. & in c. 2. de iud. & ibi etiam Dec. col. fin.

*SVMMARIVM.*

1 *MERETRIX, cui aliquid promissum sit ratione mercedis ob fornicationem, & ex causa libidinis, potest conuenire promissorem ipsum in iudicio, & tanquàm renuentem soluere iudex potest cogere ad solutionem promissionis factæ.*

2 *Meretrix accipiens pecuniam pro meretricio, ac actus venereo ab eo, qui poterat tanquàm verus dominus elargiri illam pecuniam, potest licitè retinere, nec tenetur restituere, nec inter pauperes elargiri de necessitate salutis.*

3 *Mulier occultè fornicaria, quæ publicè meretrix non est in foro poli sibi solutum ob occultam fornicationem nō tenetur restituere. benè tamen verum est, quod promissam mercedem pro tali fornicatione petere non posset in iudicio.*

4 *Acquisita per concubinatum, adulterium, & sodomiā non veniunt restituenda, sed de consilio sunt inter pauperes distribuenda.*

5 *Meretrices licitè possunt facere testamentum de acquisitis ex meretricio.*

## OPINIO CCCCIC.

1 MERETRICI promissio eius mercedis ob fornicationem, & sic ex causa libidinis, dummodò absit dolus, & fraus, valet & tenet; & cogi & compelli potest promissor à iudice ad solutionem dictæ promissionis, ac pretij actus venerei: secundum Dyn. & Saly. in l. 2. C. de cond. ob turp. caus. Abb. in c. quia plerique, num. 14. de immun. Eccles. Bart. in l. affectionis. ff. de don. Ioan. Lupi in rub. de donat. inter vir. & vxo §. 40. Ripa in l. si plagij, num. 10. & seq. ff. de verbo. obligat Bart. & Aret. in l. generaliter ff. de verbo. oblig. vbi Ias. & Zasius num. 29. perhibet istam esse communem Cōis opinionem. opin.

¶ Et licèt Glo. in l. ea quæ tibi, in ver. non potes. C. de donat. ante nupt. malè loquatur asserendo, quòd datum meretrici non repetitur, sed ad promissum, & non solutum quis non teneretur, nec cogi posset: tamen quicquid suadeat Glo. ibi, absque aliqua ratione, ac lege, noli aliter recedere in decisiuis à dicta communi, tanquam sacrosancta, & verissima, cum qua concurrit etiam Rosar. Busti, in sermonibus prædicabilibus, in sermo. 28. in 1. par. in litera L. post princ.

2 Vbi addit quoq;, quòd meretrix ista accipiens pecuniam pro meretricio ab eo, qui poterat tanquam verus dominus elargiri, illam posset licitè retinere, nec teneretur restituere, nec pauperibus dare de necessitate salutis.

3 Quæ quidem procedit de plano in meretrice publica, non autem in fœmina occultè fornicaria, quæ publica meretrix non est: quæ vtique petere non posset mercedem, & pretium promissū; imò si ei datum sit, illud retinere nequiret, & in foro poli, & in animæ iudicio restituere teneretur: secundum Abb. in d. c. quia plerique nu. 14. & seq. Cyn. & Ang. in memorata l. 2. C. de cond. ob turp. caus. Lupum in d. rubr. de donat. §. 41. & Adrianum in. 4 sent. in tract. de restitutione, oritur

tur alia quęstio, vbi exprimit istorum opinionem communem esse. Quæ communis in actu practico, iudicio meo, admitteretur à iudicibus, vbicunque promittens aliquam mercedem fœminę prędictæ propter occultam fornicationem cogi non deberet, nec posset in iudicio ad illam mercedem soluendam: sed illud quod ipsa mulier, quæ publica meretrix non est, in foro poli sibi solutum ob occultam fornicationē retinere non possit, atq; teneatur illud restituere credo verū non esse, nec de iure sustineri posse: vt super hoc nonnulli Theologi, & non modicæ quidem authoritatis varijs in locis contradicunt Cyn. & sequacibus supra relatis: & hanc eandem opinionem videtur firmarē S. Antoninus Archiepisc. Floren. in 2. par. eius summę, tit. 1. c. 23. de turpi lucro, col. 15. vers. de acquisito per meretricium. Cōis opin.

4 Vbi concludit acquisita per concubinam, adulterium, & sodomiam restituenda non venire, sed potius suadendum illa de consilio largiri debere pauperibus: & sequitur etiam Caccialupus in tracta. de ludo, nu. 5. & Rosar. Bust. in d. serm. 28. in litera, L.

5 Ideò licitè meretrices ipsæ possent facere, condereuè testamentum de acquisitis ex meretricio quæstu: secundùm Bald in l. 1. C. de conditio. ob turp. caus. & Dilect. cum alijs signatis pereum, in tract. de arte testandi, titu. 1. caute. 12. nu. 1.

*SVMMARIVM.*

1 *Metus & dolus non presumitur, nisi probetur.*

2 *Metus reuerentialis non est sufficiens ad rescindendum contractum ex eo: quia dicatur initus inter virum, & vxorem, patrem, & filiam, prælatum & clericum, & dominum, & seruum; nisi præcedant minæ, & ita articulentur, & probetur.*

3 *Metum iustum non causat sola præsentia patris ad rescindendum contractum, vel matrimonium carnale vel spirituale filiæ.*

4 *Metus vbicunque est probatus, ex quo Mœuius amisit bona sua debet stari iuramento ipsius Mœuij de quantitate, & extimatione bonorum contra illum, qui intulit metum.*

5 *Metus genera quinque reperiuntur, vt remissiuè ponuntur hic.*

## OPINIO CCCCC.

1 METVS, & dolus nullo pacto præsumuntur, nisi probētur. text. est in l. interpositas. C. de transact. vbi Bald. Aret. & alij Doct.

2 Et hinc est, quòd metus reuerentialis non est sufficiens ad rescindendum contractum ex eo: quia dicatur initus inter virum, & vxorem, patrem, & filiam, prelatum, & clericum, vel dominum, & seruum, seu alios, quibus debetur reuerentia, nisi præcedant verbera, vel minæ, & ita articulentur, & probentur: secundùm Barto. in l. 1. §. quæ honorandæ, vbi etiam Bologni. Alex. & alij in apostil. ad Bar. ff. quar. re. act. Ripa in 3. lib. respon sub rub. de donat. & gra. per fi. reuocan. in respon. 15. nu. 8. Inno. Bal. Card. Zaba. Abb. Sicul. Anchar. Fely. Soc. Iun. consil. 77. num. 154. volum. 1. & consil. 67. num. 39. volum. 2. Grauet consf. 49. num. 2. & alij omnes Scriben. in c. causam matrimonij, de offic. deleg. & ista est communis opinio, teste Frācisco de Accoltis, Alexan. in dicta l. interpositas Boer. decisio. 100. nume. 11. & sequen. & Doctor. præcitati. Cōis opin.

3 Et sic sola præsentia patris non causat iustum metum ad rescindendum contractum, vel matrimonium carnale, vel spirituale filiæ: secundum communem opinionem omnium Docto. in locis allegatis: quam sequitur, & refert Cagnolus in L. in omnibus causis pro facto, nume. 8. ff. de regulis iuris. Cōis opin.

4 Sed vbicunque esset probatus metus iste, ex quo Titius amisit bona sua, debet stari iuramento Titij de quantitate, & extimatione bonorum cōtra illum, qui intulit metum: secundùm Abb. Panor. & alios Scriben. in c. fin. quod metus causa, & Boer. deci. 55. col. 1.

5 Et aduerte, quòd quinque metus genera reperiuntur, quæ vtiliter, ac latè tractantur per Zas. in §. quadrupli, nu. 10. instit. de act.

*SVMMARIVM.*

1 *MINIMAE solennitatis omissio non nocet, nec obesse potest.*

## OPINIO CCCCCI.

1 MINIMAE, modicęuè solennitatis omissio nō nocet, nec obesse potest: secundum Bar. & omnes in l. 1. §. fin. ff. de ventre inspicien. Glo. Bar. & Bal. in l. rem non nouam. C. de iudi. Io. And. in add. Specul. in titu. de inuentario, vers. & not. Ang. in l. 1. §. hæc stipulatio, colum. antepen. ff. si cui plusquàm per leg. Falcid Roma. in repet. l. si verò. §. de viro, in 3. fallent. ff. sol. matrim. & cōs. 247. in fin. Saly. in l. fin. §. si præfinitum. C. de iure delib. & ista est cōmunis opinio: secundùm Alex. in l. 2. §. si prius. ff. de vulg. & in rub. num. 8. & 12. ff. de oper. nou. nuncia Ias. in l. si vnus. C. de testa. Dec. in l. hac consultissima, colum. 1. C. qui testa. facere poss. & Ioan. Annibal in l. nemo potest, nu. 490. ff. de leg. 1. & sequitur etiam Alex. in d. l. fin. nume. 10. C. de iure delib. & Tiraquel. cum alijs copiosè relatis per eum, in tracta. de iudicio in rebus exiguis ferendo. quęst. 2. versic. secundo est text. fol. par. 31. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *MINOR non potest pro debito carcerari, quando est filiusfamilias, vel quando contraxisset sine tutoris, & curatoris authoritate.*

## OPINIO CCCCCII.

1 
INOR non potest pro debito carcerari: secundum Bal. in l. 1. nu. 24. C. qui bonis cede. poss. quem sequitur Iacob. de Sancto Georg. in l. nec impuberes, nu. 3. ff. de in ius voc. Cassan. in consuet. Burg. in tit. *Des rentes*, rub. 5. §. 2. num. 14. pro qua est Glo. in l. 3. §. sed vtrum. ff. de minor. & ita tenet Angel. in repet. l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. lib. 10. & Roma. consil. 120. num. 4.

¶ Contra verò Glo. prædictam expressè tenet Bar. in tract. de carceribus num. 6. vbi dicit, quòd
Cõis opin. ista Glo. communiter reprobatur, idem Bar. in l. si filio, la 2. ff. sol. matrim. Doct. in l. filius. ff. de procurato. Bald. post Cyn in l. alio. C. quod cum eo, Marsil. in sua pract. crim. in §. attingam, num. 69. & ita communiter teneri firmat Caccialupus in tract. de debitore suspecto, & fugitiuo. q. 5. nume. 8. vbi dicit memoratam Gloss. habere locum, & posse saluari, quandocunque minor esset filiusfamilias: nam tunc non potest pro debito carcerari: quem sequitur Parisius super hac distinctione consil. 94. num. 41. volum. 1. Item posset saluari d. Glo. vbicunq; minor ipse contraxisset absq; tutoris, vel curatoris authoritate: tunc quippè etiã repræsentato instrumento contra eum secũdum formam ritus magnæ Curiæ Vicariæ minimè carcerari posset. Si verò debitum contractum foret, & instrumentum celebratum cum ipso minore cum authoritate dictorum tutoris, vel curatoris, hoc casu etiam apposita, & allegata minoritate nihil ei prodesset, & veniret de persona arrestandus, & carcerandus: secundùm D. Carauitani cũ alijs coaceruatis per eum, in ritu 166. nume. 12. cum alijs sequen.

*SVMMARIVM.*

1 *MINOR petens se restitui aduersus aliquem actum iudicialem, vel extraiudicialem, tenetur necessario probare se minorem, læsumque ad causam, quam quidem si defendisset, foueret bonam causam.*

2 *Fundamentum suæ intentionis quilibet probare tenetur, siue illud sit factũ affirmatiuum, siue factum negatiuum.*

## OPINIO CCCCCIII.

1 MINOR petens se restitui cõtra, & aduersus aliquem actũ iudicialem, vel extraiudicialem, tenetur necessariò probare se minorem, læsumq; ad causam, quã quippè si defendisset, foueret bonã causam: secundum Bar. in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. quem sequitur Paul. Castren. consil. 181. volum. 2. Alex. consil. 149. viso processu inter Michaelem Dominici, num. 16. volum. 5. Barba. in c. in præsentia num. 104. de probat. Capel. Tholos. in q. 54. & 99. Corn. cons. 181. vol. 2. & omnes Scribentes communiter in d. §. si minor: de qua communi faciunt mentionem omnes ferè Doct. inibi, & Boer. decis. 79. num. 6. & est text. in constitutio. minorum iura, & ibi Afflict. nume. 3. & seq. lib. 2. rub. 38. Et ratio huiuscemodi communis videtur ista: quia quilibet tenetur probare quod est fundamentũ suæ intentionis, aliàs reus absoluitur: vt per Parpal. in l. si quis maior, in 1. notab. C. de transact. & Corsetum in singul. in ver. si qualitas, & Fely. in c. examinata. de iud. Ias. & Dec. in l. qui se patris, col. 1. C. vnde liberi, & clarius in l. si emancipati. colum. 2. C. de collat. Gozad. consil. 68. num. 5. & Felyn. in c. in præsentia de probat. in Gloss. in verb. Secundæ. Et hoc quòd quilibet teneatur probare id, quod est fundamentum suæ intentionis, intelligi debet siue illud sit factum affirmatiuum, siue negatiuum. l. actor. C. de probat. & l. illa, & sequen. vbi Bart. & alij. ff. de verb. oblig. Inno. in c. in his de accusa. & Bertr. cons. 58. multa sunt propter quæ vniuersitas, nu. 3. vol. 6. Cõis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *MINOR confitens aliquod delictum spõte, seu in tortura coram iudice sine curatore ad litem, sibi non nocet, cùm iudicium nullum, & irritum sit.*

2 *Minori curatore etiam carenti nocet confessio facta sponte, vel in tortura in atrocioribus delictis, nec ei subuenitur per restitutionem in integrum aduersus confessionem factam.*

3 *Minor confitens sponte, vel in tormentis, nulla concessione prius ei facta de curatore ad litem, sibi præiudicat in emergenti à causa principali, nec aliquo modo restituitur aduersus talem confessionem.*

## OPINIO CCCCCIIII.

1 MINOR confitens sponte, seu in tortura coram iudice aliquod delictũ comisisse sine curatore ad litem, sibi non obesset, nec obstaret aliquo modo; & sic confessio in delictis minori curatore carenti non noceret: cùm iudicium nullum appareat,

pareat, ideò ftante ꝗ iudiciũ legitimè fundatũ non fit: sequitur ergò confessionem ipsam non nocere, ac nullam, irritamque esse: secundùm Cyn. & Alber. in d. l. Clarum, Bald. consil. 310. vol. 1. Afflict. in constitu. Obscuritatem, num. 6. & sequen. lib. 2. rubr. 40. & in decisio. 208. nume. 2. & ibi Cæsar Vrsillus in additionibus, nume. 1. & sequen. Angel. in tract. maleficiorum in verb. Comparuerunt inquisiti. versic. nec non sis cautus, Marsil. consil. 26. num. 9. Rolan. à Valle consil. 31. num. 8. volum. 1. & ista est communis opinio, vt constat ex relatis; & est textus in constitu. Minorum, vbi optimè Afflict. numero 12. lib. 2. rub. 38. Cōis opin.

2 Sed hoc non procederet in criminalibus atrocioribus commissis per ipsum minorem dolosè: quia tunc ei non subueniretur per restitutionẽ in integrum aduersus confessionem factam absque datione, seu concessione de curatore. l. auxilium. §. in delictis, & ibi Bartol. ff. de min. & dicta constitutio. minorum iura, & ibi Afflict. nu. 7.

3 Vbi num. 9 hoc interpretatur vtiliter procedere in facto principali, non autem in emergenti ab ipsa causa principali. Et quòd ipse minor in huiusmodi casu, & aduersus suam confessionem sine aliquo curatore emanatam, non restituatur, voluit Vrsillus in add. Affl. in decisio. 208. nume. 3. & in decisio. 287. sub num. 7. & sequen. in quibus locis meminit ita extitisse iudicatum in magna curia Vicariæ, in Regia camera Summariæ, & in Sacro Regio Concilio, licet postmodum in istis supremis tribunalibus sententia magnæ curiæ prolata contra ipsum minorem extitisset moderata, & reformata.

*SVMMARIVM.*

1 *MINOR litigans cum consanguineo compromittere tenetur absque solennitatibus. Et sic ad compromittendum compelli potest, stante statuto, quòd causæ inter consanguineos debeant compromitti.*

OPINIO CCCCCV.

1 
INOR litigans cum consanguineo compromittere tenetur absque solennitatibus: & sic ad compromittendum compelli potest, stante statuto, quòd causæ inter consanguineos debeant compromitti: vt voluerunt expressè, & eleganter Ang. Paul. Castren. Alex. & Ias. in l. si plures. ff. de pactis: quam legit ipse Ias. in l. & suum. §. hodie, eodem titu. & hoc idem firmarunt optimis quidem rationibus Bald. Salyc. Aret. Pau. Castren. Alexan. & Ias. in l. fin. C. de in iu teg. restit. vbi istam opinionem veram esse asseuerat, & Anibal. Cauens. in pragma. Odia quę inter coniunctos, nu. 31. & 86.

¶ Et licèt Bar. cons. 40. quæritur an statutum, affirmet, teneatque contrarium, videlicèt, quòd statutum de compromissis non liget minores: tamen primam sententiam ex relatis authoritatibus communem fore non ignoramus: quam sequitur etiam, declarat, atque ab omnibus contrarijs tuetur Marcus Antonius Blanchus in tracta. de compromissis quæst. 3. num. 39. cum alijs sequen. fol. paruo 75. & pro hac parte communi consuluit pariter doctissimè Alex. consil. 254. vol. 6. & determinauit Rota Bononiensis, teste Petro de Benintendis, decis. 20. nu. 11. cũ alijs seq. & obtinuit Alex. vt ipse recensuit in d. l. si plures. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *MINOR vigintiquinque annis & maior decem, & octo, potest esse arbiter de communi partium uoluntate si vult, sed non potest compelli, secundum vnam communem opinionem, sed secundum alteram sententiam contrariã similiter communem, minor ipse arbiter esse nequiret, & eius sententia non valeret.*

OPINIO CCCCCVI.

1 MINORES vigintiquinque annis, & maiores decem, & octo arbitri esse possunt de voluntate partium si velit, secus si nollent: & sic ad assumendum arbitrium inuiti compelli nequirent aliquo modo: secundum Glo. & omnes Legistas vno ore in l. quidam consulebant. ff. de re iud. per tex. ibi, vbi Alex. colum. 1. recitat istam esse communem opinionem Legistarum, & Aret. in §. penul. num. 17. inst. de except. Cōis opin.

¶ In contrariã verò partem, vide'icèt, quòd minor viginti annis, arbiter esse non possit, & eius sententia nõ valeat, inclinauerũt Glo. Abb. & cæteri omnes Canonistæ cõmuniter in c. cum vigesimum, de offi. deleg. Specu. in tit. de arbitris. §. potest, vers. item minor, Hostien. in sum. de arb. §. 2. Alex. & Io. de Imol. in d. l. quidam. Lanfrã. in tract. de arbitris. §. hactenus, & Bapt. de S. Blasio, in tract. de arbit. q. 9. & opinionẽ istam Canonist. inquit veriorem esse Alex. in d. l. quidam, & Marcus Ant. Blan. in tract. de compromissis, q. 2. nu. 22. fol. par. 35. vbi eã sequitur, declarat, & deniq; ab omnibus cõtrarijs verissimis responsionibus suis tutam derelinquit: ideò eidem tanquam tutiori, ac veriori libenter inhęremus. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *MINOR locationi factæ rerum suarũ sine indicis decreto per tutore stare debet finita tutela.*

## OPINIO CCCCCVII.

1 INOR rerum suarum locationi stare tenetur finita tutela,& sic locatio rei minoris sine iudicis decreto per tutorē fieri potest, cui stare debet minor ipse post curam, & tutelam finitam: secundùm Bartol.
Cōis opin. Paul.Castren. Alex.& reliquos omnes communiter in l.filio.§.si vir.ff.solu.matrim. Cyn. in l. emptorem colum.2.C.loca.Soc.consi.125.nu.6.vol.1.Gomes.de contractibus. C.locat. nu.8.fol. 27. & Couarru.in tract. variarum resolutionum lib. 3.cap.15.nu.5.& seq.

### SVMMARIVM.

1 *MINOR quatuordecim annis, maior autem capacitate obligatur iuramento ac si pubes esset, secundum unam communem opinionem, sed secundum alteram sententiam contrariam similiter communem non obligatur aliquo modo.*

## OPINIO CCCCCVIII.

1 INORIS quatuordecim annis non firmatur contractus iuramento,& sic pupillus doli capax nulliter contrahens etiam quòd iurauerit huiusmodi iuramentum contractū non firmat. Quia authen. sacramenta puberum.C. si aduer. vend. non procedit in pupillo doli capace, sed in pubere, & nō in impubere: vt voluerūt Glo.Pet.de Bellapert.Cyn.Butr.Bal.Ang.Odofre.Saly.Vulgo. & Ias.num. 10.ibi, vbi simul cum alijs Scriben.recitant istam esse communem opinionem Legistarum: quam sequitur quoq; Feder.de Senis consil. 30.Paul.Castren. in l.qui iurasse ff. de iureiur. & Alciat.in c.cùm contingat,num.141. de iureiur. vbi profert vtile, & magnum quidem verbum istorum opinionem magis communem fore, atq; eam limitat Afflict. cum alijs signatis per eum decis.322.num.3. (Cōis opin.)

¶ Cæterùm contrarium asseruit Bar. in d.authen.sacramenta puberum, quòd habeat locum in pupillo doli capace, vt mediante iuramento tenaciter obligetur, quemadmodum pubes esset,& cum Bart.sensere Hostien.Ioan.And. & Io. de Imol. & cæteri omnes in d. c. cùm contingat, (Cōis opin.) Archid.in c.quamuis de pactis,num.6.Panorm. consil.108.volum.2.Dec. in l. pupillum. ff. de reiud.Ioan.Mau.in tract. de restitu.in integ.c.112. Salye.& Paul. Castren. in d. authen. sacramenta puberum, vbi aiunt istorum sententiam procedere de iure canonico: & veriorem præsupponit, Alex.in d. l. qui iurasse, & ita determinauit religiosè more suo Sacrum Regium Cōcilium Neapolitanum, teste Afflict.in d.decis.322.num.1.2.3.4 & 5.& in decisio.393.sub nume. 10. ideò ob obseruantiam iuramenti,& fauorem animarum, & propter decisiones Sacri Concilij Neapolitani, quæ sub nomine Regis proferuntur, succeduntque loco imperialis interpretationis, vt posuimus 1.parte in Opinio. Iudex in iudicando cum hac vltima communi, & verissima Canonistarum libenter concurrimus, prout circa veritatem,& præsentem speculationem quamplura sermocinantur, & discurruntur satis vtilia infra in Opinio.669.Pupillus doli capax.

### SVMMARIVM.

1 *LEGATVM non vitiat modus casu deficiens: & sic legatarius non implens modum, ex quo per eum non stetit, illud consequi potest.*

## OPINIO CCCCCIX.

1 ODVS casu deficiens non vitiat legatum,& consequenter legatarius non implens modum, ex quo per eum non stetit, illud legatum consequi potest. l.l ucius.§.quisquis.ff.de leg.2.& l.si fundum per fideicommissum.§. Iulianus, alias l. Iulianus de lega.1.& tradit Bar. in l. quibus diebus.§.Termilius nu.17 ff.de conditio.& demonstratio. & ibi illustrissimus D. Cardinalis Albanus in suis lucubrationibus,sub nu. 2. & Paul. de Cast.& alij omnes in l. 1.C.de his,quæ sub modo, & hanc intonat communem opinionem esse Corneus consil.83. vol.1. licet, & malè contrarium teneant aliqui Doct.in d.l.1. (Cōis opin.)

### SVMMARIVM.

1 *MOLENDINVM habens in parte inferiori fluminis, utrum possit impedire volentem fabricare molendinum in parte superiori?*
2 *Flumina continuo defluentia publica dicuntur.*
3 *Fluminum publicorum proprietas, & usufructus ad Cæsarem pertinet.*
4 *Regalia sibi nonnullæ ciuitates Italiæ hodie vsurpant.*
5 *Flumina complures ciuitates in earum territorijs existentia sibi vsurpant.*
6 *Flumina sunt illarum ciuitatum per quarum territoria currunt: & ab illarum populo per ędificantes in illis est obtinenda licentia.*
7 *Flumina publica cùm ea Cæsaris sint ex concessione ipsius Cæsaris concedi permittuntur.*
8 *Flumina in concessione feudi facta ab Imperatore, veniunt illa intra fines feudi existentia.*

9 Solutio

*9 Solutio arguit vim superioritatis, & dominij vtilium dominorum per tempora existentium.*

*10 Barones flumina in prouincia Aprutina uigore suorum priuilegiorum in eorum baronijs existentia retinere consueuerunt.*

*11 Dominus construere potest balctinderias, molendina, seu alia similia ædificia in suo feudo, & flumine proprio.*

*12 Dominus constituens seruitutem alteri in flumine proprio, potest balctinderias, molendina, ac alia ædificia construere, licet impedictia balctinderias aliorum, pro quibus constituit ipsam seruitutem.*

*13 Dominus donans molendinum situatum in principio sui feudi, potest deinde construere aliud molendinum in parte inferiori, etiam inuito primo donatario.*

*14 Puteus existens intra domum feudatariam, & domum domini, si aqua ipsius putei non sufficiat utrique, tunc illa aqua concedenda est habenti plenius ius.*

*15 Vsufructuarius, & dominus quando simil concurrerent, semper præfertur dominus tanquam plenius ius habens.*

*16 Dominus non est verisimile concessisse eo modo, vt commoditas, & vsus ipsius domini impediatur.*

*17 Exceptio notoriæ proprietatis domini obstat agentibus possessorio recuperandæ, & repelluntur á restitutione possessionis.*

*18 Exceptio opposita contra spoliatum non requirit probationem, & præsertim cùm constaret per inspectionem priuilegij, admitteretur ad excludendum petentem restitutionem possessionis.*

*19 Spoliatus quando notorium est facti non habere ius in re, non est restituendus.*

*20 Spoliatus apparens incapax possessionis, non est restituendus, siue reintegrandus.*

*21 Dominus priuans aliquem possessione dicitur potius suã possessionem defendere, quàm alium priuare.*

*22 Vasallus alienans rem aliquam feudi illicitè, dominus potest propria authoritate ad se illam auocare, & possessorem priuare.*

*23 Feudi reuocatio permittitur domino, quotiescunque reperiatur ipsi feudo seruitus imposita, seu pars illius alienata.*

*24 Feudum denegãs esse domini, ac à domino illud retinere, ex hac inficiatione potest per dominum feudi, & proprietarium, possessorem iure aliàs sibi competente priuare.*

*25 Feudum deueniẽs ad Regem directum dominum, omnes alienationes, & concessiones inde factæ per vtiles dominos ante existentes ipso iure extinguuntur.*

*26 Resoluto iure concedentis, resoluitur etiam concessoris.*

*27 Feudum perueniens ad directum dominũ licèt reuertatur postmodũ ex noua concessione ad descendentes illorum, quibus primò fuerat concessum: cùm sapiat naturam noui feudi, non erit obligatus ad concessiones antea factas per prædecessores, & extinctas, considerato iure reintegrationis in directum dominum.*

*28 Aquæ ius est de demanio, & alienari non potest, nec præscribi, tanquam res particularis feudi.*

## OPINIO DX.


5 OLENDINVM habens in parte inferiori fluminis, vtrùm posit impedire volẽtem facere molẽdinũ in parte superiori ipsius? tunc distinguendum est: secũdùm omnes Doct. communiter, & in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de eden. & l. manifestè. C. de ser. Aut flumen illud, super quo molendinum est ædificatum priuatum est, aut publicum, si priuatum est vtriusq; partis, & hoc casu si vna pars vult de nouo suum molendinum ædificare, vt sibi principaliter commodum afferat, & prosit: & quippè tunc potest licitè ipsum facere in suo absque impedimento alterius partis molendinum habentis in parte inferiori, & sic ea inuita. Si verò vult construere molendinum, vt noceat principaliter parti prędictę, quę preuenit in ędificando, & hoc casu absque dubio non potest, nec audiendus est. Quando verò flumen est publicum, eo casu, vel dicta pars in parte inferiori molendinum habens, licitè illud ędificauit: & tunc altera pars volens construere nouum molendinum audienda non est; imò potest licitè suum aduersarium impedire in vsu dicti noui moleudini, ne sibi auferatur, ac diminuatur lucrum, & emolumentum ipsius aquęductus pręoccupati. Aut dicta pars habens molẽdinum in parte inferiori illicitè ędificauit, & tunc non posset impedire alteram partem volentem nouum molendinum construere in parte superiori dicti fluminis: secundùm Dyn. Oldr. Ray. Bal. nu. 2. Ias. nu. 21. & Ripam num. 25. cum alijs seq. in l. quominus. ff. de flum. vbi explicant istam esse veram, & communem opinionem, & eandem sequitur, & citat Papien. in sua pract. in form libell. in actio confess. nume. 2. & seq. fol. paruo 209. Ruinus consil. 191. nume 3. volum. 1. & consil. 98. nume. 12. volum. 4. cum alijs relatis per eum, & Curt. Sen. cons. 33. num. 2. & sequen. & declarat, & latè interpretatur Ripa in d. l. quo minus, nu. 25. cum alijs sequen. & Afflict. in decisio. 388. venerabile monasterium, vbi refert ita extitisse decisum in Sacro Regio Concilio Neapolitano. Si verò flumen esset proprium alicuius Domini, tũc quis in damnum, vel pręiuditium ipsius Domini, seu Baronis habentis molendinum in ipso flumine, aliud molendinum construere, ędificareq; non posset: vt doctissimè consuluit Sigismun. Lofredus cons. 13. per totum.

*Cõis opin.*

*Cõis opin.*

¶ Cumq; in proposito ad fauorem Baronis viderim celebre cõsilium illustris Doctoris D. Ioannis Carduyni de Neapoli per D. Matthęum de Afflicto pariter illustrem, ac eminentem iureconsultum amborum propria manu, & sigillo subsignatum, in causa illustrissimi D. Pardi de Vrsinis tunc Baronis Vallis Silicianę Aprutij, libuit consilium pręmemoratum hic non ab re ad pręclictorum corroborationem inserere.

# IN CHRISTI Nomine Amen.


ACTVM breuiter sic se habet. Existentibus istis magnatibus de domo Vrsina antecessoribus Excellentis Domini Pardi Vrsini vtilibus dominis vallis Sicilianæ, & vltimo loco existente Excellente Domino Iacobo Antonio patre ipsius Domini Pardi, fuit priuatus possessione dictę vallis, & ipsa ad Regiam curiam fuit reintegrata, per quàm diuersis annis nomine Regiæ curiæ fuit possessa. Deinde consideratis diuersis rationibus, & causis præfato Excellenti Domino Pardo fuit per Regiam Maiestatē concessa cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis, cum aquis, aquarumq; decursibus, mero, mixtoq; imperio, &c. Et dicta causa præcedente præfatus Dominus Pardus adeptus fuit possessionem prędictę baronię vallis Sicilianę, & in ipsius possessione tanquā vtilis dominus fuit, & est. Et quia inuenit nonnullos occupantes demanium dictę baronię, & fendi, videlicet flumina perennia existentia in prædicta baronia, considerato eo, quòd proprietas ad ipsum Dominū Pardum, tanquam vtilem dominum totius baroniæ, in eius flumine certas bactinderias construxit, & ædificare fecit, prohibendo prædictos occupatores, vt cursum aquæ ipsius fluminis non impedirent. Pręfati quærimoniam proposuerunt coram superiori asserendo ipsos fuisse priuatos prędictis bactinderijs, & proprijs bonis, sic denegando flumen esse feudale spectare, & pertinere ad ipsum Dominum Pardum, tanquàm vtilem dominum dictę baroniæ: & super prędictis fabricatus est processus. Contingit dubitari primò cuius sint flumina in baronia existentia. Secundò an permissum sit prædicto Domino Pardo, tanquàm vtili domino baroniæ in flumine prædicto ędificare, & prohibere bactinderias retinentes, quę aquam ex flumine non sumant.

2 Quò ad primum breuiter respondetur. Primò pręsupponendo, quòd flumina ista existentia in prædicta baronia, de quibus in præsentiarùm contenditur, continuò defluunt, & per consequēs perennia sunt. l. nemo. §. fin. ff. de rer. diuis. l. 1. §. item fluminum. ff. ne quid in loc. pub. & in l. 1. §. duo sunt genera. ff. de aqua quot. & æst. Et considerata prædicta eorum conditione, & natura, publica dicuntur. l. 1. §. fluminum. ff. de flumin.

3 Tum sic, istorum fluminum publicorum proprietas, & vsusfructus ad Cæsarem pertinet, vt in cap. 1. quæ sint reg. & in l. fluminum, in princ. ff. de damn. infect. l. quò minus, vbi Bar. ff. de flumin. & voluit Bald. in d. c. 1. & in l. penult. C. de cond. insert.

4 Ideoq; hodie cùm nōnullę ciuitates Italiæ sibi vsurpauerint regalia, vt voluit Glo. in authen. de defens. ciuit. §. iusiurandum, & Bal. in c. 1. in prin. de pace tenen.

5 Illę vsurparunt etiam sibi flumina in eorū territorijs existentia: ita voluit Bart. in l. quominus 2. col. ff. de flumin. & Ang. in d. §. fluminum.

6 Et voluit Bal. in l. pen. C. de cond. insert. quòd flumina sunt illarum ciuitatum, per quarum territoria currunt, & ab illarum populo per ædificantes in illis est obtinenda licentia: secundùm Iacob. de Arena in l. littora. ff. ne quid in loco pub.

7 Ex concesione autem Cęsaris, cùm ipsa publica concedere permittatur, flumina alteri concedi permittitur: vt l. sacra. §. sciendum. ff. de rer. diuis. per quam ita voluit Bal. in rub. eod. tit. col. 4. nu. 11. vers. sed hic quęritur.

8 Et propterea dixit Bal. in tit. hic incipiunt consuetudines. §. si vasallus, quòd in concesione feudi facta ab Imperatore veniūt flumina intra fines feudi existentia. Idem sentit in cap. 1. §. si quis de manso. de controuers. inuest.

9 Et quia apparet ex tenore priuilegiorum ipsius Domini Pardi, baroniam eidem concessam esse cum aquis, aquarumq; decursibus, dubitandū non uidetur ipsa flumina fuisse eidē cōcessa, & ad eum spectare, & hoc per partem ex aduerso principalem non inficiatur: cum appareat probatum ex depositione testium per ipsam productorum, quòd prætendentes facere balcherias in flumine obtinebant licentiam ab vtilibus dominis existentibus, & soluebant certum annuum redditum in recognitionem: vt deponit nonus testis super 3. arti. vndecimus testis. 13. testis 14. testis ex qua solutione satis arguitur ius superioritatis, & dominii ipsorū vtiliū dominorum per tempora existentiū: iusta not. per Bar. & Doct. in l. cū de in rē verso. ff. de vsuris, & l. si certis annis. C. de pact. in l. litibus, de agric. & cens. lib. 11. per Canonist. in c. peruenit, de censib. in c. auditis, de pręscript. & per Bal. in c. 1. §. si uero vasallus, tit. quid sit inuestitura.

10 Vnde dubitandum non videtur prędicta flumina ad ipsum Dominū Pardū, tanquam vniuersalē vtilē dominū dictę baronię spectare, & pertinere; & maximè quia apparet probatū ex diuersis testibus pductis pro parte ipsius Domini Pardi, alios barones in prouincia Aprutina existentes vigore ipsorū priuilegiorum retinere flumina, ipsisq; dominari, tanquā ad eos spectātibus in ipsorū baronijs existentibus: ex quo satis arguitur idē statuēdū fore in ipso Dño Pardo, & eius baronia: arg. l. 4. C. de testa. l. si in totū eod. tit. in l. omnes. C. de iust. & iure. l. si quis filio exhęredato. §. ergo, & l. si quis. ff. de iniust. rup. test. Quoniā satis est ita cōmuniter contingere: vt not. l. 1. C. de arbitr. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si certum petatur, in l. certe. §. quęsitum. ff. de precar. Gloss. in l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. Et pro hoc satis ad propositum facit textus in c. super eo, & in cap. ex parte, de censibus quæ ad hoc propositum allegat Andreas in l. imperialem.

lem. §. præterea ducatus, de prohibita. feud. alienatione. per Federic.& hoc quò ad primum dubium.

11 Quò ad secundum etiam breuiter resp ondetur prædicto Domino Pardo permissum fore ba-ctinderias construere: quoniam cùm ipse sit dominus, vt supra dictum est, rei suæ dispositio ad eum pertinet. l. in re mandata, cum vulga. C. mandati.

12 Verùm quia in hoc posset dubitari propter ius quæsitum al js bactinderijs aliorum. Et in hoc breuiter respondetur, quòd aut præsupponimus illos detinuisse illas ex concessione eisdē facta ab ipso Domino Pardo, seu eius antecessoribus, quos ipse repræsentat. Et tunc, si ipse in prædicto flumine proprio, in quo constituit prędictam seruitutem alteri, vult bactinderias facere, licèt impedientes bactinderias aliorum, pro quibus seruitutem constituit: & hoc negari non potest, cùm faciat iure dominij, quo casu per seruitutem pro altero per ipsum constitutam impediri non potest: ita probat verborum contextus in simili in l. 1. §. fina. & in l. qui viam. ff. de nou. oper. nuncia. vbi est bonus tex. satis ad propositum.

13 Sentit Bald. in dicto §. si quis de manso, dicens, quòd si dominus in principio sui territorij retinet molendinum, quod alicui donat, deinde ipse in inferiori parte vult aliud construere, quòd permittitur etiam inuito eo, cui primò donauerat, & sic præsupponit propria authoritate ipsi domino licere nouum construere; & intellige quòd domino permittitur totam aquam ex flumine capere, quando aliter suæ bactinderiæ ba-ctindiare non possent, licèt illis vasallum, cui primo concesserat, priuet.

14 Vt sentit in simili Bald. in dicto §. si quis de manso, loquendo de puteo existenti intra domum feudatariam, & domum ipsius domini, quòd si aqua non sufficeret vtrique, quod illa cō cedenda est habenti plenius ius: arg. l. sancimus, in princ. C. de donat.

15 Pro hoc facit, quod in simili dicitur, quòd quando concurrunt vsufructuarius, & dominus, quòd semper præfertur dominus tanquam plenius ius habens. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectig. vel emphyt. pet. & not. in dicta l. 1. §. fina. ff. de operis noui nuncia. Vnde cùm ipse Dominus Pardus sit dominus totius, & dicatur in aqua ipsa plenum ius habere, videtur ipsi permissum, tanquam plenius ius habenti ad se illam trahere, & alterum non habentem ita plenum ius priuare.

16 Et pro hoc facit, vt ibidem voluit idem Bald. quòd non est verisimile dominum concessisse eo modo, quòd commoditas, & vsus ipsius domini impediatur: vt in simili probatur, in l. qui binas ædes. ff. de seruit. vrb. præd.

17 Aut præsupponimus illas bactinderias constructas fuisse, concessione aliqua non præcedente: & tunc cùm notoriè constet ex inspectione ipsorum priuilegiorum ipsius Domini Pardi prædicta flumina esse ipsius, & per consequens aliquo iure non competere prædictis possessoribus dictarum bactinderiarum, si per ipsum Dominum Pardum fuerunt priuati possessione dicti vsus aquæ: cùm contra ipsos agentes possessorio, etiam recuperandæ obstet exceptio notoriæ proprietatis ipsius Domini Pardi, & iniustè ipsorum occupantium dictum vsum aquæ, ipsi debent repelli ab huiusmodi petitione restitutionis possessionis dicti vsus aquæ. c. decimas, de restit. spol. in 6. voluit Gloss. in c. significasti, de diuort. Hostiens. & Antōn. in cap. 2. de caus. poss. & propriet. & Anton. de Butr. in cap. ex conquestione, de restit. spoliat. Bald. & Angel. in l. naturaliter. §. nihil commune ff. de acq. possess.

18 Et pro hoc facit, quod in simili voluit Oldr. in consil. suo 30. incipiente istæ sunt allegationes: vbi allegat Innocen. in cap. veniens, de filijs presbyt. quòd si exceptio, quę opponitur contra spoliatum non requirit probationem, vt est in casu nostro, cùm constet per inspectionem ipsius priuilegij, admittitur ad excludendum petētem restitutionem possessionis: quod dictum magnifacit Bal. in l. pen. in fine. C. si à non compet. iud. & maximè cùm appareat, possessionem, quā prętendere potest pars aduersa habere pręsumptionem, de iure tamen huius Regni fuisse iniustam: vt est text. not. in c. literas, de restitu. spol. & ita in proprijs terminis voluit And. de Iser. in constitu. Regni, violentias, in princ. 3. col. vers.

19 Item quando esset notorium facti spoliatum non habere ius. Particularia autē feudi, non pręcedente priuilegio superioris, alteri acquiri non possunt, vt probat tex. in constit. Regni, incip. Cō stitutione diuę memorię: ergò cùm non appareat ipsos possessores ostendisse priuilegium aliquod superioris, iure communi prędicto apparet ipsos iniustè possedisse dictum vsum fluminis existentis mēbrum particulare demanij ipsius baronię prędicti Domini Pardi; & per consequens Dominum Pardum tuendū esse in sua possessione: prout voluit And. in d. consti. violentias, de priuante occupantem flumina, quę sunt publica, ꝙ contra ipsum non competit interdictum.

20 Ex eo quia occupans non erat capax possessionis, & pro hoc facit quod not. in c. causam, de prę script. & in c. ex parte, de restitu. spol. quod voluit Imo. in c. constituti, de fil. presbyt. Bal. in l. pen. C. si à non compet. iud. & in l. 1. C. si de moment. poss. & in titu. de pace constantię, in verbo restituatur, quòd si apparet asserentem se spoliatum esse incapacem, ꝙ eo casu non est restituendus. In casu nostro pars aduersa apparet incapax possessionis dictę rei feudalis: cùm ipsa sine titulo retineri nō possit: ergò sequitur concludendū prędictū Dominum Pardum omni iure tuendū esse in possessione captionis, & vsus dictę aquę & fluuij, tanquam proprij, & ad eū spectantis, & pertinentis potis-

potissimè: cùm nulla longa possessione possit pars aduersa se tueri: vt l. siquis. l. vsum, & l. diligenter. C. de aquęductu, lib. 11.

21 Et ad prædicta facit text. not. in l. si seruus. C. quod cum eo, quòd quando dominus priuat aliquem possessione p eũ decepta euius ciuilis erat apud eum, dicitur potius suam possessionem defendere, quàm alium priuare, iusta not. per Bald. in l. imperialem. §. callidis. de prohib. feud. alien. per Feder.

22 Facit etiam ad propositum Glo. sing. in auth. vt de cætero non fiant commutationes, post principium: quam pro singulari allegat Bald. in cap. cæterùm de iud. quòd si vasallus alienat rem aliquam feudi illicitè, dominus potest propria authoritate ad se auocare, & possessorem priuare. Quòd autem prædicti retinentes dictas bactinderias sint incapaces retentionis ipsarum, apparet, quoniam negari non potest ipsum flumen esse membrum demaniale dictæ baronię, comprehensum sub tenore priuilegij concessionis factę Domino Pardo.

23 Ex quo sequitur, quòd si reperitur illi seruitus imposita, seu pars eius alienata sine priuilegio superioris, quòd illa non tenet: & domino feudi reuocatio permittitur: vt in dicta constitutione Regni. Constitutione diuæ memorię, & à possidente tanquam incapace auocatur: vt in cap. 1. in fine, quę fuit prima cauf. benef. amittendi.

24 Item apparet prędictã partem aduersãm asseruisse aquam fluminis esse propriam; & ea propter exposuerunt Dominũ Pardum proprijs bonis eos priuasse, & sic videtur denegare esse feudum, & à domino feudi retinere: ex qua denegatione domino feudi, & proprietario permittitur ipsum possessorem iure aliàs sibi competente priuare. cap. 1. §. si vasalli, si de feudo fuerit controuersia, & in cap. 1. in princ. de controuersia inter dominum, & emptorem. Et sic sequitur concludendum consideratis prędictis, quòd cùm appareat partem aduersam diuersis rationibus consideratis priuatam esse omni iure ei competente super prædictis fluminibus, illaque ad ipsum Dominum Pardum competere, quòd licuit prædicto Domino Pardo prædictas bactinderias per eum constructas, construere. Et cum appareat de suo iure notoriè, & etiam de iniusta possessione partis aduersæ, quòd ipsa fuit, & est repellenda, & sententiandum, & ita prædicta licuisse Domino Pardo, & partem aduersam, tanquam temerè litigantem fuisse condemnandam.

Ita, prout supra conclusum est, videtur mihi Ioanni Carduyno de Neapoli V. I. Doctori breuiter de iure concludendum, salua deliberatione rectè iudicantis: & ideò in propriam fidem, propria manu subscripsi, & proprio sigillo sigillaui.

25 AD prædicta accedat inconuincibile motiuum: quia ista baronia fuit antecessorum ipsius Domini Pardi, vt clarè est probatum. Et etiam probatum est, quòd dicta baronia postmodum deuenit ad Regem ex certis causis, & postea Regia Maiestas de nouo concessit eidem Domino Pardo, vt constat per inuestituram pro ductam, & clarè constat ex processu, quòd prædecessores ipsius Domini Pardi alienauerunt de facto aquam prædictam diuersis hominibus, & personis, maximè prout ex aduerso prætenditur, sine aliquo Regio assensu: esto quòd longissimo tempore tenuissent cursum aquarum. Si postmodum baronia ipsa deuenit ad Regem directum dominum, prout fuit in casu nostro, omnes illæ alienationes, & concessiones inde factæ per ipsos vti es dominos antea existentes, ipso iure extinguuntur: vt est textus singularis propriè in materia feudali, & ibi Andreas de Isernia in cap. 1. §. quid ergò, de inuestitura de re aliena facta. Hoc etiam voluit expressè Bald. in l. & in prouinciali. C. de seruitutibus, & aqua, vbi idem voluit Paul. de Cast. Et pro hoc facit textus, quem ad hoc ponderat Baldus vbi supra in l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2. & l. Statius Florus. §. Cornelio Fœlici. ff. de iure fisci.

26 Facit regula, quòd resoluto iure concedentis resoluitur ipsius concessoris: vt in l. lex vectigalis. ff. de pignoribus, & in c. 1. §. præterea. §. rursus, quibus mod. feud. amitt. & in cap. 1. qui succes. teneant.

27 In tantùm quòd postquam peruenit feudum ad directum dominum, & iura sunt eidem reintegrata, vt supra, licèt feudum ex noua concessione reuertatur ad descendentes illorum, quibus primò fuerat concessum: cùm sapiat naturam noui feudi, non erit obligatus ad concessiones antea factas per prædecessores, & extinctas considerato prædicto iure reintegrationis in directum dominum, vt est tex. in c. 1. de vasallo decrepit. ętat.

28 Vnde concludendum est de necessitate, tum quia ius aquæ est de demanio, quæ non potest alienari, nec præscribi, tanquam res particularis feudi per constitutionem, & consuetudinem. Tum quia postquam feudum de nouo obuenit Domino Pardo ex concessione Regiæ Maiestatis, & facta est resolutio iurium ipsorum particularium hominum. Et quia eis non potest competere aliquod interdictum, vt supra ostensum est, clarè sequitur, quòd dictus Dominus Pardus debeat absolui ab impetitis, prout supra conclusum est.

Et sic ego Matthęus de Afflicto V. I. Doct. de Neapoli, prout supra allegatum extitit, dico iuris esse, & eiusdem sententiæ, & opinionis sum, & & ita iudicari debet, si iustitia fieri debet, & in fidem me manu propria subscripsi, & sigillaui meo solito sigillo, quo vtor in similibus allegationibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 MOLENDINVM, seu aquaeductum incipiens aedificare, ac praeoccupare, licèt illud non perfecerit, ac compleuerit, censetur ius sibi acquisiuisse, utpoßit prohibere alium construere uolentem aliud molendinum, seu opus.

OPINIO DXI.

1 MOLENDINI opus, seu aquaeductus incipiens aedificare, ac praeoccupare, licèt illud non perfecerit, ac compleuerit, cẽsetur ius sibi acquisiuisse, ut possit prohibere alium construere uolentem aliud molẽdinum, seu opus: & sic isto casu potior uidetur causa, & conditio praeoccupantis, & sola operis inchoatione acquiritur ei ius, ob quod aliis praeferatur: secundum Barto. in l. quominus, nume. 10. cum duobus seq. ff. de flumi. Bald. in l. item lapilli, in 4. quaest. ff. de rerum diui. Caepol. in tra cta. serui. rusti. praed. in tit. de serui. aquaeductus, c. 4. nume. 44. & seq. fol. par. 298. Ias. nume. 54. & Ripam nume. 47. cum aliis seq. vbi aiunt istã opinionem esse communem, & eam latè declarant, & in aliquibus casibus limitant. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 MONETA promissa, si in totum, simul ac in perpetuum reprobaretur, eius aestimatio soluenda foret in noua pecunia, considerata aestimatione monetae, quae erat tempore contractus.

OPINIO DXII.

1 MONETA, seu pecunia promissa si in totum, simul ac in perpetuũ reprobaretur, vtique extimatio eius soluenda foret in noua pecunia: Et sic mutata pecunia ipsa consideraretur bonitas, quae erat tempore contractus, atque solueretur extimatio monetae antiquae: secundum Barto. in l. Paulus, la 1. sub nume. 6. ff. de solut. Petr. Cyn. in l. in minorem. C. in quib. cau. in integ. restitu. non est necess. Io. An. Abb. Ant. Imol. in capitu. quanto, de iureiuran. Curt. in l. quod te. ff. si certum peta. Roma. & Soci. in l. cùm quid, eod. titu. ubi recentiores, praesertimque Bolognettus, numero. 69. & sequen. existimant istam esse communem opinionem, Boeri. decisio. 327. nu. 12. & Natta consil. 454. super contingenti controuersia. nume. 4. uol. 2. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 MONETA non diminuta, aut mutata in totum, sed diminuta ob diminutionem ligae, uel ponderis pertinet ad debitorem, qui ualorem prioris monetae soluere tenetur. Nã creditoris cõditio non est facienda deterior.

OPINIO DXIII.

1 MONETA non diminuta, aut mutata in totum, sed diminuta ob diminutionem ligae, uel ponderis: tunc periculum spectat, ac pertinet ad debitorem, qui ualorem prioris monetae soluere tenetur: secundum Barto. in l. Paulus, sub nume. 6. ff. de solutio. Oldra. consil. 250. Abb. Sicul. aliosq; Canonistas communiter in cap. quanto de iure iuran. Soci. Purpura. & caeteros in l. cùm quid. ff. si cer. peta. & Boer. decis. 327. nume. 13. vbi ostẽdit istam opinionem communem esse vtriusque aulae, & sequitur Oldra. consil. 31. & 250. Specu. in tit. de oblig. & solut. §. nunc aliqua in fi. & ibi, Ioan. And. & Bald. in addi. Aret. cons. 11. Afflict. decis. 90. sub num. 1. & seq. & decis. 194. num. 1. & seq. Abb. cons. 56. colum. 2. uol. 2. Imol. in Clemen. fi. de decim. Corne. cons. 287. nume. 4. uolu. 1. cons. 181. nume. 71. volu. 2. & cons. 321. nume. 12. uol. 3. Soci. cons. 298. uol. 2. And. de Iser. colum. 3. & Afflict. nu. 15. & 20. in titu. quae sint rega. vers. Monetae in vsib. feud. Guid. Papae decis. 193. nu. 1. Bal. in l. 3. nu. 4. C. commu. de leg. & in l. illud. C. de sacrosan. eccle. q. fin. Bertrã. cõsil. 168. 261. & 312. vol. 1. Natta cons. 454. super contingenti controuersia, nu. 5. uol. 2. & Graue. cons. 47. nu. 6. cum aliis seq. signatis per eũ, vbi attestatur de communi, & Bertrã. etiam consulendo cons. 177. uiso instrumento uolu. 6. & Prudentissimus D. Horat. Mandosi. in addi. Roma. in consil. 123. in litera A. & ita debet intelligi decisio Neapolitana praedicta 194. teste Petro de Benintendis decis. 49. sub nu. 2. & Vrsillo. in addi. Afflicti in d. decisio. 90. nu. 1. & in d. decisio. 194. num. 1. & seq. ubi hoc latè discurrit. Quoniam ex tali solutione non est facienda deterior conditio creditoris: secundum Ferrarien. in in practi. Papien. in for. libelli, in actio. hypothecaria. §. relaxandum, sub num. 2. Nec distinguitur in hoc casu per mentionatos Dd. cto. an talis monetae mutatio facta fuerit post, uel ante moram debitoris, vt expressè not. Bar. in d. l. Paulus uersic. Quaero quid si moneta, & Abb. in d. c. quanto. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 MONETA non diminuta, uel mutata in pondere, aut liga, sed in valore ex constitutione principis, eius periculum, ac incom-

*incommodum, commodumuè: tunc pertinet ad creditorem: Et consequenter uolens soluere scuta in auro secundum formam obligationis, nulla habetur consideratio ualoris augmenti, aut detrimenti, sed numeri tantùm.*

2 *Dotis deterioratio contingens ob variationem in bonitate extrinseca; vt quia ualor alteratus sit remanente eadem argenti bonitate, tunc attendi debet tempus solutionis, non autem contractus.*

## OPINIO DXIV.

1 
ONETA pecuniaue non diminuta, uel mutata, siue aucta in pondere, avt liga, sed in ualore, extimationeque ex constitutione Principis: tunc illius pecuniæ periculū, ac incōmodū, cōmoduvè pertinet ad creditorē; & sic uolens soluere scuta in auro, secundum formam obligationis; nulla habetur consideratio ualoris augmenti, aut detrimenti, sed numeri tantùm: secundum Zaba. Anchara. & Imol. in Clemen. 2. de decim. Soci. Alciat. circa fin. aliosque in l. cùm quid. ff. si cer. peta. & Boer. decisio. 327. sub nume. 13. ubi prorumpit istam esse communem opinionem, & sequitur Rota Bononiensis, teste Petro de Benintendis decisio. 39. sub nume. 1. & Bolognettus, in d. l. cùm quid, sub nume. 74. faciendo etiam mentionem de communi præmissa. *Cōis opin.*

2 Et hoc idem concludendum est in dote. Nā deterioratio dotis contingens ob uariationem in bonitate extrinseca, vt quia ualor dumtaxat sit alteratus remanente eadem argenti bonitate: tunc tempus solutionis, non autem contractus attendi debet: secundum Bart. in l. Paulus, in fin. ff. de solut. Bald. consil. 137. & 424. uol. 2. & in l. cùm quid. ff. si cert. peta. & Aret. cons. 11. ubi meminit istam esse communem opinionē, & Boeri. decis. 327. sub num. 4. *Cōis opin.*

## SVMMARIVM.

1 *MONETA si fuerit mutata, uariataque post moram debitoris, ipse debitor quantitatis morosus tenetur soluere æstimationem quanti plurimi à tempore moræ.*

2 *Moneta mutationem sciens debitor infra breue temporis curriculum, & uolens soluere in fraudem mutationis creditori ad recipiendum monetam ei oblatam: creditor ipse eam recipere non tenetur ante tempus solutionis faciendæ.*

## OPINIO DXV.

1 
ONETA mutata, uariataque post moram debitoris, tunc ipse debitor quantitatis morosus soluere teneretur extimationē quanti plurimi à tempore moræ prædictæ, secundum Glos. Barto. sub nume. 6. & sequen. aliosque omnes in l. eum quid. ff. si cert. peta. & in l. quod te. eod. titu. præsertimque ibi Cagnolus cum cæteris signatis per eum, sub nume. 63. Curti. in tract. monetæ. colum. 3. Laud. in tract. de moneta. col. 6. & Bocri. decisio. 327. sub nume. 4. & 13. vbi istam opinionem limitat, & communem esse clamat, & ita determinauit Rota Bononiensis in facti contingentia, teste Petro de Beuintendis, decis. 39. *Cōis opin.*

2 Sed econuerso vbicunq; ipse debitor sciens monetæ mutationem in breui temporis curriculo; & uellet in fraudem mutationis soluere creditori suo debitum ante solutionis faciendæ tempus: tunc vtique non teneretur creditor ad recipiendum pecuniam, seu monetam ei oblatam: secundum determinationem, & decisionem Rotæ Neapolitanæ recitatam per Vrsillum in addit. Afflict. in decis. 90. nu. 3.

## SVMMARIVM.

1 *MONETA variata, seu mutata tempus solutionis attendi debet, non contractus, secundum communem opinionem.*

2 *Moneta quando ex ultima voluntate debetur, fieri debet solutio iuxta ualorem pecuniæ currentis tem pore solutionis.*

3 *Decima solui debet considerato valore monetæ tempore solutionis, & hoc idem dicendum est in statuto, & præcepto, & rescripto superioris, vt solutio, quę fieri debet ex statuto ipso, præcepto, vel rescripto, debeat fieri ex moneta, & valore tempore solutionis.*

4 *Moneta currentis tempore solutionis inspicitur valor, si non constat de ualore antiquę currentis tempore contractus.*

5 *Moneta debetur secundum æstimationem, quæ erat tempore contractus, quasi tunc pręstatio formam accipiat.*

6 *Tempus dispositionis in ultimis uoluntatibus attenditur, non autem solutionis, vt sciatur quid, quale, & quantum creuerit, siue decreuerit.*

7 *Monetæ in dispositione facta ad uerbum, consideratur valor currens tempore dispositionis, non habita ratione augmenti, vel diminutionis inde sequuta.*

8 *Solutio fieri debet habito respectu ad consuetudinem, quæ erat tempore lati arbitrij.*

9 *Moneta non promissa, vt massa, aut species certa, sed tanquam moneta, & quantitas, videtur promissa vti appretiatum pretium, & certa summa.*

10 *Contractus celebratus sub appellatione scutorum intelligi debet illa appellatio ad rationem ualoris, qui erat tempore ipsius contractus, non considerata diminutione, vel augmento temporis sequentis.*

11 *Monetæ cursus mutatio non imputatur, nisi post moram, siue agatur de obligatione simplici, et pecunia semel soluenda, siue de obligatione successiua, ex qua annua pecunia præstatur.*

12 *Solutionem propriam licèt habeant singuli anni: tamen quoad obligationem in genere inspicitur primum principium: quia una obligatio est pro omni tempore.*

13 *Valor temporis à principio contractæ obligationis attenditur.*

14 *Consuetudo, & communis obseruantia rebus attribuit certam interpretationem, & intellectum.*

15 *Consuetudini loci, eiusque obseruantiæ statur, quoties lex qualitatem cautionis, aut feriarum tempus non declarat.*

16 *Consuetudo exercet potentiam suam in constituendo ualore pecuniarum.*

17 *Consuetudo potest inducere, ut quamuis obligatio sit contracta per uerbum auri, intelligatur tamen de moneta argentea, quæ ascendit ad valorem pronunciati auri, inspecto ualore qui erat tempore contractus.*

18 *Voluntas, & intentio declaratur facto.*

19 *Iteratio, & multiplicatio receptionis pecuniæ ostendit enixam intentionis uoluntatem, debitaque quantitatis determinationem, & certitudinem.*

20 *Dubitatio de qualitate, seu quantitate soluendæ pecuniæ declaratur per subsequentes solutiones.*

21 *Obligatio talis præsumitur fuisse, qualis fuit subsecuta solutio.*

22 *Quietatio, seu liberatio generalis omnem præcedentem obligationem dissolutam ostendit.*

23 *Quietatio ex propria ui, & natura sua tollit obligationem.*

24 *Quietatio generalis tollit omnem obligationem: cùm in genere quis liberando uideatur de omnibus obligationibus cogitasse.*

25 *In ambiguis, de minimis intelligimus.*

26 *Lex postquàm publicata est præsumitur in utilitatem Reipublicæ cessisse, & moribus vtentium recepta, & approbata esse.*

27 *Lex ligat in uniuersum omnes, ita vt iudici liceat punire contrauenientes statim à publicatione: Imò etiã post editionem, & postquàm peruenit ad notitiam subditorum, etiam prius quàm solemniter sit publicata.*

28 *Lex præsumitur semper uigere, & robur habere: nisi per desuetudinem, & contrario vsu abrogata probetur ab eo, qui constitutionem prætendit moribus populi non fuisse obseruatam.*

29 *Lex ita habet præsumptionem pro se, ut fundans se in ea uidetur habere intentionem fundatam, quamuis aduersarius proponat negatiuam.*

30 *Præcedentia influunt in sequentia, & econtra.*

31 *Media sapiunt naturam extremorum.*

32 *Extremis probatis, uidetur probatum medium.*

33 *Medium præsumitur in possessione, & præscriptione odiosa.*

34 *Lex olim lata, & publicata, quæ hodie obseruatur, quòd medio tempore fuerit interrupta, aut cessauerit, non est uerisimile.*

35 *Pecuniæ, seu monetæ valor præsumitur talis fuisse medio tempore, qualis antea, uel postea fuisse inuenitur.*

36 *Legi publicatæ non derogat particularis receptio pecuniæ pro tanto pretio, nec alterat publicam, & communem aurei æstimationem.*

37 *Obligatio pretij restricta, & determinata ad certam speciem, & numerum astringit debitorem ad determinatam speciem, & numerum, qui est in obligatione, & solutione.*

38 *Moneta certæ qualitatis, formæ, aut speciei, non deducitur in dispositionem subtractione simplicis ualoris extrinseci, & casualis tantùm, nec tanquàm simplex quantitas generica, quæ in sola denominatione consistit sine applicatione ad certum corpus, & considerata qualitate monetę conuentæ florenorum, ducatorum, aut scutorum auri, quæ obligationẽ qualificat, & certum monetæ corpus respicit, & ad illud tanquàm determinatum continens dispositionem restringit.*

39 *Verba determinantia certam rem, extendi an possint ad aliam quantumuis similem, remissiuè.*

40 *Moneta certa promissa, seu specie monetæ non tenetur creditor recipere in alia moneta, vel forma, nisi constet, quòd sua non intersit.*

41 *Creditori inuito aliud pro alio non soluitur.*

42 *Debitor soluens unam monetam pro alia, creditore nõ consentiente non consequitur liberationem, nisi ex consuetudine.*

43 *Moneta, seu eius ualor, licèt non habeatur in obligatione generica quantitatis in uoce tantùm consistentis: tamen quoties super certa monetæ specie fundata est contrahentium conuentio, eadem species, & idem numerus dari debet, uel aliter creditoris indemnitati consulendum est.*

44 *Debitor liberatur soluendo speciem, & numerum conuentum, non attenta uariatione ualoris extrinseci: siue illa varietas tendat ad commodum debitoris, siue creditoris.*

45 *Monetarum cursus debitori non imputatur, nisi post moram.*

46 *Debitor obligatus ad ducatos in certo numero, si æstimationem ducatorum offerat sine augmento, non intelligitur integrum debitum soluere.*

47 *Debitor determinans soluere monetam argẽteam pro ducato in dispositionem deducto, tenetur ad præstationem tot solidorum pro quolibet ducato, quot ei tempore solutionis æquiualeant: ita vt ex ipsis solidis qui soluuntur creditor inuenire possit conuentum ducatorum numerum.*

48 *Venditio olim facta in scutis non impletur soluendo scuta moderna, licèt similia: quia desunt in liga: nec sunt eiusdem bonitatis.*

49 *Redemptio permissa in quantitate generica monetæ similis illi, pro qua venditio facta erat, non exercetur postea aucto ualore.*

50 Mone-

50 *Moneta, seu auri promissi, aucta, uel diminuta æstimatione, rerum quoque pretia proportionabiliter augentur, uel diminuuntur.*
51 *Creditor quoties est certa pecunia in obligatione, non tenetur aliam recipere, nisi in eadem bonitate, et æstimatione.*
52 *Imperator in solidis uidetur, & princeps cognoscitur, & indicatur.*
53 *Consuetudo loquendi in omnibus prævalet.*
54 *Debitor audiendus non est uolens dare ituro in aliqua regione scuta solis, uel alia similia, in qua pro minori quantitate expenduntur.*
55 *Locatio inter Principes legis potestatem habet.*
56 *Debitor speciem pecuniæ promissam, vel eius ualorem secundum tempus solutionis præsentare cogitur.*
57 *Moneta extrinseca bonitas, id est ualor, & æstimatio consideratur secundum tempus faciendæ solutionis.*
58 *Tempus solutionis, uel consignationis inspicitur, quoties non ea species probatur, quæ est in obligatione, sed alia, quæ æstimat, & compensat, & consistit in sola facultate soluendi.*
59 *Florentina Respublica opibus, potentia, & dominatu famosissima ab antiquo obtinuit facultatem cudendi aureos.*
60 *Monetarum diuersarum usus quoties incidit, & dubitatur de qua actum sit, ante omnia uerisimilitudo inspicitur, quæ ex dignitate rei colligitur.*
61 *Solutio, uel compensatio fieri debet de antiqua pecunia æquè bona, vel de noua ad æstimationem, & commensurationem antiquæ.*
62 *Solutio non nocet, nisi per triginta, uel quadraginta annos continuata sit cum bona fide.*
63 *Verborum non dubiorum declaratio, quæ scilicet illis non congruit, non dicitur esse declaratio, sed noua, atque alia quædam dispositio.*
64 *Consuetudo sequens, & solutio postea facta ita demum potest operari, si uerba stipulationis ambigua sint.*
65 *Liberatio est stricti iuris, & in ea non ueniunt, nisi expressa.*
66 *Liberatio facta pro una quantitate, affictu, seu tempore, non extenditur ad alia.*
67 *Corruente actu principali, corruunt etiam omnia in cõsequentiam eius insecuta.*
68 *Promittenti, uel consentienti sine causa non denegatur condictio.*
69 *Liberatio generalis continens enormem læsionem nihil nocere potest.*
70 *Solutio, vel liberatio continens errorem, aut enormem læsionem, non obstante pacto de non allegando errorem, & læsionem nihil nocet.*
71 *Rationum computatio nullum affert præiudicium ueritati, etiam si fuerit conclusa, perfecta, & subscripta, & sæpius iterata, & repetita.*
72 *Error aduersatur ueritati, quæ quocunque modo deprehensa, siue statim, siue ex interuallo, sequenda est, & semper amanda in omnibus.*
73 *Error probatus uidetur eo ipso, quòd quis certat de damno uitando.*

## OPINIO DXVI.

1 ONETA uariata, seu mutata, tunc temporis solutionis, non autem contractus attẽdi debet. & sic si mutuaui, uel in dotem dedi libras centum Bononienses, vel centum uncias Neapo. in aureis, & posteà contingat, quòd pretium, seu ualor ipsorum aureorum augeatur, uel diminuatur, hoc casu debitor teneretur soluere aureos in illa æstimatione, quæ currebat tempore contractus, ac fieri posset solutio in ea, quæ tunc est: quoniam creditor censetur extimasse illos aureos in illa summa; & per consequens omne cõmodum in ipsa pecunia ita, & taliter appretiata contingens, pertinet ad ipsum debitorem: ut uoluerunt Bar. nume. 10. Bald. Ang. Alber. Alexan. colum. pen. Paulus Castren. Alciat. & cæteri recentiores, in l. cùm quid. ff. si cer. pet. vbi Bolognettus, nume. 74. attestatur istorum opinionẽ communem esse, & sequitur etiam Ferrarien. in practi. Papien. in forma libelli in actio. hypothecaria. §. relaxandum. sub num. 3. Boeri. cum aliis signatis per eum, decisio. 327. num. 10. & Corasius in miscellaneis iuris ciuilis. lib. 3. c. 13. nume. 5. cum aliis sequen. vbi explanat, & ampliat nume. 9. *Cõis opin.*

2 Procedere, etiam in statutis, & vltimis uolũtatibus, & Vrsillus etiam cum aliis relatis per eum in addi. Afflict. in decis. 90. sub nu. 1. *Cõis opin.*

3 Et istam ampliationem, quòd pecunia quãdo debetur ex vltima uoluntate, fieri debeat solutio iuxta ualorem monetæ currentis tempore solutionis, amplectitur quoque Horatius Mandosius in addi. Roma. in cons. 123. in litera A, ubi ex congestis authoritatibus per eum attestatur æquiorem, ac crebriori calculo, ac voto Doctorum approbatam apparere. & Hieronymus Gigas quoque in tractatu de pensionibus ecclesiasticis, quæstione 98. per totam, ubi hoc ampliat etiam procedere in rescripto, & mãdato superioris, & in decima, & pensione, vt ea solui debeat considerato ualore monetæ tempore solutionis. Sed pro cõtraria parte, & malè quidem, uidelicèt, quòd solui debeat extimatio aurei, secundum tempus contractus, non autem solutionis, uidetur consulere Natta, consil. 454. super contingenti controuersia uol. 2. Cæterum quicquid Doct. isti asserant, noli in actu practico recedere à prima sententia communi, quam sequitur, tuetur, & citat cumulatissimè, atque doctissimè consulendo, & respondendo in facti contingentia Soci. Iun. consil. 44. Illustrissimè, ac Excellentissimè Dux, sub nume. 5. cum aliis sequen. vol. 4. & Couarruuias in sua practi. in fi. tit. de numismate. c. 7. §. unico, cõclusio. 8. & 10.

& ita de facto iudicauit de præsenti mense Sep-
tembris 1573. in causa uertente inter magnifi-
ficos Dominos Ioãnem, & Marcum Antonium
de Antonellis conciues meos, D. Bartholomæus
de Gorioſtriola Hyſpanus Iudex noſter, uir Ex-
cellens, memoria plenus, & facundia redimitus:
& pro iſta parte communi iudicauit etiam Ca-
mera Imperialis, atteſtante Ioachimo in obſer-
uatione. 1. centuria. 4. & Hierony. Gabriel conſ.
164. ciuitas, num. 1. & ſequẽ. vol. 1. Vbi deducit
Cõis iſtam opinionem approbari ab utraque ſchola
opin. Canoniſtarum, & Legiſtarum communiter.
4 Vbi eam etiam utiliter limitat cum innu-
mera propè cohorte Doctorum relata per eum,
non procedere, quando non conſtaret de ualore
antiquæ monetæ currẽtis tempore contractus:
tunc enim inſpiceretur ualor monetæ currentis
tempore ſolutionis, niſi appareret de ualore an-
tiquæ currentis tempore contractus: & limitat
etiam inibi in aliis caſibus.

¶ Et cùm præſentibus meis ſcriptis magnũ nempè lumen, & robur neceſſarium præbere queat Illuſtre Collegium Louaniẽſe, tanquàm firmamentum, & columna ueritatis, ex fœcundo conſilio ad fauorem Sereniſsimæ D. Margaritæ de Auſtria, eius, nutu diuino, prolato: decreui non incompetenter illud hic inſerere, vt aliorum utilitati, ex doctrina ſana, ſolidaque tam præclariſsimi Collegij conſulerem.



*ONFVSA, inuolutaque Doctrina Scribentium de acceptatione, æſtimatione, & variatione monetarum, ac multiplices eorum diſtinctiones, ipſaque facti contingentia variè à partibus aſſerta, præſertim circa valorem ſcuti aurei, qui fuit anno 1537. Cùm prima locatio per Illuſtriſſimam Duciſſam Parmenſem, &c. Illuſtriſſimo Duci Florentiæ fieret, magnam obſcuritatem, & difficultatem præſenti cauſæ inducunt; in qua diſcutienda, explicandaque, ne confuſione argumentorum vtrinque certantium, contingat, ſubterfugientem veritatem maiori caligine implicari, ſeparatione facta primò: ea quæ Illuſtriſſimi Ducis Florentini intentioni ſubſeruire videntur ſingulatim proponemus, ac deinde Illuſtriſſimæ Dominæ Duciſſæ locatricis cauſam, ſuis rationibus, quas potiores, & ſolidiores putamus, inſtruemus, planeque confirmabimus, addita argumentorum aduerſantium plena, manifeſtaque reſolutione.*

5 
T primò ad intentionem Illuſtriſsimi Ducis, admodum facere ui-
detur lex ducalis, de anno 1531. ſcutum auri ſeptem libris æſti-
mans, ſecundum quam tempore primi contractus uti pro Illuſtriſ
ſimo Duce allegatur, non recepta in vſum alia lege, de anno 1534.
communi obſeruantia, & conſuetudine, promiſsioni ſcuti poterat
ſatiſfieri, præſtatione ſeptem librarum; ex quarum proportione, &
reciprocatione, obligatio uidetur accepiſſe ſuam certitudinem, &
limitationem, quæ perpetuò eſt obſeruanda: cùm de iure in contractibus ad valorem,
& æſtimationem rei, & pecuniæ, quæ erat tempore contractus reſpectus habeatur, qua
ſi tunc diſpoſitio, & præſtatio formam acceperat in variabilem, inſpecto valore curren
6 te eius temporis, quo conuentio exit in actum a *. Quod non ſolũ in contractibus, ſed
& in vltimis voluntatibus receptũ uidetur b. Vndè eleganter ſcribit Baldus c, quòd
vbicunque agitur ex diſpoſitione hominis, attenditur tempus diſpoſitionis: vt ſciatur
quid, quale, & quantum debeatur, non autem tẽpus ſolutionis, ſiue ualor, aut utilitas
7 rei creuerit, ſiue decreuerit *. Et hac ratione Mar. Socinus d apertè reſpondit, quòd etiã
in diſpoſitione facta ad uerbum, auri conſideretur valor currens, ſeu impoſitus qui e-
rat tempore diſpoſitionis, non habita ratione augmenti, uel diminutionis inſequutæ,
perinde ac ſi ſimpliciter ſub nomine certę quantitatis genericè, puta librarum, diſpoſi
8 tũ fuiſſet *. Citatque in confirmationem ſentẽtiæ ſuę Oldradũ e tenẽtem ſolutionẽ
fieri debere, habito reſpectu ad conſuetudinẽ, quæ erat tẽpore lati arbitrij, de quo quæ
9 rebatur *. Ex quibus ad propoſitum non inconuenienter dici poteſt, quòd cùm tẽpore
initæ locationis, ſcutus valuerit ſeptem libris, penſionem ſeptem millium, & quingen-
torum ſcutorum, uideri promiſſam, tanquàm appretiatum pretium, & certa æqualitas
bonorum locatorum, reſpectu ualoris ſcutorum, tunc currentis, & ſummæ ſeu æſtima-
tionis librarum ex iis tunc reſultantis, pro ut quælibet moneta non reſpectu ſui ipſius
deducitur in contractum, uel quamlibet aliam diſpoſitionem, ſed ſub ratione ualoris,
vel quantitatis impoſititiæ tunc currentis, ſiue diſpoſitio incipiat, conſiſtatque in no-
mine quantitatis, abſque determinatione, uel applicatione ad certam ſpeciem, ſiue
etiam certa ſpecies monetæ exprimatur; vt ſi promittantur mille floreni, uel ſcuti au-
rei, quia ſcuti illi non promittunt, vt maſſa, aut ſpecies certa, ſed tanquàm moneta, &
quantitas, ac conſequenter habita conſideratione ualoris, & quantitatis pro tempore
curren-

a l. Rutilia Polla. de cõt. empt. l. ſi ita. & ibi Bar. de aur. et argẽ. leg. l. 2. & l. ſi voluntate. C. de reſcin. ven.

b ſ. Vxorẽ. ſ. teſtamẽto. l. nomen. et l. uxori. ſ. 1. de leg. 1. Curt. in tract. monetarum. in 4. q.

c Cõſilio penultimo. inci. coram nobis. vol. 1.

d Conſil. 6. lib. 1. nu. 12.

e Cõſil. 13 incipi. cum quæſtio eſſet.

currentis a*. Adeò quòd licèt contractus, seu locatio facta reperiatur sub appellatio 10
ne scutorum aureorum; nihilominus tamē appellatio illa scutorum aureorum, exaudi
ri debeat ad rationem septem librarum, & ualoris, seu indicaturæ, quæ erat tempore
locationis, quam egredi non debet, non considerata diminutione, vel augmento rem-
poris sequentis b propter statum, & cursum pecuniæ qui fuit tempore contractus *. Et 11
quia contrahentes non censentur cogitasse de futura æstimatione, aut uariatione mo-
netarum, sed ea quæ tempore contractus frequentabatur 1 & mutatio cursus monetæ
obligato ex contractu non imputatur, nisi post moram c, siue agatur de obligatione
simplici, & pecunia semel soluenda, siue de obligatione successiua, & ex qua annua pe
cunia, seu pensio pręstatur *. Quia licèt singuli anni propriam, habeant solutionem, 12
tamen quoad obligationem in genere, inspicitur primum principium: quia vna est ob-
ligatio pro omni tempore d, & semel cedit omnium annorum dies *. Ideoque refe- 13
runt se retrorsum sequentes solutiones, & atteudimus valorem temporis à principio
contractæ obligationis e.

Ad quorum confirmationem vltra prædicta, illud pertinet, quòd generalis consue- 14
tudo, & obseruantia, secundum quam, ut pro parte suæ Cels. asseritur, ante & post di-
ctam legem, anno 1534. vsitatum fuit Florentiæ in locationibus, & similibus obliga-
tionibus anuuis, ut quanuis contractus, seu dispositiones fierent sub appellatione scu
torum auri, aut etiam, auri & in auro; nihilominus solutio fieret ad rationem librarū
septem pro quolibet scuto, quod magnam animaduersionem desiderat. Nā consuetu-
do, & communis obseruantia rebus attribuit certam interpretationē, & intellectū f*. 15
Et ita quoties lex qualitatem cautionis, aut feriarum tempus non declarat, statur lo-
ci obseruantiæ g*. Exercetque consuetudo potentiam suam, potissimum in consti- 16
tuenda indicatura, & ualore pecuniarum h, vsque adeò, vt etiam ad infringendū Prin
çipum edicta quantumuis minantia sufficiat, nec solùm ualorem pecunię, uerum etiā
appellationem, & significationē eius mutare possit *. Quod corroboratur ex eo, quod 17
scribit Marianus Socinus i, consuetudinem inducere, vt quamuis obligatio sit contra
cta per uerbum, auri, nihilominus intelligatur de moneta argentea, quæ ascendit ad
ualorem pronunciati auri, inspecto valore qui erat tempore contractus.

Quibus omnibus accedunt sequentes pensitationes sæpius iteratæ, & per longum 18
tempus continuatæ, quæ licèt in scutis aureis, prout conuēctum erat, factæ sint: tamen
integrum numerum scutorum non impleuerunt, sed soluti sunt scuti in cōuenctionem
deducti, etiam ab initio, & in recenti rei gestæ memoria, ad rationem, valorem, & quan
titatem septem librarum pro quolibet, diminuto scutorum numero pro detractione
aucti ualoris, qui postea extrinsecus in scutis superuenit, perinde ac si ad rationem se-
ptem librarum pro quolibet scuto conuenisset, ex quo certa regula, & interpretatio di
cti contractus profluere videtur. Nam facto declaratur voluntas, & intentio k *. Et re 19
ceptio scuti ad comparationem, & æquiualentiam septem librarum computati, arguit
de illa computatione, ac ualore inter contrahentes actum esse, maximè cùm inuenia-
tur dictæ receptionis iteratio, & multiplicatio, quæ ostendit enixam intentionis uolun
tatem l, debitæque quantitatis determinationem, & certitudinem. * Quoniam 20
dubitatio de qualitate, seu quantitate soluendę pecuniæ declaratur per subsequētes so
lutiones m *. Et talis pręsumitur fuisse obligatio, qualis fuit subsequuta solutio n: cū 21
sequentis solutionis singularis sit uirtus declarandæ ambiguę obligationis pręcedētis.

Cuius declarationis magnam illustrationem præstat, effusa, & generalis liberatio, 22
seu quietatio per Illustrissimam Ducissam Parmensem emissa, vltima Ianuarij anno
1550. in qua sua Cels. uerbis admodum uniuersè conceptis, pro omni residuo, seu re-
sto (vt vocant) per totum Decembrem anni 1549. sibi satisfactū profitetur: Inde enim
qualitas obligationis declaratur, & omnis præcedens obligatio dissoluta ostēditur o, * 23
Ex propria vi, & natura quietādi p, nec non generalitate conceptę liberationis q *, Quę 24
saltem efficit, vt in genere quis cogitasse uideatur de omnibus r.

Et hanc generalem liberationem, ultra præcedentes solutiones, confirmat etiam 25
prætensa restitutio eius, quod supa rationem septem librarum, in prima solutione secū
dæ locationis Bancho de Puccinis persolutum erat, nec non annotatio Ioannis Ortega
quia

a Clem. 2. de decimis. Oldr. d. cōs. 13. et cons. 168. ad primum. col. 2. cum aliis seq. citatis per Mod. in tracta. de cōtrac. usur. q. 92. nume. 694.

b Oldra. cōsil. 13. et cōs. 31. incip. thema. Azo. in suis broccardicis, Anto. de But. Imol. et Panor. in c. quanto. de iureiur. cum infinitis alys adductis per Alb. Brunū. in trac. de augmen. monet. in part. 1. in princ.

c Bar. Alberi. et & aly. in l. cū quid. ff. si cert. pet. Card. Zab. in d. Clemē. 2. in 14. q. Alb. Bru. in d. tract. mones. in 5. par. seu ampliat. nu. 2. & in 6. part. nu. 4.

d l. Stichū. §. Stipulatio. de uer. obli.

e Bal. in d. c. quanto. circ. fi. de iureiu.

f l. Minimè. de legib. l. fi. C. de fideiuss. c. cùm dilectus. de consuetudine.

g l. Præsides. de ferijs. l. si finita. in prin. de dam. infect. l. si qs reū. de cust. reo. l. Labeo. de sup pell. leg. l. semper in stipulationibus. & ibi DD. de reg. iur.

h Latè Alb. Brn. in d. tract. de augm. mo. par. 1. n. 6. in fi.

i d Cons. 6. nu. 4.

k l. De quibus, de legib.

l c. Si cautio. de fid. instrum. Bald. cons. 139. uol. 5.

m Mart. Lauden quem refert & sequitur Franc. Curt. in d. tract. monet. in ultima quæst. n Bald. Ange. & alij in l. si certis annis. C. de pact. idem Bald. cons. 423. incip. est dicendum. in fin. vol. 2 Albert. Brun. in d. tracta. de augmen. monet. parte 1. v. sic. Item prædicta. o l. Semel. C. de apochis publicis. lib. 10. p l. Si quis ex pluribus. & ibi DD. de solut. q l. Pluribus. de accept. l. regula. §. fin. de iur. & fact. ignorand. l. Iulianus. de lega. 3. Bald. in l. pactum quod dotali. C. de collusionibus. r l. Qui iure. de milit. testa.

quondã theſaurarij, vt dicit, Illuſtriſsimæ Duciſſę explicatè computantis recepta 7500. ex dicta locatione, ad libras ſeptem pro quolibet ſcuto: etenim cùm in pręcedentibus ſolutionibus appareat ſcutos receptos eſſe in ualore diminuto, & ſupputatione facta ad rationem ſeptem librarum, ac ſolutiones illas manu ſua, & liberatione Illuſtriſsima Duciſſa admiſerit, & theſaurarius ſua annotatione comprobauerit, ſatis manifeſta uidetur & certa, ſcutorum de quibus agitur, ad ſeptem libras reductio, quę procliuius eſt admittenda, ſequenda, & obſeruanda, maximè propter generalem iuris regulam, diſponentẽ in dubiis obligationibus ad liberationem, diminutionẽ, & id quod minus eſt, inclinãdum eſſe a. Et propterea, quia Illuſtriſsimus Dux Florentinus nullã meliorationum, quas fecit, deductionem fecit, nec aliquam compẽſationem habuit fructuum prouenientium ex territorio de Bondelmontis, in ipſa quidem locatione ab initio comprehenſo, ſed poſteà reſtituto ipſis de Bondelmontibus, quibus per confiſcationem fuerat oblarum, quę res magnam ęquitatem continere, & coniuncta cum fœdere præcedentium rationum, intentionẽ Illuſtriſsimi Ducis Florentini adeò plauſibilem, ac probabilem conſtituit, ut eminus inſpicienti, reluctandi, diſſentiendiq; occaſionem, adimere videatur. Cæterum preſsius, exactiusque conſiderando, ſingula diuerſę ſententiæ quæ Illuſtriſsimã Dominam locatricem reſpicit, plura, eaque efficaciora patrocinantur, & quę pro parte Illuſtriſsimi Ducis Florentiæ adducta ſunt, ad veri rationem propius expenſa, deprehenduntur partim à terminis pręſentis negocij aliena, & euagantia, partim nõ ſubſiſtentia, & imagine potius quã ueritate iuris, ſeu ſoliditate probationis ſubnixa eſſe.

26 In quo demonſtrando, in primis conſiderandum eſt, non admitti ex parte Dominę
locatricis aſſertam æſtimationem, obſeruantiam, & conſuetudinem, à qua tota ſeries
argumentorum pro Illuſtriſsimo Duce Florentino propoſitorum deducitur, videlicèt,
quòd tempore contractus lex, ſeu ordinatio, anni 1531. uires habuerit, obtinueritque,
& quòd ſecundum eam, communi obſeruatione, ſcutus auri fuerit acceptus, ad rationem
ſeptem librarum tantùm, quodque in locatione, & ſimilibus obligationibus annuis,
quantumuis ſub appellatione auri, vel etiam auri & in auro, circa id tempus contractis,
ſolutio ſeptem librarum ſufficerit pro quolibet ſcuto: & in contrarium proponitur,
tempore contractus, ſcutum auri, fuiſſe ęſtimatum, & expenſum, & ad rationem ſeptem
librarum, & quinque ſolidorum, & deinde ſeptem librarum cum dimidia, communi
obſeruatione, certa lege, & ordinatione ipſius Illuſtriſsimi Ducis anno 1534. confirmata:
quam vſibus populi receptam eſſe, ipſa legiſlatio, propoſitio, & publicatio coarguit,
& aſſertionem Illuſtriſsimæ Dominæ locatricis efficaciter ſubſtinet: quia leges
inſtituuntur, cùm promulgantur, & lex poſteaquã propoſita, ac publicata eſt, præſumitur
in utilitatem reipublicę ceſsiſſe, & moribus utentium recepta, approbataque eſ
27 ſe b*. Ligatque in uniuerſum omnes ita, vt iudici liceat punire contrauenientes ſta-
tim à publicatione, imò etiam poſt editionem, & poſteaquã peruenit ad ſubditorum
28 notitiam etiam priuſquã ſolenniter ſit publicata c*. Crediturque lex ſemper uigere, &
robur habere, niſi per deſuetudinem, ac contrario uſu, abrogata probetur ab eo, qui cõ-
29 ſtitutionem prætendit moribus populi non fuiſſe obſeruatam d*: quamuis proponat
negatiuam, cùm ſit fundamentum intentionis ſuæ: & is qui ſtat pro lege intentionem
habeat benè fundatam f: quod in ſpecie propoſita Illuſtriſsimo Duci perdifficile, &
quodammodo impoſsibile videtur, non ſolùm propter ſolennem publicationem dictæ
legis, anni 1534. quę non longo tempore primam locationem pręceſsit, uerùm etiam,
quia conſtat, vt pręſupponitur, imò etiam probatur ex ipſa deductione augmenti, & di-
minutione numeri in præteritis ſolutionibus facta anno 1538. & ſequentibus, atque
ita ſtatim poſt initum contractum, ſcutum aureum, ſecundum legem illam 1534. &
vſum ſequutum, communiter ualuiſſe ſeptem libris cum dimidia, manifeſta ſignifica-
30 tione continuationis, & perſeuerantiæ*. Quoniam pręcedentia influunt, in ſequentia g,
31 & cõtra, ſequentia per mediorum cõtinuationem referuntur ad pręcedentia*. Et me-
32 dia ſapiunt naturã extremorũ h*. Et per extrema ꝓbatur mediũ, ſeu probatis extremis
33 pręſumitur mediũ i*. Etiã in poſſeſsione, & ꝑſcriptione odioſa k*. Adeò ꝙ nulla rõne
34 ſit ueriſimile legẽ olim latã, & publicatam, quę hodie obſeruatur, medio tempore fuiſſe
interruptam, aut ceſſaſſe, vel conquieuiſſe, ſed in contrarium eam ſemper viguiſſe, legis
eſt præſumptio, & inclinatio: quę multum adiuuatur ex eo, quòd appareat dictam le-
gem anni 1534. cui conformis eſt ſequentis temporis obſeruatio, adhuc paucis ab hinc
annis uidelicet, anno 61. Florentię publicè impreſſam, uenui expoſitã, diſtractamq; fuiſ-
ſe, atque ita notitiam eius perueniſſe ad extraneos, quod in iure non recepto, vel deſue-
35 tudine adumbrato, aut aliter abrogato fieri non ſolere, docet experientia*. Quibus ac-

a Cap. in obſcuris. de reg. iur. in 6. l. ſemper in obſcuris. ff. eod. l. nũmis. de leg. 1.

b cap. In iſtis. 1. quæſt. 4. c. 1. de poſtula. prælat.

c d. c. 1. de poſtu. prælat. & ibi Abbas, Decius, et alij.

d Decius. conſil. 649. Gozadinus. conſ. 16.

e l. penult. §. docere. ne quis eum qui in ius uoc.

f Decius. conſ. 534. Procedendo breuiter. Mar. Anto. Natta cõſ. 340. nu. 20. uol. 2.

g l. Si ſeruus plurium. de leg. 1. Bar. in l. auia. de condit. & demonſtra.

h l. Si uerò. §. quod ſi ex mediano. de his qui deiec. vel effud.

i c. Quia ſunt. et ibi Gloſ. 28. diſtin.

k Bar. in l. celſus. de uſucap.

cedit, quòd ex præsenti præsumatur in præteritum: & quòd valor pecuniæ præsumatur talis fuisse medio tempore, qualis antea, vel postea fuisse inuenitur [a].

Proximum est prędictis, quòd etiam si probaretur scutum tempore cōtractus à qui busdam ad rationem septem librarum fuisse erogatum, vel receptum: huiusmodi tamē receptio non derogaret legi publicatæ: nec alteraret publicam, & communem scuti ęstimationem, & valorem [b]. Quin etiam si communiter populus ab obseruatione dictę legis cessasset, & per contrarios actus constaret quemadmodum requiritur moribus po puli nouam legem fuisse repudiatam: id tamen non pertineret ad locationem uerten- tem in controuersia, quæ ipsi Duci Florentino, qui legem tulerat facta est, etenim quan uis in promiscuo vsu commerciorum, & temporum difficultate plebi & populo conni- uentia quadam permittatur pluris, vel minoris ęstimare numismata quàm per edictū liceat. Plebis tamen illa, & negociatoria æstimatio non dat normam contractibus ipsius Principis, nec cogit eum legitima, & edictali ęstimatione relicta, sese in suis contra- ctibus populi temporariis affectibus, & promiscuę æstimationi conformare. Populus enim conueniente Principe suarum rerum necessitati, & utilitati tantum consulit, & per non vsum legis acquirit excusationem à pœna non obseruatæ legis, non etiam prin cipi modum erogandę, vel recipiendę pecuniæ prescribit, nec retrahit ab obseruatione legis suæ, cui contrahendo astringitur: prout quemadmodum pręsupponitur nulli a- ctus inuenientur in quibus ipse Princeps Florentinus relicta lege sua in contractibus suis populari æstimationi se accommodauerit: quod tamen ad plenam abrogationem dictę legis requisitum esse non improbabiliter dici potest. Consuetudo enim, maximè legi contraria, est stricti iuris, & ultra terminos in quibus est obseruata, non extenditur: adeò quòd probanda sit in specie, seu casu de quo agitur non satisfaciente probatione generali, pręsertim considerata differentia plebis à Principe, qui legis author est; & cui nimis graue foret, non solùm nō obseruari suam ordinationem à populo in promiscuo vsu, uerùm etiam à populo vinci, & illius obseruatione comprehendi, ac ligari, & in pro priis contractibus subijci: cùm etiam cessante contraria lege statuta inferiorum quan- tumuis rationabiliter edita non teneant superiorum ex defectu potestatis.

37 Prēter quæ omnia ambigendi, disputandique omnem occasionem remouet tenor ipsius locationis formaliter, & claris uerbis precium constituens in 7500. scutis aureis soluendis, &c. Ita quòd obligatio precij restricta, determinataque sit ad certam spe- ciem, & numerum: quæ determinatio, & qualitatum adiectio ad certam constituit in- tentionem contrahentium, in certa quantitate, & corpore [c], astringitque Illustrissi- mum Ducem pręcisè ad determinatam speciem, & numerum qui est in obligatione, & solutione. Nec potest sua Cels. qualiscunque valor fuerit tempore contractus, aut ante, vel post contractum ratione alicuius augmenti deductionem facere, aut minorem nu- merum aureorum offerre: quia scuti aurei sunt in obligatione, cui satisfactum non intel ligitur per aliam monetam ueram, uel repræsentatam, si creditor inde lędatur, nec ean- dem vtilitatem habeat *. Nam pecunia certę qualitatis, formæ, aut speciei, non dedu 38 citur in dispositionem sub ratione simplicis valoris extrinseci, & casualis tantùm: nec tanquàm simplex quantitas generica, & abstracta, quæ in sola uoce, & denominatione consistit, sine applicatione ad certum corpus, seu potius respectu corporis, & conside- rata qualitate monetę contentæ, puta florenorum, ducator, umaut scutorum auri, quę obligationem qualificat, & certum monetę corpus respicit, & ad illud tanquàm deter- minatum continens dispositionem restringit [d] ex potestate determinationis, quam ha bet species quotiescunque procedit, vel sequitur uerbum significatiuum generis [e] hoc efficiens, vt promissio non censeatur adimpleta, nisi qualitas determinata, adiectaque adimpleatur [f] *. Adeò quòd multum sępè dubitetur, an uerba determinantia certam 39 rem extendi possint ad aliam quantumuis similem [g] *. Et ita quoties actum inueni- 40 tur de certa specie monetę, non tenetur creditor recipere in alia moneta, vel forma, nisi constet, quòd sua non intersit [h]; idque magis ex benignitate quadam consuetudinis, quàm necessitate iuris. * Quoniam de iure inuito creditore, aliud pro alio non solui- 41 tur [i] *. Et debitor soluendo vnam monetam pro alia, creditore non consentiente, libera 42 tionem non consequitur [k], nisi ex consuetudine (vt dictum est) pręstet aliam mone- tam eiusdem materię, uel bonitatis, cum debita specie habito respectu ad præsentem illius vtilitatem, & ęstimationem [l].

43 Etenim licèt in generica obligatione quantitatis, in uoce tantū consistentis, nullis spe ciei applicatę duntaxat valoris currentis ratio habeatur [m]: tamen quoties super cer- ta monete specie fundata est contrahentium intentio, & conuentio: eadem species, & idem numerus dari debet, uel saltem indemnitati creditoris plenè consulendum est,

pre-

a Hierony. Grat. cons. 12.77. uol. 2.

b Fely. in c. cùm causam. ver. Idē de re mobili. de testib. Hierony. Gratus. d. cons. 12.77.

c l. non aliter, de leg. 3. Bald. in l. ad recognoscendos. C. de ingen. manu.

d Lauren. Calca. cons. 15. nu. 38.

e Bart. in l. quęsitum. §. si quis fundum, et l. cū de lanionis. §. quidā de fun. instruc. l. sed si adigitur. pro socio. Car. Rui. cons. 37. nu. 5. vol. 2.

f Lauren. Calca. d. cons. 15. nu. 32.

g Bal. cons. 339. casus talis. uol. 1.

h l. Paulus, et ibi DD. de solutionib.

i l. Si quis argentum. in prin. & ibi DD. C. de donat. l. Imperatores. de contrah. empt. & DD. in d. l. Paulus.

K l. 2. §. 1. si cert. peta. l. si se obtulit. §. prætor. de re iud. l. idem liberatur. §. qui paratus. quibus mod. pig sol.

l Bar in l. nō amplius. §. cùm bonorū de leg. 1.

m Barto. in l. 1. de aur. & arg. leg.

prȩstandũq; vt tantundem habeat, quantum haberet, si aurei floreni, vel ducati in con
uentione expresi tunc cũ soluitur, numerarentur: etiã si valor eorum post conuentionẽ
creuerit: quia è contrario si ualor eorum decreuisset, debitor ante moram non grauare
44 tur.* Nam liberatur debitor soluendo speciem, & numerũ conuentum, non attenta va-
riatione valoris extrinseci, siue illa uarietas tendat ad cõmodũ debitoris, siue credito-
45 ris [a]*. Et hoc est, quod Cardinalis Zabarella generaliter concludit [b], mutationem cur
sus monetarum debitori non imputari, nisi post morã: sic vt omnis mutationis extrinse
cæ periculo, & incommodo creditor subiaceat, qui semper specie, & numero conuento
contentus esse debet. Ideoque si ualor eius ascendat, vel intendatur eius utilitas ad eũ
pertinere debet [c], quod potenter vrget in proposito. Nam cũ secũdum prædicta dubiũ
non sit quin Illustrissimus Dux semper liberari potuerit, & etiam nunc possit prȩstan-
do scutos in specie, & numero conuento, etiã si ualor eorum descendisset ad sex libras,
vel infra: iustitia non patitur, vt aucto ualore deductionem aliquã faciat per diminutio
nem numeri propter eandem contrariorũ disciplinam [d], & vicissitudinẽ commodi, &
incommodi [e], nec non rationem paritatis, & æqualitatis seruandȩ [f]: & præterea, quia
destrueretur cõpago obligationis constitutæ in certa specie, & numero monetæ, de qua
agitur, & reduceretur ad obligationẽ certæ quantitatis genericæ, & abstractæ soluendã
in certa specie monetȩ, non autem ad certũ numerũ eiusdem speciei: & perinde esset ac
si conuentio celebrata esset de libris in genere soluendis in scutis aureis absq; certi nu-
meri determinatione, vel de scutis quidem, sed ad rationẽ septem librarum ab initio ta-
xatis: quod periniquum est, & repugnat legi locationis simul, & intentioni contrahen-
tium, quæ in certa specie, & numero scutorum aureorum defixa est, & ipsum numerũ,
ac speciem directè respicit tanquàm immediatũ obiectũ, seu subiectum obligationis,
quæ nullã functionem recipit cũ generica quantitate septẽ librarũ: cùm neq; taxatio,
neq; relatio aliqua ad librarũ rationem in obligatione reperiatur, & præterea nimia in
æqualitas, & disproportio, quȩ est inter septem libras, & scutum aureũ efficit ne rerum
tam inȩqualiũ fieri possit aliqua cõmutatio, aut vnius pro altera prȩstatio, vel solutio [g].

¶ Accedit prædictis nimiæ præposterationis, & absurditatis ratio inde resultantis
quòd æstimatio hæc septẽ librarũ quæ neq; ex conuentione partiũ, neq; ex legis disposi
tione est in solutione, & multò minus in obligatione subrogaretur in locum eius, quod
uerè est debitũ, illudq; penitus alteraret in præiudiciũ Illustrissimȩ Dominæ locatricis,
quod nec in accessorio, & alioquin dependentiam habente recipitur: & proinde
cum 7500. scuta sint in obligatione, & ipsum precium principaliter consideratum
constituant, non poterunt variari per supputationem librarum quæ est remota, &
extra obligationem posita; Imò nec solutioni idonea propter ualoris inæqualitatem, &
defectum [h], qui ad inducendã functionem cum promissis scutis suppleri deberet, ad ra-
tionẽ, & ueram ȩstimationẽ ipsius scuti. Nam æstimatio quæ non est in conuentione, &
obligatione, sed extrinsecus admittitur, debet proportionari excessui, vel defectui au-
reorũ in obligationẽ deductorum. Econtrario uero aurei non debent rationem, modũ
que accipere à libris, aut reducti ad earũ parilitatem: cũ per eas æstimentur, & compen
sentur; sic vt cùm ȩstimatio soluitur pro ducatis aut scutis soluẽdis, perinde esse debeat
quoad vtilitatem creditoris, ac si ducati, vel scuti soluerentur: quia cũ æstimatio subro-
getur loco ducatorum, seu scutorũ promissorũ, reputatur idem quòd ducati seu scuti [i].
Ideoq; sic solui debet, vt tantundem prȩstet ac si scuti ipsi soluerentur, quemadmodum
formaliter soluti sunt, & solui debent, propter conditionem, consuetudinem, & inten-
tionem contrahentiũ, aliasq; circumstantias, quas mox referemus. Soluitur quoq; au-
gmentum quod illis inest, vt pars scutorũ, cũ integri scuti debeantur vsq; ad certum.
46 Et hinc Hieronymus Gratus apertè scribit [k], quòd obligatus ad ducatos in certo nu
mero, si æstimationẽ ducatorum offerat, sine augmento non intelligitur integrum de-
bitum soluere: quia augmentũ est debitũ vt pars integralis ducati, nec per se conside-
ratur, sed relatum, & comprehensum sub integritate ducati pro extincto habetur eo-
47 dẽ modo, quo species relata ad suum genus, aut pars subiectiua ad suum totum [l]*. Quȩ
eleganter, & in terminis prorsus similibus confirmat Socinus Iunior [m], dum ait eũ qui
vult soluere monetam argenteam, pro ducato in dispositionem deducto, teneri ad prȩ-
stationem tot solidorum pro quolibet ducato, quot ei tempore solutionis ȩquiualeãt.*
48 Ita vt ex ipsis solidis qui soluuntur, creditor inuenire possit conuentum ducatorum nu
merum. Plus dicit Antonius Rubeus [n], venditionem olim factam in scutis impleri nõ
posse soluendo scuta moderna, licèt similia: quia desunt in liga (ut ipse ait) nec sunt
eiusdem bonitatis.
49 Nec est prætermittendum quòd in dubitabilioribus terminis respondit Aymon

*a* d.l. Cùm quid, & ibi Bart. & in l. vinum. si cert. pet. cum multis alijs relatis p Alber. Bru. in d. tract. 6. partis. nunc. 4.
*b* in d. Clemẽ. 2. quæst. 13.
*c* Latè Laurent. Calca. d. cons. 15. nu. 39.
*d* l. Ex duobus. §. & si contra tabul. l. us. de vulg. & pup. l. si ex toto. §. 1. de leg. 1.
*e* l. Secundũ naturam. de reg. iur.
*f* Lauren. Calca. d. cons. 15. nu. 39.
*g* d. l. Paulus, & ibi DD.
*h* d. l. Paulus, & ibi DD.
*i* l. Filiæ. §. Titia de condi. & demon.
*k* d. Cons. 12. nume. 49.
*l* l. Eum qui ædes, & ibi DD. de vsucap.
*m* d. Cons. 101. in princ.
*n* Cons. 148. uiso instrumento.

a Conf. 47.
b Moder. Parisien. de contractib' vsur. q. 96. n. 729.
c Bar. in d. l. quęsitum. §. si quis fun dū. de fund. instru. l. si adijcitur, pro so cio.
d Lauren. Calca. d. conf. 15. nu. 18.
e Arg. in dicta l. Paul. Turpuratus. in d. l. cùm quid. & Mod. Paris. in d. tra cta. q. 39. nu. 713.
f l. Si pater. C. de inoff. don.
g Aym. Granet. d. conf. 47.
h Bar. in l. 1. & in l. cùm aurum, de aur. & arg. leg. & in l. cùm quid, & ibi quoq; Bal. Fulg. Castren. & Alex. Ias. si cer. pet. cum alijs multis citatis à Hie ro. Grat. d. conf. 12. nu. 44. cū seq. lib. 1. Soci. Iuni. cōs. 101. in prin. uol. 3. & Di dac. Couar. in tract. de veter. numismat. coll. c. 7. §. unico. nu me. 2.
i Alber. Brun. in d. tract. in 2. presup posito nu. 3. uers. circa tertium.
K Super Matt. cap. 22.
l d. l. Si seruus plu riū. §. fi. & ibi Bar. & Alber. de leg. 1.
m l. fi. de rebus eorum.

Grauetta a, redemptionē permissam in quantitate generica turonensium duodecim in sex millibus scutis auri similibus iis, pro quibus venditio facta erat, non rectè exerceri posteà aucto valore scutorū, si summa duodecim millium turonensiū reputetur sine augmento scuti, quod medio tēpore contingit. Et quāuis Grauettæ responsum inueniatur reprehensum b: tamen in puncto iuris videtur subsistere, propter speciale determinationem, & qualificationē: quæ præcedēti generi subiecta determinat illud, restringitq; ad certam speciem, & corpus scuti aurei c, & secundum illud obligatio committitur, & actio sequitur d.

Ad quorum omniū confirmationē illud quoq; facit, quòd aucta, vel diminuta æstimatione auri promissi: rerum quoq; precia proportionabiliter augētur, vel diminuūtur e, quodq; neuter contrahentiū lædatur: ex quo species monetæ æquè se habet ad diminutionem, sicut ad augmentū f, & debitor speciem conuentam præstando liberetur, nihil quę etiā aucto ualore de suo addit, nec soluit amplius, quàm debet: cùm augmentū prouenjat non ex re, aut impensa debitoris, sed ex facto principis, aut consuetudinis: creditori verò omni casu satisfit, si id quod in conuentione est accipiat, quę omnia in mirabilem perturbationē, & litium multiplicationē reciderent, si in frequenti monetarum mutatione supputatio deductioq; fuerit defectus, vel excessus æstimationis, nimiumq; excessiua, & intolerabilis esset inæqualitas, & absurditas, si habita augmēti ratione (vt ex parte Illustrissimi Ducis prętenditur) obligatus in 7500. scutis aureis liberaretur soluendo septem millia tantùm g *. Nam ea ratione neq; id quod deberet, obtineret creditor, neque aliud quod illi ęquipollet, aut cum eo similitudinem habet, quod neq; iuri neq; consuetudini, nec interpretum conuenit rationi, quorū communis clara, & indubitata est sententia, atq; conclusio: quòd quoties certa pecunia est in obligatione, creditor non tenetur aliam recipere, nisi in eadem bonitate, & æstimatione soluatur: ita vt nulla sit valoris distantia, nec aliundè vertatur præiudicium creditoris h. 50 51 Com. opin.

Quę quidem sententia, & conclusio maiorē quadā ratione recipienda est in specie proposita propter cumulum circumstantiarū cōcurrentiū, & suadentium scuta aurea non solùm in obligatione versari: verum etiam in præcisa necessitate præstandi. Nam quāuis simplex scutorū auri mentio absque adiectione auri, & in auro, secundū consuetudinem per se non excludat solutionem in alia pecunia habente omnimodā similitudinem i, inspecta tamen conditio, & qualitas contrahentium, ac consuetudo eorū loquendi, & vtendi facilè demonstrabit intentionem eorū constitisse in ipsis scutorū corporibus, seu speciebus, nec voluisse solutionem aliter fieri. Nam cùm ipse Dux Florentinus prærogatiuam cudendo monetam habeat, & aurea scuta illius auctoritate passim cudebantur, & frequententur, non est credendum suam Cels. pronunciationem, & conuentionem suā scutorum aliter intellexisse, quā de scutis suo iussu factis, & in quibus sua imago conspicitur, iuxta illud Diui Chrisostomi K, in solidis Cæsar videtur, & Princeps cognoscitur, atq; indicatur bonitate, & communi cursu apud omnes gentes suæ imaginis scutis sunt simillima, qualia sunt scuta Veneta, & Ianuentia, de quibus soluendis in dubio sentiisse videtur etiam ex loquendi consuetudine, de qua euidenter constat ex lege illo anno 34. dum in ea expressis verbis ordinat obligationes contractas in scutis auri dissoluendas esse in scutis Florentinis, vel aliis similis bonitatis: quod ad declarandā intentionis voluntatem facit plurimum *. Quia consuetudo loquendi in omnibus prę ualet l, & rectè desumi potest ex huiusmodi lege, etiam si populi vsu recepta non fuisset. Nam & actus inutilis declarat voluntatem, ipsumque factum, & consuetudinem loquendi m, & prętereà significatio vocabuli est inuariabilis. 52 53

¶ Illudquoq; non inconuenienter hic repeti potest, quòd quanuis concedatur legem anni 1534. vsu populi non fuisse receptā; nihilominus illā vigere robur, & firmitatem habere respectu Principis, à quo est ædita: & vt demus eā quoad omnes repudiatam in æstimatione scuti ad rationē septem librarum, & quinq; solidorū, non illicò sequitur eā quoq; repudiatam in alio capitulo separato, in quo agitur de ordine dissoluendarū obligationū in scutis auri contractarū, per scuta Florentię, vel alia similis bonitatis, & ligæ: cùm vtile ab inutili non vitietur, & lex vigorē suum retineat, nisi quatenus cōtraria obseruatione prosternitur, & cōculcatur: sic vt solutio hæc scutorū aureorū asseri possit, vel ex lege adhuc obtinente, vel ex uerisimilitudine rei, & loquendi consuetudine ex dicta lege relucente: cui & ipsa utendi ratio est consentanea. Cùm Illustrissimus Dux pensiones dictę locationis semper in aureis scutis licèt numero diminuto solui curauerit; nec ipse nec quispiam agentium suæ Cels. vnquàm in libris, aut alia moneta argentea soluere tentauerit, prout etiam Illustrissima Ducissa dictas pensiones non recepit, nisi in scutis aureis, in quibus ab initio cum Illustrissimo Duce contraxerat sic vt non vna huius

huius vel alterius,sed vtriusque pronunciatio de auro. Item loquendi,soluendi,recipiendi,& vtendi consuetudo, nec sublimis vtriusq; conditio arguat pręcisam vtriusq; cogitationem,& intentionem non paruam,& argenteam monetam, sed maiorem & aureã respexisse & determinasse:idq; eò magis,quòd constabat tempore cõtractus omnibus Cels.suam Romę,atq; aliis locis extra Florentiam habitaturam,ac futurã,vt pensiones omnes ex Florentia transferrentur ad suam Cels.procul à Florentia existentẽ:quod maximũ argumentum est obligationis in indiuiduo limitatẽ ad ipsam auri speciem, propter deferendę pecunię argenteę pondus,ac molestiã. Et quia librę,& aliæ pecunię argẽteæ expendendę extra Florentiam,& in aliis ditionibus,etiã ad rationem scutorum cõputatæ,non habent eam vtilitatẽ,quę est scutorũ,quę(vt in omni bona moneta requiritur)a in omnibus locis ęqualiter valent,& expẽdũtur,per quod obligatio inrenditur,adimiturque facultas soluendi in alia pecunia, quę alioquin cessantibus particularibus circumstantiis ex generali consuetudine competeret propter non accumulatam qualitatem auri,& in auro,quę superlatiuum gradum constituit.

*a Bal.in d.c. quãto,in fi. Alber. Brunus. in d. tracta. in princ.*

54 Et huc spectat,quod scribunt interpretes b,non audiendum debitorem scutorum Solis,si ituro in Galliam velit dare ducatos: cùm in Gallia ducati pro minori quantitate expendantur. Vel si debitor ducatorũ Venetorum,aut Ianuensium mercatum ituro ad partes orientales,vbi tales ducati magis cognoscuntur, aut pluris valeut,velit dare scu-
55 ta alterius generis*. Quod cùm ita sit in priuatorum contractibus absque aliarũ circumstantiarũ concurrentia,multò magis obseruandũ est in dicta locatione inter Principes habita,quæ legis potestatẽ habet,& in bona fide,& ęquitate exuberat c: & cò amplius tot particularibus circũstantiis extra aleã, & ambitũ cõium regularũ cõstituitur.

*b Ang. Imol. et aly in d. l. Paulus, cum multis alys, quos refert Alber. Bru. in d. tracta. in 2. præsupp. in prin.*

¶ Et proinde quantumuis lex illa anni 34. non fuisset, & communis scuti æstimatio in libris septem tẽpore contractus consitisset:nihilominus procederet,ac benè fundata censeretur Illustrisimæ Ducissę intẽtio, propter obligationẽ simpliciter in scutis aureis constitutã:Ita vt valoris, aut ęstimationis cõtrouersia hic prorsus sit impertinens: cũ obligatio relata sit ad certam speciẽ,& certum aureorum numerũ : de eius diminutione iusta videtur Illustrisimę Ducissæ postulatio, propter manifestã conuẽtionẽ speciei,& numeri,& ingens præindicium,quod sustinent ex numeri diminutione. Quę quidem diminutio inde fit improbabilior,quòd eũ conuentio certa sit, nec dubitationem recipiat,ipsiq; agentes Illustrisimi Ducis facto solutionis satis agnoscant aurũ esse in obligatione;nihilominus calculũ ponant,& supputant quasi non aurũ,sed septem librę essent in obligatione, & ꝙ septem librarũ repręsentatio fuerit scutorũ aureorũ solutione:quod multiplicẽ absurditatẽ habet. Primò,quia neq; id quod est in obligatione,quãuis cõmodè reperiatur,soluitur:neq; uera eius ęstimatio. Secundò, quia septem librarũ quantitas,quę penitus est extrinseca,& ita remota,vt nec accessorij vicem sustinere possit:mutat,inuertitque id de quo principaliter contractum est. Tertiò, quia scuti aurei qui uerè debentur fictioni subseruiunt, repręsentantque librarum præstationem,quasi uerè debitam,cùm tamen neque in obligatione,neque in solutione versentur.

*c Bald. in titu. de pace constãtię, Ias. in l. Ciuitas. si certa peta.*

56 Commodè prædictis adiici potest,quòd etiã si latior esset potestas dictæ obligatiõis, ita vt soluendo liceret egredi ad æstimatiõnẽ: id tamẽ Illustrisimo Duci Florentino nõ suffragaretur,nisi pro tẽpore quo scutũ aureũ Florentiæ ęstimabatur septẽ libris, quod tẽpus,vel nullũ,uel admodũ exiguum fuisse oportet:quia habetur pro notorio, & constat ex diminuto numero scutorũ propter auctũ eorum valorẽ ad libras septẽ cum dimidia,quòd statim post contractũ videlicet anno 1538. & deinceps scuti aurei ęstimatio fuit cõiter septẽ libris, & dimidia:quę pro terminis sequẽtibus admetienda, præstãdaq; fuit. Nã quod ab initio fortè septẽ librę pro scuto solutæ sunt,illud ex eo contingit, ꝙ tunc non pluris valebat scutus: quilibet enim pro septẽ libris poterat cõsequi scutũ: quoniam tunc currebant monetę argenteę in tali bonitate, vt septem libræ constituerent verã scuti æstimationem:quod cũ sequentibus tẽporibus ita non permanserit, debent cõputari tot libræ,quòd scutis soluendis æquiualeant. Nec est rationabile,vt quis pro vno scuto aureo teneatur recipere pauciores solidos, aut libras, quàm ei æquiualeant d: & ordo, seu obseruatio,quę prętenditur fuisse tempore contractus intelligitur stante cursu,& valore monetarũ,qui tunc erat:ita quòd non sit recta consequentia, vel illatio si dicatur,ꝙ tunc idest in initio contractus septem librę faciebant scutũ: ergò, & nunc ad rõnem septem librarum debet fieri solutio propter mutatã æstimationẽ,& ualoris distantiã,& differentiam,quæ nunc reperitur. Omnis enim dispositio debet interpretari rebus in eodẽ statu permanẽtibus e: adeo quòd post mutationem, aut auctũ ualorẽ pro conseruanda æqualitate, & proportione scuti mutanda fuerit supputandi ratio,adaptando,attẽperandoq; eã valori, & æstimationi currẽti in terminis sequẽtibus.

*d Soci. Iunior in d. consi. 101. nu. 8. & sequen.*

*e l. fin. qui satisd. cog. c. quemadmodum, de iureiur. Soci. Iunior. d. consilio 101. nu. 9.*

Siquidem in æstimanda specie aureorum debita inspicimus non ualorem qui erat tempore contractus, sed eum qui currit tempore solutionis faciendæ, & vbicunque partes respexerunt, & determinarunt certam speciem pecuniæ, & illa pecunia reperitur, debitor speciem pecuniæ promissam, uel eius ualorem secundũ tempus solutionis repræsentare cogitur ex uera, & cõmuni interpretum sententia a*. quæ non subuertitur, nec impugnatur, sed adiuuatur, & confirmatur, ex eo quod superius obiectum est de inspiciendo tempore contractus, vel dispositionis, siue agatur de simplici, siue de annua, & successiua obligatione. Nam Doctores qui de tẽpore contractus considerando scribunt, nõ loquuntur, nec sentiunt de cursu, & valore impositio, sed de bonitate materiali, & extrinseca: de bonitate verò extrinseca oẽs tradũt nõ tẽpus dispositionis, sed solutionis attendi, sic vt tempus contractus, aut creatæ obligationis consideretur, ut sciamus quid, quale in dispositionẽ venerit, aut de qua pecunia partes senserint, seu cuius sit qualitatis, seu bonitatis res de q̃ua agitur. Extrinseca uerò bonitas, id est ualor, & æstimatio consideratur secundum tẽpus faciendæ solutionis b*. Nec qui squã dubitat quin inspiciendũ sit tẽpus solutionis, vel consignationis quoties non ea species probatur, quæ est in obligatione, sed alia quæ æstimat, seu cõpensat, & consistit in sola facultate soluendi: c quia æstimatio non est propriè in obligatione, nec est moneta, sed interesse ad quod tanquã bonum, & legitimũ medium cõpensandi recurritur, quando ostenditur creditoris nullũ omninò uerti præiudiciũ, quod esse non potest, aucto ualore pecuniæ debitæ. Sic si præstetur valor, seu preciũ præsentis temporis d; Vt uidelicet creditor habeat tot libras, seu solidos, quot floreno, ducato, uel scuto debito æquiualẽt, & pro quibus creditor florenum, ducatũ, aut scutum inuenire possit e.

Côm opin. 57

58

¶ Nec prædictis aduersatur traditio Oldradi f, & Socini g, volentium (vt videtur) generaliter qualitatem, & æstimationem pecuniæ referri non ad tempus solutionis, sed ad tẽpus contractus testamẽti, vel dispositionis, etiam si (vt inquit Socinus) h dispositio sub nomine aureorũ florenorum concepta sit. Primò quia Oldradus i, non loquitur de adiectione auri alterius certæ qualitatis, & propterea in facto obscurus est, & vanè sentit in hoc articulo; ita quòd decisio eius sit incerta, inutilis, & vt rectè notat Ludouicus Romanus k, prorsus erronea: ex quo etiam vacillat id quod à Socino responsum est l, qui auctorem Oldradũ habet, & eũ citat, recitat, & extollit. Secundò quia vterq; loquitur in diuersis terminis, videlicet quando legatum factũ est in genere in quãtitate, aut de florenis vsualibus qui in voce, & imaginatione tantum consistunt, nec reperiuntur, nec excuduntur, sed consuetudine quadam loquendi recepti fuut in abstracto nulli corpori pecuniæ applicati, sic vt quamuis obligatio concepta sic sub nomine florenorum, intelligatur tamen de alia quantitate generica, vt expressè præsupponit Socinus assertionis suæ præualidum fundamentum in eo constituens, quòd in loco testamenti facti, de quo disputat aurei non cudebantur, quod prorsus separatũ est à terminis præpositæ quæstionis*. Cũm constet Illustrissimũ Ducem Florentiuũ aureos cudere, & Rempu. Florentinam opibus, potentia, & dominatu celebrem, ab antiquo laudem cudendorũ aureorũ obtinuisse m, & inde vsum cudendi aureos ad alias prouincias emanasse, ac hodierno tempore in Rep. Florentina usum cudendi, vtendiq; scutis aureis retineri, & vrgere sicut simplex scuti expressio cum adiectione auri (quæ generaliter sufficit ád obligãdum præcisè in speciebus aureorũ) n hic maximè suam potentiam exercere debeat propter prædicta, & quia non nisi vnius generis scutũ Florentiæ excudi dicitur, & proinde expressio scuti aurei ad illud, vel similia, quæ in eadem bonitate, & omnimodam similitudinẽ, atq; æquiualentiã habentia, vbi frequentantur referenda est maximè, quia obseruantia proueniens ex lege anni 31. non implicat cõsuetudinẽ scuti alicuius usualis, aut imaginarij, sed refertur ad iustam ueri scuti æstimationẽ, lege publica anno 31. inductam & moribus populi aliquandiu obseruatam, quæ obseruatio nõ est vlterius accipienda, quã pro tempore quo verò scuti æstimatio septem libras non excessit, & quãdiu pro septem libris scutum haberi potuit de quo eum superius multa dicta sint, operæ pretium non videtur prolixiorem tractationem instituere.

59

Illud subticendum non est, quòd etiam si præter veri scuti aurei appellationem, Florentiæ inueniretur alia vsualis intellectiua, & imaginaria (quod non creditur) ea tamen ad præsentem controuersiam nihil faceret, propter plurimarum circumstantiarum rationem, & uerisimilitudinem: quæ demonstratur. Primò ex conditione Illustrissimi Ducis Florentini, qui exprimendo scutum cum adiectione, auri, de veris, propriis, ac suis scutis, & non de fictis, & à plebe excogitatis sentiisse creditur. Secundò ex consuetudine loquendi quæ deprehenditur ex legibus anni 31, & 34. Tertiò, quia si usuale scutum perpetua quadam populi consuetudine frequentatum fuisset super-

60

a Bar. in d. l. cùm certũ, & in d. l. Paulus in fi. Bal. & alij in d. l. cùm quid, & cõs. 313. punct. uolu. 2. Are. conf. 11. & cõs. 113. Matt. de Afflict. in c. 1. uer. monetę in 8. q. quę sint regal. Ioa. Ragnau. in trac. monetar. Albert. Bru. in d. trac. in 5. & in 50. ampliat. & 2. limit. Capr. cõs. 29. Hier. Grat. d. conf. 12. Soci. Iunior d. conf. 101. & Laurent. Calc. d. cõs. 15.

b Specul. titu. de solu. §. nunc aliqua, Geminia. consi. 138. Laurent. Calca. d. cons. 15. nume. 41. Hiero. Grat. d. consi. 12. Soci. Iunior d. consi. 101. nu. 8.

c Pulchrè Roma. consi. 123. circa primum in princ.

d l. Cùm certum de aur. & arge. leg.

e l. In obscuris, et l. semper in stipulationibus, & ibi DD. de reg. iur.

f d. Conf. 13.

g d. Conf. 6.

h d. Conf. 6.

i d. Conf. 13.

k d. Conf. 13.

l d. Conf. 6.

m Io. Villan. Flor. antiq. historic. lib. 6. c. 54. Ludouicus Gomes in regul. de ualore exprimend. quęst. 9. uer. aurum etiam.

n Guido Papæ q. 492. uer. dicendum uidetur in q. seq colum. 2. Gomes loco supra citato. Mod. de contract. lib. usur. quęst. 39. nu. 718.

superuacanea fuisset diligēs legislatio super ualore scuti aurei sæpe repetita, & variata. Quartò quia Illustrissimus Dux soluendo, & Illustrissima Ducissa recipiendo in scutis aureis intentionem suam satis declarasse videntur. Quintò accedit qualitas personarū clarissimarum, & affinium: & præterea consideratio locorum a quæ pensio transferri debuit, & in quibus non idem est valor, & vtilitas alterius mouetæ quæ est scutorum. Denique suffragatur ipsarum rerum locatarum magnitudo, & æstimatio, quæ computationem ad rationem librarum 7. longè excedit (vt dicitur) & aureorum scutorum pensitationi est propinquior, quam ob id amplecti conuenit. a Nam quoties plurium diuersarum monetarum vsus incidit, & dubitatur de qua actum sit, ante omnia verisimilitudinē inspicimus, quæ ex dignitate rei colligitur: vt pulchrè scribit Accursius, b quem alij sequuntur, c si (inquit) res vendita digna erat quæ venderetur decem libris imperialibus, aut maiori precio, non est verosimile contrahentes de vili moneta egisse, ne è contrario, quod rationi admodum conuenit; non solùm, vt res iusto precio vendita censeatur, verùm etiam vt cesset deceptio venditoris. d

¶ Cùm itaque in conuentione, & propria, ac vera vocis significatione, vt prædictum est, nulla sit dubitatio, & infinitæ concurrant verisimilitudines rationes, quæ etiam data dubitatione intentionem Illustrissimæ Ducissæ confouent, frustra obijcitur de vsu populi, considerando, aut inspiciendo eo, quod est minus. Nam ea omnia conueniunt, & applicantur tantum dispositionibus ambiguis, & obscuris non etiam certis, aut ijs, quæ quantumuis essent dubiæ, ex verisimilitudinis coniecturis declarati possunt, quod vtrumque est in proposito, vt patet ex prædictis.

61 Succedit nunc alia Illustrissimæ Ducissæ defensio, & propugnatio, quæ in deteriorata argentea, & librarum moneta Florentina constituitur. Nam cum id post contra stū, vt nobis dicitur, accederit meritò Illustrissimus Dux teneri debet, etiam si lege, consuetudine, aut cōuentione partium obligatio ad rationem librarum contracta fuisset. Nā quoties pecunia intrinsecus diminuitur, & deterior fit in materia, & pōdere, licet veterem retineat ęstimationē valore scutorū, aut aureorū intenso, communis est conclusio solutionem, vel compensationem fieri debere de antiqua pecuuia æque bona, vel de noua ad æstimationem, & commensurationem antiquæ, e & quanquam Moder. Parisiens. f quos sequi videtur Didacus Couarruias, g à supradicta conclusione dissentiāt, eo casu quando veteris pecuniæ valor non augetur, nec ascendit supra valorem nouæ pecuniæ deterioris notæ: ratio tamen dissentiendi, controuertendique non est idonea ad euertendum quod tot Illustrium virorum calculis receptum, ac multorum temporum prudentia comprobatum est. Etenim docet vsus magister rerum optimus, veterum nummorum frequentationem purioris metalli abrumpi, & intercidere simulatq; nouæ pecuniæ magis dilutæ commixtęque eandem æstimationem habent cum veteri. Nam veteres si non augeantur in valore extrinseco, mox ad incudem reuocantur, refinguntur; & ex paucioribus, noui plures numero ære contaminati fiunt, excuduntur: adeò quòd promiscuè, & communiter amplius non inueniantur, nec expendantur secundum veterem cursum, & ad nouorum propositionem in vsu promiscuo. ob quod etiam nullo principali edicto interueniente satis sublata, vel mutata intelligitur vetus illorum indicatura, ęstimatio, valor, & cursus: licèt interdum à plerisq; vel inter numismata, & ostentationis gratia asseruentur, vel exponantur. Nam cùm id perrarum sit respectu vniuersi, in totius populi usu, & generali legislatione non est considerandum. cū ad ea potius ius adaptari debeat quæ frequenter, & facilè quàm per rarò eueniunt, h sed perinde habendum, ac si ueteri pecunia extincta, uel sublata uigeret tantum noua deterioris nouæ pecuniæ, quæ ex communi sententia iustam causam præbet faciendæ compensationis creditori, qui contraxit eo tempore, cùm vetus pecunia adhuc esset in usu promiscuo: quod pronius hic recipiendum est propter qualitatem personarum, quibus dedecus fuisset, & in libris, aut quadrantibus populi usu receptis contrahere, uel soluere: i & quia noua deterior moneta non uidetur excussa sine facto Illustrissimi Ducis, ex cuius arbitrio dependet cudendæ monetæ auctoritas, quod non exiguam animaduersionem habere uidetur.

¶ Manet itaque ratum, & firmum ex multiplici capite scutos aureos inconuencto numero deberi, uel saltem quod uix admittitur, iustam eorum æstimationem in pecunijs communiter apud omnes gentes, functionem, & vicissitudinem cum aureis habentibus, inspecto solutionis tempore, & habita ratione bonitatis, ac cōsiderata trāsferēdi cōmoditate, nisi per sequētes solutiones in minori numero admissas quitātias datas cū afferta liberatione generali, Illust. Ducissa uidetur donasse seu remisisse pręcedentis temporis bonitatem, & id quod numero scutorū aureorū detractum, seu minus solutū fuit.

¶ Ia

Com. opin.

a Alb. Bru. in d. tract. parte 1. num. 6. in fin.
b In d. l. in obscuris.
c Alex. consil. 26. n. 5. consideratis lib. 4. cum multis alijs ad ductis per And. Tiraquel. de. retract. coniang. §. Glo. 18. num. 78.
d Augusl. Beroue quæst. 48. nume. 2.
e c. olim, & cap. cū canonicis de cen sib. DD. in d. l. cum quid. Oldrad. consil. 150. factum tale Bart. & alij in d. l. Paulus, Rubeus d. cons. 148. Aymon Grauet. d. cons. 48. num. 6. Hier. Grat. d. cons. 12. num. 5. cum alijs multis citatis per Didac. Couar. loco alleg. n. 2.
f De contractib. vsur. quæst. 100.
g Loco pręcitato.
h l. iura. l. ex ijs, et l. nam ad ea, cum seq. de legib.
i Aleiatus cons. 100.

¶ In quo tametsi pro parte Illustrisimi Ducis magnum fundamentum constituatur: tamen ad examen, & disquisitionem rectę rationis reuocatum, & penitus excussum nullius est momenti, vel roboris. Nam cùm nulla sit incertitudo, vel ambiguitas quin plus debeatur, quàm solutum est, non possunt sequentes solutiones præiudicare promissioni expressæ a, aut residui debiti remissionē inducere. Quietationes enim non ordinantur ad donandum, sed potius in contrarium ad acquisitionem, & satisfactionem consequendam. b Et de iure donatio non præsumitur, quotiescunque alia coniectura capi potest; c intantum quòd potius præsumatur res à lege prohibita, aut error etiam in proprio facto, quàm donatio, vel rei suæ iactatio d: de qua re in proposito laborandū non videtur: cùm quietationes, & receptiones pro parte Illustrisimi Ducis allegatæ nō simpliciter emissæ sint, sed in multis adiecta sit clausula, ad bonum computum, quæ certisimam conseruati iuris cautionem continet, e limitatque, modificat, & restringit solutiones factas; ad recepta tantùm operaturque, ne posit prestatio quantumuis iterata, & multiplicata afferre præiudicium, perinde ac si discretis verbis de conseruanda petitione residui protestatio consentienti, & acquiescenti Illustrisimo Duci facta esset, aut quietationes continerent clausulam saluo iure residui, quæ est reseruatoria iuris, efficitque ne qua ratione actus, qui geritur obesse posit in petendo, seu consequendo residuo f.

¶ Nec est verendum ne obsint Illustrisimæ Ducissæ dictæ clausulæ in quibusdam quietationibus omissæ: cùm (vt mox dicemus) Cels. sua adhuc sit intra præscriptionum tempora; & adiectio, protestatioque in quibusdam quietationibus facta, in aliis repetita censeatur propter animi intentionē semel declaratam: & quę etiā plerunq; consentiente, & acceptante Illustriss. D. quietationes non simplices, interposita operat interruptionem, & impedit coniunctionem temporum, omnemque materiam, & causam pręscribendi tollit è medio. Si quid, qui uult pręscribere, aut per vsum, seu per non vsum certi modi acquirere: ponere, ac probare debet quòd vsus sit iure suo, & quòd aduersarius patiebatur, nec verbo, nec facto contradicebat: etsi contradicebat, quòd nihilominus iure suo vsus sit g: quod Illustrisimus Dux nō obseruauit, qui contradictioni, & reluctationi Illustrisimę Ducissę acquiescendo, consentiendoque secundum quietationes limitatas cum clausula, ad bonum computum, soluisse ostenditur.

¶ Quin etiam si nulla protestatio, aut cautio fuisset adhibita, ęquè adhuc integra esset residui petitio: cùm de iure clarum sit, quòd creditor petens partem debiti etiam ab initio sibi non præiudicet in residuo quò minus id etiam in eodem iudicio persequi posit h. Cui consentaneum est, quod Bartolus scribit i, quòd is, cui antiqua moneta debetur, recipiēdo longo tempore monetam nouam deteriorem conseruet sibi ius petendi antiquam, uel illius augmentum, quasi recipiendo nouam uideatur recepisse partem antiquæ. Quod minorem difficultatem recipit in proposito, ob id quod ex seriè rei gestę non obscurè appareat, quòd difficultatem mouētibus his qui solutiones erogabant Illustrisima Ducissa in minori numero eas admiserit, ex ciuilitate vel affectu pręsentis solutiōis, & ne per dilationes solutio nimium differretur, quod nec pręscriptionem, nec pręsumptionem arguit, sed merā facti contingentiam, quæ nihil nocere potest.

¶ Nec parum facit ad confirmationem prædictorum quòd residuum, seu defectus numeri de quo agitur principaliter debeatur, & in obligatione sit: quoniam licet plerunque receptio sortis, vel alterius rei secum trahat remisionem eius, quod est accessorium k: nunquàm tamen vim suam exercet in eo, quod est in obligatione mediante stipulatione l. Quia in nostro casu Illustrisimum Ducem teneri tenor ipsius locationis reddit perspicuum, remouetque omnem contrarię obseruantię, & solutionis consideratione; quia apparet illas indebitè factas esse m: & hac ratione si aliquis probet solutionem ex causa, quæ postea apparet falsa, talis solutio in nullo parti suffragatur n.

Accedit quod à tempore dictarum solutionum triginta anni nondum excurrerint si 62
ne quibus nec pręscriptionem, nec pręiudicium huiusmodi solutiones, & receptiones inducere manifestum est; etiam ex generali iuris regula, secundum quam celebre consilium Papiensis o collegij (licèt pro aduersa parte multa moliatur) determinat solutiones non nocere nisi per triginta, vel quadraginta annos continuatę sint cum bona fide: quę ipsa quoque hic deficit propter apertam legem locationis. Et quia ex quietationibus, & propriis literis satis deprehenditur Illustrisimum Ducem conscium fuisse restātis, nec persoluti residui, & quod Illustrisima Ducissa illud nequaquā negligeret, quod pręscriptioni & remisioni est contrarium, potisimum in Principe & conductore: aduersus quem non implentem promissa, nec restituentem ea ad quæ tenetur, vel sese ex pręscriptione adiuuantem lex agit seuerius p.

a Hiero. Grat. d. conf. 12. nume. 64. vol. 1.
b Corneus, conf. 181. uol. 2.
c c. Super hoc, de renunc.
d l. Sed si me putem, in prin. de condic. indebi.
e Bart. in l. si ex toto. §. 1. de leg. 1.
f Bar. in d. l. si ex toto. Pau. Paris. cōsil. 71. testator, nume. 13. uol. 3.
g Glos. in l. 1. §. hoc interdicto.
h §. Si minus, Instit. de act. l. si quidem. C. de transac.
i l. Is qui vsumfructum, quib. mo. usufru. amittit.
k l. fi. de eo quod certo loco.
l Ias. post alios in d. l. fi. Soci. Iun. cōs. 23. nu. 8. uol. 2.
m Bal. in l. si certis annis. C. de pact.
n Host. & alij in c. peruenit, de cēsi. Ioan. Marin. de Riminaldis, cōs. 363. nu. 18. uol. 2.
o Impressum in lib. tract. post Alb. Bru. de aug. mon.
p l. Si quis conductionis. C. locati. l. malè agitur. C. de præscript.

63 Neque est cur hic quis obiiciat pręsentis articuli disquisitionem non pendere ex præ
scriptione, sed ex interpretandi, declarandique ratione, quæ non exigit tam longa tem
porum spacia, aut aliarum causarum cócursum, sed minori negocio, & ex pluribus, seu
multiplicatis actibus inducitur: quia cùm casus iste sit clarus, nullus est interpretationi
locus. Declaratio enim, seu interpretatio uerborum non dubiorum, quæ scilicet illis nó
congruit, non censetur esse declaratio, sed noua, atque alia quædam dispositio a, quæ
per solutionum receptiones nó inducitur, etiam si sępius sint iteratæ, & multiplicatæ b.
Nam vt solutionis, & earum receptiones operentur, necesse est casum dubium concur-
rere, & pręter dubitationem casus solutionem factam esse bona fide, & per tempus ad
64 præscriptionem requisitum c*. Vnde eleganter scribit Ioannes Maria de Riminaldis d,
quòd sequens consuetudo, & solutio postea facta, ita demum possit operari, si verba sti-
pulationis sint ambigua.

¶ Quæ cùm ita se habeant, nihil timendum est, ne factæ solutiones Illustrisimę Du
cissę de damno uitando pręiudicent: cùm & bona fides, & præscriptio deficiát: eo quòd
amplius ipsę solutionis non simpliciter nec eodem modo, sed uariæ per quod disturba-
tur, & consuetudo & præscriptio, processerint; agaturque non de declaranda qualitate,
sed immutanda substantia obligationis: quia secundum partis aduersæ intentionem,
vbi in obligatione sunt 7500. scuta, soluerentur tantum septem millia: quod contingit
substantiam, & id quod est principaliter deductum in obligationem.

¶ Per quæ omnia etiam ea diluuntur, quę de solutione facta ad bancum de Pucci-
nis, & generali liberatione obiiciuntur, cum annotatione Ioannis de Ortega thesaura-
rij: quia omnia sunt eiusdem habitudinis & rationis; mutuam completionem, & depé-
dentiam habentia: & quod ad solutionem banchi de Puccinis attinet, ea non tam pro-
dest, quód aduersatur Illustrisimi Ducis sententiæ: quoniam claris uerbis demonstrat
integra 7500. s. uta annumerata esse pro affictu vuius anni, absque nlla probatione as-
sertæ repetitionis vel restitutionis, cùm priuatæ attestationi ab Illustrisimo Duce exhi-
bitę fides attribui nequeat in præiudicium Serenisimę Dominæ Ducissæ. Sed & annota
tio Ioannis de Ortegha hic omnino est impertinens, nó solum, quia de auctoritate, seu
potestate eius iusta de causa controuertitur, uerùm etiam: quia annotatio illa est extra
quietationem Illustris. Ducissę concepta, non ad approbationé solutionũ tanquàm de
bitè factarũ, sed ad priuatam cautioné, securitatem, & indemnitatem ipsius Orteghæ,
nec cogeretur in rationibus respondere de speciebus 7500. scutorum, quæ maiorem ha
bent numerum, maioremque quantitatem constituunt, & ex cambio, seu allagio pos-
sunt crescere e.

65 Rursus liberatio illa licèt ab Illustrisimo Duce dicatur generalis, referaturq; ad om
nia tempora præterita, rectè tamen inspecta non nisi vnius anni affictum aspicit, quod
ex oratione de affictí singulari numero cum determinatione certi temporis ante finem
locationis, & ea adhuc stante elapsi intelligitur: ideoque ad unum illum annum coar-
ctanda est, nec vltra progredi debet. Libaratio enim est stricti iuris, nec in ea veniunt ni
66 si expressa f*. Et idcirco liberatio facta pro vna quantitate, affictu, seu tempore, non est
extendenda ad alia g.

¶ Prætereà ne quęrentes exitum rei latisimè se spargentis diutius immoremur, his
particularibus circumstantiis manifesti iuris est liberationem quantumuis generali-
ter acceptam cum aliis quę illi coniuguntur corruere, apparente uitio vel defectu solu-
tionum, in quarum consequentiam processerunt omnia, idque vel ratione accesionis,
vel ratione deficientis, aut non subsistentis causæ, & ex capite erroris, vel enormis læsio-
nis, ac lucri, quod indebitè penes Illustrisimum Ducem remaneret cum iactura Illu-
67 strisimę Ducissę*. Nam generali regula receptum est, corruente principali acta cor-
ruere etiam omnia in consequentiam eius insequuta h*. Et ei qui consentit, vel pro-
68 misit sine causa, condictio non denegatur i*. Et generaliter nihil nocere potest libera-
69 tio, quæ continet enormem lęsionem k, aut errorem qui hic pręsumitur ex ipsa quali-
70 tate persone, quę per se non contraxit, nec tractauit sua negocia, sed per alios*. Et quia
de ueritate constat in contrarium, ob quod huiusmodi liberatio debet iudicari inutilis,
etiam si transactione l, aut contrario pacto scilicet de non allegando errore confirme
tur: quia transactiones, renunsiones, pactaque huiusmodi eodem vitio laborant, eun-
demque errorem habent, quem habet principalis solutio: & ita in terminis solutionis,
Cóis & liberationis scribit Accursius m, quem communiter omnes sequuntur, & quorum
opin. sententia aperto iurisconsulti responso confirmatur n, quod valde conuenit rei propo-
71 sitæ*. Nam cum ex conuentione collata cum solutionibus appareat plus deberi, quàm
solutum est, certisima est erroneę liberationis, & confesionis probatio, quę Illustrisi-
mę Du-

a Anch. cós. 598. pręmisso pro clario ri, Decius in l. in am biguis, de reg. iur.
b Aret. cons. 111. Hier. Grat. d. consi. 12. nu. 68.
c Are. d. cós. 111. Hier. Gra. d. cós. 12. n. 1. 68.
d Loco præcitato.
e And. Alcia. cō sil. 100. nu. 3.
f Calder. cons. 5. tit. de præben. Soci. cons. 96. uiso proces su in fi. lib. 1.
g Paul. Paris. cō si. 109. n. 17. uol. 3.
h l. Cùm principa lis, de reg. iur.
i l. 1. de condict. sine caus.
k Paris, cons. 99. nu. 9 lib. 1.
l l. fi. §. idem quæ sinit, & ibi Castrē. de condic. indeb.
m Ind. l. fi. §. idem quæsiuit.
n d. l. fin. §. quæsi tum.

næ Ducissæ obesse non debet, etiam si omnino verbis effusis vniuersè omnia tempora comprehenderet; præsertim cùm respiciat quantitatis solutionem, & præstationem, quæ implicat supputationem, & calculum in quo speciali lege constitum est, & rationum cõputationem nullum adferre veritati præiudicium, & si fuerit à partibus conclusa, perfecta, & subscripta, a ac sæpius iterata, & repetita, b *. Cuius rei causa manifesta est: 72 quia error aduersatur veritati, c quæ quocunq; modo deprehensa sit, siue statim, siue ex interuallo, sequenda, & semper amanda est in omnibus; maximè verò in cuitatione damni de quo agitur, cuius respectu præsumitur, & toleratur error etiam in facto proprio d *. Nam generaliter quando quis certat de damno vitando, & probat rem aliter 73 se habere, hoc ipso error probatus est, & toleratur in facto proprio e adhuc naturali æquitati repugnat Illustrissimum Ducem cum iniuria, & iactura Illustrissimæ Ducissæ locupletari, f ideoque liberatio illa tanquam iniquitatem continens ipso iure nulla, & nullius est momenti, aut roboris: nec solùm conditione sine causa, aut erroris, sed etiã per viam exceptionis Illustrissima Ducissa se potest defendere: g cùm ex Iustiniani cõstitutione, h etiam ijs qui incerto, & ancipiti animo soluerint repetitio non denegetur: præsumptioq; transactionis vel remissionis esset, nisi hoc specialiter ab altera parte approbetur, ac maiore ratione eneruetur indebita cautio, quàm repetitio pecuniæ, quæ indebitè soluta est. l. si non est numeratus. C. de cond. ex lege.

a l. Vnica, & ibi DD. C. de errore calculi, Fulg. consi. 142.
b Lud. Rom. cons. 391. & Curt. Iun. in d. l. vnica.
c l. Illicitas. §. ueritas, de officio præsidis.
d d. l. sed & si me putem.
e Alex. cons. 69. vol. 5. Curt. Senior consil. 70.
f l. iure naturæ, de reg. iur.
g l. Inuitus. §. cui damus, de reg. iur. l. 3. §. 1. de contraria & vtil. act. tutelæ.
h in l. fi. C. de cõd. indeb.

¶ Possent hic in cumulo multa alia argumenta deduci, & inter alia proponi, quòd liberatio hic retro in præteritum tantùm respiciat, nec ad sequentes afficiat, & locationes pertineat, idque eo magis quòd sequentes locationes licèt relationem ad præcedentes habeant: re vera tamen per se stent, nec prorogationem ante finitum primum tempus, sed renouationem prioribus locationibus finitis contineant, ob quod nouam, distinctamque locationem constituunt, quæ separatim accipitur etiam respectu contrahentium: verùm quia in prædictis non est dubitatio, superuacanea foret plurium rationum & argumentorum accumulatio, & confirmatio. Denique de meliorationibus, & bonis Bondelmontium obiectio nihil pertinet ad hanc quæstionem valoris, seu conuentæ quantitatis, & præterea restitutio Bondelmontibus facta ignorantem, nec admonitam Illustrissimam Dominam non astringit: meliorationum vero quæstio ante restitutionem bonorum non admittitur.

¶ Cùm itaque remotis argumentis aduersantibus, manifesta remaneat locationis lex, & conuentio de soluendis 7500. scutis auri, ac conditio Illustrissimi Ducis, & eo amplius qualitas Illustrissimæ Ducissæ, & habitandi destinatio, item consuetudo tum loquendi tum vtendi in vtroque, cum aceruo aliarum circumstantiarum de veris scutis actum, & cogitatum esse non infirmabit Dux præcellentissimus, quòd tam solenni promissione, & tot vinculis constitutum est: præsertim cùm nihil probabile occurrat, quod eum ad huiusmodi contractus euersionem impellat, cum manifesto præiudicio Illustrissimæ Ducissæ, cui promissa obseruanda sunt, saluo meliori omnium rectius sentientium iudicio.

¶ Atque ita conclusum esse per dominos canonum, & legum Doctores, iura canonica, & ciuilia in alma Vniuersitate Lonaniensi ordinariè legentes, & profitentes, Collegiumque facultatum vtriusque iuris in eadem Vniuersitate constituentes, attestor ego Ioannes Saffenus de Louanio earundem facultatum, dictique venerandi Collegij Bedellus, & Notarius iuratus: in cuius rei testimonium, ac maiorem fidem ex mandato prædictorum meorum dominorum, manu propria præsenti iuris responso subscripsi, & sigillaui eiusdem Collegij his appendi, vigesimaquinta Februarij anno Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo quinto.

Ioannes Saffenus de Louanio Bedellus, & Notarius
præscriptus ommisso sigillo.

### SVMMARIVM.

1 *MONETA, siue pecunia minuta, de generali consuetudine solui potest pro ducatis & è conuerso in eadem æstimatione, quãuis moneta non sit in obligatione.*

## OPINIO DXVII.

1 MONETA argentea pro aurea, siue pecunia minuta pro magna, secũdũ eãdẽ æstimationem de consuetudine generali solui potest; quàmuis moneta non sit in obligatione: secundùm Glo. notabilẽ in l. si quis argentum, in princ. C. de dona. Bart. in l. si quis stipulatus fuerit decem, colum. 2. ff. de solut. Curt. Iun. consil. 24. num. 5. & Bruu. in tract. de augmen. mone. 2. limitatio. colum. 2. quę quidem consuetudo seruanda est, Bart. colum. 1. & Imol. in princ. in l. Paulus. ff. de solutio. & Natta cons. 454. super contingenti controuersia. nume. 1. volum. 2. & istam tradit esse totius mundi generalem consuetudinem Ioan. de Plate. in l. 1. C. de arge. præ. lib. 10. Bart. Alex. Aret. Soc. & Purpur. in l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. Bald. in l. libera, num. 6. C. de senten. & interlocu. om. iud. Butr. & Abb. in cap. quanto, in fin. de iureiur. Martin. Laud. in tract. de monetis, num. 5. Afflict. in decis. 90. nu. 5. Boer. decisio. 327. colum. 3. Curt. Sen. in tract. monetarum, Ang. de Clauasio in summa in verb. Pecunia in fin. Ioan. Tabiensis in sua summa Tabiena in ver. Pecunia, sub §. 4. & Rub. consil. 148. num. 1. Et sic inter partes semper tacitè censetur actum, vt secundum consuetudinem loci soluatur ipsa pecunia: vt per Aflict. in titu. quæ sint regalia, in vers. Monetæ, num. 21. in vsi. feud. & per Ioachimum in obseruatione 15. si de precio, centuria 4. vbi refert ita decisum extitisse in concistorio Imperiali; & istorum opinio communis est: teste Curtio, in memorato cons. 24. nume. 5. & Couaruuias in sua pract. in fin. tit. de numismate. c. 7. §. vnico, nu. 1. & vera, teste Soc. Iun. cons. 44. illustrisʃime, ac excellentisʃime Dux, sub nume. 5. volum. 4. *Cõis opin.*

### SVMMARIVM.

1 *PRINCEPS solus potest mutare valorem monetæ absque populi consensu: secundum vnam communem opinionem. sed iuxta alteram sententiam cõtrariam, similiter communem, Princeps ipse circa monetam nõ potest aliquid statuere sine consensu populi.*

2 *Moneta debet tantum valere in forma, quantum in massa: & expensa pro ea cudenda debet fieri de publico.*

## OPINIO DXVIII.



1 ONETARVM valorem solus Princeps absque populi cõsensu mutare potest: secundum Ioan. Fabr. in authent. hoc nisi debitor. C. de solutio. & instit. quibus modis tollitur obligatio, in prin. & Boer. cum alijs congestis per eum, decis. 327. num. 6. & seq. vbi deducit istam opinionem communem fore. *Cõis opin.*

¶ In contrariam verò sententiam, videlicèt, quòd Princeps ipse circa monetam non posʃit aliquid statuere sine consensu populi: cùm circa hoc non solùm Principi, verùm & populo etiam detrimentum afferatur, inclinarunt aliqui Docto. varijs in locis iuris nostri, & præsertim Angelus de Clauasio in sua summa Angelica in verbo Falsarius, sub §. 6. Franciscus Marci. q. 152. in 1. parte, & Igneus in repetit. l. necessarios. §. non aliàs par. 2. num. 99. & num. 108. C. ad sena. consul. Syllani. quo in loco affirmat istam esse communem opinionem: Tamen obseruatur prior opinio similiter communis. *Cõis opin*

2 Et ipsa moneta debet tantum valere in massa, quantum formata; & sic tantum in pondere, quãtum in valore esse debet: & expensa debet fieri de publico: secundùm Bart. in l. qui falsam. ff. de falsis, & in l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. peta. Imol. in l. Paulus. ff. de solutio. Fabianum de Monte in tract. de emptio. & venditio. in 5. q. princ. sub nu. 2. & seq. Soc. in l. cùm quid. ff. si cer. peta Brunum in tract. de mutatio. monetarum in prin. Afﬂ. decis. 90. nu. 4. & Glo. in l. 1. ff. de contrahen. empt.

¶ In contrariam verò opinionem inclinarut, quod imò de iure debet detrahi expensa cudẽdi, & quod minus ponderis sit in ea, quàm valeat, Innoc. & Abb. in c. quanto, de iureiur. S. Antoninus Archiepisc Floren. in sua summa in 2. par. c. 18. de falsificatione, sub vers. de falsificatione monetæ, Curt. & Zasi. in d. §. mutui datio, & Cagnolus in l. 2. C. de pact. inter empto. & vend q. 74. n. 213. & 214. & Angel. de Clauasio in sua summa in vers. Falsarius. §. 6. vbi prorumpit istorum opinionem communiter approbari: sed prima opinio Glo. Bar. sequaciumq; obseruatur vbique. *Cõis opin.*

¶ Vnde ad bonitatem ipsius monetæ plura necessariò requiruntur, videlicet, iustitia ponderis, & materiæ, & authoritas formæ: ita Bar. in d. l. qui falsa, & Bal. in rub. C. de cõtrahẽ. empt. in 1. q.

### SVMMARIVM.



1 *ONETAM falsam Imperatoris efficiens, aut cudens, igne comburendus est: & eius bona publicantur. Monetam vero inferioris Principis cudens, puniendus est pęna capitali: secus autem in Regno Neap. vbi vigore*

*gorem constitutionis punitur pœna capitis, & publicatione bonorum.*

2 *Moneta aurea, seu ærea, vel argentea sit, parum, aut nihil refert in punitione falsificantis ipsam monetam.*

3 *Pœna capitalis iniuncta per l. 2. C. de falsa moneta, pro falsificatione monetæ digna deportationis est.*

4 *Statutum puniens falsificantem monetam, non procedit in falsificante monetam reprobatam in loco statuentium: quoniam statutum loquens de moneta procedit in moneta vsuali, & currenti in loco statuti.*

## OPINIO DXIX.

1 MONETAM falsam Imperatoris efficiens, aut cudens, igni cõburendus est, tãquam verè reus crimine læsæ maiestatis. l. 2. C. de falsa moneta: secũdùm istius text. communem interpretatio-
Cõis opin. nem: quam ibi tradiderunt Gloss. Cyn. & omnes, Bonifacius in tract. maleficiorum, in rub. de pęna falsificantis monetam, Abb. in c. quanto, num. 7. de iureiur. Rapha. Cuma. post Salyc. conf. 138. in fin. Marsil. in l. qui falsam monetam, num. 103. C. ad l. Cornel. de fal. Fabianus de Monte in tract. de emptio. & venditio. in 5. q. princ. num. 7. S. Antoninus Archiepis. Floren. in 2. par. suæ summæ, cap. 18. de falsificatione vers. de falsificatione monetę, & Iacob. Nouellus in sua pract. in rub. contra monetarios, num. 2. & omnia eius bona publicãtur.

¶ Sed si quis crimẽ hoc cõmiserit circa monetã Principis inferioris, qui non sit Imperator, puniẽdus erit pœna capitali. l. 1. C. de falsa moneta, &
Cõis opin. not. omnes Doct. cõmuniter in d. l. 2. & Glo. Scribentesque omnes in c. quanto, de iureiur. & Fabianus in d. q. 5. sub num. 7. & S. Antoninus loco, de quo supra. Et sic falsificans monetam Regis, Baronis, vel Ciuitatis, punitur pœna capitis ciuili, non autem naturali, id est deportatione: ita Salyc. in d l. 2. & ibi Bal. per l. fin. C. de veter. num. potest. lib. 11. Alex in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. actio. & in conf. 104. statutum loquẽs, sub num. 2. volum. 1. & Ioan. And. in d. c. quanto, vbi recensuit hoc idem firmasse Ioan. Cremonensem, qui aliàs in facti contingentia in Ciuitate Bononiæ falsificantem monetam ab amputatione capitis liberauit.

2 Nec quicquam refert in punitione istius criminis, quòd sit moneta aurea, ærea, vel argentea: secundùm Saly. in memorata. l. 2. & Afflict. in constitut. Neapolit. lib. 3. tit. 40. colum. 2. Sed pœna vtique non debet esse par, æqualisq; in omnibus istis casibus. Nam monetam auream corrumpẽs, deterioremque faciens, pœna mortis mulctandus est. l. qui falsam. ff. de fals. & l. 1. C. de fals. monet. & Marsil. consil. 71. num. 11. volum. 1. Cæterùm monetam argenteam corrumpens, vel deteriorem reddens, pœna mortis plectendus quippè non foret modo aliquo: secundùm Marsil. in loco prætacitato, num. 13.

3 Hæc tamẽ pęna capitalis, de qua in d. l. 2. nota, seu digna deportationis est: Glo. in l. fin. C. de veter. numisma. potesta lib. 11. notat Saly. in d. l. 2. & Marsil. in l. qui falsam monetam, num. 52. ff. ad leg. Corne. de fal. & ista videtur verior, communiorq; opinio Doct. Constitutione verò Neapol. incip. adulterinam monetam, adulterans monetam Principis punitur pœna capitis, & publicatione bonorum. Cõis opin.

4 Cæterùm si staret statutum puniens falsificantem monetam, non procederet in falsificante monetam reprobatam in loco statuentium. Quomã statum loquens de moneta, procedit in moneta vsuali, currentiq; in loco statuti: vt voluit Alex. in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pig. actio. & in d. cõs. 104. Marsil. in d. consi. 71. num. 10. & seq. & Iulius Scarlatinus in conf. 115. in quæstione proposita, num. 9. & seq. posito inter consilia crimin. diuersorum in folio. in 1. vol.

¶ Et alia quamplura specialia in crimine hoc, plenè deducit Bonifacius in d. rubr. de pœna falsantis monetam, num. 1. cum alijs seq. & Nouellus loco, de quo supra.

## SVMMARIVM.

1 *MONETAM radens, vel minuens, si liber est, bestijs subijcitur, si seruus vltimo supplicio punitur. quod procedit in tondente, & radente monetam auream, aut auro tingente nummos alterius metalli, non alio.*

2 *Monetam auream, vel argenteam minuens, vel radens in Regno Neapolitano condemnatur ad mortem cum publicatione bonorum. sed circumcidens aureos grauioris ponderis, & reducens ad iustum pondus non est puniendus.*

3 *Monetam tondens per priuatos homines capi potest impunè absque superioris licentia, & ad eum duci.*

4 *Monetam tondens, seu falsificans, uel scienter eam expendens, tenetur ad restitutionem, uel ad elargiendum ipsum lucrum inter pauperes, & falsificantes monetas mortaliter peccant.*

## OPINIO DXX.

1 MONETAM radẽs, tondens, vel minuens: si liber est, bestijs subijcitur: si seruus vltimo supplicio punitur. l. quicunq;. ff. de falsis, vbi omnes Doct. hoc pro cõstanti teuẽt, & in l. 2. C. de falsa moneta, & in c. 5. de iureiur. & S. Ant. Archiep. Flor. in sũma in 2. par. c. 18. de falsificatione, sub vers. de falsificatione monetę, Bonifacius in tract. maleficiorũ, in rubr. de pœna falsantis monetam, sub nu. 2. & Afflict. in constitut. qui nummos, nume. 1. lib. 3. Io. Anto. de Nigris super capitulis Regni, in cap. 31. vt quæ ab excellentia num. 11. fol. 88. Fabianus de Monte, in tract. de emptio. & venditio. in Cõis opin.

5. q.

5.q. prin.sub nu. 7.Quod procedit in tondente, & radente monetam auream,aut auro tingenre nummos alterius metalli,non in alio:secundùm Marsil.consf.71.

5 Sed constitutione Regni Neapolitani exordiente, qui nummos aureos,condemnatur quicunque raserit, vel minuerit pecuniam auream, vel argenteam ad mortẽ cum publicatione bonorum omnium. Verùm ista constitutio, & aliæ leges,& statuta punientia tondentes monetas,limitantur,mitiganturq; cum grano salis non habere locum in tondentibus,circumcidentibusq; monetas, seu aureos grauioris ponderis, & eos redigẽtes ad iustũ pondus;qui licèt malè agant, non tamen committunt delictum,nec puniri debent, postquam lex contra eos nulla pœna constituit:vt consuluit doctisimè in proprijs termi nis Alciatus in conf.14.Trium inquisitorum viso processu, tomo 2. lib. 7. per totum, & Iulius Scarlatinus in conf.115.in quæstione proposita, posito inter consilia crimin.diuersorum in 1. vol. in folio.Attamẽ limitatio hęc hodie iudicio meo non procederet quippè in Regno:cùm in eo contra incisores quoscunque monetarum statuta sit pœna vltimi supplicij,medianre Regia pragmatica emanata tempore fœlicisimæ memoriæ Caroli Quinti,exordiente.Licet vigore pragmaticarum,& constitutionum Regni.

3 Et tondens iste per priuatos homines capi potest impunè absque superioris licentia,& ad eum duci:vt probat Marsil.in l.qui falsam monetam, num.99.& seq.ff.de falsis.Bonifa.in d.rub. de pœna falsantis monetam,sub num.2.& Frater Ioan. nes conciuis meus, & celebris Theologus in sermonibus quadragesimalibus,in serm.38. de restitutione q.2.col.antepen.

4 Vbi firmat etiam quòd tondens ipse, falsificãsque monetas,& scienter eas expendens, teneantur ad restitutionem. Et S.Antonin. loco,de quo supra sub vers. quantum ad vsum,concludit tale lucrum in huiusmodi casu largiendum, erogandùq; esse pauperibus.Et Ang. de Clauasio in sua sũma in ver.Falsarius.5.3.vbi post Host. Io.And. Imol.& alios in c.quanto de iureiuran.concludit etiam falsificantes monetas mortaliter peccare.

## *SVMMARIVM.*

*1 MONETAM falsam scienter expendẽs si nummi plumbei, vel stannei sint, pœna ordinaria falsi punitur: si verò sint alterius materiæ,pœna erit extraordinaria.*

*2 Monetam falsam pluribus vicibus expendens tanquã assuetus hoc facinus patrare,esset puniendus pœna capitis,seu ignis.*

*3 Monetam adulterinã cudẽs,accipiens, ac vtens,punitur pœna capitis,& publicatione bonorũ in Regno Neap.*

*4 Monetam falsam habens,reus falsæ monetę præsumitur si non indicauerit illum à quo eam monetã habuerit.*

*5 Monetarum materia remißiuè.*

## OPINIO DXXI.

1 MONETAM falsam scienter expendens,si nummi plumbei, vel stannei sint,pœna ordinaria falsi punitur, quæ traditur in l.1. .fin. ff. de falsis. Si verò nummi sint alterius materię pœna erit extra ordinaria:ita tradidit Bar eleganter per text. ibi in l. lege Cornelia. ff. de falsis, & Abb.in cap. 5. colum. 2. de iureiuran. & sequitur etiam Ioan. Anton. de Nigris cum alijs aggregatis per eum super capitulis Regni,in cap. vt quæ ab excellentia. 31. nume. 14. folio. 88. Fabianus de Monte in tracta.de emptio. & venditio.quæstio.5.princ. sub nume. 9. & Sanct. Antoninus Archiepiscopus Florentinus in sua summa in 2. parte,cap.8. de falsificatione,versicu. quò ad vsum falsæ monetæ. Cæterùm Salyc. in l.2. C.de falsa moneta, tenet indistinctè ordinariam pœnam falsi esse in casu isto infligendam, quem sequitur Marsil. in l.qui falsam,num.64.ff.de falsis.intonans opinionem istam seruari in practica,& eandem sententiam sequi videtur consil. 47.nu.2.

2 Sed si quis dolosè pluribus vicibus expenderet falsam monetam; & sic assuetus foret hoc facinus patrare, puniendus veniret pęna capitis, seu ignis:secundùm Bonifacium in tracta maleficiorum, in tracta.de pœna falsantis monetam, nu.4.vbi refert multos Doct. Paduæ in istam partem inclinasse.

3 Constitutione autem Regni Neapolitani inchoante,adulterinam monetam, & cætera monetam adulterinam cudentes, accipientes, & vtentes scienter puniuntur capitis pœna, & bonorum publicatione, vbi Afflict. in fin. testatur vidisse magnam Curiam Vicariæ extraordinariè puniuisse expendentes monetam falsam.

4 Et his occurrit congruenter hic,quòd is præsumitur reus falsæ monetæ, si non indicauerit illum à quo eam monetam adulterinam habuerit, sicuti voluerunt Petr. & Cyn. in l. maiorem. C. de falsis, notat Aretin. in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignoratitia actione, Barbatius consil.51.colum. 4. & Marsi. in d. l. qui falsam, nume. 97.Vnde constat etiam ignorantiam falsi eius præsumi, qui expendiderit adulterinos nummos,si eum non indicauerit, à quo eos habuerit.

5 Et circa monetarum materiam vide amplè per Afflict.in præfatio. constitutionum Regni in quæst.41. Albertum Brunum,in tract. de monetis, Fabianum in d.quæst.5.sui tract. de emptio. & venditio.nu.2.cum alijs sequen. & Currium Seniorem in tracta. monetarum, Aegidium Bossium in pract.crimin.in titu.de falsa moneta fol. 157.& Ioan.Ant. de Nigris in d. c. vt quæ ab excellentia,& in c.iam sæpè.230.

## SVMMARIVM.

1 *MORAE purgatio debet fieri celeriter iudicis arbitrio.*

2 *Mora parua, non dicitur mora.*

3 *Fideiussor, qui sub pœna promisit aliquem in iudicio repræsentare certa die, si post moram repræsentauerit non tenetur ad pœnam: quia potuit moram purgare: & hoc etiam iuramento interueniente.*

4 *Iudæus etiam admittitur ad purgandum moram. & consequenter purgatio moræ habet locum quoque in Iudæis.*

5 *Fideiussor obligans repræsentare aliquem sub certa pœna, & cum iuramento, non admittitur ad purgandum moram: & sic repræsentando ipsum reum post moram tenetur ad solutionem ipsius pœnæ absque spe aliqua purgandi moram.*

6 *Moræ purgatio excluditur per iuramentum: nam iuramentum obstat purgationi moræ.*

7 *Mora committitur sine interpellatione aliqua, ubi in contractu interuenerit iuramentum: quia iuramentum habet vim interpellationis.*

8 *Mora duplicata, seu geminata per lapsum termini purgationis excludit facultatem purgandi: & sic morosus tunc non admittitur ad purgationem moræ.*

9 *Moræ purgatio in omni casu admittitur semper de æquitate canonica.*

10 *Mora secundum æquitatem canonicam purgari potest, etiam vbi interuenerit iuramentum.*

11 *Mora de æquitate canonica purgari potest, vbi ea nullum damnum parti affert: alias secus.*

12 *Moræ purgatio non admittitur, si ex pacto post moram contractam facta esset resolutio contractus.*

13 *Mora geminata purgari non potest etiam de æquitate canonica.*

14 *Mora purgatur de æquitate canonica in terris ecclesiæ duntaxat.*

15 *Mora purgari non potest secundum æquitatem canonicam, ubicunque ei renunciatum sit. Et dicitur moræ renunciatum, vbi in contractu quis omni legum auxilio renunciaret.*

16 *Mora de æquitate canonica purgatur solummodò per personas ecclesiasticas.*

17 *Fideiussor de iudicio sisti contra quem agitur ex eo capite, quòd mora fuerat commissa in sistendo, esto quòd peteretur interesse: tūc igitur deberet constare de quātitate ipsius interesse, & probari uerum debitum principalis, in quo ille tenebatur, antequàm cogatur ad soluendum.*

## OPINIO DXXII.

1 MORAE purgatio debet esse celer, vel fieri celeriter per paucos dies ad arbitriū iudicis. vt per Deci. cons. 452. nu. 25. Ias. cons. 82. uol. 1. & Afflic. decis. 37. & est tex. & ibi Bart. in l. si in lege. §. colonus. ff. loc. & sic, vt dicatur quis purgari morā celeri satisfactione, statur iudicis arbitrio: secūdū magis cōem opinionē; quā citat Deci. cons. 138. & diligenter, sub nu. 8. Ripa in l. si insulā. nu. 35. ff. de uer. obl. Bertr. cons. 146. quanuis bona emphyteoticaria permutata, sub nu. 2. uol. 8. & Dec. cons. 138. post nu. 7. *Cōis opin.*

¶ Quia cùm nulla sit lege expresśè diffinitū intra quod tēpus mora ipsa purgari poſsit, iudicis arbitrio committitur. l. 1. §. 1. ff. de iur. delib. & l. 1. §. effractores. ff. de effract. Card. & Imol colū. 15. & seq. in c. potuit. ext. loc. Ias. cōs. 82. uol. 1.

2 Qui quidē iudex tenetur hoc casu prudenter animaduertere, ꝙ parua mora nō dicitur mora. ita Albe. de Rosa. in l. 1. C. de uer. sig. Lau. de Fano in l. quorū. col. 38. ff. de pign. Barbac. in cons. 58. omnipotentē. col. 15. vol. 4. & Tiraq. in tract. de iud. in rebus exiguis ferendo, sub quæst. 68. & d. l. si in lege. §. colonus. ff. locati.

3 Et hinc est, ꝙ fideiussor, qui sub pœna promisit aliquē in iudicio repræsentare certa die, si post morā repsētauerit nō tenet̄ ad pœnā: quia potuit morā purgare, & hoc etiā iuramēto interueniēte: vt p Ias. in l. si ex legati causa, n. 14. ff. de ver. oblig. & ita iudicaui in facti cōtingētia dū erā iudex criminalis in Ciuitate Therami in anno Dñi. 1561.

4 Imò etiā Iudæus admitteretur ad purgādū moram ipsam; & sic purgatio moræ haberet locum quoq; in Iudæis: vt voluit Fely. in c. 2. de Iudæis. Licèt contrarium velit Ias. in l. & si post tres, nu. 4 ff. si quis cautio.

5 Sed hoc limitatur non procedere in fideiussore de repræsentando aliquem sub pœna certa, & cum iuramento: secundùm Afflict. decisio. 174. col. fin. & Grauet. in d. cons. 95.

¶ Et tunc profectò, stante appositione diei, & pœnæ in promissione, incurritur, seu contrahitur mora absq; interpellatiōe aliqua elapsa die. textus est in l. magnam. la 2. C. de contrahen. & cōmit. stip. Bar. in l. si stipulatus. ff. de uer. obl. l. 2. & ibi Doct. C. de iur. emphy. & in c. potuit de locat. & in l. quod te. ff. si cer. pet.

6 Et de hoc nō est nimis mirandū: quia iuramētū excludit facultatē purgandi morā: & sic iuramentum obstat prædictæ purgationi, secundum communem opinionem Bar. & omnium Doctorum in l. si quis maior. C. de transact. & in l. si insulam. ff. de verbo. oblig. quam sequuntur, & attestantur inibi Moder. Roma. singula. 444. Alciat. cons. 104. num. 10. & Ripa in l. si insulam nu. 90. & seq. ff. de verb. oblig. & in repet. l. fin. num. 110. C. de reuocan. donatio. *Cōis opin.*

7 Et tunc equidem stante iuramento mora ipsa cōmittitur sine aliqua alia interpellatione, quæ eo casu necessaria nō est: ita Doc. in l. quod te. ff. si cer. pet. Curt. Iun. cons. 74. Gozad. cons. 27. col. 3. & cons. 31. col. 1. & Rubeus Alexandrinus cons. 152. Siquidem iuramentum habet vim interpellationis: stimulat enim illud quotidie iurantem, vt promissa obseruet. c. 1. de forma fideli. & tradunt Alex. & alij omnes in d. l. quod te.

8 Fallitq́ue non habere locum similiter in mora duplicata: quia exploratum est geminationem moræ per lapsum diei, ac termini purgationis facultatē excludere. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de act. & oblig.

& oblig. per quem tex. ita firmat Ang. ibi, Roma. conſ. 352. num. 8. & ingenioſiſsimus D. Horatius Mandoſius cum alijs citatis ibi per eum in addit. in litera G. Gozad. conſ. 57. ſub nume. 18. & Berous conſ. 120. concludo in præſenti cauſa, num. 21. vol. 1. Licèt, & malè Coraſ. in miſcellaneis iuris ciuilis lib. 2. c. 6. ſub nu. 10. cum alijs ſequent. contrarium ſentiat.

¶ Imò mora ipſa geminata, ideſt contracta per geminatam interpellationem minimè purgatur etiam ante litis conteſtationem: ita Roma. & Alex. in d. l. ſi inſulam, de verb. oblig.

9 Sed iſtius moræ purgatio admittitur abſque dubio de æquitate canonica. Nam ſemper, & in omni caſu regulariter de æquitate canonica purgari poſſet mora ipſa: ita Canoniſtæ in c. tua, extra de pœnis, Bald. in l. qui crimen q. 14. C. qui ac cuſ. non poſſ. & in l. ſi pacto. C. de pact. & Doctor. præſertimque Imol. in c. dilecti, de arbitr. Gozad. conſ. 66. decreueram, ſub num. 13. Gratus conſil. 79. punctus præſentis conſultationis, nu. 11. vol. 1. & Berous in conſil. 120. concludo in præſenti cauſa, ſub num. 20. vol. 1. & ita conſuluit Dec. in terminis in d. conſ. 138. ſub nu 8.

10 Imò intantum hoc procedit, vt mora etiam iuramento non obſtante, ſecundum æquitatem canonicā purgari valeret. d. c. tua, & firmant Doct. in c. apud miſericordem. 22. q. 1. Bal in l. qui crimen. q. 11. C. qui accuſ. non poſſ. Ant. de Butr. in d. c. dilecti, Dec. conſ. 138. col. 3. Gozad. in d. conſ. 66. ſub nu. 13. & Gratus conſ. 93. viſo inſtrumento donationis, num. 48. vol. 1.

11 Sed hoc de plano quippè procedetet, vendicaretque locum, vt mora ſecundum æquitatem canonicam purgari queat, non obſtante iuramēto, vbicunq; mora aduerſario nullum damnum, nullumq; detrimentum attulerit, aliàs ſecus: ita Bal. in l. ſi pacto quo pœnam, col. pen. C. de pact. Ant. de But. & Imol. in c. dilecti, de reſcrip. Iaſ. in terminis in conſ. 9. n. 8. & conſ. 82. vol. 1. & Gratus cōſ. 49. in cauſa magnifici & nobilis Scutiferi, n. 22. vol. 1. & in d. conſ. 93. ſub nu. 56. vbi intonat iſtā opinionem eſſe communem. *Cōis opin.*

12 Et quanuis mora de æquitate canonica purgari poſsit: tamen hoc claudicat ſi foret appoſitum pactum reſolutiuum contractus: ſecundùm Bal. in c. 1. in prin. quo temp. mil. Ang. in d. l. ſi inſulā col. 13. Gratus in d. conſ. 93. nu. 61. & Puteus deciſ. 11. de tranſact.

13 Fallitq; ſimiliter eadem concluſio, vt mora duplicata, & geminata purgari minimè poſsit, etiā de æquitate canonica: vt voluit Berous in d. conſ. 120. ſub nu. 21. vol. 1.

14 Claudicat tertiò etiam, vt iſthæc concluſio locum ſortiatur in terris eccleſiæ, non autē in alijs locis: ſecundùm Gozad. conſil. 57. multa fuerunt adducta, ſub nu. 18. & in d. conſ. 66. nu. 13.

15 Necnon choarctatur quartò eadem cōcluſio, vt locum minimè obtineat, vbicunq; purgationi ipſius moræ foret renunciatum: vt explicat Saly. in l. magnam. C. de contrahen. & commit. ſtip. Et dicitur nempè renunciatum moræ, quotieſcunq; quis in contractu, ſeu promiſsione ſua renunciaret omni legum auxilio: vt concedit Gozad. in d. conſ. 57. nu. 19. poſt Io. de Monte Ferrato in d. l. ſi inſulam in fin.

16 Quintò limitatur itidem hæc eadem concluſio, vt procedat in perſonis eccleſiaſticis: vt firmat doctiſsimè Dec. in d. conſ. 138. ſub nume. 8. cui aſſentitur Gozad. in d. conſ. 57. ſub nu. 18.

17 Et his occurrit ſimiliter, quòd ſi quis ageret contra fideiuſſorem de iuditio ſiſti ex eo capite, quòd mora fuerat commiſſa in ſiſtēdo, eſto quòd in caſu hoc peteretur intereſſe, debet conſtare de quantitate ipſius, & debet probari verum debitū principalis, in quo ille tenebatur: ſecundùm cōmunem ſentētiam Doct. quam ſequitur, citatq; Alex. in l. 2. §. fin. nu. 6. ff. qui ſatiſda. cogan. *Cōis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *MORA inducitur, & cauſatur ex vna ſola interpellatione: & ſic interpellatio ipſa requiritur ad conſtituendum debitorem in mora.*

2 *Debitor conſtituitur in mora ex vnica tantùm interpellatione extraiudiciali, & per verba enunciatiua, etiā quòd eſſet obligatus ex publico liquido inſtrumento.*

3 *Mora incurritur, etiam ſi facta eſſet interpellatio debitori per verba incitatoria, & congruo loco, & tempore, & verbis aptis ad inducendum ipſam moram.*

4 *Mora committitur, & cauſatur ex vna ſola interpellatione extraiudiciali.*

5 *Mora per interpellationem incurſa, intelligitur de illa, in qua debitor conſtituitur moroſus per interpellationem hominis expreſſam, non autem de interpellatione tacita per interpoſitionem diei in inſtrumento, quæ interpellat pro homine ſtatim elapſa illa die.*

6 *Debitor iuramento ſoluere obligatus certa die, vigore ipſius iuramenti, adueniente tempore ſolutionis ſine monitione, & interpellatione in mora irregulari conſtitueretur, & moroſus eſſet.*

## OPINIO DXXIII.

1 INTERPELLATIO requiritur, & neceſſaria videtur ad conſtituendum debitorem in mora; & ſic interpellatione ipſa inducitur, & cauſatur mora: ſecundùm Glo. Bar. col. 7. & omnes in l. ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig. Scriben. omnes in l. quod te. ff. ſi cer. peta. pręſertimq; ibi Bolognet. nu. 58. qui oſtendit iſtam eſſe communem opinionem, & ita conſuluit Aret. conſ. 72. præſupponitur in facto. col. fin. ſiquidem non cenſetur per aliquem ſtare, niſi eo interpelletur: vt per Oldr. cōſ. 252. nota præſentem q. col. 2. & per Cagnol. cum alijs adductis per eū, in d. l. quod te, nu. 86. & ſeq. *Mora.* *Cōis opin.*

Vbi hoc etiam ampliat procedere vtiliter, stāte quòd quis reperiretur obligatus mediante publico liquido instrumento. Declarat etiam, quòd sufficiat in casu hoc vna duntaxat interpellatio, & extraiudicialis quidem, & per verba enunciatiua: & hoc concludit ibi quoque Bolognet. sub num. 58.

3 Et addit etiam quòd sufficiat fieri huiusmodi interpellatio per verba incitatoria, post alios illustres Doctores relatos per eum; & quòd fieri debeat congruo loco, & tempore, & verbis aptis ad inducendum ipsam moram: & quòd fieri possit similiter in iudicio per contestationem litis.

4 Et quòd dicta mora committatur, seu inducatur ex vna sola interpellatione extraiudiciali; & per consequens quòd expressa extraiudicialis interpellatio debitorem in mora constituat, voluerunt vltra præcitatos Doctores Glo. & Bart. in l. mora, in princ. de vsuris, idem Bart. num. 2. Aret. in 1. not. Ias. num. 9. & Alciat. nu. 11. in l. qui Romæ. §. cohæredes, & in §. Seio, de verb. obliga. Bauer. in tract. de mora, in 1. par. sub num. 21. & seq. & ista est communis opinio: vt per aliquos ex allegatis Doct. Fely. in c. ex literis, num. 8. de constit. Moder. in d. l. quod te, præsertimque Camillum Plautium in præfatio. num. 22. & Tiraq. in tract. de retract. consang. §. 9. Glo. 3. nu. 23. *Cōis opin.*

5 Et ista mora ita per interpellationem incursa, intelligitur de illa, in qua debitor constituitur per interpellationem hominis expressam, non autem de interpellatione tacita per interpositionem diei in instrumento, quæ interpellat pro homine statim elapsa illa die: vt per Ias. cum alijs signatis per eum, in l. si ea legati causa. col. 3. ff. de verb. oblig. & Cagnol. in d. l. quod te, nu. 89. vbi prorumpit istam esse communem conclusionē. *Cōis opin.*

9 Ideò prædicta declarantur, seu limitantur non procedere in mora irregulari, quæ absque interpellatione incurreretur, videlicèt, vbicunque debitor iuramento soluere obligaretur, sciretque eius creditorem re promissa indigere; virtute iuramenti, quod sine mentione, interpellationeuè obligat in mora, constitueretur, & morosus esset: secundùm Dec. cum alijs glomeratis per eum in d. l. quod te, in 1. lect. num. 11. & in 2. lect. nu. 43. Gozad. consi. 57. num. 7. Grauet. consi. 64. nu. 2. & Rolan. à Valle consil. 57. num. 45. volum. 1. Ias. colum. 8. & Cagnol. nume. 94. in d. l. quod te, qui ostendunt simul cum alijs omnibus Moder. ibi istam esse communem opinionem: cui licèt contradicant ibi Camillus Plautinus lib. 4. num. 24. & sequent. cum alijs citatis per eum, & Bolognet. nu. 61. nihilominus aduertit in practica, quòd durum esset tenere contra ipsam communem. *Cōis opin.*

¶ Alterum verò casum, in quo quis in mora constituitur, scilicèt, vbi promisit se facturum, & curaturum: posuimus infra in Opinio. Promittens se facturum, post medium.

*SVMMARIVM.*

1 *MORA irregularis committitur in obligatione dotis, si mulier, vel eius pater, qui marito dotem promisit soluere sine dilatione aliqua, non soluit: cùm vir onera matrimonij incipit sustinere, statim committitur ipsa mora irregularis.*

2 *Moram irregularem incidit extraneus promittens dotem post lapsum biennij, à die quo vir cœpit onera matrimonij portare.*

3 *Mora regularis, uel irregularis non committitur, vbicunque dos non fuit promissa uiro, sed mulieri solummodò, ut maritus ipse fructus dotis consequi ualeat.*

4 *Maritus, & uxor sustinentes onera matrimonij in quibus casibus possint agere ad interesse dotis, ponuntur remissiuè.*

## OPINIO DXXIV.



1 ORA irregularis committitur in obligatione dotis: secundùm Doct. communiter, si mulier, vel eius pater, qui marito dotem promisit absque vlla dilatione soluere, non soluit. Cùm vir onera matrimonij incipit sustinere statim committitur mora ipsa irregularis: iuxta l. curabit. C. de act. emp. *Cōis opin.*

2 Si autem extraneus dotem promisit post lapsum biennij, à die, quo vir cępit onera matrimonij portare, incidit in moram irregularem. l. fin. §. præterea. C. de iur. dot. ita declarar Pau. Castren. cons. 2. viso dicto libello, col. 4. in antiq. Alex. cōs. 147. perceptis, vol. 5. Plotus in repet. l. si quando, n. 455. C. vnde vi, & Cassa. in consuet. Burgun. in rubr. 4. §. 23. vbi meminit de cōi, & Io. Lupi in c. per vestras, in 3. not. §. 1. de don. inter vir. & vxo. Glo. & Bar. in l. de diuisione. ff. sol. matri. & Ruin. cons. 221. circa, vol. 1. *Cōis opin.*

3 Vbi etiam notabiliter consuluit, q̄ si dos non fuit p̄missa viro, sed mulieri, nunquā cōmitti pōr aliqua mora regularis, vel irregularis, vt fruct^c vel vsuras dotis maritus petere, & consequi valeat.

4 Et alios quāplures cas^s cōes, & vtiles uępè, in q b^s maritus, & vxor sustinentęs onera matrimonij possint agere ad interesse dotis, ponit ad saturitatē vsq; Plotus in d. l. si quādo, n. 449. cū alijs seq.

*SVMMARIVM.*

1 *MORS ficta, et sic ciuilis, nunquā naturali morti æqu paratur, nisi in casibus à iure expressis.*

## OPINIO DXXV.



1 ORS ficta, & sic ciuilis, naturali morti nūquā ęquiparatur, nisi in casibus à iure exp̄ssis: secundū Glo. in c. susceptum, de rescript. lib. 6. & in c. placuit. 17. q. 1. Alex. n. 5. & seq. & Costā par. 2. in prin. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. Vinc. Hercul. col. 1. & Ripam num. 11.

nu.11.in l.ex facto.§.ex facto.ff.ad Trebel.Felyn. in c.in præsentia, num. 55.de prob. Soc.in l.cùm auus,num.123.cum alijs sequen.ff. de condit. & demonstratio.& Boer. decisio. 323. sub nume.6. Cõis opin. vbi existimat istorum opinionem communem fore, & Ioan.Baptist.Bouius, in tract. de statutaria vrbis præscriptione,titu.de eodem habente apodissas,c.102.Glo.12.nu.2.& seq.fol.par.29.

*SVMMARIVM.*

1 *MVLIER agens hypothecaria constante matrimonio ad bona mariti hypothecata pro dote sua, quando maritus vergeret ad inopiam potest impedire creditores ipsius mariti offerentes ei dotem suam in pecunia, ac requirentes relaxationem illorum bonorum occupatorum cum cessione iurium dotalium, vt non admittantur:qui creditores mariti non habent ius offerendi aduersus vxorem possidentem, uel petentem bona mariti uergentis ad inopiam, in solutionem dotis suę.*

2 *Mulier quomodo possit obtinere, ac impetrare assecurationem suę dotis in bonis mariti ad inopiam uergentis, ac impedire creditores ipsius mariti non probata in promptu sua inopia, ponitur remissiuè.*

## OPINIO DXXVI.



1 MVLIER possidēs, seu agens, hypothecaria constante matrimonio ad bona mariti hypothecata pro dote sua, quando maritus tenderet ad inopiam: tunc quidem creditores ipsius mariti possūt offerre dictæ mulieri dotē suam in pecunia,ac petere relaxationē ipsius mariti bonorum occupatorum cum cessione iurium dotalium; & sic creditores mariti habent ius offerendi aduersus vxorem possidētem, vel petentem bona mariti in solutione dotis suæ, vbicunq; maritus vergeret ad inopiam: secundū Paul.Castren.col.2. & Alex. cum alijs relatis per eum in l.si constante,num.31.ff. solut. matrimo. Lupum in repetitione c.per vestras. §.21.colum. fin.de donat.inter vir.& vxor.

¶ In contrariam verò sententiam videlicèt, quòd creditores non habent tale ius pecuniam offerendi,inclinarunt Bart. in d.l. si constante, in 7.q.num.88.Cyn.Bar.Bal.Saly.& Fulgo.in l.cùm tibi. C. qui potio.in pignor.habean. & Paul.Castren.sibi contrarius in l. 2.colum.1.ff.solut. matrimo.Capicius decis.41.nu. 11.& 15. & istorum Cõis opin. opinio magis vera, magisque communis apparet vt deducit Socin. consi. 3.vol. 3. fateturq; temerarium esse ab huiusmodi opinione recedere in iudicando. Idem concludit Corn.consil.85.n. 5.& num.15.vol.4.Bal. Nouellus in tract. de dote,in 7.par.in priuileg.47.quod est pen. Negusā, in tract.de pignoribus in 1.membro.5. partis, n. 31.& seq.& Cephalus cons.298.Magnificus Dominus Petrus Burrus,vol.2. vbi ita consuluit, & Octauianus Cacheranus, cum alijs aggregatis per eum, in decisio.Senatus Pedemontani. 135. Quæstio difficilis, nu 9. cum alijs seq. vbi similiter appellat istam opinionem magis veram, ac etiam magis communem esse: & sequitur etiam opinionem istorum Cæsar Vrsillus in add. Affl.in decis. 199.nu. 1.& seq.

2 Vbi etiam docet practicam Regni, & modum tutissimum ottinendi in fauorem ipsius mulieris petentis assecurationē eius dotis in bonis mariti vergentis ad inopiam,ad impediendum executionem creditorum ipsius mariti, etiam non probata in promptu inopia eiusdem mariti.

*SVMMARIVM.*

1 *MVLIER viro suo non potest plus relinquere, vel donare de bonis suis,quàm relinquat,seu donet vni ex liberis ex primo matrimonio genitis.*

2 *Maritus ex secundo matrimonio mortua vxore absque liberis communibus potest percipere solummodo, quā tum percipiet ex filijs primi matrimonij.*

3 *Maritus secundus potest tantundem consequi de bonis vxoris, quantum percipit vnus ex filijs primi matrimonij, recepta prius legitima præcipua eis spectante de ipsis bonis maternis ultra dictam partem secundùm vnam communem opinionem: sed secundū alteram sententiam cōtrariam similiter communem filij primi matrimonij tenentur illud, quod percipiunt ex dispositione l. hac edictali.C de secund.nupt. computare in legitimam;& sic filij ipsi non possunt facere duas deductiones.*

4 *Mulier potest tantum relinquere, aut legare secundo uiro, quantum ascendebat legitima cuiuslibet ex filijs primi matrimonij.*

5 *Maritus secundus in duobus casibus tantundem consequi potest,quantum filijs ex primo matrimonio relictum,legatumque sit,nulla consideratione habita supplemēti legitime,qd ipsi filij petere possēt, remissiuè.*

6 *Mulier secūdo nubēs,ac plus relinquens, atq; legans secūdo uiro,quā liberis primi matrimonij, tūc illud plus diuidendum esset inter ipsos filios,& secundum coniugem,in tantum quòd unusquisque habebit æqualē portionem suam,secūdum unam communem opinionem: sed secundum alteram sententiā contrariam similiter communem illud plus totū spectat ad ipsos filios absque aliqua participatione secundi uiri, uel diuisione illius pluris,tanquam non scriptum,aut relictum sit.*

7 *Maritus secundus tenetur non solum ad restitutionem sortis principalis illius pluris sibi relicti, aut legati, quàm filijs primi matrimonij, sed etiam ad restitutionem fructuum à tempore mortis suæ vxoris perceptorum de ipsis bonis superfluis sibi relictis.*

8 *Maritus consequitur plus quā vnus de filijs prioris matrimonij,vbicunq; donationi secundo viro factæ accederet fideiussor, qui principaliter se obligaret pro obseruatione conuentorum,& euictione dictorum.*

9 *Filijs incapacibus bonorum non conceditur beneficium d.l.hac edictali.*

10 *Maritus accipiens, ac stipulans promissa pro filijs ex se, & ex alia muliere nascituris, tunc filij prioris matrimonij ea non auocarent: quia dispositio. l. hac edictali, non prohibet alienare in communes filios, secundum vnam opinionem: licèt contraria opinio communis appareat.*

11 *Filijs erga matrem ingratis denegatur beneficium. l. hac edictali, & maritus totum lucrari posset.*

10 *Maritus filijs ex primo matrimonio genitis agentibus ex d. l. hac edictali potest dare portiones suas in pecunia, etiam corporibus iusto pretio in dotem datis.*

## OPINIO DXXVII.

1 MVLIER non potest secundo viro suo relinquere, vel donare de bonis suis vltra quàm relinquat, aut donet uni ex liberis ex primo matrimonio genitis. l. hac edictali, & ibi Doct. C. de secun. nupt. & §. optimè, & ibi Bar. Ang. & reliqui omnes, in auth. de nuptijs, & Bertr. consf. 84. vis is dubijs ex parte honestæ mulieris Laurentiæ, num. 1. volum. 6. & Ioan. de Amicis consf. 3. nu. 21. vbi inquit hoc totum mundum tenere. Cõis opin.

2 Imò ampliatur hoc intàtum procedere, quòd si mulier ipsa moretur in matrimonio absque liberis cõmunibus: tunc maritus ex secundo matrimonio similiter posset percipere dũtaxat, quãtum percipiet vnus ex filijs primi matrimonij: secundum Bal. & Paul. Castren. in autheu. prætcrea. C. vnde vir & vxor. Cyn. Bartol. & alios in d. l. hac edictali, & Alex. consf. 144. circa primum dubium, in prin. vol. 5.

3 Et hinc vtiliter infertur, quòd vbicunque ipsis filijs primi matrimonij relictum foret vltra legitimam: tunc deberent percipere legitimam suam præcipuam, & absque onere aliquo: quia ipsa legitima quò ad hoc, vt tantundem relinqui debeat secundo marito, non esset in consideratione, verùm duntaxat consideraretur illud, quod vltra legitimam filij consequerentur, vt tantundem posset secundus maritus consequi. Et sic si legitima filiorum esset centum, & relictum ei esset centum: tunc non posset secundo viro cẽtum relinqui, sed solummodo decem vltra legitimam ipsam: vt voluerunt Gloss. in d. §. optimè, in verb. quippè, & ibi Iacob de Belui. & Ang. Ancha. cõs. 101. ex themate, Bald. consf. 22. quædam domina Nicolina, colum. fin. vol. 5. Bertran. in d. consf. 84. sub num. 1. & seq. Grauet. consil. 142. nu. 4. Bar. Bald. & Castren. in l. 1. C. de inoff. dot. Cuma. cõs. 109. Domina Ioanna, colum. 2. & sequen. vbi ait istam opinionem communem esse; & magis communem ostendit eam sequendo cumulatissimè Hippoly. Riminal. consf. 166. Magnifica Domina Ioanna Tarupha, nu 3. posito inter consf. vltimarum voluntatum, vol. 1. Cõis opin.

¶ In contrariam verò partem, & malè, videlicet, quòd illud, quod auocant filij primi matrimonij ex dispositione d. l. hac edictali, debeat eis cõputari in legitimam; & consequenter ipsi filij nõ possint facere duas deductiones, inclinauit consulendo Alex. cum cæteris aggregatis per eum, consf. 168. circa primum dubium, sub nu. 7. cum alijs seq. vol. 5. & ibi apostilla in litera, C.

4 Sed retenta antedicta communi sententia, tãquam sacrosancta, atque verissima, interpretatur non habere locum, quando non esset relicta integra legitima filijs primi matrimonij, sed expressim filij limitati reperireutur ad certam minorem partem ipsius legitimæ, ex eo quòd poterant ipsi filij supplementum petere: tunc enim secundus vir non plus percipere posset, quàm extitisset uni ex dictis filijs primi matrimonij taxatum, & relictum; esto quòd non consideraretur quòd portio antedicti filij aliunde augeretur, & sic per supplementum legitimæ: secundùm Saly. q. 7. Iacob. de Sancto Georg. & Bertran. in d. l hac edictali, & eundem Bertran. in d. consf. 84. sub nu. 1. & ibi Alex. in d. consil. 168. in litera, C.

¶ In contrariam verò partem, videlicet, quòd mulier poterat tantũ relinquere, aut legare eius secundo viro, quantum ascendebat legitima cuiuslibet ex dictis filijs secundi matrimonij, firmauere Bald. in d. l. hac edictali, Bertran. titubanter in consil. 166. ex casu, colum. 2. volum. 1. Grauet. cum alijs signatis per eum, consil. 40. num 9. Rubeus consil. 115. vbi ita consuluit, & asseruit istã esse communem opinionem, & Hippolyt. Rimin. etiam in d. consf. 166. sub nu. 3. Cõis opin.

5 Vbi vtiliter recensuit duos casus vnanimiter ab omnibus approbatos, in quibus secundus vir consequi valeat duntaxat tantudem, quantum filijs ex primo matrimonio relictum, legatumque foret, nulla consideratione habita supplementi, quod ipsi filij petere possent.

6 Sed vbicunque, aduerte, mulier secundò nubens plus relinqueret, seu legaret secundo viro, quàm liberis prædictis ex primo matrimonio: tunc illud plus diuidendum veniret inter filios, & secundum coniugẽ: intantùm quòd vnusquisque æqualem habeat portionem suam: ut voluerunt Glo. in verb. Diuidi, Cyn. q. 4. Bald. col. 6. & Saly. col. 2. in d. l. hac edictali, Ioan. de Ana. consf. 67. in fin. Dec. consil. 246. col. 2. & Corn. consf. 83. nu. 7. volum. 3. vbi deducit istam esse magis communem opinionem. Cõis opin.

¶ Contrariam verò partem, videlicet, quòd illud plus totum spectet ad prædictos filios absque aliqua participatione secundi viri, vel diuisione illius pluris, tanquam non scriptum, relictum, datum, vel donatum sit; firmauere consulendo Bertran. in d. consil. 84. num. 4. & Hippoly. Riminal. cum infinita caterua Doctorum illustrium relata per eum, in d. consf. 166. sub nume. 6. cum alijs seq. vbi euacuat omnia obstacula, & præsupponit istam esse magis communem opinionem, prout realiter verior, & communior apparet: & periculosum Cõis opin.

losum foret in foro fori, & conscientiæ, etiam ab ea recedere in decisiuis.

7 Imò idem Riminal.ibidem num.12.cum alijs seq.similiter optimè,& doctisimè consuluit ipsum secundum virum teneri, etiam dictis filijs primi matrimonij ad restitutionem fructuum à tempore mortis suæ vxoris perceptorum de prædictis bonis superfluis sibi relictis.

¶ Sed aduerte quòd maritus de bonis mulieris in aliquibus casibus infra ponendis, posset plus assequi,quàm aliquis filiorum primi matrimonij aduersus d.l.hac edictali.

8 Primus igitur casus, seu limitatio ad d. l. hac edictali est, vbicunque huiusmodi donationi secundo viro factæ accederet fideiussor,qui principaliter se obligaret pro obseruatione conuentorum, & euictione dictorum: vt determinat Dec. in auth.præterea,num. 7.C. vndè vir,& vxor, & consil.246.vbi allegat hoc velle Abb.cons.43.

9 Secundus verò limitationis casus est, quando filij bonorum capaces non forent: tunc quippè maritus in effectu posset plus assequi, quam ipsi incapaces de bonis mulieris:secundù Ruin.cons. 64.in fin. vol. 2.& Soc.post Bal.cons.35.primùm, in 2 dubio,vol.4.

¶ Vbi refert monacho ordinis Minorum non competere remedium,seu beneficium d.l.hac edictali,ac illud intentare nullatenus posse.

10 Tertiò affertur tertius casus, quotiescunque maritus acciperet, & stipularetur promissa pro filijs ex se,& ex ea muliere nasciturus: tunc profectò filij prioris matrimonij ea non auocarent:vtpotè quia d.l.hac edictali,non prohibet alienare in communes filios:vt uoluit Bald.consil.11. casus talis,vol.3.& Dec.consil.246.

¶ In contrariam verò sententiam inclinauit consulendo Ruin. consil. 112. quæstio. volum. 1. Cōis opin. vbi prædicat istam esse communem opinionem contra Dec.& Corn.etiam sequitur consil.82.im minet, nu.2.vol.3.& Franc.de Alber. & Ioan. de Ligna.& Ricard.de Saly.inter cons.Paul.de Cast. in consil.262.mihi videtur,quód dictus,& in con sil.264.vnum est supponendum, & in consil. seq. & Boer.decis.201.& Castan.in consuet. Burgun. rub.6.§.1.num.7.vbi allegat ita Bertr.consuluisse,cons.63.& cons.165.vol.1.

11 Quartus est casus,ac limitatio ad ipsam l. hac edictali, vbicunque filij primi matrimonij ingrati erga matrem reperirentur:tunc enim eis bene ficium d.l. hac edictali penitus denegaretur, & maritus totum lucrari posset:secundum Corn.in d.cons 82.& Bal.cons.22.quædam Domina,vers. item in quantitate debiti,vol.5.

12 Quintus denique casus,& limitatio,seu potius declaratio dari posset,quòd remedio d.l.hac edictali posset eis dare portiones suas in pecunia, & pro se retinere corpora: secundùm Bal. cons. 276. verba,vol.3. Alias verò duas limitationes ad d.l. hac edictali, tradit Ioan. de Amicis in d.cousil.3. nu.22.cum alijs seq.

*SVMMARIVM.*

1 *HAEREDES mariti tenentur restituere vxori bona mobilia dotis suę infra annum.*

2 *Mulier non potest aliquid accipere, vel petere pro alimentis ab hæredibus mariti, etiam si post annum heredes ipsi essent in mora. & hoc procedit etiam in uidua inope, & paupere: quia præsumitur vsura.*

## OPINIO DXXVIII.



1 MVLIER mortuo marito,infra annum ab hęredibus ipsius mariti nō potest petere bona mobilia dotis suæ sibi resti tui debere: vt iuribus clarisimis apud nos receptum est.

2 Si post annum hæredes ipsi essent in mora; adhuc mulier nequiret aliquid accipere,seu petere pro alimentis ab hæredibus mariti:quoniam præsumeretur vsura: vt consuluit Anchar.cons.150.in quęstione,quę vertitur,colum.2.quem sequitur Alex.in l.diuortio. colum.11.ff.solu.matr.& cons.61.colum.penult. volum.2.Corn.consil.44.colum.1.volum.2.Grauet.cons.89.nu.3.Dec.cons.39.colum.3.& cons. 74.col.penul.& seq.& cons.141.colum.1.& seq. vol.5.vbi prorumpit istam esse communem opinionem:& Ias.quoque in §.fuerat,num.26.instit. de action.& Cæsar Vrsillus copiosè in addit. Afflicti in decis. 284. num. 6. vbi concludit etiam cum alijs signatis per eum, hoc procedere similiter in vidua inope, & paupere. Et de re hac aliquid diximus infra in Opinione, Vxori heredes mariti defuncti. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *MVLIERES pro alio fideiubentes, regulariter non obligantur.*

2 *Mulier pro alio fideiubens cum iuramento non iuuatur aliter beneficio Velleiani: & sic fideiußio ipsa firmatur dicto iuramento: secundum vnam communem opinionem; sed secundum alteram sententiam contrariam similiter communem, fideiußio ipsa facta per mulierem non firmatur iuramento.*

3 *Mulier in Regno Neapolitano etiam certiorata per notarium de beneficio Velleiani, ei renuntians cum iuramento non obligatur: imò obligatio ipsa habetur tanquam irrita, nulla, meticulosa, & contra bonos mores ciuiles, & naturales facta.*

OPI-

## OPINIO DXXIX.

1 MVLIERES, quæ pro alio fideiubent, licèt regulariter non obligentur: vt toto titu. ff. & C. ad Velleian. nihilominus obligantur mediante iuramento; & sic iuramento firmatur fideiussio mulieris: secundùm Bar. in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. & ibi Castren. & Angel. Abb. Imol. & Fely. colum. 4. in c. ex rescripto, extra de iureiu. & alios congestos per Tiraq. in l. si vnquam, in princ. num. 135. C. de reuocan. donatio. Francum colum. 2. & Nattam col. 3. in c. quanuis pactum, de pact. Fe'yn. in c. si diligenti, de foro competen. Alex. & Ias. in l. in repudianda. ff. de acquir. hæred. Roman. & Alex. num. 30. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. Alex. cons. 27. colum. 3. vol. 1. Curt. Iun. cons. 47. col. fin. & Ant. de Burgen. in c. penul. nu. 36. de empt. & vendit. secundùm quem ista est communis opinio, & secundùm Annibalem Troysium Cauesem in pragmatica, Don Petrus de Toledo. col. 5.

Cõis opin.

¶ In contrariam verò partem, videlicèt, quòd dictus contractus fideiussionis mediante iuramẽto non firmetur, inclinarunt Imol. in d. c. pen. de empt. & vendit. Bal. cons. 47. lib. 1. qui asserit hãc esse communem opinionem, Ioan. And. in addit. ad Specul. in titu. de renunt. & conclusio. col. 3. Imol. & Aret. colum. 11. in d. l. sciendum, & Bart. ibi quoque, colum. 2. dicens ita consuluisse, Ias. in d. authen. sacramenta puberum, nu. 56. Alex. consil. 3. vol. 1. col. 3. Marsil. in rubr. de fideiusso. num. 38. Grammat. decis. 76. num. 20. & Couarr. in d. c. quanuis pactum, par. 2. §. 3. nu. 5. in fin.

Cõis opin.

2 Sed prior sententia affirmatiua, vt is contractus fideiussionis per interuentum iuramenti valeat, & firmetur; verior, receptior, & ferè indubitata redditur, prout etiam Doct. tenentes contrarium hoc minimè inficiantur, cum qua tanquam tutissima, & indubitata transeundum est in iudicando, & consulendo de iure communi.

3 Sed hic mirabilis interpretum conflictus, & miserabilis controuersi iuris perturbatio, explosis ipsorum interpretum opinationibus, in Regno Neapolitano sublata extat, per præmemoratam pragmaticam exordientem, Don Petrus de Toledo, vbi disponitur apertissimé, quòd si mulier, etiam certiorata per notarium de hoc iure ac beneficio Velleiani, ei cum iuramento renunciauerit, tale iuramentum, ac renunciatio non valeat, tanquam meticulosa, nulla, & penitus inualida, & contra bonos mores ciuiles, & naturales facta, & emanata.

### SVMMARIVM.

1 MVLIERES duæ se mutuò, vt uiri subagitantes, ac actum uenereum, seu libidinem inuicem exercentes, & insimul corrumpentes pæna vltimi supplicij puniri debent: quia committunt sodomiticum facinus.

2 *Abusus uxoris in supergrediendo uirum suum in coeundo, peccatum mortale non est: tamen tales actus, & modi illiciti sunt reprehendendi, & penitus prohibendi per confessores. imò vbi adest periculum de mortali peccato, scilicèt quòd generatio sequi non possit, vel periculum immineat de seminis effusione extra vas, absolui non debent, qui desistere nolunt.*

## OPINIO DXXX.

1 MVLIERES duæ se mutuò, vt viri subagitantes, ac actũ venereum, seu libidinem earum exercentes, & insimul corrumpentes, pœna vltimi supplicij puniri debent. l. fœdissimam, in princ. secundũ vnam lecturam Glossæ, quam sequitur ibi Salyc. C. de adulter. Cyn. Alber. & Salycet. in l. cùm vir. eod. tit. Ang. in tract. maleficiorum, in vers. *Che hai adulterata la mia donna*, vers. Quarto, quę sit pœna stupri, nu. 53. & Carrer. in pract. crim. in §. circa, vers. Circa quartum itaque, quibus ex causis excusetur homicidium, num. 303. & opinio istorum nullam habet dubitationem, & est communis opinio: secundum Criminalistas varijs in locis, & ita decisum extitit in curia Burdegalensi in facti contingentia, teste Bocrio, decis. 316. num. 14. Cõis opin.
Et huius ratio est: quia istæ mulieres supergrediẽtes, fœminas, ac eis abutentes, & inuicem se corrumpentes, committunt sodomiticum facinus: vt per omnes Doct. prçcitatos, & per venerandũ Doctorem Fratrem Ioannem conciuem meum, in sermonibus quadragesimalibus, nuncupatis lima vitiorum, sermone 31. Domine da mihi hãc aquam. q. 2. post prin. q. 1. col. 2. & per Bartho. Fumum in sua summa Armilla in ver. Luxuriæ. §. 5.

2 Sed vbicunque fœmina supergrederetur virũ suum, & prætermitteret debitũ modum à natura institutum, seu insitum in coeundo, non incideret quippè peccatum mortale: & consequenter in hoc casu per coniuges non contrahitur, ac committitur peccatum mortale, & eò magis cũ in præsenti modo coeundi generatio, atque proles sequi posset: vt voluit S. Thom. in 4. sententiarum, dist. 31. in expositione literæ, & ibi Caietanus: & Albertus Magnus quoq; concludit, quòd potest isto modo sequi generatio: quia matrix non solùm est receptiua, sed attractiua etiam. Et huic opinioni inhærent quoq; Io. Tab. in summa Tabiena in ver. Matrimonium, il 3. n. 11. Fumus in d. summa Armilla in ver. Luxuria, sub §. 5. & in ver. Matrimonium, sub §. 68. & copiosè Syluester in sua summa, in ver. Debitum coniugale. §. 4. vbi congerit Doct. contrarium sentientes, respondet contrarijs, admonetque quòd tales sunt grauiter reprehendendi, imò omninò prohibendi sunt ab huiusmodi actibus illicitis, & modis periculosis coeundi,

coeundi. Et vbi est periculum de mortali peccato, videlicèt, quòd generatio sequi nequeat, vel immineat periculum de effusione seminis extra vas, non debent absolui, qui nolunt abstinere.

*SVMMARIVM.*

1 *MVLIER iuuatur Velleiano, & ipsi renuntiare potest, sed prius debet certiorari per notarium in confectione instrumenti, si tamen notarius sciat quid sit Velleianum, & quid seruetur in Regno Neapolitano.*

2 *Mulier cum iuramento renuncians, non debet certiorari de Velleiano.*

OPINIO DXXXI.

1 MVLIER fideiubens regulariter iuuatur beneficio Velleiani. l. 1. & toto tit. ad Velleia. quod quippè ponit pro regula cum quàmplurimis limitationibus Bertach. in suo repertorio, in ver. mulier cõtrahẽs. Et ipsi beneficio renũciare potest. l. pẽ. C. de pact. Sed aduerte ꝙ prius, & antequã ipsa mulier renunciet, debet certiorari de beneficio Senatusconf. Velleiani per notarium, & eo casu statur tali instrumento: secundùm Glo. in l. fin. C. quando mulier offi. tute. fung. potest: quam Glo. sequitur Hostien. in sua summa. §. & quis, vers. idẽ est, Archidia. & Dominicus in cap. placuit. 38. distinct. Fely. in c. si diligenti. colum. 4. de foro competen. Doct. omnes in l. sciendum. ff. de verb. obligat. & ista est communis opinio, de qua fecit mentionem Alciatus in tract. de præsumpt. in reg. 3. præsumpt. 13. nume. 4. & latè Tiraq. in repet. l. si vnquam. num. 98. in vltima impressione. C. de reuocan. donatio.

Cõis opin.

¶ Hoc tamen non procedit, si notarius nesciret quid esset Velleianum. Nam sicut testibus interrogatoria fieri possunt: vt per Bart. in l. 1. ff. si certum pet. quem ibi omnes sequuntur, ita notario certi iuris est fieri posset huiusmodi interrogatorium, quid sit Velleianum: & si fortè dixerit se nescire, talis renunciatio nihil operabitur: secundùm Alberi. in l. si mulier. §. si mulier. ff. ad Velleianum, & in l. 2. C. de hæret. in princ. Dec. in 3. lectu. num. 53. & Nigrum, nu. 31. in d. l. 1. ff. si cert. pet. Marsil. sing. 661. & in rub. ff. de fideiuss. num. 39. & Cępol. licèt hoc non firmet, in caute. 196. Fulgos. & Alex. in d. §. si mulier.

Cõis opin.

¶ Et quanuis hoc pluribus rationibus aliqui Doctores impugnent: tamen hodie in Regno Neapolitano est sublata isthæc ambiguitas per pragmaticam exordientem, Don Petrus de Toledo, in qua expressè disponitur, mulieres non posse renunciare Velleiano, etiam si certioratæ essẽt per notarium de dicto Velleiano.

¶ Imò fortius disponitur ibi, mulieres ipsas non posse renunciare, etiam cum interpositione iuramenti, & renunciando renunciatio facta dicitur ipso iure nulla.

2 Sed de iure cõmuni mulier iurans renunciando, non debet aliter certiorari de beneficio Velleiani: ita Doct. in l. fin. C. ad Velleia. & in c. 2. & prę sertim Archid. & Ioan. And. in nouella de pact. in 6. Bar. & Alex. in l. si duo patroni. §. 2. ff. de iureiur. & Bal. in Mar. in verb. Mulier, vers. 2. & in l. 1. C. ad Velleian.

*SVMMARIVM.*

1 *MVLIER renuncians omni iuri, quod habet in bonis paternis cum iuramento, potest (prius absoluta ab ipso iuramento) contrauenire ex capite enormissimæ læsionis: nam ex hoc præsumitur dolus etiam si cessio esset facta patri.*

2 *Transactio etiam iurata rescinditur ratione enormissimæ læsionis: quia iuramentum non tollit remedium. l. 2. C. de rescin. venditio.*

3 *Transactio non iurata non potest rescindi prætextu læsionis vltra dimidiam iusti precij.*

4 *Minori enormiter læso succurrendum est per relaxationem iuramenti.*

5 *Minor enormiter læsus, sciens euidentem læsionem, sponte, & ex certa scientia, & bene consultus cedens, & cæterá, non habet beneficium relaxationis iuramenti.*

6 *Minori non conceditur restitutio in integrum aduersus venditionem per eum factam de rebus suis, etiam si non esset certioratus de beneficio.*

7 *Rustico enormiter læso succurritur non obstante iuramento.*

8 *Mulier sciens hæreditatis æstimationem, sponte, & ex certa eius scientia cedens, & cæterá, non potest venire contra pacta tanquam decepta, & præsertim si iurasset non contrauenire ratione enormissimę læsionis: quia scienti, & consentienti non fit iniuria.*

9 *Mulier tanquam læsa enormiter non potest venire contra pacta, quando subessent verisimiles coniecturæ quòd sponte donare voluerit.*

OPINIO DXXXII.

1 MVLIER omni iuri, quod habet in bonis paternis renuncians cum iuramento, poterit prius absoluta à dicto iuramẽto, contrauenire ex capite enormissimæ lęsionis: vt voluit Corne. ità consulendo, consil. 146. vol. 1. consil. 139. colum. 4. & 214. volum. 3. Dec. cons. 170. colum. 3. & Rubeus cons. 101. Et absolutio ista debet de iure, & ęquitate concedi: quę quippè indulgenda est, ne iuramentum sit iniquitatis vinculum. c. & si Christus, & c. quanto, de iureiu. Glo. in authen. quod eis. C. de nupt. Docto. in c. cùm contingat, de iureiur. Paul. Castren. consil. 175. contra superius, lib. 1. cum alijs citatis per Alex. cons. 213. visis

visis vol.7.& per Curtium cons.44.super contingentia, circa fin. Nam ex euidenti, & enormi læsione præsumitur dolus, etiam si cessio esset facta patri.l.si superstite.C.de dol.cum relatis per Soc. cons.263.col.1.& seq.capio primum, & illorum
Cōis opin. opinionem dicit communem Dec. cons.203. nu. 5.& Gramma.decis.102.quo verò ad causam no tam,num.103.

2 Et conclusio hæc ampliatur etiam habere locum in transactione iurata, quæ certè rescinditur ratione enormissimæ læsionis: secundùm Dec. consil.170.col.3. Vnde mulieribus enormiter læsis necesse est succurri non obstante iuramento. Quia iuramentum nō tollit remedium. l.2.C. de rescin.vend.&notant omnes Doct.ibi, Ripa in 3. lib.responsornm, tit. de donatio.reuo.c.15.col.4.
Cōis opin. vbi recitat istam esse communem opinionem, & Grauet.cons.192.nu.2.& Gram. in d. decis.102. nu.54.& 104.

3 Sed vbicunque, aduerte, in transactione ista non interuenisset iuramentum: tunc non potest rescindi prætextu læsionis vltra dimidiam iusti pretij: vt voluit Cyn.Bal.Saly. & alij Doct. in d.l. 2.C.de rescin.vend.in l. si quis cū aliter. ff.de verbo.oblig.in c.cum causam, de empt.& vendit.& Afflict.decis.220.num.2.vbi refert cum ista opi-
Cōis opin. nione ferè omnes Doct.communiter transire, & Grammat.decis.66.nu.63.& Ioan.Cephal. cum alijs aggregatis per enm cons.110.Vgoniæ statu to disponitur,nu.70.vol.2.

4 Ampliatur etiam præmissa conclusio in minore enormiter læso, cui profectò succurrendum est
Cōis opin. per relaxationem iuramenti: & hoc non habet dubitationem aliquam.

5 Sed quando minor ipse sciens euidentem læsionem non excedentem dimidiam partē iusti pretij, spontè ex certa eius scientia, & benè cōsultus cessit, &c. tunc per relaxationem iuramenti mi-
Cōis opin. nori succurri non est permissum prout communiter teneri per omnes Docto. dicit Curt.cons.44. col.pen.& Bertr.cons.135. vidi casum mihi exhibitum,nu.3.& seq.vol.8.

6 Vbi consuluit etiam, quòd minori non concederetur restitutio in integrum aduersus venditionem per eum factam de rebus suis, etiam si non extitisset de huiusmodi beneficio certioratus.

7 Ampliatur quoq; dicta communis habere locum similiter in rusticis enormiter læsis: quibus necesse est succurri non obstante iuramento: vt per Grauet.cons.192.num.2.& per Doctor. præcitatos.

8 Et ista regula, seu conclusio ita ampliata limitatur, quotiescunque in instrumento reperiretur scriptum, mulier sciens hæreditatis æstimationē, spontè,& ex certa scientia cessit,&c.tunc mulier contra pacta quasi decepta venire non poterit. Nam scienti, & consentienti non fit iniuria, neq; dol⁹.l.cū donationis.C.de transa. ita tenet Alex. in l. stipulatio hoc modo cōcepta.col.3.ff.de ver. oblig.per nota.per Bar.in d.l.2. præcipueq; si iurasset non contrauenire ratione enormissimę læsionis: secundùm D.Antonium in d.c.cùm cōtingat,& Alex.in d.l.stipulatio hoc modo concepta.

9 Quę quidem limitatio, seu sententia sequenda non foret, quando subessent verisimiles coniectu ræ, quòd mulier spontè donare voluerit: secundū communem assertionem omnium Doctorum, vt Cōis opin. patet ex dictis, relatisq; per Dec.cons.379. requisitis in fine.

*SVMMARIVM.*

1 *MVLIER non potest agere ad dotis repetitionem constante matrimonio. sed dotis restitutio matrimonio constante fit in casu necessitatis, honestatis, vel vtilitatis.*

2 *Mulier constante matrimonio non potest dotem à marito petere, etiam si maritus seuiens in eam absque causa à se repellat.*

3 *Mulier potest petere dotem à viro constante matrimonio in casu emergentis inopiæ ipsius mariti, vel alterius obligati ad dotis restitutionem, uel etiam quando maritus incipit malè vti substantia sua.*

4 *Mulier, videns maritum bona dissipantem potest petere dotem suam sequestrari. Sed utrum hoc habeat locum in marito dissipante dotem, uel bona sua, hic declaratur.*

5 *Adulterium non dissoluit uinculum matrimonij consummati, sed thorum duntaxat separat.*

6 *Maritus quandiu uiuit uxor sua constuprata, & adultera non potest aliquo modo alteram uxorem ducere.*

7 *Iudeus dimissa, ac repudiata prima uxore adultera, potest aliam ducere.*

8 *Maritus criminaliter potest accusare uxorem de adulterio, sed non è conuerso uxor uirum.*

9 *Maritus, ut potest accusare ciuiliter uxorem suam, ut separato thoro dotem recipiat, aut lucretur donationē propter nuptias, quam fecit maritus.*

## OPINIO DXXXIII.

1 
VLIER non potest agere ad dotis repetitionem constante matrimonio.l.fin.in princ.ff. de doli excep. & l. 2. ff. solut.matrim.nisi in casu necessitatis, honestatis, vel vtilitatis: vt per Anchara.cons.238. regulariter,& Glo.in §.dotes autem, in auth. de nuptijs, vbi enumerantur causæ in iure expressim concessæ, de quibus nunc agendum non est.

2 Et regula ista interpretatur primò non procedere, etiam si maritus sæuiens in vxorem, eam absq; causa à se repellat: tunc certè tenetur vxori suæ vir constante matrimonio reddere dotem: secundùm Bal.in l.fin.C.de senten.quæ sine cert. quantit.

¶ Sed contrarium tenent Alexan. cæterique omnes

Cõis opin. omnes communiter in d. l. 2. & Alex. consil. 78. volum. 2.

3 Declaratur secundo loco non habere locum in casu emergentis inopiæ mariti, vel alterius obligati ad dotis restitutionem: quia tunc actio dotis oriretur constante matrimonio: secundùm Cõis opin. communem opinionem: quam latè disputando sequitur, attestaturq; Alex. in l. si constante. §. 1. col. fin. ff. solu. matrim. & Negusantius de Fano in tract. de pignor. & hypothe. in 3. membro. 8. Cõis opin. par. num. 1. Et ista communis probatur in d. l. 2. & ita concludit Glo. communiter approbata, in l. sed si alia. ff. de bonis damnat. & in l. si tem. §. omnes. ff. de pigno. actio. & in l. si cùm dotem. §. mulier. ff. solu. matrim.

¶ Et limitationem istam quòd mulier potest constante matrimonio dotem à marito petere, quando maritus vergeret ad huiusmodi inopiã, & euidentissimè appareret eius facultates dedu cto ære alieno ad dotis exactionẽ nõ sufficere d. l. si cõstãte: dic pcedere de iure forũ. sed de iure. C. satis habuit si constaret maritũ ad inopiã. pue nisse, & facultates essent idoneę ad satisfaciendũ vxori, & creditoribus suis. l. vbi adhuc. C. de iure dot. Amplius. l. nouissima Iustiniana constituit, vt statim cùm maritus cœpit vti malè substantia sua, ad dotem mulier liberè agere potest. §. illud, anthen. de æqualit. dot. & ita firmat Bart. in d. l. si constante in prin. & Panor. in c. per vestras, col. 3. de donat. inter vir. & vxo.

4 Et vlterius sciendum est qualiter alia cautela, seu remedio consultum, prouisumq; fuit mulieri contra maritum bona dissipantem, videlicèt, vt postulet dotem sequestrari. l. si cùm dotẽ. §. si verò dotem. ff. solu. matrim. Quocirca Doct. Cõis opin. in d. l. si constante communiter interpretantur. d. §. si verò, loqui in marito consumante dotem, & l. si constãte, loqui in viro cõsumãte bona sua.

5 Declaratur vlterius regula præmissa, vbi separatur thorus matrimonij culpa viri accusati, & de adulterio conuicti ab vxore. c. 1. vt lit. non cõtesta. Exploratum est itaque propter adulteriũ, matrimonij consumati vinculum non dissolui, sed thorum duntaxat separari. c. tuę de procura. & c. ex literis de donatio. Et hoc verificatur iuxta illud, Quos Deus coniunxit, homo non separet. c. quos Deus. 33. q. 2.

6 Vnde non licet viro adultera vxore repudiata, aliã ducere: vt omnes Canonistæ, & Theologi Cõis opin. sentiunt varijs in locis, Frater Ioan. noster non vulgaris eruditionis Theologus, in sermonibus quadragesimalibus in serm. 22. de adulterio q. 2. col. 2. Corasius in miscellaneis iuris ciuilis, lib. 5. c. 10. num. 7. S. Antoninus Archiepisc. Florent. in sua summa in 1. par. tit. 5. c. 3. de adulterio sub vers. quantum ad secundum. Ioan. de Neuiz. in sua Sylua nuptiali lib. 1. num. 106. vsque ad nu. 145. fol. par. 71. & Couarruuias latè, & expressè in epit. de contractus cõiugalis effectu. in 2. par. c. 7. §. 6. num. 13. fol. par. 138. vbi respondet contrarium asseuerãtibus, & Bartholomæus Fumus in sua Summa Armilla in ver. Matrimonium, n. 72. fol. par. 374. vbi admonet istam esse commu- Cõis opin. nem opinionem: & Io. Anto. Delphinus in tract. de matrimonio in titu. possit ne coniux coniugẽ propter adulterium commissum dimittere. atq; denuò matrimonium contrahere, lib. 1. fol. 18.

¶ Et licèt quæstio hæc agitata sit ad vtranq; partem, per grauissimos, & sanctissimos viros superioribus temporibus: tandem Concilium Tridentinum volens in præsentiarùm huic malo mederi tale dubium penitus clara, ac aperta determinatione sub excommunicationis censura abstulit, in sessio. 24. canone 7. si quis dixerit, vt ibi clarius colligitur. Et hoc idem aliàs statutum, & prouisum reperio in Concilio Triburiensi in c. 46. vbi text. dicit, & prohibet quòd maritus quã diu viuat vxor sua constuprata, & adultera, nullo modo possit alteram ducere.

7 Et aduerte quòd opinio hæc procedit in Christianis, non autem in Iudæis, qui dimissa prima vxore possent aliam ducere: vt consuluit Bertr. consil. 131. etiam si prout ex verbis veritatis colligitur, vol. 6.

8 Ergò quantum ad facultatem criminaliter accusandi dispar est causa mariti, & vxoris. Si quidem maritus accusat vxorem, sed non èconetra vxor virum. l. 1. C. ad legem Iuliam de adult. c. apud misericordem. §. fin. 32. q. 1.

9 Quantum verò ad accusationem ciuiliter, eorum causa par videtur, & æqualis. Vnde sicut maritus accusat ciuiliter vxorem suam de adulterio, aut thoro separato dotem lucratur. §. plerunque de donatio. inter vir. & vxo. & §. de adulterio, auth. vt lic. matri: & auiæ, ita mulier accusat virum suum, vt separato thoro dotem recipiat, & donationem propter nuptias, quam fecit maritus, ipsa lucretur: secundùm Roma. consil. 157.

## SVMMARIVM.

1 *MVLIER recipiens centum in dotem in primo matrimonio, & transiens postmodum ad secunda vota simpliciter nulla habita mentione dotis: intelligitur tunc dare tantam dotem secundo marito, quantam dedit primo viro.*

2 *Dos data primo viro, secundo viro censetur tacitè repetita nulla facta mentione dotis, etiam si primum matrimonium fuisset inualidum, in quo illa dos fuit constituta, nihilominus in secundo matrimonio repetita videbitur.*

3 *Mulier si expressim promittit dotem secundo viro cessat tacita dotis constitutio: quia verisimile non est duplicem dotem dare voluisse. quod procedit quando mulier promictit secundo viro dotem, secus si pater, vel alius: quia tunc maritus vltra dotem tacitam potest consequi etiam promissam.*

4 *Dos matrimonij immediatè præcedentis, videtur repetita in sequenti matrimonio, si plura matrimonia cum*

*cum diuersis dotibus praecesserunt.*

5 *Dotem primo uiro datam esse, vt uideatur secundo viro repetita plenè probandum est.*

6 *Confessio, & legatum dotis receptæ non probat dotem datam, & præsertim si fiat absente parte.*

7 *Dos data primo viro intelligitur secundo uiro tacitè repetita, vt si in quantitate data fuerat, in quantitate repetita videtur.*

8 *Mulier, quæ dotem non exegit non videtur secundo viro nomen dotis dare, sed promittere quantum primo viro dedit.*

9 *Conducens domum pro certo pretio, si illam postea reconducat tacitè, vel expreßè sine expreßione pretij intelligitur eodem pretio quo antea conduxerat reconducere.*

10 *Locatio, seu potius relocatio facta tacitè ex perseuerantia conductoris finito tempore, censetur facta cum omnibus qualitatibus, quæ erant in priori locatione.*

11 *Instrumentum locationis guarentigiatum pro tacita reconductione exequi non potest quò ad pœnam.*

12 *Conducens famulum pro vno anno pro certo salario, si postea illum reconducat nulla facta mentione de salario, videtur reconductus sub eodem salario.*

## OPINIO DXXXIV.

1 MVLIER recipiens centum in dotem in primo matrimonio, & transiens postmodum ad secunda vota simpliciter, & promittens dotem, quam non expreßit præcisè, quemadmodum expresserat in primo matrimonio: intelligitur tunc dare tantam dotem secundo marito, quantam dedit primo viro suo. Et sic dos data primo viro censetur data secundo: vt voluit Bart. in l. penul. §. si vxor. ff. solu. matrim. in l. cùm de in rem verso, sub nu. 8. ff. de vsuris, & in disput. sua, Mulier, col. 3. & 6. Glo. in vers. fortuita, in l. si mulier diuertit, col. 1. ff. solu. matrim. Cyn. & Saly. col. fin. in authen. sed quamuis. C. de rei vxo. act. Pau. Castren. cõs. 283. col. 2. secundùm antiquam impreßionem, & in d. l. si mulier, colum. 1. Cuma. cons. 109. col. 2. Abb. cons. 46. vol. 1. Alex. cons. 144 col. 2. vol. 5. & consil. 122. col. 1. vol. 7. Bertran. consil. 150. col. fin. volum. 2. Corne. consil. 254 Soc. cons 80. præsens, num. 1. & num. 18. vol. 4. Curt. in auth. præterea, num. 13. C. vnde vir, & ux. Ruin. consil. 53. colum. penul. vol. 3. consil. 61. in princ. vol. 3. & consil. 137. colum. 3. volum. 4. Soc. Iun. consil. 29. colum. fin. volum. 1. & Paris cons. 34. colum.

Cõis opin. 1. volum. 3. vbi recitat istam esse communem opinionem & Salyc. in d. authen. sed quamuis, col. fin. & Illustris Dominus meus Ranaldus Ridolphius primarius lector in Ciuitate Perusij, dum eum audiebam superioribus annis publicè in Gymnasio Perusino legentem.

2 Et istam communem sententiam amplia procedere etiam si primum matrimonium inualidú atq; nullum extitisset, in quo illa dos fuit constituta, tamen in secundo matrimonio repetita videbitur: secundùm Ruin. cons. 224. prosequendo, nu. 5. vol. 1. Quia ex actu nullo etiam voluntas declaratur. l. fin. ff. de reb. cor. & ibi not. & id firmat quoq; Rolan. à Valle in tract. de lucro dotis, quæst. 77.

3 Sed prælibatam communem ita ampliatam limita vtiliter, atq; declara primò, quòd si expreßim promisit mulier dotem secundo viro, cessat illa tacita dotis constitutio; tum quia verisimile non est duplicem dotem dare voluisse: tum etiã, nam expressum facit cessare tacitum. l. fin. C. de pact. conuen. & ita determinat Corne. cons. 157. licèt, volum. 1.

¶ Et hoc verum est, vbicunq; mulier ipsa promittit secundo viro; secus si eius pater, vel alius: quia tùnc vltra dotem prædictam potest & istã promissam consequi: prout in facti contingentia responderunt Corn. cons. 111. visis in causa, vol. 2. & Soc. cons. 100. super controuersia, vol. 3. ad fauorem mariti quòd vtrumq; debeatur, tanquàm vna dos aucta, exclusa ratione compensandi, militantibus contra eã pluribus præsumptionibus, & coniecturis, de quibus ibi per eos; & de ista quæstione loquitur copiosißime Signorol. de Homod. cons. 250. super dubijs nu. 16. Boer. decis. 137. & Guid. Papæ in q. 375.

4 Secundò limita etiam, atq; declara, quòd dos matrimonij immediatè præcedentis repetita videtur in sequenti matrimonio, si plura matrimonia non varijs, & diuersis dotibus præcesserũt: vt tenuit Bal. Nouellus in tract. de dote in 6. par. priuileg. 71. vbi meminit ita de facto iudicatum extitisse: & comprobat hoc, tum quia relatio fit ad proxima, tum etiam quia vltimus status rei inspicitur: vt per multa, quę ibidem deducit, & sequitur Ruin. cons. 137. col. 3. vol. 4. & cons. 56. n. 7. vol. 5. & Paris. cons. 34 statutum, in prin. vol. 3.

5 Tertiò limita, & aduerte quòd opus est plenè probari dotem primo viro datam fuisse, vt secũdus vir obtineat ex ista tacita dotis constitutione. Nec. n. sufficit probare, & verificare, quod primus maritus in suo testamento legauerit vxori dotes suas, quas confitetur recepisse; & quòd mulier postea aduersus illius hęredes mandauerit ei actiones ad ipsas dotes exigendum: vt in terminis consuluit Alex. cons. 122. col. 1. vol. 7.

6 Vbi dicit quod legatũ, & confessio dotis receptę, non probat dotem datam, & pręsertim si fiat parte absente: & ideo opus est aliter constare de debito. Nec releuat etiam fuisse expressam certam quantitatem, in quo casu valet legatum, etiã cõstito, quòd nihil deberetur: vt per Corn. cõs. 253. viso processu, col. 3. nu. 6. vol. 3. quia id quidẽ facit, ut iure legari relictum ualeat, nõ ut inde probetur dotẽ primo uiro datã fuisse; & non legatũ inducit istam tacitam dotis constitutionem, sed

ueritas

veritas facti, quòd primo viro certa dos verè fuerit data. & ita procedant leges in hac materia superius allegatæ.

7 Quartò, & vltimò declara prælibatam cõem intelligi, vt eodẽ modo, quo erat dos data primo viro, intelligatur secũdo marito tacitè repetita: ita vt si in quãtitate data fuerat, in quãtitate repetita videatur: tametsi ab hæredibus primi viri ꝑdia loco quãtitatis in restitutione dotis habuerit, nisi tñ ea dũ prædia secundo viro dedisset: vt voluit Corne. conſ. 172. circa, in 4. dubio, vol. 1.

8 Ad quod considera versauice, ꝙ si mulier non dũ dotẽ exegit ab hæredibus primi viri, videtur secundo nubens dare tacitè dotẽ, non illud nomen contra hæredes mẽtionatos, ei competens, sed quantitatem eandem: secundùm Corn. conſ. 157. nu. 8. & conſ. 254. vol. 1. nu. 18. & Bal. Nouel. in tract. de dote in 11. par. priuileg. 71.

9 Et aduerte, ꝙ quemadmodũ dos promissa, seu soluta in primo matrimonio, videtur tacitè repetita in secũdo matrimonio: ita conducens domũ certo pretio, si recõducat illã sine expreſsiõe ꝑtij intelligit cõducere eodẽ ꝑtio, quo antea cõduxerat: secundũ Bal. in l. cũ quidã, in fi. C. de iur. dot.

10 Et hoc ꝓcedit non solũ in conductione expressa, sed etiam in tacita, quę per lapsum temporis fit: & non tantùm quòad pensionem, verùm etiã quò ad alias conductiones, & pœnam. & consequenter relocatio ipsa facta tacitè ex perseuerantia cõductoris finito tempore, censetur facta cũ omnibus qualitatibus, quę erant in priori locatione. l. item quęritur. §. qui impleto. ff. loca. l. legem. C. od. titu. Bart. & omnes alij, & pręsertim Iaſ. in l. 1. §. & post. ff. de oper. nou. nunc. Bal. in d. l. legem, & in l. 1. quęſt. 10. C. de his qui pœn. nomi. & Alcia. in tract. de pręsumpt. reg. 2. pręsumptio. 17. num. 15.

11 Quamquàm quò ad pœnam aliud sentire videantur Dyn. Bal. & Imol. in l. cùm pater. §. patri certam. ff. de leg. 2. Iaſ. conſ. 49. vol. 3. & Affl. decis. 365. per instrumentum publicum, sub n. 14. & seq. vbi concludit, quòd instrumentum locationis liquidum, & guarẽtigiatum pręsentari, ac exequi nequeat iuxta formam ritus magnę Curię Vicarię pro pensione debita ex tacita reconductione pro pœna occasione contrauentionis. Et ita in facti contingentia me patrocinante obtinuit Vniuersitas opppidi Pretorij comitatus Aquilę superioribus annis cõtra suũ Baronẽ, qui accusauerat obligationẽ penès acta curię einsdẽ castri pro affictu baiulationis, sperando ꝓ tacita relocatione consequi vltra pensionem, & pœnã etiam: tamen exclusus remansit à desiderio suo.

12 Similiterq́, cõducens famulum pro vno anno sub certo salario, si postea conducat pro alio anno, nulla facta mentione de salario: videtur recõductus sub eodẽ salario, vt determinat Bal. in d. l. cùm quidam, circa fin. Cremensis in sing. 13. si conduxi domum, & Alex. in addit. ad Bar. in d. l. item quęritur. §. qui impleto.

*SVMMARIVM.*

1 *MVLIER ad secundas nuptias transiens perdit dominium rerum, quas ex liberalitate primi viri cõsequuta est, & solam potestatem fruendi retinebit; illasque filijs ex primo matrimonio genitis restituere cogitur.*

2 *Pænę secundo nubentiũ inductę fauore liberorũ nõ sunt sublatæ, et pœna imposita viduæ secũdo nubẽti militat etiã in viro, vt habetur infra ex cõi opinione sub n. 4.*

3 *Mulier, ac vidua non transiens ad secunda vota, & in viduitate permanens constituitur in maiori libertate; est domina sui ipsius, familiæ, & domus, ostendit euidens signum continentiæ, & hoc inducit etiam non leue meritum, quia ei debetur fructus sexagesimus, & matrimonialiter coniugatis tricesimus; & hic narrantur etiã alię complures laudes cõtinẽtiæ, ac viduitatis.*

4 *Mulier ad secunda vota transiens tria neglegere videtur, Deum, defuncti memoriã, & filiorum charitatẽ.*

5 *Maritus hæres institutus per eius vxorem cadit á proprietate bonorum vxoris per transitum ad secundas nuptias post eius mortem, & remanet duntaxat vsufructuarius ipsorum bonorum.*

6 *Aui, & auiæ, proaui, & proauiæ, & cæteri deinceps ascendentes ad secunda vota transeuntes perdunt dominium rerum eis per coniugem relictarum, & remanent solummodò vsufructuarij ipsarum rerum.*

7 *Mulier, seu mater relicta à marito defuncto tutrix filiorũ, per transitũ ad secunda vota perdit tutelam: & gesta ab ea tanquam tutrice sunt ipso iure nulla.*

8 *Pater transiens ad secunda vota non remouetur à tutela filiorum suorum.*

9 *Mater ante alios potest suscipere, si velit, tutelam filiorum, si secundis nuptijs Velleiano, & omni legũ auxilio in eius fauorem introducto renunciauerit, alioquin istis non concurrentibus tutela suscepta esset ipso iure nulla: secundũ vnã opinionẽ, licèt de consuetudine contrariũ seruetur, ꝙ mater tutrix, vel auia tutrix testamentaria non teneatur talem renunciationem facere.*

10 *Mater habet annum integrum ad petendum tutorem dari filijs, nisi velit ipsam tutelam suscipere.*

11 *Mulier non habet annum integrũ ad petendum tutorẽ dari filio, quotiescunq; ipse filius tempore mortis patris habebat 13. annum, & vnum mensem, & decederet penultima die pupillaris ætatis, & tunc non excusaretur, imò priuaretur successione filij, ex quo non purgauit moram, neque purgare possit.*

12 *Mater minor vigintiquinq; annis non potest esse tutrix filiorum, nisi extaret consuetudo in contrarium, quòd minor possit habere tutelam.*

13 *Mater minor vigintiquinq; annis non priuatur successione filij, licèt non petierit tutorem dari filio, etiam postquam effecta esset maior.*

14 *Mulier minor vigintiquinq; annis existens, transiensq; ad secunda vota, & tutelam filiorum subire recusans sibi ex testamento mariti delatam, tunc legatum, purè à marito sibi relictum consequi posset.*

15 *Mater negligens petere tutorẽ filijs suis impuberibus intra annum, venit priuanda eorum successione. quod ampliatur, & limitatur pluribus modis remissiuè.*

16 *Mater ad hoc, vt excludi poßit à successiõe filij necessa riò deducendum, probandumq; esset in mora fuisse petendi tutores dari filijs infra annum à die mortis mariti; aliàs qualibet iusta causa excusaret matrem à priuatione successionis.*

17 *Mater transacto anno petens tutorem dari filijs non auditur, nec recuperat ius eis succedendi, nec potest purgare moram.*

18 *Mulier non petens tutorẽ infra annum dari filijs eadit ab eorũ successione. sed volens opponere filium, seu filios decessisse illo anno, ipsi incũbit onus probandi hoc.*

19 *Mater non solum transeundo ad secunda vota priuatur tutela filiorum, sed etiam contrahendo sponsalia de futuro: quia tunc statim contractis sponsalibus perderet tutelam ipsam: secundùm vnam communem opinionem. sed secundùm alteram sententiam contrariã, similiter communem, mater contrahendo sponsalia, et pœnitendo postea, & perseuerando in viduitate, tutelam filiorum susceptam aliter non amittit. quod procedit, nisi copula ante traductionem in domo vxoris fuisset subsequuta.*

20 *Mulieribus determinantibus conuolare ad secundas nuptias, ne sibi ipsis præiudicium afferant, traditur remedium, & cautela hic remißiuè.*

21 *Mater exclusa à successione filiorum non petendo infra annum tutorem dari filijs, tunc exclusa non censetur auia, nec alius proximior.*

22 *Mulier licèt ob transitum ad secunda vota amittat dominium rei sibi à primo viro legatæ, & vsufructuaria duntaxat eiusdem rei remaneat: tamen hoc non procedit vbicunque vir licentiam dedisset vxori ad ipsas secundas nuptias conuolandi: quia pœna secundo nubentibus est imposita ex eo, quia videtur illata iniuria primo viro per secundas nuptias.*

23 *Mulier transiens ad secunda vota de consensu filiorum non perdit ea, quæ habuit ex liberalitate, ac legato primi viri: quia iniuria, quæ fit filijs primi viri ob transitũ matris ad secundas nuptias, tollitur eorũ cõsensu.*

24 *Mater transiens ad secundas nuptias priuatur duntaxat proprietate substantiæ paternæ, quæ peruenerat ad filium, non autem substantiæ auitæ.*

25 *Mater transiens ad secunda vota non priuatur proprietate legati à primo viro sibi facti, filijs de hoc transitu non conquerentibus: quia tunc filius non conquerẽdo de matre, videtur sibi remissa iniuria.*

26 *Mulier transiens ad secundas nuptias non amittit proprietatem legati sibi facti à primo viro ex causa onerosa. Et minimè donatio remuneratoria facta per virum vxori in recompensationem nobilitatis suæ amittitur ob transitum ad secunda vota. & l. fœminæ. C. de secundis nuptijs, non habet locũ in donatione remuneratoria, secundùm decisionem Sacri Conc. Neap.*

27 *Mulieribus, ac viris licitum, ac permissum est transire ad secundas, tertias, quartas, ac quintas, & deinceps nuptias. Nam multi homines, quorũ nomina sunt descripta in libro vitæ, plures nuptias contraxerunt, & sic non damnantur bigami, trigami, & octogami.*

28 *Hæreticus est pertinaciter asserens non esse licitas, & permissas secundas, tertias, quartas, quintas, & deinceps nuptias. Et illa consuetudo vigens in Regno nuncupata, Ciambellaria, in qua proferebantur varia impudica, & inhonesta verba contra mulieres transeuntes ad secundas, vel deinceps nuptias cum maxima ignominia, & cum timpanis, & cornibus; prohibetur tempore maritagij quarumuis personarum, pœna vnciarum auri centum contrafacientibus imminente.*

29 *Viduæ, quæ perpetuam castitatẽ Domino vouerũt, sunt damnandæ, si ad secunda vota transierint, prout hîc latißimè discurrit; et ponũtur etiã duo genera uiduarũ.*

## OPINIO DXXXV.

1 MVLIER ad secundas nuptias transiens perdit dominium rerum, quas ex liberalitate primi viri cõsequuta est: & solam potestatem fruendi retinebit, illasque filijs ex primo matrimonio genitis restituere cogitur. l. fœminæ. C. de secun. nupt. vbi Doct. & in auth. ex testamento eo. tit. & Soc. Sen. cons. 56. viso testamento, lib. 3.

2 Et ratio est, quoniam pœnæ secundo nubentium inductæ fauore liberorum sublatæ non sunt per dictum illud Apostoli, Mortuo marito mulier nubat in Domino. c. pen. in fi. de secun. nup. vbi hoc tenet Abb. Corne. cons. 21. videtur, col. 3. vol. 1. Bar. & Dec. in l. 1. C. de secun. nup. & istorum opinio est communis: secundùm Dec. cons. 87. pro resolutione, col. 2. & consil. 230. proponitur, & in d. l. 1. & Coras. in miscell. iuris ciuilis, lib. 3. nume. 6. *Cõm opin.*

3 Confirmantur quoque præmissa alia ratione. Nam melius est secundò non nubere, quàm ad secundas nuptias transire. tum quia mulier non transiens ad secunda vota, sed in viduitate permanens, in maiori libertate cõstituitur. est enim domina sui ipsius, familiæ, & domus, quæ redeundo ad secundas nuptias sub viri potestate constituitur, nec postea posset ad libitum disponere, siue de se, siue de bonis suis, nisi de paraphernalibus. tũ quia hoc est signum maioris continentiæ. Vnde Hiero. in 1. par. epistolarum, in epistola 5. c. 27. refert de quadam muliere, quæ Porcia vocabatur, apud quã cũm laudaretur quædã honesta mulier, quæ secundo nupserat, respondidisse fertur, fœlix, & pudica matrona nunquàm præter semel nupsit: tum quia hoc est maioris meriti, eo quòd viduitati debetur fructus sexagesimus, vbi matrimonialiter coniunctis debetur tantùm tricesimus: secundùm Hiero. in eadem epistola. Vndè in huius signũ meminit Valerius, lib. 2. de institut. antiquis, quod olim apud Romanas mulieres, quæ vno cõtentæ fuerãt matrimonio, coronæ pudicitiæ honorabãtur: credebant enim signũ esse intẽperantiæ multis matrimonijs vti. Et hoc idẽ notat etiã Coras. in miscell. iuris ciuilis, lib. 3. c. 1. nu. 1. nu. 1. vbi refert alias cõplures cõtinẽtiæ, ac viduitatis laudes, & pariter sub n. 3. profert magnũ, & vtile quidem verbum, quod secundũ eius consiliũ, viduæ mortuis viris in uiduitate permanẽtes beatio-

beatiores forent, & vberius etiam Tiraquel. in in l. boues. §. hoc sermone, nume. 141. cum alijs sequen. ff. de verb. signific.

4 Et mulier ad secunda vota transiens tria negligere videtur, Deum, defuncti memoriam, & filiorum charitatem: vt dicit text. in §. fin autem tutelam, in authen. de nuptijs, & in §. quæ verò nunc sequitur, eod. tit. vbi dicitur, ꝙ per secũdas nuptias contristatur anima mariti defuncti, & notat Roma. in sing. 251. tu scis, quòd mulier, n. 2. & consil. 219. ex themate consultationis præmissæ, nu. 2. Et propter huiusmodi iniuriam mortuo marito filijs illatam multa leges statuerunt contra viduas ad secundas nuptias transeuntes, de quibus abundè habetur per Doctor. in d. authen. ex testamento.

¶ Et pœna ista imposita viduæ secundò nubẽti, militat etiam in viro ex idẽtitate rationis: secundũ Glo. in l. fœminę. §. illud. C. de secun. nup. quã approbat ibi Bar. Bertr. cõs. 27. exhibito mihi casu. nu. 2. vol. 5. Boer decis. 187. nu. 1. Titaq. in d. l. boues. §. hoc sermone, nu. 156. & Roma. consi. 182. nu. 1. & seq. & ibi doctissimus D. Horatius Mand. in add. in litera A. cum infinita propè caterua Doct. relata per eos in memoratis locis. qui omnes prædicant istam esse communem opinionem: quam interpretatur, & vtiliter limitat Tiraquel. in d. §. hoc sermone, nu. 159. & sequitur etiam, & citat Bertran. consil. 317. multa sunt, de quibus quæritur, num. 1. vol. 8. *Cõis opin.*

¶ Imò prælibata conclusio in principio posita non solũ procedit de iure ciuili, sed de iure canonico etiã: secundùm Canonist. omnes in c. fin. de sec nup. vbi Abb. clamat istam esse cõem opinionem, & Ripa etiam cum alijs relatis per eum in l. fin. sub nu. 98. C. de reuocan. dona. *Cõis opin.*

5 Et sic ex communi opinione præmissa, maritus hæres vniuersalis institutus per eius vxorẽ, cadit à proprietate bonorũ dictæ vxoris per trãsitum ad secunda vota post eius mortem, & remanet duntaxat vsufructuarius huiusmodi bonorum.

6 Et præmissa ampliantur primò non solùm procedere in matre, & patre, sed etiã in alijs ascendetibus tã maribus, quã fœminis, vtpotã sunt aui, & auiæ, proaui, & proauię, & cęteri deinceps ascẽdentes: secundùm Doct. in l. generaliter, per illũ tex. C. de sec. nup. Bal. in l. humanitatis, col. 7. C. de impub. & alijs subst. Aretin. in §. præferuntur, col. 4. instit. de S.C. Tertul. Alex. in d. auth. ex testamento in add. ad Bal. in verb. consuetudo.

7 Ampliantur etiã etiã secundò prędicta, vt mulier non modò perdat dominiũ rerũ sibi per maritum relictarum ob transitum ad secunda vota, sed etiam tutelam. Vnde mulier relicta à marito defuncto in testamento tutrix filiorũ, per transitũ ad secundas nuptias perdit tutelã; & gesta ab ea, tanquã tutrice videntur ipso iure nulla: secundùm Saly. & alios in auth. matri, & auiæ. C. quã. mul. off. tut. fung. poss. Cyn. Fab. in l. omnem, per illum tex. C. ad Tertull. & Alber. ibi, ubi fundit istam esse communem opinionem, Boer. decisio. 124. num. 12. & August. Berous in c. dilecti filij, num. 37. de arbitris. *Cõis opin.*

8 Sed hoc nempè limitatur vtiliter non sortiri locum in patre. Nã licèt mater transiens ad secũda vota remoueatur à tutela filiorum; nihilominus tamen pater transiens ad secundas nuptias. nõ amitteret modo aliquo tutelam ipsam suorũ filiorum: ita Fulgos. nu. 6. & Corn. nu. 4 in l. iubemus. C. ad Trebel. Ioan de Imol. in l. ex facto, nu. 16. ff. de vulg. & pupil. subst. & Ant. Gomes. in l. 40. Tauri, nu. 15. & quanuis Ang. in §. quia verò, nu. 16. in auth. de non eligen. secun. nuben. asseruerit contrarium, cui assentitur Ripa in l. fi. nu. 97. C. de reuocan. donat. tamen diabolicũ quippe foret recedere à prima opinione Fulgo. & sequacium tanquam sacrosancta, & magis communi. Et ratio, ad rem nostram redeundo, videtur ista, quare mater tutrix transeundo ad secunda vota priuetur tutela. *Cõis opin.*

9 Quia mater, & auia possunt esse tutrices, si velint, quãuis non cogantur. d. auth. matri, & auię. Imò ante alios filiorũ tutelã possunt suscipere, & ad eam admitti, si secundis nuptijs, Velleiano, & omni legũ auxilio in fauorẽ mulierum introducto renuntiauerint: alioquin istis non concurrentibus tutela suscepta esset ipso iure nulla: vt probatur in auth. matri, & auiæ, vbi Bar. Ang. & Salyc. notant, Natta cons. 143. n. 2. vol. 1. & alij quã plures Doct. congesti per Boer. in d. decis. 124. n. 9. vbi prorumpit istam esse veriorem opinionẽ.

¶ Tamen Petrus de Bellaper. Cyn. & Alber. in d. auth. matri, & auiæ. tenuerunt expresse contrariũ, & eorum opinio seruatur de consuetudine, videlicèt, quod mater tutrix, vel auia testamẽtaria non teneatur renunciare secundis nuptijs, & omni iuri in fauorem mulierum introducto: & de ista consuetudine mentionem fecit Guido Papæ decis. 539. Faber. in d authen. matri, & auiæ. & Boer. in d. decis. 124. num. 13.

10 Hisq; occurrit congruenter hoc in loco, quòd mater habet annum integrum ad petendum tutorẽ dari filijs, nisi velit ipsam tutelam suscipere: secundũ Bal. Saly. & omnes per tex. ibi in l. sciãt. C. de leg. hæred. Bal. in l. precibus, col. 6. C. de impub. & alijs subst. Abb. in c. ex parte, de appella. Corn. cons. 101. nu. 9. & consil. 125. nu. 8. uol. 3. Aret. in §. fin. in princ. inst. ad Tertull. vbi clamat istam esse cõem opinionem, Dec. in c. ex parte n. 33. superius citato, & copiosè Iacob. Philip. Port. seu potius Ant. Gabriel. in conclus. 4. in. 14. ampliatione. lib. 5. & magis cõem Cornel. Benincas. in tract. de paupertate. q. 4. n. 20. & Bal. cõs. 432. iste casus rarissimè de facto contingit, volum. 2. *Cõis opin.*

11 Vbi hoc limitat non procedere, vt mulier habeat annum integrum ad petendum tutorem filio, quotiescunq; ipse filius tempore mortis patris habebat 13. annum, & vnum mensem, & decederet pen ultima die pupillaris ætatis: tunc quippè mater non excusaretur; imò priua-

retur successione filij: ex quo non purgauerit moram, neque purgati possit.

12 Sed istam communem ita interpretatam aduerte, quòd vendicat sibi locum in muliere maiore vigintiquinque annis, secus in minore, quæ non potest de iure esse tutrix. l. fin. C. de legit. tut. & tenet Bald. in dicta l. omnem, & in authen. iisdem pœnis. quem sequitur ibi Iacob. de SanctoGeorgio, & Moder. C. de secundis nuptijs, & Dec. in dicto cap. ex parte, num. 34. nisi extaret consuetudo in contrarium, quòd mater minor possit habere tutelam: secundùm Bald. consil. 101. volum. 2. Et dictam sententiam, quòd ipsa mulier minor non postulans, seu non requirens infra annum tutorem pro filio excusetur, amplectitur etiam, ampliat vtilitet, & declarat Ant. Gabriell. cum magna catherua Docto. relata per eum in d. conclus. 4. in 6. limitatione, & Ioan. de Neuiz. in sylu a nupt. lib. 2. nn. 53. in 9. limitatione.

13 Et licèt mater si minor sit vigintiquinq; annis non priuetur successione filij, si ei tutorem infra annum non petierit: tamen si tempore mortis mariti eadem mulier erat minor, & postmodum maior effecta non petierit tutorem ipsum, similiter ob hoc non priuaretur vllo modo successione filiorum: ita Spec. in tit. de in integ. restit. §. 1. Bal. in auth. si captiui. col. 11. C. de epis. & cler. & cós. 101. quæritur vtrum domina. col. 11. vol. 2. vbi ita cõsulnit in proprijs terminis, & Roma. quoq; cons. 279. visis thematis narratione, Ang. Aret. in §. sed quemadmodú. col. 11. instit. de S. C. Tertul. Pau. de Cast. Alex. Ias. nu. 11. & Soc. in l. sciendum. §. fi. ff. qui satisd. cog. Soc. Iun. cons. 8. in præsenti. vol. 1. Grat. cons. 83. principale, nu. 7. vol. 2. Alex. Corn. Ias. & alij omnes in l. minoribus. C. de his quib. vt indig. vbi Ias. in fi. in mediú tesera uit istá esse cõem opinionem, ac etiam D. Horat. Mandos. in add. Roma. in d. cons. 279. vbi reprehendit Neuiz. in d. sylua nupt. lib. 2. sub nu. 54. inutiliter hanc communem limitantem. Cõis opin.

14 Imò ipsa mulier minor 25. annis existens, transiensq; ad secunda vota, & tutelam filiorum subire recusans sibi ex testaméto mariti delatam: tunc legatum purè à viro sibi relictum consequi posset: vt consuluit Gratus cons. 84. arbitror legatum centum ducatorum de iure præstandum esse, per totum, vol. 2.

15 Sed mater negligens petere tutorem filijs suis impuberibus intra dictum annum, veniret vtiq; priuanda eorum successione. casus est in l. 2. §. si mater. ff. ad Tertul. & in d. §. fin. instit. eod. titu. & ponit pro regula cum ampliationibus, & limitationibus Io. de Neuiz. in sua sylua nupt. lib. 2. nu. 52. & seq. & Ant. Gabriel. in d. conclus. 4. per totam, & Cornel. Benincasius in d. tract. de paupertate, quest. 4. sub nu. 20. Michael Cifuentes super leges Tauri, in l. 6. nu. 3. & seq.

16 Vndè ad excludendum eam à successione, necessariò deducendum, probandumq; esset in mora fuisse petédi tutores dari filijs infra annum, à die mortis mariti: secundùm Bat. in l. 2. col. 6. C. qui petant tutores, Bald. Ang. Flo. & Salyc. in l. sciant. C. de leg. hæred. & Alex. cons. 185. col. fin. vol. 6. aliàs qualibet iusta causa excusaret matrem à priuatione successionis filij: vt uolnit Soc. consil. 153. col. fin. vol. 1. & Rubeus consulendo cons. 81. nnm. 1.

17 Sed caue ne erres, quia mater ipsa in huiusmodi casu transacto anno petés tutorem dari filijs, non audiretur aliquo modo, nec recuperaret ius eis succedédi in pupillari ętate morientibus, nec posset purgare moram: secundùm Bartholomæú de Salyceto in tract. de mora. q. 2. nu. 16. vbi respondet. l. 3. §. confestim, versicu. sed si fortè. ff. ad Tertul. disponenti matrem admitti ad purgandum moram, nisi præuenta extitisset: procedere vsq; ad annum, non autem vltra. Et hoc idem firmat D. Bartholomæus de Salyce. in eod. tract. q. 1. sub nu. 3. & seq. Bal. in auth. sacramentum, in fine. C. quando mulier tutelę offic. fungi poss. Salyc. in l. sciant. C. de legit. hęred. Ang. & Alex. col. 12. in l. si insulam. ff. de verb. oblig. & Aret. in §. fin. in instit. ad Tertul.

18 Item adnerte, quòd licèt mulier non petens tutorem infra annum filijs, cadat ab eorum successione: tamen qui vult opponere, seu dicere quod filij decesserút illo anno, ipse tenet probare: vt voluit Natta cóf. 656. tria posita sunt, nu. 3. vol. 4.

19 Et quatenus superius posuimus matrem per transitum ad secunda uota, tutela filiorum priuari deberet: amplia hoc procedere quoq; si mulier ipsa contraheret sponsalia de futuro: quia tunc statim ipsis sponsalibus contractis per matrem perderet tutelam etiam: secundùm Bar. in authent. sacramentum. C. quando mul. offi. tut. fung. potest, Bal. cous. 58. vol. 2. & Cæsarem Vrsillum in addit. Afflict. in decis. 357. nu. 1. vbi deducit istam esse magis communem opinionem; & alios eiusdem sententię citat Boer. decis. 266. sub num. 5. Cõis opin.

¶ In contrariam verò partem, videlicèt, quòd mater contrahendo sponsalia, sed pœnitendo postea, & perseuerádo in uiduitate, tutelá filiorú susceptá aiiter non amittat, inclinarunt Specul. in tit. de tutoribus. §. nunc dicendú, ver. quid si tutelá, Bal. Ang. & Alber. In l. solet, per illú text. ff. de his, qui notan. infa. Roma. sing. 222. Tu habes quod mater, Gozad. cons. 18. uidetur. col. 1. Faber. Saly. Bologn. & cæteri in d. auth. sacramétú, Affl. in d. decis. 357. ubi intonat ita extitisse in sacro Regio, Conc. Neap. iudicatú, Io. de Neuiz. in d. sylua nupt. lib. 2. sub nu. 50. & seq. ubi fatetur ita uidisse de facto obseruari Mediolani; & ęquioré, uerioréq; scribit Affl. in const. honoré, lib. 3. rub. 20. n. 8. & Boer. in d. decis. 266. sub n. 5. & sic ex relatis authoritatib. facilè apparet istá esse magis equá, magis uerá, magisq; cõem sentétiá, & ita in decisiuis cõsulédú, iudicádúue tutissimè suademus. Cõis opin.

¶ Quę cõmunis, ita amplexa, absq; scrupulo procederet

cederet, nisi copula ante traductionem in domo vxoris fuisset subsequuta: vt voluit Io. de Imol. in l. si socer. §. Lucius, colum. 3. ff. solut. matrimo. & Boer. in d. decis. 266. sub nu. 5.

20 Ideò istæ viduæ tutrices determinantes conuolare ad secundas nuptias, possunt nei psismet præiudicium afferant, vti cautelis, & remedijs traditis per Ioan. Neuiz. vbi supra.

21 Et dato igitur casu, quòd mater foret exclusa à successione filiorum: tunc non exclusa censeretur auia, nec alius proximior: secundùm Glo. Ang. & Salyc. in l. nepotibus. C. qui petant tutores, Socin. in d. consil. 153. colum. fin. & istorum opinionem ad lucem adducit esse communem Rubeus in d. consil. 81. nu. 2. vbi ita consuluit. Cõis opin.

22 Et præmissa ita ampliata, & declarata interpretantur non procedere, quando vir licentiam daret vxori ad secundas nuptias conuolandi: tunc quippè non perdit per istum transitum dominium rei sibi legatæ, ac à marito relictæ. Et ratio est: quia pœna secundò nubentibus est imposita ex eo, quia videtur inferri iniuria primo viro per secundas nuptias. §. quia verò, in auth. de nupt. Et nulla iniuria fit volenti. l. 1. §. vsque adeò. ff. de iniur. secundùm Bal. in l. 1. C. de secun. nupt. & per Roma. consil. 219. ex themate consultationis, num. 5. Dec. consil. 620. casus, de quo quæritur, col. 2. & Coras. in d. c. 1. num. 11. & seq. vbi clamat istã esse communẽ opinionẽ, & declarat per quãdam distinctionem traditam per eũ. Cõis opin.

23 Limitatur etiam secundò, quando filij secundis nuptijs consensum accomodauerint: tunc enim mulier non perdit ea, quæ habuit ex liberalitate primi viri: secundùm Glo. in authen. de non eligen. secun. nub. in ver. Copulatur, & ibi Ang. & Bertran. consil. 82. num. 3. vol. 8. vbi tradit cautelam aduocatis pro instruenda ipsa muliere pro euitanda huiusmodi pœna: quoniam iniuria, quæ fit filijs primi viri, si mater conuolaret ad secundas nuptias, tollitur eorum consensu. §. soluto. in auhent. de secun. nupt. l. cùm donationis. C. de transact. Et hoc comprobatur ex latius dictis per Ias. in l. ambiguitates. C. de in dic. vidu. tollen. & in l. filium, quem habentem. C. famil. ercisc. colum. fin. & cons. 53. in quæstione, vol. 1. & per Dec. consil. 206. quæritur, & Coras. in d. c. 1. num. 14. vbi uocat istorum sententiam communem, & eam vtiliter interpretatur etiam, quòd non sufficeret in hoc casu præstatio cõsensus maioris partis filiorũ, sed omniũ quippè cõsensus ipsorũ filiorũ necessariò requirũtur. Cõis opin.

24 Limitatur tertiò, vt mater transiens ad secunda vota duntaxat debeat proprietate substantiæ paternæ, quæ peruenerat ad filium, non autem substantiæ auitæ priuari: secundùm Bartol. & alios communiter in dicta authent. ex testamento, & sequitur istam communem, & citat Boer. decis. 192. nu. 5. licèt Bal. & Ang. & malè in d. auth. ex testamento asseruerint cõtrariũ. Cõis opin.

25 Interpretanturq; præmissa in matre, quę transiuit ad secunda vota superstite filio, vel filijs de hoc non conquęrentibus. His igitur stantibus si filius decedat, non priuatur eius hæreditate: quia filius non conquerendo de matre videtur remisisse sibi iniuriam factam per eam, per dictum transitum: argum. l. fin. C. de reuocan. donat. & ita per illum text. tradit, & firmat Bald. in auth. ex testamento. supra cit. col. 2. Dec. consil. 206. col. 2. & in rub. C. de secun. nupt. col. fin. Ripa in l. fin. C. de reuocan. donat. in. q. 61. col. 2. & Soc. Iun. consil. 61. nu. 2. & 11. vol. 2.

26 Limitatur etiam, vt ipsa pœna mulieri secundo nubenti nõ vendicet sibi locum in acquisitis per ipsam mulierem transeuntem ad secunda vota à viro suo ex titulo oneroso: secundùm Roma. consil. 219. ex themate nume. 4. & D. Horat. Mandos. cum alijs relatis per eum ibi, in addit. in litetra D. Et sic donatio remuneratoria, vel compensatoria facta per virum vxori suæ in recompensationem conditionis, nobilitatis, pulchritudinis, & iuuentutis suæ, & quasi deperditę nobilitatis non amittitur ob transitũ ad secũda vota ipsius mulieris: quia cũ sit remuneratoria prelibata donatio non habet eã mulier ex titulo lucratiuo à marito, sed ob nobilitatis meritum: quo casu transitus ad secundas nuptias non operatur donationis antedictę deperditionẽ: ita Bal. in auth. in donatione. C. de sec. nup. & in repet. c. per vestras, de donat. inter vir. & vx. & est de intentione Rom. in d. cons. 219. nu. 4. ita firmat in indiuiduo Io. de Neuiz. in sua sylua nuptiali, lib. 2. à nu. 22. vsq; ad n. 30. & Io. Lupi in repet. rub. de donat. fol. 26. Et consequenter l. fœminę, & l. generaliter. C. de secun. nupt. non habẽt locum in acquisitis titulo oneroso: secundũ omnes pręallegatos Doct. Ideò recipiens propter remunerationem non dicitur hoc ex titulo lucratiuo, sed ex debito recepisse: vt cõcludit Bar. in procemio ffo rum. quia ista non dicitur propriè donatio, sed est quædam permutatio, vel compensatio: vt firmat Curt. Sen. cons. 54. col. 4. & Bal. in l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hæred. Barbat. cons. 26. col. fin. & Aret. cons. 17. col. 6. Cõis opin.

¶ Et quod dispositio d. l. fœminę, nõ sortiatur locum, nisi in quęsitis ex facultatibus viri titulo lucratiuo, probat text. in d. l. fœminę, ibi, vel cuiuslibet liberalitatis præmio.

¶ Et licẽt Afft. decis. 61. videatur sentire in fin. quod dispositio d. l. fœminę, procedat in donatione prædicta: tamen sine lege, & ratione loquitur, & cõtra iura, & rationes prędictas; & cõtradicit au thoritati tantorũ patruũ, à quorũ opinione tanquã cõi, & sacrosancta nõ erit modo aliquo recedendũ in iudicãdo. Et ita iudicatũ extitit in curia nostra Aquilana in facti cõtingentia de mẽse Septẽbris 1545. per D. Lactãtiũ de Vrso tũc iudicẽ ipsius curię in fauorẽ Magnificę D. Portię de Manerijs, vxorem Ioãnis Dominici Viuij patrui mei bonę memoriæ sũmi practici, nostrorũq; tẽporũ maximi ornamenti, cõtra Ioãnẽ Marinum

de Gigio filium susceptum ex primo matrimonio, & hæredem Ioannis Baptistæ sui patris donatoris. qui quidem uti hæres condemnatus extitit ad soluendū ducatos ducētos donatos eidē D. Portię per antedictū Joannem Baptistam suum primum virum in recompensationem conditionis, & nobilitatis, non obstante quòd ipsa D. Portia transitum fecisset ad secunda vota. Et postmodum introducta causa hac per remedium appellationis in Sacro Regio Concilio Neapo. fuit ibi confirmata præcitata sententia, & prouisum, quòd d.l. fœminæ non habeat locum in donatione remuneratoria, & onerosa: referēte Illustri D. causę commissario, Ioanne Andrea de Curtis meritissimo præsidente, & protonotario, & sydere fulgentissimo Sacri Concilij, & integerrimo, consumatissimo, & undecunque doctissimo, & supremo uiro: & interueniente etiam pro actuario Palumba.

¶ Imò fortius quando non constaret ob hanc causam donarum fuisse uxori data inæqualitate ipsius uxoris, & uiri: debet præsumi animo remunerādi facta donatio, & traditio prædicta: nec requireretur tunc alia probatio de supradictis qualitatibus: vt firmant Bar. Bal. & Ang. in l. si uolun tate. C. de dot. promis. Ias. col. 4. uers. sed certè, & Alex. & Moderni Papienses in l. si diuortio. ff. de uerb. oblig. & Bal. Nouellus in tract. de dote in 2. par. & scribit Bal. in l. multū interest. C. de dona. ante nupt. vbi in dubio concludit data inæqualitate ob nobilitatis meritum præsumendam esse donationem factam, & soluto matrimonio posse repeti per uxorem superstitem.

27 Sed ego, qui aliqua uidi, audiui, & legi, in præiudicium honoris, & conscientiæ fieri per ipsas uiduas, præsertimq; iuuenes, & pulchras, quæ silentio supprimuntur: suadeo non obstantibus antedictis, melius atq; tutius esse aliquibus, tam uiris, quàm mulieribus ad secundas nuptias transire, quā in uiduitate permanere; & hoc propter periculum inconrinentiæ: ob quod cōsuluit Apostolus. Timoth. 5. Iunioribus viduis vt nubant, eò quòd melius est nubere, quàm vri scilicet ardoribus libidinis, aut igne infernali ob malum incontinētię. Cùm nullum uituperium sit de per se mulieri pluries nubere, nec similiter uiro: vt patet ex scriptis Beati Hierony. in 1 par. epistolarum, in epist. 8. dicentis, Non damno bigamos nec trigamos, nec octogamos. Vndè idem Hierony. in 3 par. dictarum epistolarū. epistola 36. scribens ad Geruntiam de Monogamia, referr se vidisse Romæ duos, uirum scilicet, & mulierē de infima plebe, quòd uir quidā sepelierat 20 vxores, vxor uerò 22. maritos habuerat. Hi ergo postremò sibi, ut ipsi putabant matrimonio copulati sunt summa omnium, tam virorum, quàm mulierum expectatione, quis quem prius sepulturæ efferret, uicit tū maritus: ob quod populo totius Ciuitatis confluēte coronatus, & palmā tenens in manu, talē comitatum habuit hilariter præcedentem feretrum uxoris multinubæ: ipse uerò feretrū sequebatur tanquā uictor gloriosus. quod etiam refert Boer. decis. 186. in fin. & Menochius cons. 4. nu. 40. uol. 1. Præterea multi sancti homines, quorum nomina sunt descripta in libro vitę, secundas nuptias contraxerunt, & inter cæteros Abraham post mortem Sarræ primæ uxoris duxit secundam vxorem quendam Cethurā. Ruth mulier scripturæ testimonio sancta, mortuo suo primo uiro, filio Nœmi nupsit secundo viro, qui dictus est Booz. Sarra uxor Thobiæ Iunioris, mulier ēt scripturæ testimonio probata, post septem uiros, quos habuerat, & eos dæmon occiderat, nupsit Thobiæ Iuniori, in quo matrimonio permanserunt Domino famulantes ita, vt accepti essent tam Deo, quàm hominibus, & cunctis habitantibus in terra. Mulier Samaritana, quæ quinque uiros habuerat, non ob hoc reprehensa est à Domino, sed quia ille, quem tunc habebat non erat suus vir. Nā ex eo, quòd illos quinque appellauit uiros eius, uidetur approbasse eorum matrimonium cum secundo, tertio, quarto, seù quinto, nullus illorum fuisset uir eius; quoniam per matrimonium fit, vt vir dominetur corpore mulie bri, & mulier dominetur corpore uiri. Si ergò quinque uiros habuit, ergò quinques uerū matrimonium contraxit: & ex his secundas, tertias, quartas, quintas nuptias, & deinceps fore permissas. c. aperiant. 31. q. 1.

28 Imò aduerte quòd si quis pertinaciter assereret huiusmodi nuptias non esse licitas, & permissas, incideret profectò in crimen hæresis, & hæreticus esset, ut latè ostendit Hieronymus Torriceusis in confessione Augustiniana, libro 3. capi. 12. de sacramento matrimonij. c. 1. & seq. & aduersus hanc hæresim extat conc lij Niceni definitio, quę habetur. c. 8. decretorum eiusdem concilij. Ibi enim concilium præcipit, ut qui ex Nouatianis ad Ecclesiam catholicam redire uoluerit, non recipiatur, nisi prius per scripturam fateatur se communicaturum cum iis, qui secundas nuptias torrè experti fuerint. Et denium extat similiter Concilium Tridentinum sub Eugenio Quarto huius nominis Pontifice pro vnione Grę corum celebratum. quod de hac re per sequentia uerba definit. Quoniam nōnullos asseritur quartas nuptias tanquam condemnatas respuere, ne peccatum ubi non est esse putetur: cum secundū Apostolum, mortuo uiro mulier fit ab eius lege soluta, et nubendi cui uult in Domino habeat facultatem; nec distinguat mortuo secūdo, uel tertio: declarantur non solùm secundas, & tertias, & quartas, atque vlteriores, si aliquod impedimentum canonicum non obstet, licitè contrahi posse. commendatiores tamen dicimus, si ulterius à cōiugio abstinēres in castitate permanserint. Ideò Carolus Quintus piæ & fœlicis memorię meritò radicitus extirpauit illam inhonestam, & prauā consuetudinem, & fatuam corruptelam vigentē in Regno Neapol. nuncupatam (ciambellariam)

introductam contra mulieres transeuntes ad secundas nuptias, uel vltra, in qua quippè ciambellatia proferebantur innumera ferè opprobria, & contumeliosa, impudica, & inhonesta verba præsertim à uicinis contra ipsas mulieres cum maxima ignominia, & cum timpanis, & cornibus, & cęteris improperiosis clamoribus, intantùm quòd mulier ipsa, & nouus maritus tedio affecti cogebantur se componere, & pecunia à memoratis iniuriis eximere, & liberare. propterea mediante regia pragmatica emanata de anno 1540. & posita in libro pragmaticarum in tit. de iniuriis, pragmatica. 1. ciambellariam fieri prohibetur tempore maritagij quarumuis personarum, pœna unciarum auri centū cōtra facientibus imminente.

29 Sed hoc non procederet ubicunq; vidua post mortem uiri emitteret uotum de seruanda virginitate: quia tunc ei non liceret aliquo pacto ad secundas nuptias conuolare: vt probatur apertissimè ex Beati Pauli testimonio, qui in priore ad Timoth. ep. ca. 5. sic ait, Adolescētiores viduas deuita: cum enim luxuriatæ fuerint, in Christo nubere uolunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Quæ quidem uerba Apostoli ueniunt interpretanda, idest quòd uotum quod in viduitate emiserant de continentia seruanda uiolauerunt: cùm post huiusmodi votum emissum nupserunt, vt testatur cōcilium quartum Carthaginense: quod in capite vltimo suorum decretorum ita ait. Sicut bonum castitatis præmium, ita & maiori obseruantia, & pręceptione custodiendum est, ut si quæ uiduæ quantumlibet adhuc in minoribus annis positę, & matura ætate à viro relictæ se deuouerunt Domino, & ueste laicali abiecta sub testimonio Episcopi religioso habitu apparuerunt, posteà uerò ad nuptias seculares transierunt, secundùm Apostolum, damnationem habebunt: quoniam fidem castitatis, quam domino uouerunt, irritam facere ausæ fuut. Tales ergò personæ sine Christianorum communione maneant: quę etiam nec in conuiuiis cum christianis communicent. Nam si adulteræ coniuges reat u sunt uiris suis obnoxiæ, quanto magis viduæ, quę religiositatem mutauerūt, crimine adulterij notabuntur, si deuotionē, quam Deo sponte obtulerunt libidinosa corruperint voluptate atque ad secundas nuptias transitum fecerint? quę & si violentia irruēte ab aliquo prærepte fuerint, ac posteà delectatione libidinis permanere in cōiugium raptori, uel uiolenti uiro consenserint, damnatione superius cōprehensā tenean tur obnoxię. De talibus ait Apostolus, Cum luxuriatæ fuerint nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritā fecerunt. Et cōcilium Toletanum quartum, cap. 55. sic inquit, Duo sunt genera viduarum, seculares viduæ sunt, quę adhuc disponentes nubere, laicalem habitum non deposuerunt. Sanctimoniales sunt, quæ iam mutato habitu seculari sub religioso cultu in conspectu sacerdotis, & Ecclesiæ apparuerunt: hę si ad nuptias transierint, iuxtà Apostolum, non sine damnatione erunt: quia se primùm Deo vouentes, posteà castitatis propositum abiecerunt. Et Concilium Auraicense cap. 27. sic definit. Vt uiduitatis seruandæ professione coram Episcopo in secretario habita, imposi tam à presbytero uestem vidualem non esse violandam, eius uerò repudiatorem, uel ipsam talis professionis desertricem meritò esse damnandam. Ex quorum quippè conciliorum uerbis apparet istam esse Pauli Apostoli sententiam: viduas, quæ perpetuam castitatem domino vouerunt fore damnandas, si ad secunda uota transierint.

*SVMMARIVM.*

1 *MVTVANS pecuniam mercatori expressè, specialiter, & nominatim pro emendis talibus mercibus causat, vt tunc præferantur, & præferri debeant in ipsis mercibus emptis anteriores creditores habentes specialem hypothecam dicto creditori mutuanti.*

OPINIO DXXXVI.

1 MVTVANS alicui pecuniam expresse, specialiter, & nominatim ad emendum tales merces: quę quidem licèt fuissent emptę ex huiusmodi pecunia; nihilominus præferetētur priores creditores habentes specialem hypothecam dicto priori creditori mutuanti: & sic secundus creditor ipse, ob hoc caret hypotheca in dictis mercibus emptis, atque ei præferuntur alij creditores anteriores: secundùm Bart. & Saly. in l. interdum. ff. qui pot. in pig. hab. Glo. in l. quod qui. ff. de priuileg. cred. Bal. in l. licèt. C. qui pot. in pigno. hab. & Negusan. in tracta. de pignoribus in 5. par. 2. mēbri, nu. 3. & 9. ubi deducit istā esse cōmunem opinionem contra Glo. in aūth. quo iure. C. qui pot. in pig. hab. contrariū firmantem. *Cōis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *CONTRACTVS innominatus, nō autem mutuum contrahitur, quando daretur alicui pecunia in crumena, uel sacculo, vt tantundem redderet, & mutuum ex eo non contrahitur, quia non intercessit numerationis actus.*

OPINIO DXXXVII.

1 MVTVVM non contrahitur, sed contractus innominatus, vbicunque datem tibi pecuniā in crumena, uel sacculo, vt tantundē redderes: ex quo non intercesit numerationis actus mutuum ipsum non contrahitur, sed contractus

tractus innominatus do, vt des: secundum Glos. Bar. sub num. 14. Bal. col. 2. Alber. sub nume. 13. & cæteros communiter in l. 2. §. 1. ff. quib. mod. re contrahitur oblig. Bolognettum, sub nu. 40. ac alios oẽs in l. 2. §. mutui datio. ff. si cer. pe. Ozeriũ, sub nu. 13. Bellouum. nu. 13. & Thobiam Noniũ, sub nume. 27. in rub. seu principio, instit. quibus mod. re contrahitur oblig. ubi perhibent istam esse cõem opinionem, limitant, & approbant. Cõis opin

## SVMMARIVM.

1 NEGATIVA quando est fundamentum intentionis alicuius per illum probanda foret, siue ageret, siue exciperet. quod ampliatur, atque limitatur pluribus modis remissiuè.

2 Negatiua ubicunque est negantis fundamentum, uenit plenè probanda.

3 Negatiua cadens in plenam testis notitiam, sicut negatiua facti instantanei debet choarctari loco, & tẽpore, quæ ita regulata potest probari per visum.

4 Negatiua loco, & tempore choarctata probatur vbicũque testis assereret fuisse præsentem, & vidisse quòd non potuisset fieri quin vidisset.

5 Negatiua quomodo articulanda sit, traditur norma.

6 Negatiua limitata loco, & tempore probatur vbicunque probaretur reum inquisitum tempore quo præten ditur patratum delictum fuisse in alio loco.

7 Negatiuæ choarctatio requiritur de toto loco, de toto tẽpore, & de personę identitate. & sic testis tenetur choarctare totum locum, & tempus, & identitatem personarum, & deponere inquisitum tota die prætensi criminis fuisse alibi, & inde non recessisse, nec discedere potuisse, quin visus fuisset.

8 Negatiua choarctata loco, & tempore tantæ potentiæ, & virtutis est, quantæ probatio affirmatiua.

9 Negatiua cadens in sensum, & cognitionem testis, est vbicunque ea finita foret, & tunc ipsa negatiua regulata loco, & tempore, rebus, vel personis probatur melius per duos testes, quàm affirmatiua per vnum testem.

10 Testes super negatiua non limitata loco, & tempore de ponentes non probant.

11 Testes deponentes super negatiua loco, & tempore non choarctata sunt suspecti de falso, & eis nulla fides adhibetur, etiam si obliuio temporis, & verborum difficilis recordatio intercederet.

12 Negatiua non moderata loco, & tempore non cadit in notitiam testis, & ea improbabilis extat.

13 Negatiua est non ens: quia non potest directo sensui subiacere: & sic entiam sunt sensus, non autem non entium.

14 Testis deponens super negatiua non choarctata loco, & tempore, quamuis sit suspectus de falso: tamen non potest carcerari, nec puniri pœna aliqua.

15 Falsi suspitio non habetur pro falso.

16 Negatiua ea est, quę cadit in præsumptam notitiam testis, vt negatiua facti continui, vt quia negat testis Titium non possedisse, ex quo uiderat Mæuium solum intrare, & exire, & fructus percipere, & tunc præsumitur Titium ipsum non esse possessorem.

17 Negatiua dicitur etiam quæ non cadit in sensum testis, sicut illa quę non habet concomitantiam loci, & temporis.

## OPINIO DXXXVIII.

1 NEGATIVA quando est fundamentum intentionis alicuius per illum probanda foret, siue ageret, siue exciperet. Barto. in l. in illa stipulatione, nu. 5. quam legit cum l. hoc iure, & ibi post Alex. Ias. num. 14. latissimè, qui etiam fatetur opinionem Bar. communiter teneri. ff. de uerb. obliga. Bat. in l. si per aliuni. §. docere, nu. 2. ff. ne quis cum, qui in ius uoc. c. 1. & ibi not. Gemin. de confess. lib. 6. Inno. & Ioan. And. in c. super his, de accusat. & Corn. cons. 340. uol. 1. nume. 3. Ias. in l. qui se obtulit. §. condemnatum. nume. 7. ff. de re iud. & copiosissimè Iacob Philipp. Port. seu potius Antonius Gabriell. in conclusio. 26. lib. 5. ubi similiter testatur de communi, & ponit eam pro regula cum ampliationibus, & limitationibus: & pleniori manu etiam Fran Herculan. in tract. quis teneatur probare negatiuam in prin. nu. 2. cum aliis seq. Cõis opin.

2 Imò negatiua ipsa non solùm vbicunque foret negantis fundamentum probanda ueniret: sed etiam per eum qui eidem negatiuę innite retur plenè probanda esset. l. decem. ff. de uer. oblig. Doct. in l. hoc iure, & in l. in illa. ff. de verbor. oblig. Barto. & alij omnes in l. 2. C. de iur. emphy. Ang. cons. 161. in fin. & cons. 238. in princ. Alex. cons. 42. col. 2. uol. 6. & cons. 136. eod. uol. Ias. consil. 34. nume 6. uol. 1. Canonistæ. in c. bonæ, de electio. Innocen. in d. c. super his, Dec. in c. 2. col. 6. de rescr. & in c. licèt causam. colum. 17. de probatio. & cons. 177. Alciat. cons. 444. nu. 11. & Grauet. cons. 112. in causa magistri Iordani, nu. 6.

3 Sed ne ignorentur termini præsentis speculationis, aduertendum est oportunè hoc in loco negatiuam ipsam triplicem fore, ac describi à nostratibus. Prima itaque negatiua ea est, quę cadit in plenam testis notitiam, sicut est negatiua facti instantanei: idest quòd ego non sum in tali loco, quia testis videt locum vacuum: & sic tunc negatiua debet coarctari loco, & tempore: quæ ita limitata potest probari per visum. ita Bart. in l. 1. C. de cano. fru. ur. ro. & notatur in l. in illa, & in l. hoc iure. C. de uerb. oblig. per Bar. & omnes alios concorditer, & per Ang. in §. hinc nobis, in fin. in auth. de hęred. & Falcid. Bald. in Marg. in uerb. Iuramentum. & in l. 1. C. de bon. poss. secundum tab. Bar. & Bald. fusissimè in l. actor. C. de probatio. & Bertran. cons. 54. etiam præsupposito, num. 2. uol. 6. & cons. 45. multa sunt, sub nume. 1. vol. 7. Cõis opin.

4 Quod probatur eo ipso, quòd testis assereret fuisse

fuisse præsentem,& vidisse quòd non potuisset fie ri quin vidisset, vt ibi per Ang.& alios, & Alexã. conf.42.uol.4.& in l.1.col.7.ff. si cert. pet. Deci. conf.94.in casu ad me transmisso,nume.5.& con sil.173.viso processu agitato,sub num.3.Bertrã. in d.conf.45.num.1. cum 4. aliis seq. & Gloss.& Bar.in l.1.§.hoc interdicto,il 1. ff. de iti. actuque priua.& Hugonem Celsum conf. 82.indubitati iuris est,sub n.u.3.

5 Et hinc cauti aduocati articulare consueuere ad defensionem causarum, & ueritatis, quòd Titius tali die,mense,& anno commorabatur in tali loco, & quòd ab eo discedere non potuisset, quin testes cum eo commorãtes illum uidissent: cùm semper eodem tempore, & loco simul commorati fuerint:& ita ego frequẽtissimè in defensionibus clientulorum articulaui,&reperi ueritatem,& liberaui ipsos miseros,& innocentes clientes falsò imputatos à uariis,diuersisque inquinationibus,& contaminationibus.

6 Et sic negatiua choarctata loco, & tempore, probatur vbicunque ostenderetur reum inquisitum eodem tempore quo maleficium patratum fuerit,eum fuisse in alio loco: secundum Glos. & Barto.in l.Pantonius.§.1.ff.de acqui.hęre.Flotia. in l.2.ff.de probat.Doct.omnes in c.quoniam cõ tra.de probat.Bald.in d.l.actor,& Francisc.Hercu la.cum aliis aggregatis per eum in d. tract. quis teneatur probare negatiuam,nume.260.& seq. vbi prorumpit istam esse communem opinionẽ. Cõis opin.

7 Et ampliat post alios cõgestos per eũ, ꝙ choarctatio ipsius negatiuę requiratur de toto loco, de toto tpre,& de psonæ idẽtitate. Et sic testes tenerentur choarctare nedum locum,& tempus: uerùm etiam totum locum, totumque tempus, & idẽtitatem personarum: & consequenter deponere tales talem rem egisse tali hora, & loco. & hoc idem videtur antè eum firmasse Horat. Lutius.conf.168.in causa Petri,sub nume. 30. inter conf.crimi.diuersorum, lib.1.in folio, D.Folleri. cum aliis copiosè relatis per eum in pract.crimi. in uerb.recipiantur defensiones reorum,sub nume.31.dum ibi concludit, quòd testis deponere debeat inquisitum tota die prętensi criminis fuisse alibi, & inde non recessisse, nec discedere potuisse,quin visus fuisset. & hoc idem cõcedit Grã mat.decis.56.Andreas,sub num. 4. & est textus in l.non hoc.C. vndè legi. & in c.in præsentia. de probatio.

8 Et ratio præmissorum posset assignari isthęc, quoniam negatiua ipsa tantę potentiæ, & uirtutis esse videtur, quantæ probatio affirmatiuę: quia talis probatio concludit,ad not. in c. tertio loco de probatio.& ad not.per Abb.in c.bonæ de electio.& sic si negatiua extaret certo loco,& tẽpore designata, ita quòd caderet in sensum testis, par vtique tunc esset uirtus testis deponentis affirmatiuam,sicut negatiuam,& ecõtra. ita Bal.in l.diẽ proferre. §. si plures.ff.de arb.& Saly. in l.2.col.18.uers.Sed nũc quęro.C. de resc. ven.

9 Vbi affirmauit constanter quidem, quòd negatiua cadens in cognitionem, & sensum testis est,quando negatiua ipsa finita esset:quia choarctata loco,& tempore,rebus,vel personis probatur melius per duos testes deponentes negatiuã, quàm per vnum testem de affirmatiua: secus uerò quando esset finita:secundum Saly.ibi.

10 Testes uerò super negatiua non regulata loco, & tempore,deponentes non probant. c. cùm ecclesia Sutrina de cau.poss.& proprie.ubi Inno. & Moder.omnes,Bar.in d. l. 1. §. hoc interdicto, Bal.in l.cùm hi.§.1.ff.de trãsact.Alex.conf. 136. in fin.uol.4.& conf.114.col.fin.vol. 5. & Bart. in conf.suo exordiente,Commune Licignani.

11 Imò ipsi testes sunt de falso suspecti, & eis quippè nulla fides adhibetur.ita Barto.Ange. & Alex.in l.pen.§.docere.in fi.ff.ne quis eũ.Corne. conf.105.col.pen.vol.3.& Grauet.conf.9.nume. 7.vbi hoc sortiri quidem locum in medium exposuit etiam si temporis obliuio, atque verborum difficilis nempè recordatio interueniret.

12 Et ratio est,quia negatiua non moderata loco,& tempore non cadit in notitiam hominis.ex testimonio Cornei conf. 299. videtur, volu. 3. & tunc,cùm ea non cadat in sensum testis,est improbabilis:secundum Bal.in l.1.in fin.C.de bon. poss.secun.tab.

13 Vtpotè quia negatiua,cùm non ens sit,sequitur necessariò ꝙ entium sunt sensus, non autem nõ entium: secundũ Philosophum, secũdo de anima, & Bal.in l.2 in fi.C.de erro.aduoc.

14 Et quamuis testis deponens super negatiua non aliter limitata loco, & tempore sit de falso suspectus; nihilominus tamen is testis nõ potest puniri pœna aliqua quatumuis minima, nec possit carcerari.ita Ias.in l.1.nu.13.ff.si quis ius dicen.non obtemp. & Francisc. Hercul. in d.t. acta. quis teneatur probare negatiuam, sub nu. 129. cum duobus aliis seq.

15 Vbi corroborat istam opinionem, & tollit omnia contraria, & ostendit ex communi schola Doctorum suspitionem falsi non haberi pro falso:& ita infinitis propè vicibus obtinui in variis causis.intantùm quòd vllo vnquàm tempore nemo ex meis clientibus, qui deposuerit super negatiua non regulata loco,& tẽpore extitit in carceribus detrusus.Hãc ob causam nimirum, quia si in hac re reperitur aliquid reprehensione dignum,adscribitur potius iudici,quàm testi: cùm præsenti inconuenienti obuiare potuit in reiiciẽdo tales articulos de iure non admittendos,& penitus impertinentissimos, & ansam facilè falsitatibus prębentes, & noluit dñus ex dolo, & lata culpa: taliter quòd ex mera culpa iudicis testis adducitur ad delinquendum, si in hoc delictum considerari posset: & sic testis venit excusandus, & non culpandus: & tanto magis cùm credat deponere veritatem super articulis,in quibus deposuit,& non aliter,nec alio modo. Cõis opin.

16 Alia verò negatiua ea est, quæ cadit in præsumptam

sumptam notitiam testis, vt negatiua facti continui, vt quia negat testis Sempronium nullatenus possedisse: ex quo viderat Titium solum intrare, & exire, & fructus percipere ex tali fundo: & sic præsumitur Sempronium ipsum non esse possessorem prædicti fundi.

17 Alia denique etiam negatiua est, vt supra docuimus, quæ non cadit in sensum testis, sicut illa, quæ non habet concomitantiam loci, & temporis: secundùm Inno. & alios omnes in d.c. cùm ecclesia. de cau. poss. & propriet. Bal. in Margar. in ver. Negatiua. ver. 6. & Lanfran. in c. quoniam contra. col. 1. de probatio.

*SVMMARIVM.*

1 *NEPOS natus ex primogenito, patre prædefuncto excludit filium secundogenitum patruum suum à successione regni, & primogenitura, secundùm unam communem. Nepos ex primo genito non præfertur filio secundo genito in successione regni, & quid tenendum.*

## OPINIO DXXXIX.

1 NEPOS natus ex primogenito, patre prędefuncto, excludit filium secundogenitum patruum suum à successiõe regni, & primagenitura: secundum Bal. in authen. cessante. C. de legit. hæred. & cõsil. 389. consuetudo, uolu. 2. & hoc idem firmant nonnulli Docto. quos refert, & sequitur Soci. rationibus per eum relatis, cons. 252. visis instrumentis. Et opinionem istam scribit expresse esse communem Barbat. cons. 10. lib. 1. Couarruuias in tract. de variis resolutionibus iuris ciuilis. ca. 5. lib. 3. nu. 8. fol. 785. & Grammat. decis. 1. vbi refert in facti contingentia ita in Sacro Regio Concilio Neapolitano fuisse decisum: & ita determinauit quoque Rota Romana, teste Horatio Mandosio, in add. Rom. cons. 29. super litera A. de anno 1545. & ita fuisse iudicatum in regno Castellæ, & in Regno Franciæ, refert Cassan. in catalogo gloriæ mundi in 5. par. consider. 44. fol. 134.

Cõis opin.

¶ In contrariam uerò sententiam, uidelicet, quòd nepos ex primogenito, non præferatur filio secundogenito in successione regni, inclinauit Ioan. And. in add. Specul. in tit. de feudis, Barto. in auth. post fratres. C. de legit. hæred. cum aliis concordantiis relatis per Rubeum cons. 149. nu. 6. 10. & seq. vbi consuluit pro hac parte. Et opinio istorum videtur æquior. si primogenitus mortuus sit viuo patre, & sic nõdum ei iure quęsito: secundùm ueriorem, & magis communem opinionem, quam sequitur, & audacter attestatur Alex. cons. 4. ponderatis, col. 3. vol. 4. & Deci. cons. 443. in casu ad me transmisso, in fin. & sententiam hanc approbat in d. auth. post fratres; & confirmat Ant. de Ros. in tract. de success. ab intest. in uerb. De legitimatis, & Couarruuias in loco superius citato.

Cõis opin.

¶ Sed quid concludendum in hoc opinionum conflictu, & in tanta Doctorum ambiguitate? dic quòd Bal. in l. cùm antiquioribus. C. de iure deliberan. & in l. fin. C. de suis, & legi. arguit, ad vtrãque partem, & tandem dicit soluat Apollo. & Ioan. de Sylua, in tract. de primogenitura. q. 35. lib. 1. locupletissimè scribit omnia, quæ in vtranque partem possunt allegari, & demum recitat sentẽtiam Othonis Imperatoris, qui aiebat quæstionẽ istã esse gladiatorio iudicio dirimẽdam. & ipse Ioan. in hoc opinionem conflictu diffinire nõ ausus fuit. Remanet ergò res dubia, & ob hoc mihi sequendam fore decreui optimam, & tutissimam distinctionem super hoc articulo traditã nouissimè per August. Beroum in c. dilecti filij, nu. 52. cum aliis sequen. de arbitris, vbi affabrè, & doctè istam arduam, & confusam quæstionem distinguendo resoluit, & Cassan. in d. catalogo, in d. 5. par. 44. conside. ubi etiam congerit Docto. pro vtraque parte.

*SVMMARIVM.*

1 *NOMINA propria imponuntur ad bene placitum.*
2 *Mutatio nominis liberis hominibus impunè est permissa, dumtamen fiat sine fraude.*
3 *Mutans sibi nomen proprium, pronomen, & agnomen dolosè, & in fraudem, quomodo, & quando puniatur remissiuè.*
4 *Notarius non potest sibi mutare nomen.*
5 *Mutatur, & assumitur cognomen ex aliquo fœlici euentu, vt latè hic discurritur varijs, & diuersis exẽplis.*
6 *Nomen bonum habere bonum est.*
7 *Nomen bonum inducit bonam præsumptionem, & econtra nomen turpe inducit sinistram suspitionem.*
8 *Nomina pulchra, & præsertim Sanctorum, & Apostolorum imponi debent per patres filijs, & cauendum est à turpi nomine; vndè damnantur, qui turpia nomina progenitorum repetunt.*
9 *Tortura incipi deberet ab habente turpe nomen, quando inter torquendos pro vno, eodemmet crimine reperiretur qui esset huiusmodi nominis.*
10 *Deponens res suas penes turpe nomen habentem, & eas perdens, sibi imputandum est, cùm de illo confidere ausus sit.*
11 *Iudæus effectus Christianus retinens nomen iudaicum, ac eo vtens post baptismum assumptum, uidetur approbare iudaismum, & arguit hoc retentionem effectus.*
12 *Inquisitio iudicis formata contra aliquem, debet continere nomen, cognomen, & agnomen delinquentis, & rei inquisiti, ne corruant inquisitio ipsa, citationes, & bona ex eis prouenientia.*
13 *Nominis proprij, cognominis, & patriæ expresio requiritur in libello, & instrumento publico, ac in quolibet etiam actu priuato.*

14 *Insignia, & arma quilibet potest assumere ad benepla-citum, & imponere rebus suis.*

15 *Insignibus, & armis alienis licitum est uti, dumtamen non tendat in alterius praeiudicium. insignibus uerò di-gnitatis non, nisi ipsam habeat: aliter punitur ut falsa-rius, & utens priuatus uestibus, & ornamentis Papae, tenetur poena capitali.*

## OPINIO DXL.

1 OMINA propria imponuntur ad beneplacitum. l. si quis in fundi uocabulo. ff. de leg. 1.

2 Et mutari possunt quandocunq; nomina ipsa. Cùm nomē suum mutare cuilibet liberum quippè sit. l. unica C. de mu. nom. Nihil enim mali est honesti hominis nomē assumere. l. facta. §. si in danda. ff. ad Trebel. cessante tamen fraude. & sic ista nominū mutatio liberis hominibus impunè censetur permissa, dumtamen fiat sine fraude, ut supra. l. prima, cum ibi uot. C. de mut. nom. & firmat Bal. in l. 1. C. quę res ven. non poss. Sebastianus Brant, in expositionibus titulorum iuris ciuilis, & canonici, super titulo de mu. nom. Fely. post alios in procemio Gregoriano, nume 35. & in procemio sexti, Franciscus Marci, decis. 211. nume. 3. in 1. par. Bossius in practica crim. in tit. de mutatione nominis, Ripa in l. si quis in fundi, nume. 16. ff. de lega. 1. Gloss. in l. 2. C. de constit. pecun & in d. l. si quis, ubi eam sequuntur omnes Doct. & sequitur quoque Alex. & intonat esse communem in rub. nume. 7. ff. solut. mat. & Bonifacius de Vitel. in tract. malefic. in rub. de pęna mutantis sibi nomen. n. u. 1. cum aliis seq. fol. 25.

*Cõis opin.*

3 Ubi declarat quando liceat mutare sibi nomen, & quando, & quomodo puniatur nomen proprium, pronomen, & agnomen sibi mutans dolosè, uel in fraudem, & notant etiam Doct. per text. ibi in l. 1. C. de muta. nomi. Bal. in 1. constit. Cod. Bar. in 1. consti. florum. §. nos uerò, & in l. falsi nominis. ff. de fals. & ibi etiam Alex. & in d. §. nos uerò.

4 Attamen hoc limitatur non procedere in notario, qui non potest mutare sibi nomen. ita Bal. & Fran. de Padua in prima consti. Cod. col. 11. & per Fely. in c. ea quę. de simo.

5 Sed aliquando mutatur cognomen, seu potius assumitur illud ex aliquo foelici euentu: ut refert Valerius Maximus, lib. 7. de Publio Valerio, quòd adeò plebem semper dilexit, ut merito Publicola nominatus extitit. Et narrat idem Valerius lib. 3. de Scipione Africano, ut eo accusato de pecunia apud Senatum, responsum hoc ad sui defensionem dedisse testatur. Cùm totam Africā potestati uestrae subiecerim, nihil ex ea quod meum diceretur, praeter cognomen retinui, non me inquit Africani, neque fratrem meum Asiatici auaros reddiderunt: nam uterque nostrum magis inuidia nominis, quàm pecunia locuplex est. Et pro hac re apertum testimonium est id, quod Dominus dicit Petro Matt. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meā, & portae inferi non praeualebunt aduersus eam, &c. hic mutato nomine Simeonis, eum nomine Petri uocauit. quae res sine magno misterio contingere non potuit. Nunquàm enim Deus nomē nouum alicui homini imposuit: quem non magnis donasset beneficiis, & ad alram quādam extulisset dignitatem. Sic enim in ueteri Testamento, Gen. 17. Abrahae, & Sarrae quos facturus erat in gentem magnam, & ex quibus Christus secundum carnem propagandus erat, nomen à Deo tribuitur nouum. Sic etiam Iacob. Gen. 32. quoniam fortis fuerat contra Deum mutato nomine Iacob, uocatus est Israel. Et ut ad nouū Testamentum accedamus, Marci. 3. Iacobum Zebedei, & Ioannem fratrem eius uocauit Christus Boanerges, hoc est filios tonitrui. hos autē duos fratres quantum prae caeteris Apostolis, post Petrum extulerit, ipsa euangelica historia aperrtsi mè docet. Nam Matthaei 17. hos duos simul cum Petro assumpsit in testes suae gloriosae transfigurationis. hos Lucae 8. solos permisit intrare domum Lairi archisynagogi, cum illius filiam suscitare uoluit. Et quum Matth. 26. passione sua instante oraret, hos etiam assumpsit secum, ut uel indè coniicere possimus non sine causa illis noua illum tribuisse nomina.

6 Ideoque bonum est habere bonum nomen. C. de summa Trini. & fide catho. l. 1. §. hanc enim legem, & notat Neuiza. in Sylua nuptiali, libr. 4. sub nume. 126. & uide Gloss. in procem. Clem. & Prouer. 22. hinc Accur. Glossator extollebat nomen suum, ex eo quod occurrit contra tenebras iuris ciuilis, ut ipse inquit in l. facta. §. si in danda. ff. ad Trebel.

7 Et hinc quoq; est, quòd ex bono nomine oritur bona pręsumptio, & econuerso, ex turpi nomine oritur sinistra suspitio: secundum Cardin. & alios in c. grauis, ext. de deposi. Cagnolum in procemio florum. in §. nos, uerò, sub nume. 180. Fabium Monteconem in practi. super quatuor literis arbitralibus in tit. malum nomen habentes, an mereantur dictarum literarum imperiū, nume. 2. & seq. fol. 50. & Clarissimum D. Thobiā Nonium Perusinum, uirum nusquam satis laudatum, instit. in tit. quibus modis re contrah. oblig. nu. 41. quia nonnulli modicae fidei credunt illud fuisse impositum ex inspiratione diuina, & sic saepè euitant tales, sicut experientia docuit.

8 Et hinc refert Ioan. And. in c. cùm secundùm Apostolum, de praeben. uxorem suam Milansiam dixisse quod etiam si nomina deberent emi, deberent capi pulchra, & bona. & inter pulchra nomina, post nomina Apostolorum, possent poni illa, de quibus, in c. 3. & in c. tanta, de simo. & per Fely.

Fely.in proœmio decretalium,in ver.Gregorius, col.8.& per Ang.Aret.in tract.malefi.uerſ.Fama publica,col.26.& ſimilia. *Quali recita frà Sabba nel ſi ſoi ricordi,nel ricordo 114. oue aduertiſce gli padri,& madri à porre à lor figliuoli nomi di Santi, & Sante, acciò nelle calamità poßano ricorrere à loro per ſoccorſo: & biaſma quelli padri, che pongono nomi di gentili, & pagani, di beſtie, & altri nomi corrotti, & ſtroppiati à lor figliuoli. Il qual capitolo mai ſi douerebbe leuare di mano di padri,et madri,à fine,che con la lettione de ſi bel lo, & vtile diſcorſo, non fuſſino ſcarſi di porre nomi di Santi à loro figliuoli.* Et ideò Card.in c.cùm ſecundum.de preben.inuehitur contra illos,qui turpia progenitorum nomina repetunt.& quòd cauere debeamus à nomine turpi tenet Glo. in l.aut facta.§.danda.ff.ad Trebel.Iaſ.in d.rub.ff.ſolu.ma. colum.4.Deci.in c.1. col. 12. de iudic. & Fabius Monteleo,in d.tit.malum nomen.nu.9.

9 Imò quòd peius eſt ſecundùm Franc. Brun. in tract.malefic.de indic.& tort.fol.15.colum.3. poſt Ioan.And relatum ibi per eum, quando inter torquendos reperiretur unus habens turpe nomé,utputà *Spezzacroce, Scalabrino, Falamiſchia, Battaglino, Garbuglio, Pericolo, Fracaßo, Cane, Maſtino, Trauaglino.* & ſimilia nomina:tunc incipi debe ret ab eo,qui eſſet huiuſmodi nominis.& hoc refert,approbat,& ſequitur Marſil. in pract. crimi. in §.expedita.nume.52.Cagnolus.in d.§.nos uerò,ſub num. 180. & Carrerius poſt alios quamplures congeſtos per eum.in ſua pract.crim. in l. obſeruare curabis,nume.185.Bar.in l.1.in prin. ff.de queſt.Canoniſtæ in c.grauis,de depoſ.& Abbas in d.c.cùm ſecundum,col.2.& Afflict.in con ſtitu.Si damna clandeſtina,nu.76.libr.1.rub.27.

10 Alium etiam effectum magnum impia nomina ſecum ferunt, vt ſi quis deponeret res ſuas penès turpe nomen habentem, & eas perderet, ſibi imputandum foret, qui de illo confidere auſus fit:vt voluerunt Ioan.And.Cardin.& Imol.in d.c.grauis.

11 Et nomen turpe eſt demum tantæ infamiæ, quòd ſi Iudæus effectus Chriſtianus retineret nomen iudaicum, ac eo uteretur poſt baptiſmum aſſumptum, argueret abſque dubio retentionem effectus,& ipſe iudaiſmum approbare cenſeretur: vt voluit ita conſulendo Grauet. conſil.73.numè.13.& ſeq.

12 Et aduerte hic ultimo loco,quòd quando fit inquiſitio contra aliquem, debet poni nomen, agnomen, & cognomen delinquentis, & rei inquiſiti,ne corruant inquiſitio ipſa, citationes, & banna ex ea prouenientia:ſecundum Ang.Aret. in d.tract. malefic. in uerſ. Caium Sempronij. in princ. nu.1. cum aliis ſequen. vbi hoc limitat, & optimè declarat.

¶ Sed ſi fortè ignoraretur nomen occiſi, tunc nempè abſque dubio aliquo inquiſitio formata contra homicidam valeret,atq; teneret.ita Glo. in c.libellorum.2.q.8.Bal Ang. Imol. & alij omnes in l.quoties.§.ſi quis nomen. de hæred.inſtit. Ang.Aret.inſtit. de actio. in §. quadrupli,uerſic. Quartò inducitur,& l. ſi cù exceptione. §. in hac quod met.cau.

13 Vndè tam in libello, quàm in inſtrumento celebrando per notarium,& in aliis rebus publicis, atque priuatis requireretur expreſsio nominis proprij, cognominis, & patriæ, vt Gregorius Martini de Aquila: vt voluerunt Bal. col. 1. Caſtren.Alex.colum.1.Iaſ.colum.fin.& cæteri omnes communiter, in l. hac conſultiſsima. C. qui teſt.face.poſſ.Bal.in l.demonſtratio falſa. q. 7. ff. de cond. & demon. & Cagnolus cum aliis aggregatis per eum,in d.§.nos uerò,nu. 182. cum tribus ſequen. vbi affirmat iſtam eſſe communem ſententiam. Cōis opin.

14 Et quatenus ſuperius docuimus,quòd nomina aſſumuntur ad placitum, dic etiam, quòd ſicut nomen:ita & inſignia,vel arma quis aſſumere poteſt, & imponere rebus ſuis: ſecundum Panor.& alios communiter, in c. dilectæ. de exceſſ. prælat.& Alex.in l.1.ſub nume.2.C.vt nemo priuatus, vbi meminit de hac communi, & Frater Ang. de Clauaſio etiam in ſua ſumma Angelica in uer.Inſignia,in princ.Syluester in eius ſumma in uer.Inſignia poſt princ. & Summa Tabiena in uer.Inſignia in princ. Cōis opin.

15 Et quòd licitum ſit vti inſigniis,&armis alienis,dumtamen non tendat in alterius præiudicium:tenet etiam Barto. in tract. de inſig. & armis,& Bal.in l.1.quæ res vend.poſſunt, Ange. de Clauaſio,Sylueſter, & Tabienſis in locis prallegatis. Sed inſignia dignitatis ſi non habet illam dignitatem aſſumere non poſſet;aliàs eſſet falſarius.l.eos, & quod ibi not.ff. de falſ. tacit c. 1. de cleric.non or.mi.Imò vtens inſignibus,ueſtibus, & ornamentis Papæ, tenetur capitali pœna. Nã ſecundum Hoſtien. in c.antiq.de priuileg. panni rubei,& frena, atque calcaria deaurata, & ornamenta ſimilia, ſunt inſignia Papæ, & ſic legati, cùm vltra mare proficiſceretur. Vndè laicis licitum non eſt modo aliquo deferre huiuſmodi deaurata,nec pro perſona, nec pro equis: quia talia ſunt Principis ornamenta,quibus priuati vti non debent ſub pœna capitis. l. 2. C. de ueſtib. holob.& deaur.libr. 11. & hanc rationem ſequitur text.in l.temperent,eod.tit.

## SVMMARIVM.

1 *NOTARII quotidie aliis ſtipulantur ſine iudicis authoritate,ac mandato.*

2 *Notarij poßunt ſtipulari non ſolùm præſentibus, acceptantibus, & recipientibus, ſed abſentibus etiam, & ignorantibus.*

3 *Abſenti ignoranti notarij ſtipulatione non acquiritur actio vtilis abſque ratificatione.*

4 *Actio utilis domino ſine ceſſione quæritur, & transfertur vigore iuramenti præſtiti,tam in iudicio,quàm extra in inſtrumento.*

5 *Teſtis,aut notarij, aut iudicis facto,vbicunque eſſet im quæſi-*

*quæsitum parti non foret tunc in facultate eorum dicē di aliquid, propter quod ius quæsitum tollatur.*

## OPINIO DXLI.

1 NOTARIVS passim pro alio stipulatur. §. si quis alij, insti. de inutil. stipul. & ibi Doct. Bar. Alex. & Ias. num. 14. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de uerb. oblig. Bald. in l. certi cōdictio. §. quoniam. ff. si certum pet. Bar. Bal. Paul. de Cast. & alij in l. 1. §. huius studij. ff. de iust. & iure. & de hoc latè disputat Tiraquel. in tract. de coust. poss. 3. par. limita. 30. nu. 16. cum multis seq.

2 Et hoc non solùm habet locum in præsente, & acceptante, & recipiente, sed etiam in absente: secundum Glo. in l. 2. ff. rem pupil. saluam fore. quam sequitur ibi Bar. Alex. in addi. ipsius, cū infinitis aliis cōgestis per Tiraquel. in d. tract. in 3. par. 30. limit. nu. 23. ubi clamat istam esse communem opinionem. *Cōis opin.*

3 Et hinc notant Bar. & Doct. in d. §. si stipuler, quòd propter stipulationem notarij quæritur vtilis actio absenti sine cessione, sed tū sequuta prius ratificatione absentis. & opinionem istā fatetur esse cōem Alex. in d. §. si stipuler, nu. 2. & Iaso. nu. 15. quod ēt firmat Soci. cons. 125. in fi. vol. 1. Paris. cons. 88. nu. 90. lib. 3. & cons. 69. nu. 136. eod. lib. & Couarru. in suo libro variarū resolutionū ex iure Pontificio, Regio, & Cesareo, in primo lib. c. 14. nu. 11. & sequē. post alios ibi relatos per eum, vbi pulchrè declarat istam cōclusionem, sequitur, & ponit esse communem. *Cōis opin.*

4 Imò ipsa actio vtilis sine cessione trāsfertur etiā vigore iuramenti præstiti, siue in iudicio, siue extra. Et consequenter illud, quod dicitur in l. nam, & postea. §. iusiurandum. ff. de in reiu. quod ex iuramento iudiciali acquiritur vtilis actio domino sine cessione, habet locū in omni iuramento: quia iuramentum omne habet vim litis contestationis. d. l. nam, & posteà. §. is qui, & in iudicio vtilis actio sine cessione quæritur. vt ibi dicebat Gloss. & dicit etiam ibi Paul. Castren. quòd illum text. intelligit tam in iuramento iudiciali, quàm extraiudiciali: quia vtrumque habet vim iudicij: & ita tenent communiter Doctores, vt Alex. ibi testatur, & sequitur quoque Ias. vbi latius hoc deducit, & Romanus loquens in iuramēto apposito in instrumento, consil. 76. in causa nobilis viri Salomonis, post princ. & nu. 1. & ibi diligentissimus Dominus Horatius Maudosius in addit. in litera C. *Cōis opin.*

5 Et aduerte quòd quando compertum est ius quæsitū esse parti ex facto notarij, vel iudicis, vel testis: tunc non est in facultate eorum dicendi aliquid, propter quod ius quæsitum tollatur: secūdum Doctrinam Bart. cōiter approbatam, in l. si quis in graui. §. si quis moriens. ff. ad Silla. *Cōis opin.*

## SVMMARIVM.

1 NOTARIVS omittens debitas oportunas solennitates in instrumento præsumitur falsarius, & puniri potest de falso.
2 Notarius potius errare præsumitur, quàm falsum committere.
3 Notarius præsumitur errasse, nisi probetur contrarium.
4 Notarius probato errore, illum posset sua authoritate corrigere.
5 Notarius postquàm esset instrumentum parti consignatum, si prothocollo suo inspecto se errasse nouerit, errorem suum corrigere posset.
6 Notarius integer, & bonus vir esse præsumitur.
7 Notarius omittens indictionem in instrumento tenetur parti ad interesse.
8 Notarius errans in annis Domini præsumitur esse in dolo, secus si erraret in indictione.
9 Indictio quomodo inueniatur traditur modus remissiuè.
10 Instrumentum non probat, si in eo desit dies, uel annus: nisi probetur annum, seu diem ipsum in prothocollo adesse.

## OPINIO DXLII.

NOTARIVS omittens debitas solennitates, & capitula ponere in instrumento, præsumetur falsarius, teneturq; de falso: & sic potest hoc casu puniri pœna falsi: vt voluerunt Cyn. Alber. Angel. Castrē. & alij omnes in l. iubemus. C. de testa. per illum tex. Bar. in l. presbyteri. C. de episco. & cleric. Curt. Sen. consilio 56. colum. 3. Grauet. consilio 78. sub nume. 6. Alcia. in tracta. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 13. nume. 8. Berous in cap. literis. de rescript. & Corn. pariter in dicta l. iubemus, & Dominus Thobias Nonius in institutio. de testamen. in fin. princip. qui affirmant istam esse communem opinionem. *Cōis opin.*

¶ In contrariam uerò sententiam inclinauit Anchara. consilio 285. Tria principaliter, numero 1. cum aliis sequen. vbi doctissimè quidem consuluit, notarium conficientem instrumentum de actu, & non secundum formam consuetam, ex quo clausulas consuetas non apposuerat, non ob hoc incidere in pœnam falsi: cui rationabiliter quippè assentitur etiam Iaso. in l. fina. colum. 9. uersic. An autem notarius. C. de iure emphyt. Et quamuis difficilè sit extorquere clauam de manu Herculis, & consequenter obtinere contra communem: tamen contra receptam opinionem istam semper obtinui in decisiuis in variis causis & tribunalibus: & præsertim in causa notarij Galitij de Castro Sancti

Demetrij comitatus Aquilæ. qui annis superioribus in puris terminis pręsentis speculationis in regia Aprutina Audiētia extitit mediante meo patrocinio absolutus, non obstāte querela de falso contra eum proposita, existente præsentis causæ tunc commissario, auditore D. Alphonso de Hoyo, uiro omni laude, & veneratione digno.

1 Et opinio hęc Ancharani, & Iasonis cōprobari posset reali ratione. Nam notarius præsumitur potius errare, quàm falsum committere. ita Bal. in l. errores. C. de erro. aduo. & per Bar. in l. quoties. §. sed hoc. ff. de hered. instit. & Alexan. in l. si quis obrepserit, de falsis. vbi inquit hoc uerū esse, nisi ex coniecturis constet dolus, & per eundem Alex. in l. iubemus. C. de test. Bal. in l. 1. ff. de legi. & Ang. in l. iurisgētium. §. quod ferè. de pac.

3 Et sic pręsumit notariū deniq; errasse, nisi probet cōtrariū: secundū Cast. in l. errore. C. de test.

4 Secundò fulcitur etiā eadē opinio. Nam esto, quòd teneretur notarius docere de errore suo; nihilominus tamē hoc posset probare mediāte proprio iuramento, cū tractetur de dependētibus ab eius animo: & tunc ita, uel aliter probato errore ipso per notariū, eum sua authoritate posset indubitanter corrigere: secundū cōem opinionem Spec. & Io. And. in ti. de instr. editio. §. instru. uer. Sed nunquid confecto, Bar. & omniū aliorū in l. imperator. ff. de sta. ho. Bar. Dec. Cagnol. & cęterorū omniū in l. si librarius. ff. de reg. iur. & Ias. cō sil. 28. uol. 1. Cōis opin.

5 Imò notarius ēt postquā parti foret exēplum consignatū, si exemplari suo inspecto se errasse animaduerterit, errorem suum corrigere posset. ita Bar. Dec. Cagnol. & alij in d. l. si librarius, & Ias. in d. conf. 28.

6 Tertiò cōprobatur quoq; opinio prælibata: si quidē notarius integer, & bonus vir esse pręsumitur. l. cū mprecibus. C. de prob. & l. meritò. ff. pro socio, Dec. cōs. 175. n. 5. & 7. Corn. cōs. 261. col 4. uol. 4. & Paris. cons. 38. nu. 49. uol. 2.

7 Est benè verum, φ ubicunq; notarius omitteret indictionem in instrumento, & illud productū foret in iudicio: tunc absq; scrupulo aliquo teneretur parti ad interesse. ita Bal. in l. si tut. C. de magist. cōuen. & in l. fi. eo. tit. & ita ex hac doctrina uidi aliàs in facti contingentia cōdemnari ad interesse quendā imperitissimū notarium, qui in instrumento reassumpto per cū, parti consignato, & restituto, & producto in processu aderat indictio, sed ridiculosa quidem: cū in eo asserebat, tertia indictione plus, uel minus: & tamen ueritas aliter se habebat.

8 Sed Bar. in d. l. si librarius, & in l. nominatim, de cond. & demō. & in prima cōst. Cod. §. summa. videt cōcludere, φ notarius errans in annis Dñi præsumatur esse in dolo: secus si erraret in indictione. Vndē Bar. in locis præcitatis uidetur constanter firmare, quòd ob appositionem falsam in instrumento factam per notarium non vitietur instrumentum ipsum modo aliquo: cui innititur etiam Lanfran. in c. quoniam contra. in c. 9. de instrumentorum productione, nn. 18. ubi ad lucem adducit istam esse communem opinionem. Cōis opin.

9 Itaq; notarij necessariò deberent quotidie habere prę manibus Doct. ponentes, & docentes modum, qualiter indictio inueniatur, & præsertim Fely. in c. inter dilectos. col. 7. in Glos. in ver. Indictionis, extra de fid. instru.

10 Et licèt Bar. in locis antesignatis concludat notarium errantem in annis Domini censeri esse in dolo. Tamen hoc vtiliter limitatur locum sibi non vendicare, vbicunq; dies, seu annus omissus in instrumento appareret in originali prothocollo, & id tunc certè probaret, nō obstante errore commisso in instrumento trāsumpto. ita Spec. in tit. de instru. edit. §. instrumentū, uers. Quid ergò si in notula, num. 8. Glo. in §. fi. in uer. Prothocollū, in auth. de tabel. Roma. in sing. 338. tu scis, quòd instrumentum non probat, Bar. in auth. at si contractus. col. 1. C. de fide instru. & in repeti. l. si quis ex argētariis. §. si initium. col. 2. ubi Alex. etiā, ff. de eden. & ista est concors, & communis opinio: vt facilè cōstat ex allegatis per Alex. Dec. & alios in auth. si quis in aliquo. C. de eden. & per Canonistas, & præsertim per Fely. & Deci. in cap. cùm causam. de proba. & Marsil. in rub. colū. 48. C. de prob. & ita in anno superiori iudicaui ad fauorem Illustrissimi D. Hieronymi Marerij Romani, in causa mihi commissa, & tunc vertente inter eum, & reuerendos clericos oppidi Picziuli comitatus Aquilæ. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *NOTARIVS quis non præsumitur etiā si conficiat instrumenta, nisi probetur uerus titulus tabellionatus, exceptis in instrumentis antiquis centum annorum, & non minus.*

## OPINIO DXLIII.

1 NOTARIVS quis non præsumitur etiam si conficiat instrumenta, nisi probetur uerus titulus tabellionatus: secūdum Innocen. in c. ueniens, de uer. signi. Bal. in repet. rub. de fide instr. col. 40. Bar. & Alex. col. pen. l. sciendum. ff. de uer. obl. & opinionem hanc sequitur etiam, & cōem esse perhibēt Alcia. in tract. de præs. reg. 3. præs. 13. nu. 15. Dec. in c. 1. nu. 55. de fid. instru. Boer. decis. 36. nu. 7. & seq. & copiosè Grauet. in tract. de antiqui. temp. in 3. par. nu. 18. Cōis opin.

¶ Sed hoc limitatur non procedere in instrumentis antiquis, seu antiquissimis; in eis enim opus non est probare, quòd notarius, qui scripsit, fuerit tabellio: cæterùm propter antiquitatem temporis ille præsumitur: secundum Innocen. in dicto capitu. veniens. Anchara. consilio 213. colum. 2. Bald. in l. comparationes. C. de fide instrumentorum. & in authen. quas actiones, in fin.

in fin.C.de sacrosan. eccles. Anto. de Butr. Abb. Deci.numero 44. cum aliis sequen. & cæteros in d.c.1. de fide instrumen. Alexan. consilio 101. co lum.3. volum.7. Boer. cum aliis relatis per eum in d.decisio.36.numer.10. & latè etiam Grauet. in memorato tract.de antiquit. temp. in 1. part. nume.316.& latius in 3.par.nume.18.cum aliis seq. vbi præsupponit istorum opinionem magis communem fore. Cõis opin.

¶ Sacrum verò Concilium Neapolitanum te ste Afflict.decisio.245 per totam,contrarium de terminare censetur, videlicèt, quòd instrumentum confectum preteritis annis circiter octuaginta, requirat notariatus probationem, aliter non probet. Sed si tempus centum annorum transactum esset:tunc quippè producens instrumentum ex huiusmodi spatio decurso cẽtum annorum,non teneretur probare notariatum:vt do ctè declarat,& resoluit Grauet.in d.3.par.nu.18. cum aliis seq.

## *SVMMARIVM.*

1 *NOTARIVS faciendo mentionem in testamento, testatorem fuisse sanæ mentis, non ex hoc probatam reddit ipsam mentis sanitatem: quia notario non adhibetur fides in his circa quæ uersatur eius laus, vel opprobrium, nisi qualitas, & conditio personæ aliud suaderet.*

2 *Mentis sanitas non probatur ex eo, quòd notarius in testamento dicat, testatorem fuisse sana mentis: nam istud est quid inuisibile, & propriè non percipitur visu, uel auditu, sed potius rationis iudicio.*

3 *Mentis sanitas à teste probari non potest: quia non cadit directè in sensum ipsius testis.*

4 *Testatorem opponens fuisse furiosum, vel insanum, uel ebrium, uel mentecaptum tempore conditi testamenti, tenetur hoc probare, tanquàm fundamentum suæ intentionis: aliàs succumbit.*

5 *Notarius in testamento nullam mentionem faciens de homine sanæ mentis: tunc si testator ipse relicta omnia rectè dispofuerit, valebit testamentum tanquàm conditum ab homine sanæ mentis.*

6 *Testamentum furiosi valet, & tenet, ubicunque fuerit rectè, rationabiliter, prudenterque factum.*

7 *Testamentum furiosi, habentis dilucida interualla factum ad pias causas valet, dummodò non probetur, quòd tempore testamenti fureret.*

8 *Furiosus habens dilucida interualla quicquid tunc agit testando, codicillando, uel quocunque alio modo contrahendo presumitur tempore furoris fecisse, nisi ex qualitate actus argueretur mentis sanitas. quia furor, seu dementia semel probata præsumitur durare, nisi probetur sana mens.*

9 *Testibus de sana mente testatoris deponentibus adhibetur maior fides, quàm cæteris testibus contrarium asseuerantibus: quia deponunt secundùm iuris dispositionem.*

## OPINIO DXLIIII.

1 NOTARIVS faciendo mentionem in testamento testatorem fuisse sanæ mentis, &c. propter huiusmodi testimonium non probaretur mentis sanitas: secundum Bal. Ang. & Rapha. in l.2. C.de testam. Nam notario non adhibetur fides in his, circa quæ uersatur eius laus, uel opprobrium: vt de proxeneta dicitur in §.penul. in authen. de testib. & per Alex. consil.13.col.5. ubi asseuerat hanc communem opinionem esse, & con sil.141. ponderatis, col.4. vol.1. & Ias. in l. seniũ, nume.3. C.qui test. facere poss. Ioan. Bapt. Plotus consil.168. Iesus Rex æternæ gloriæ, nume.7. posi to inter consilia vltimarum voluntatum, vol.1. & Vasquius cum aliis signatis per eum, in tract. success. process. lib.1.§.1.nume.54.& sequen. nisi qualitas, & cõditio personę aliud suaderet: vt per Abb. in c. dilectorum, de test. cog. & quia etiam hoc sola legis præsumptione, non autem per testimonium notarij probatur. Cõis opin.

2 Quoniam, secundum Scribentes in l. sanum mente. C.de transact. Mentis sanitas est quid inuisibile, & propriè non percipitur visu, vel auditu, sed potius rationis iudicio.

¶ In contrariam uerò partem videlicèt, quòd notarius scribens, asserensque in instrumento testamenti testatorem fuisse sanæ mentis, probat sanam mentem, inclinauit Imol. in l. in eo. ff. de te stib. & Corneus consulendo conf.53. nu.7. uol.3.

3 Sed retenta, ac amplexa dicta sententia Bal. tanquã verissima, ampliatur vtiliter isthæc conclusio, vt mentis sanitas, vel quòd aliquis fuisset sanæ mentis, nec à teste probari posse: vt per Bal. in d.l.2. nam non cadit directè hec in sensum testis: secundum Doctores communiter in d.l. sanum mente: quam quidem communem sequitur, & ci tat Boerius decis.33. nu.73. & seq. Cõis opin.

4 Benè verũ est, quòd si in pñti casu quis opponeret aliquem extitisse furiosum, uel insanum, vel ebrium, vel mente captum tempore conditi testamenti, seu codicilli, teneretur hoc probare; aliàs succumberet: vt consuluit Ioan. Bapt. Plor. in d.conf.168. nu.7. cum aliis seq. & Alexan. in d. conf.141. sub nume.6.

5 Fallit dicta conclusio ita declarata, quando notarius in testamento nullum uerbum faceret de homine sanæ mentis. Si testator enim relicta omnia rectè dispofuerit, valebit testamentum, vt conditum ab homine sanę mentis. Nam qualia quisque facit, operatur, gerit, & loquitur, talis esse præsumitur. argumento l. pen. ff. de condit. instit. & in l. Titia. ff. de inoffic. testa.

6 Ideoq; si testamentũ fuerit rectè, rõnabiliter, prudẽterq; factũ, ipse testator prudẽs fecisse creditur, Valerio Maximo teste. testamentũ cuiusdã furiosi fuit olim à Senatorib' approbatũ: q̃a in eo rectè dispofita legebãt. qđ refert ẽt Bal. in c.1. p

quos fiat inueſt.in uſib.feu.& Alex.in l.furioſum. C.qui teſta.fac.poſſ. & hodie ꝓfectò iudicaretur ualidum tale teſtamentum:vt per Io.And.& Abba.in c.cùm dilectus.de ſucceſſ.ab inteſt.Caſtrẽ. Corn.Iaſ.& alios in d.l.furioſum,Philip.Franc.in rub.col.5.de teſta.in 6.Dec.in l.in negociis.ff.de reg.iu.cum aliis relatis per Corſet.in ſing.in ver. Teſtamentũ,& Marſil. ſingul. 380. furioſus poſt
Cõis opin. prin.vbi expreſsè hanc eſſe cõem opinionẽ ait,& rationabilẽ,& deniq; ſibi plurimũ placere.& iſtã ſententiã ſequitur etiam Io.de Neuiza. in Sylua nuptiali,cũ alijs coaceruatis per eũ lib.4.ſub nu. 31.& Barb.in c.qui ingredientibus,col.7.de teſt.

7 Vbi tenet teſtamentũ furioſi valere factũ ad pias cauſas,dummodò non probetur,ꝙ tempore teſtamenti fureret.Quod procedit in furioſo,qui habet dilucida interualla:aliàs teſtamentũ furioſi,vt ab homine ſanę mentis non valet, etiam ad pias cauſas:argu.c.ſicut, vbi Abb.cum aliis allegatis per Iaſ.conſ.141.viſa longa,col.6.vol.2. Et quòd furioſus teſtari nequeat ẽt ad pias cauſas: voluit Bar.quoq; in l.1.C.de ſacroſan.eccl.nu.16.
Cõis opin. & iſta eſt communis opinio.teſte Grato. cõſ. 30. nume. 33.vol.2.

8 Sed aduerte ꝙ regulariter furioſus ipſe habens dilucida interualla, quicquid tunc ageret teſtando, codicillando, vel quocunq; alio modo contrahendo, pręſumeretur tẽpore furoris feciſſe: quia probato ſemel furore ſemper durare pręſumitur:ſecundũ Glo.in c.indicans.3.q.9.cõiter
Cõis opin. approbatã ab omnibus:vt patet ex congeſtis per Cardi.in Clem.1.q.1.de homicid.& per Alexan. Iaſ.nu.3.in l.furioſum.C. qui teſt.facere poſ. per Alex.in d.conſ.141.nu.4.& 7.& per Mod. ibi, in additio.in litera E. & per Io.Bapt. Ferret. conſil. 207.nu.1.uol.1.& hoc,niſi ex qualitate actus,diſpoſitioniſuè argueretur mentis ſanitas, vt quis feciſſet actum conuenientẽ homini ſanę mentis: vt per Iaſ.ubi ſupra,& Ferrettũ in d.cõſ.207.n.1.

9 Et præmiſsis accedit vtiliter,ꝙ teſtibus de ſana teſtatoris mente deponentibus maior fides adhibetur, quàm cęteris teſtibus contrariũ aſſeuerantibus:quia reſpondent,ac deponunt ſecundum iuris diſpoſitionẽ: vt eleganter per Inno. in c.auditis,de præſump.cũ quo ſentiunt omnes cõ
Cõis opin. muniter ibi,& in c.cũ Eccleſia Vulterana.de electio.atteſtando audacter de iſta cõi,& Iaſ.cõſ.2. nu.8.& conſ.178.nu.1. vol.2.& Vrſillus in addi. Affiict.in deciſ.365.ſub nu.3.vbi fatetur ita obtinuiſſe in Sacro Regio Concilio Neap. & ſequitur etiam Ferrettus in d.conſ.207.nu.8.& ſeq.

*SVMMARIVM.*

1 *NOTARIVS, cui eſt facta commiſsio examinationis teſtium, uel receptionis iurium,non poteſt ipſemet eſſe rogatus de tali commiſſione ſibi facta per iudicem: nec ei creditur ſuper hoc deponenti,ſed talis commiſsio debet per alium notarium ſcribi.*

OPINIO DXLV.

1 NOTARIVS, cui eſt facta cõmiſsio examinationis teſtium, vel receptionis iuriũ, non poteſt ipſemet eſſe rogatus de tali cõmiſsione ſibi facta per indices:nec ei creditur ſuper hoc deponenti.& ſic illa cõmiſsio debet per aliũ notarium ſcribi, & non per ſe ipſum : ſecundũ Hoſt.in c.quoniã contra, de prob. & alios cõiter oẽs ibi, Cõis opin.
Io.And.in reg.cũ quid vna via,de reg.iur.libr.6. in mercur.in prin.Bal.in l.iuriſiurandi. col. fi. C. de teſtib.in d.l.iudices.C.de fid.inſt.& in l fi.§.1. de iure delib.Abb.in c.fraternitatis,in fi.de cler. non reſiden.& in d.c.quoniã contra,col.17.Ang. & Mod.in l.ſciendũ,in prin.ff.de uerb.obli. Ioan. Ana.conſ.49.Alex.conſ.212. uol. 2.& conſ.104. vol.5.Iaſ.conſ.155.nu.5.vol.4.Fran.Aret.conſil. 133.Dec.conſ.42.nu.4.Nattam,conſ.143.nu.4. & Ruinũ conſ.105.nu. 1. uol. 4.& iſta eſt magis cõis opinio contra Bar.contrariũ aſſerentẽ, in l. ex ſententia.ff.de teſta. tute.ut patet ex cõgeſtis per Boer.deciſ.258.nu.4.quam quidẽ cõem ipſe ibi.nu.5.limitat,& declarat.

¶ Saly. uerò in d. auth. apud eloquentiſsimũ C.de fid.inſtr. conatur opinionẽ Bar.& cõem ad optimã conſonantiam, & concordiam reducere, quem omninò uidebis.

¶ Comprobatur ultra allegata per pręcitatos Doct.ꝓdicta cõis iſto medio. Nã teſtis deponens de mandato ſibi facto,nihil probat:vt uidetur eſſe tex.in l.1.C.de mand.princ.qui vult,ꝙ nõ ſtatur aſſertioni ſimplici alicuius in quacunq; dignitate conſtituti de mandato ſibi facto à principe: & iſtã cõem,videlicet,ꝙ nõ credatur notario,vel examinatori aſſerenti ſibi fuiſſe cõmiſſam receptionẽ teſtiũ : ſequitur ẽt Guid. Papę deciſ. 126. Deci.in d.c.quoniã cõtra,nu.198.& Curt.Iunior conſ.166.nu.13.in quibus locis atteſtãtur de dicta communi. & ita fuit deciſum in Sacro Regio Concilio Neapo.teſte Affiict.in deciſ.317.

*SVMMARIVM.*

1 *NOTARIVS rogatus ad ſcribendum teſtamentum in eo computatur, & inferitur in numero teſtium; & ſic eſt idoneus teſtis vbicunque citatus, & productus eſſet in iudicio ad probandum per viuam vocem ipſum teſtamentũ.*

2 *Notarius rogatus de teſtamento, vbicunq; ageretur de probatione actus facienda per inſtrumentum ab ipſo notario ſumptum,non connumeraretur inter teſtes teſtamentarios.*

OPINIO DXLVI.

1 NOTARIVS rogatus ad ſcribẽdum teſtamentum,in eo cõputatur;& inferitur in numero teſtium.& ſic eſſet idoneus teſtis vbicunq; citatus, & productus eſſet in iudicio ad probandũ per uiuã vocem

vocem ipsum testamentū:tunc quippè examinatus per iudicē probat testamentū:secundū Bart. in rub.col.7.C.de fid.inst.& Alex.cons.147.vol. 2.asserentes, quod si in testamēto interuenissent sex testes,& notarius, qui si deponerent vt testes notarius nēpè tunc cōputaretur in numero testiū: & sic cùm notario forent septem testes.

8 Sed vbicūq; agereturs, seu quæreretur de probatione actus facienda per instrumentū à notario ipso sumptum: tunc nō cōnnumeraretur inter dictos testes aliquo modo: secūdū Glo.& omnes Doct.antiquos,in l.hac consultissima.C.qui test. fac.pos.Bar.in l.Domitius,nu.3.ff.de testa.& ista Cōis opin. est cōis opinio omniū Doctorū,teste Afflic. in decis.25.in causa petitionis hæreditatis,nu.4. Bertran.cōs.325.uiso quodā prętenso publico instrumento,nu.2.uol.8.Alex.cons.152.col.fi.cōs.146. col.2.& cons.133.in fi.vol.2. ubi declarat istā cōmunem sententiam latè, & abūdè,& Franciscus Marci quoq; decis.144.in 1.par.

*SVMMARIVM.*

1 *NOTARIVS acta inter priuatos recipiens potest esse infamis, excepto notario Principis:quia ipse habet dignitatem, retinetque primum locum inter notarios.*

2 *Notariatus officium dicitur uile.*

3 *Clerici regulariter officium tabellionatus exercere nequeunt tanquàm vile, & seculare:non erit tamen inconueniens omninò, si clericus ipse honesto quodam artificiolo occupetur ad sui sustentationem, ad euitandum ocij malignitatem,uel vt Pauli exemplo, relictis ecclesiæ suæ prouentibus, pauperibusque erogatis, de labore manuum suarum, & in sudore vultus sui viuere statuat.*

4 *Clericus victum,& uestitum sibi procurare debet, vel artificiolo, vel agricultura sine officij sui detrimento.*

5 *Clerici,qui ad operandum validi sunt,artificiola,& literas discere tenentur.*

6 *Nobilis exercens officium tabellionatus perdit priuilegia nobilitatis suæ.*

7 *Clericus exercens officium tabellionatus perdit beneficium,& aduocatus perdit nobilitatem; & decuriones etiam tenentur penitus abstinere ab ipso tabellionatus officio.*

## OPINIO DXLVII.

1 Notarius. NFAMIS potest esse notarius, excepto notario principis.Bart.in l.1. C. de mand. princ.Ang.cons.284. & Afflict.in constit. mores dissolutè uiuentium,sub nu. 15. lib.3.rub.53.quia notarius Principis habet dignitatem, & retinet primum locum,seu honorem inter notarios:vt latè deducit,& probat Boer.decis.222.nume.13.Sed notarij regulariter acta inter priuatos recipiētes possunt esse infames:secundum Glos.in l. Pedius.ff. de arb.Ias.in rub.C.de procurato.num.6.& Bar. vbi supra.quorum opinionem sequitur, & efflagitat crebriori calculo receptam per Doct.Boer.in d.decis.222.nu.7.& 9. & ueriorem prædicat similiter complectendo Afflict.in d.consti.mores dissolutè uiuentium,sub nu.15. Cōis opin.

2 Et hoc non mirum. Nam officium notariatus dicitur uile.Oldra.cons.75.& Boer. in præcitata decis.222.nu.8.

3 Et ideò clerici officium tabellionatus exercere nequeunt.c.sicut,ne clerici,vel mon. & Concilio Carthag.3.c.15.quoniā est vile,& seculare: secundum Abb. ibi, & hoc plenè explicat, & declarat Ioan.Bernard.Diaz.in pract. crim. can. in c.53.& Paulus Apostolus.2.Timoth.2.ad Timotheum scribens.qui sic infirmabatur, & ualetudinarius erat,vt manibus laborare non poterat,sic illum hortatur monet,& consolatur. Labora, inquit,sicut bon' miles Christi Iesu; & ne crederet, quod per alias negociationes seculares posset sibi victum acquirere.addidit, Nemo militans Deo implicat se negociis secularibus,vt ei placeat,cui se probauit. Nam qui in agone contendit non coronatur, nisi legitimè certauerit. Et idem Paulus ait 1.Thes.2. Memores enim facti estis fratres laboris nostri,& fatigationis, nocte, & die operantes,ne quemquam uestrū grauaremus, prædicauimus uobis Euangelium.similiterq; ipse D.Paulus 2.Thes.3.inquit, Denunciamus autem uobis in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem, quam acceperūt à nobis. ipsi enim scitis quemadmodū oporteat imitari nos; quoniam non inquieti fuimus inter uos,neque gratis panem manducauimus ab aliquo,sed in labore,& fatigatione nocte,& die operantes, ne quem uestrum grauaremus. non quasi non habuerimus potestatem, sed vt nosmetipsos formā daremus vobis ad imitādum nos. Nā, & cùm essemus apud vos hoc denūciabamus uobis,quia si quis non vult operari non manducet. audiuimus enim quosdam ambulātes inter vos inordinatè nihil operantes, sed curiosè agentes, hic autem qui eiusmodi sunt,denūciamus,& obsecramus in Domino nostro Iesu Christo,vt cum silentio operantes suum panem manducent. & idem Paulus Act.20.dicit. Et nunc cōmendo uos Deo,& uerbo gratię ipsius, qui potens est ędificare,& dare hęreditatē in sanctificatis omnibus.argentum,& aurum,aut uestem nullius cōcupiui, sicut ipsi scitis;quoniam ad ea, quæ mihi opus erant,& his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ.omnia ostendi uobis; quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse uerbi Domini Iesu;quoniā ipse dixit, beatius est magis dare,quàm accipere. Et Augustinus similiter ait lib.de ope.mona.c.17.tom.3.Quid enim agunt, qui operari corporaliter nolunt,cui rei vacent,scire desidero.orationibus,inquit,& psalmis, & lectioni, & verbo Dei. Sancta sanè vita, & in

Christi suauitate laudabilis,sed si ab his auocandi non sumus, nec manducandum est,nec ipsæ essent quotidie præparãdæ,vt possint apponi,& assumi. Si autem ad ista vacare seruos Dei, cęteris interuallis temporum, & ipsius infirmitatis necessitas cogit, cur non & apostolicis præceptis obseruandis, aliquas partes temporum deputamus? citius enim exauditur vna obedientis oratio, quàm decẽ millia contemptoris: cãtica uerò diuina cantare etiam manibus operantes facilè possunt,& ipsum laborem tanquàm diuino celeumate consolari, & post pauca. Quid ergò impedit seruum Dei manibus operantem in lege domini meditari, & psallere nomini domini altissimi, ita sanè, vt ad ea discenda, quę memoriter recolat, habeat seposita tempora? ad hoc enim, & illa bona opera fidelium subsidio supplendorum necessariorum deesse non debent, vt horum quibus ad erudiendum animum ita vocatur, vt illa opera corporalia geri non possint,non opprimant egestate. Qui autem se dicunt vacare lectioni, nonnè illic inueniunt quod præcipit Apostolus? Quæ est ista ergò peruersitas, lectioni nolle obtemperare, dum vult ei vacare, vt quod bonum est diutius legatur, ideò facere nolle quod legitur. Et Concilium Coloniense disponit, quòd quibus non suppetit ex sacerdotio, honesto artificiolo uictum quærant, sequuti D. Pauli exemplum: sic tamen ne sordidam aliquam artem sacerdotio ignominiosam exerceant.& habetur in cap.30. de vita clericorum. Et Hieronymus Rustico tom. 1. ait denique facito aliquid operis, vt te semper diabolus inueniat occupatum. Si Apostoli habentes potestatem de Euangelio viuere, laborant manibus suis, ne quem grauent; & aliis tribuebant refrigeria, quorum pro spiritualibus debebant meteri carnalia; cur tu in vsus tuos cessura non præpares? vel fiscellam texe iunco, vel canistrum lentis plecte viminibus: sarriatur humus, areolæ ęquo limite diuidantur, in quibus cùm olerum iacta fuerunt semina,vel plantę per ordinem positę,aquæ ducantur irriguæ: vt pulcherrimorum versuum spectator assistas.

*Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam*
*Elicit, illa cadens raucum per leuia murmur*
*Saxa ciet: scatebrisque arentia temperat arua.*

Inserantur infructuosę arbores, vel gẽmis,vel surculis: vt paruo post tempore laboris tui poma decerpas. Apum fabricare aluearia, ad quas te mittunt Salomonis prouerbia, Eccle. 11. & monasteriorum ordinem, ac regiam disciplinam in paruis disce corporibus. Texantur, & lina capiendis piscibus, scribantur libri, vt & manus operetur cibum,& animus lectione saturetur: in desideriis est omnis ociosus.

4 Et Concilium Cartaginense quartum c. 52. statuit dicens clericus victum, & uestitum sibi vel artificiolo, vel agricultura absque officii sui duntaxat detrimento pręparet,& c. sequen.

5 Iterum ait omnes clerici,qui ad operandum validi sunt,& artificiola,& literas discant.

6 Imò quòd peius est nobilis exercens tabellionatus officium, perdit priuilegia nobilitatis suę: secundùm Guid. Papę in quęst. 90. & ita voluit consulendo Grauet. cons. 163. per totum,& Cassan.cons.64.nu.34.

7 Et clericus pariter in sacris ordinibus constitutus exercendo officium hoc, perdit beneficium. Et similiter decuriones tenentur ab officio tabellionatus penitus abstinere,nec aduocati possunt officium ipsum tabellionatus exercere aliquo pacto, ne ita agendo officium aduocationis fœdarent,& nobilitatem amitterent. l. generali,& ibi Glo. C. de tabel. libro 10.& ita firmauit etiam Angel. consil. 283. pręmisso ad euidentiam, vbi ait hoc non obseruari Mediolani.

### *SVMMARIVM.*

1 *NOTORIVM releuat ab onere probandi,& inducit plenam probationem.*
2 *Notorium æquiparatur sententiæ.*
3 *Notorium est probatio probata, vel de facili probabile.*
4 *Notorium debet allegari,& proponi, quando debens allegare esset præsens in iudicio; secus si absens: licèt citatus citatione habente ritum notorium.*
5 *Citatio notoriè nulla non obligat citatum ad comparendum,& sic citatus ad synodum si esset notoriè exemptus non teneretur comparere.*
6 *Notorium in notorio, quod constat ex actis iudex supplet, etiam nemine petente.*
7 *Iudex potest se informare, ac sumere informationem an aliquid sit notorium, etiam parte non citata.*
8 *Notoria re extante non iuratur de calumnia.*
9 *Notorium probatur per duos testes.*

### OPINIO DXLVIII.

1 NOTORIVM quãuis releuet quem ab onere probandi,& inducat plenam probationem: secundùm Hostien. in summa. de probatio. §. fin. & est text. in l. emptoré. in pri. ff. de act. emp.

2 Vbi dicitur, quòd notorium ęquipararur sententiæ: de quo v. de Bal. in l. 1. C. de curato. furio.

3 Et dixit idem Bald. in l. 1. C. de reuocan. his, quæ in fraud. aliena. sunt, quòd notorium est probatio probata, uel saltim de facili probabile.

4 Tamen istud notorium debet allegari,& proponi: secundum Gloss. in Clemen. appellanti, de appellatio. in uerb. Iudicis. notat Cato Saccus in l. si uerò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisda. cogan. idem tenet Barto. in l. eum qui ita. §. qui ita, col. 3. ff. de verbo. obliga. & in l. cùm quid. ff. si certum pet. col. fin. Ant. in c. peruenit, de censib. colum. 17. & Fely. istos referens in cap. cùm ordinem. 9. 10. & 11. colum. de rescript. & Barba. consil. 57. visis,& accuratè, col. 5. & idem Bar. in l. 1. col. pen. ff. de except.

¶ Et

¶ Et hoc, quòd notorium debeat allegari, intelligitur, quando debens allegare esset præsens in iudicio; secus si absens: licèt citatus citatione habente vitium notorium: secundum Panor. & Præposi. in c. ex par. tua ext. de appell.

5 Quia citatio notoriè nulla non astringit citatum ad comparendum: secundum Glo. in c. placita. 15. q. 4. idē dicit Glo. in c. ueniens, ext. de accus. in Glo. fi. & Inno. in c. ex parte, il 1. de uerb. significationis quòd citatus ad synodum si est notoriè exemptus non tenetur comparere.

6 Item secus quando de eo constat ex actis; tunc enim iudex potest pro parte allegare: secundum Innocen. Deci. cumulatissimè in fin. & Canonistas omnes communiter in c. ex insinuatione, ext. de appellat. Ang. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. col. fin. ff. de pactis, Anto. de Butr. in c. ex tenore. colum. 1. de rescript. Specul. in tit. de off. iud. §. impendit, circa princ. Roma. cons. 227. spectabilis Domine, in fin. quam opinionem communem esse dignoscitur ex alijs authoritatibus relatis per Alex. in l. 2. col. 2. vt quæ desi. aduoc. & in consil. 186. visis subtilissimis dubitationibus, circa fin. vol. 2. *Cōis opin.*

7 Imò iudex potest sumere informationem etiam parte non citata an aliquid sit notorium: secundùm Bal. ex mente Archid. in c. cùm inter vos, extra de consuetu. & tenet Cato, in d. §. qui pro rei qualitate.

8 Sed Bald. ibi dicit quòd vbi aliquid est notorium, non iuratur de calumnia, per l. at qui natura. §. cùm me absente, iuncta Glo. in ver. committit, circa fin. de neg. gest.

9 Et aduerte, quia notorium probatur per duos testes: secundùm Glo. in §. fin. 2. q. 1. & Glo. & Archid in c. item sæpè. 4. q. 3. Bar. in l. hæredes palā. ff. de testa. Specu. in tit. de nor. crimine, in §. qualiter, Bal. in l. data opera. C. qui accusa. non poss. & Fely. in c. tertio loco, col. 5. de præsumpt. & eruditissimus D. Follerius in pract. crimin. in verb. item quòd est notorius delinquens, num. 16. 17. & 18. vbi hoc optimè declarat quomodo, & qualiter procedat.

*SVMMARIVM.*

1 *NOTORIVM licèt releuet ab onere probandi, allegari tamen debet.*

2 *Notorium licèt non exigat probationem de veritate ipsius, tamen debet constare iudici ex actis esse notorium.*

3 *Appellatio ab interlocutoria exigit, ac requirit expressionem causæ nominatim pro forma, nec sufficit in genere causas proponere facta relatione ad acta processus.*

4 *Notorium requirit sententiam declaratoriam: quia multa dicuntur notoria, quæ non sunt.*

5 *Citatio partis requiritur in declaratione facienda super re notoria.*

6 *Notorium quod dicatur, & quotuplex sit remissiuè ponitur hic.*

## OPINIO DIL.

1 NOTORIVM allegandum, & opponendum est, sed non probandum; & sic notoria releuant à probando, non autē à proponendo: secundū Glo. in Clem. appellāti, de appell. quam dixit singularē Abb. ibi, Franc. in cap. 1. de appella. in 6. Barbatius in c. 1. col. 22. de offi. ordin. Natta consil. 275. visis motiuis formatis, num. 1. vol. 2. Ias. in l. si verò. §. qui pro rei, num. 12. ff. qui satisd. cogan. & commendat Rocchus Curt. in c. fin. de consuet. q. 3. circa fin. relectionis, & Marsil. in repet. rub. C. de probat. num. 120. & sequuntur eam Doct. communiter: teste eodem Marsil. in l. 1. §. si quis, nu. 24. ff. de quæst. & sequitur etiam Bertr. cons. 102. ex processu causæ ceptæ, nu. 1. & seq. fol. 8. *Cōis opin.*

¶ In contrariam verò partem inclinauit Glo. 1. in c. 2. vt lite non contest. quam ibi communiter approbarunt omnes Scriben. vt refert Ias. in d. §. qui pro rei, nu. 12. *Cōis opin.*

2 Et licèt notoriū probatione aliqua non egeat; nihilominus vbi ex actis aliquid apparet esse notorium, opus est, quòd iudici necessariò constet vt iudici notorium esse: nec sufficit quòd oppositum fuit esse notorium: secundùm Bald. in auth. qui semel. C. quomodo, & quando iudex, colum. 2. & seq. Cyn. & Bal. in l. ea quidem. C. de acc. & Ang. in l. 1. C. qui, & aduersus quos, Nattam in d. consil. 275. & istorum sententiam scribit esse cōmunem Ias. in d. §. qui pro rei, nu. 13. cui videtur contradicere Fely. in c. cùm ordinem, num. 2. de rescrip. & Ias. in l. ait prætor. §. si damnetur, col. 1. ff. de iureiuran. *Cōis opin.*

3 Asserendo notorium quod constat ex actis, necessariò allegandum non fore. Cęterùm hoc non concedendum, neque admittendū est tanquàm falsum. Nam in appellatione ab interlocutoria expressio causæ nominatim requiritur pro forma; ideoq; non sufficeret appellantem in genere causas proponere facta relatione ad acta processus: & ita in specie hæc interpretantur Ang. & Alex. in l. vbi autem. §. illud. ff. de ver. obligatio. Franc. & Dec. in c. consuluit, il 2. de appellat. Rota Roma. decis. 7. in nouis, Brunus in tract. de formæ implemento, fol. 25. & Dec. in c. vt debitus, nu. 10. cum tribus seq. de app. & ista est cōis opinio: vt constat ex congestis per Marantā in tract. iudiciorum, in 6. parte 3. par. in 2. actu. nu. 141. *Cōis opin.*

4 Et aduerte hic quòd super notorio sententia est ferenda; & sic notorium necessariò requirit sententiam ipsam declaratoriam: secundū Bart. in l. emptorem. ff. de act. empt. Bal. in l. cùm fratrem. C. de his, quibus vt indignis, Angel. in l. libertas. §. fin. ff. de statu hominum, & omnes Scribentes, in d. §. qui pro rei, Corasius in miscellaneis iuris ciuilis lib. 1. c. 16. num. 4. & Natta in d. cons. 275. num. 3. & Glo. in c. euidentia, de accusat.

sat.quam dixit communiter approbari Marsi. in d.rub.C.de probat.num.244.in fin.d.num.Ideò inoleuit cautela vt iudex pronunciet factum, de quo agitur, esse notorium: vt not. Abb. in c.ad nostram,de iureiu.& Cardin.in Clemen.pastoralis,de re iud.17.not.

5 Et in huiusmodi sententia declaratoria requireretur citatio partis:vt cumulatissimè discurrit Aret.consil.165.sicut Ioannes,col.5.

6 Et quod dicatur notoriū,& quotuplex sit,latè declarat Ias.in d.§.qui pro rei, Dec. cons. 191. in causa,col.5.& Soc.cōs.83.col.3.vol.4. & quāplura alia notabilia memoratu digna circa materiā notorij ponit Marsil.in d.rub.de probat.nu.216. vsque ad num.248.

*SVMMARIVM.*

1 *NOVATIO hodie non inducitur nisi expressè dicatur.*

2 *Nouatio hodie neque fieri potest saltem ope exceptionis,neque ex tacita mente contrahentiū, & ex manifestis coniecturis: secundùm vnam communem opinionem.sed secundùm alteram sententiam contrariam similiter communem hodie non fit nouatio ope exceptionis.*

## OPINIO DL.

1 NOVATIO hodie non inducitur, nisi expressè dicatur,quòd id fiat animo nouandi præcedētem obligationem. l.fin.C.de nouat. & notant Docto.ibi, & Soc. Iun.cons.41. num.18. vol. 1. Mantua consil. 135.num.18.vol. 1.Iacob.Manchellus in consil. seu patrocinio.55.nume.3. Bellonus consil. 44. sub nume.3.

2 Quod intantùm procedit etiam, quòd propter temporis adiectionem nec vlla quidem fieret hodie nouatio,nec ipso iure, nec ope quidem exceptionis: & consequenter ipsa nouatio non fieret ex tacita mente contrahentium,& ex manifestis coniecturis: vt uoluerunt Guil.de Cug. & Bal.in l.rescriptum.§.si pacto.ff.de pact. Cyn. Iacob Butrig.Saly. & Fulg.in d.l.fin. Castren. & Imol.in l.Valerianus.ff.de præto.stipu.Alex.cōs. 9.col.3.cons.12.col.3.vol.2.& consil.58.& cons. 72.colum.fin.vol.6 Ias.& Dec.in l.singularia. ff. si cert.pet.Soc.cons.21.col.2.volum.1. & consil. 89.colum.3 vol.3. Alex. in l. qui vsumfructum. ff.de verb.oblig.colum.penul.Dec.nume. 12. & Curt.Iun.num.9.in l.lecta.ff.si cer.pet.Imol.in l. delegare.ff.de nouat.Soc.Iun.cons.41.num. 29. volum.3.Dec.in l. pecuniam quam, in fin. ff. si cert.pet.Grat.consil.89.col.2.volum. 1. & Ripa in l.2.§.ex conuentione, num.8.ff. de re iud. vbi exprimit istorum opinionem magis communem esse. *Cōis opin.*

¶ In contrariam verò partem,videlicèt,quòd hodie fiat nouatio ope exceptionis, inclinauit Bart.in d.l.Valerianus,& Dec. consulendo cum aliquibus alijs signatis per eum consil. 400. nu. 1.& in fin.vbi deducit istam communem sententiam fore,similiterq; Bertran.cons.338. eùm iādiu vidissem processum, nu.1.cum alijs seq. vol. 3.vltimæ impressionis,& diuinus vates D.meus Vincentius de Franchis in decis.15. sub num. 1. vbi affert in facti contingentia ita extitisse decisum in sacro Concilio Neapo. siquidem nouatio ipsa inducitur etiam ex coniecturis, vbicunque ex eis appareret de voluntate: vt explicat idem D.Vincentius affabrè more suo in d decis.15.sub num.2.allegans ibi decisionem Afflicti 44. *Cōis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *NVLLITAS sententiæ perpetuò opponi potest vsque ad triginta annos,licèt appellatum non fuerit, aut appellatio ipsa deserta sit, quoties non vertitur periculum animæ:alias posset perpetuò agi.*

2 *Nullitate opposita in iudicio incidenter per modum exceptionis summariæ non requirentis altiorem indaginem ad impediendam executionem sententiæ, executio impeditur.*

3 *Nullitate proposita,& lite super ea pendente,attentata interim sunt reuocanda ante omnia:secundùm communem opinionem, licèt aliqui Doctores asseruerint contrarium,videlicèt attentata ipsa pendente nullitate non esse ante omnia reuocanda.*

4 *Nullitas incidenter tractata, vbicunque condemnatus simpliciter appellauit, tunc appellatione deserta poterit iterum causa nullitatis non obstante desertione proponi.*

5 *Nullitas proposita principaliter dicitur,quando proponens dicit,dico sententiam nullam esse,& si qua est appello.*

6 *Nullitas,quando cum appellatione principaliter proponitur,si deseratur appellatio,nō est ulterius locus pro sequendi nullitatem, quasi sit vna eademq; instantia nullitatis,& appellationis: secundùm vnam communem opinionem. sed secundum alteram sententiam contrariam,similiter communem,in hoc casu non est præclusa via nullitatem ipsam probandi, & prosequendi.*

## OPINIO DLI.

1 NVLLITAS sententiæ perpetuò opponi potest vsque ad triginta annos,licèt ab ea appellatum non fuerit, aut appellatio ipsa deserta sit: secundùm Glo.in c. vndè quæritur. 35.q. 9.Bal.in l.scire oportet.§.fin.ff.de excusat.tut. in l.data opera.col.26.C.qui accus.non poss.&in c. sæpè,

sæpè,col.penul.de appell. Angel. in l.sicut.C.de præscript.triginta, vel quadraginta annorum, Alex. consil.59.colum.4.vol.4.Socin.consil.10. colum.fin.volum.4. Ias.in l.1. in fin. princ.ff. de ferijs, & consil.21.col.2.vol.1.Corne.consi.302. colum.2.volum.1.

¶ Et hoc quòd nullitas vsq; ad triginta annos possit proponi,& allegari & non vltra:procedit quotiescunque non vertitur periculum animæ:aliàs posset perpetuò agi:vt declarat Specu. in tit.de senten.§.iuxta,in fi.Bal.in d.l.data opera.col.14.Saly.in l.si præses.C.quomodo,& quādo iud.Card.in Clem.1.q.14.de re iud.& Philip. in c.dilecto,col.5.de appellat.

2 Et hinc colliguntur,proueniuntq; complures vtilissimi effectus, qui cùm practicis non paruæ admodum vtilitatis quotidie esse possint,eos ponere constituimus. Primus igitur effectus hic adducitur iste, quòd nullitate opposita in iudicio incidenter per modum exceptionis summariè non requirentis altiorem indaginem ad impediendum executionem sententiæ, tunc quippè absque dubio aliquo executio ipsa impeditur:vt voluerunt Bar. Alex.Ias.& Ripa post alios in l.3. §.condemnatum.ff. de re iudic. Bal.in l. ab executore,num.7.C.quorum appella.non recip.Affli&.decisio.283. diu est, & Sebastianus Vantius cum cæteris citatis per eum, in tract. de nullitatibus in c. quot,& quibus modis nullitas proponi possit, num.32.vbi scribit istam esse communem opinionem. Cōis opin.

3 Secundus effectus quoque adducendus non minoris vtilitatis. Primò iudicabitur, videbitur iste,quòd ea quæ fuerunt attentata pendente lite super nullitate,sunt reuocanda ante omnia:secundùm Bart.in l.1.num. 18. C. quando prono. non est neces. quem sunt sequuti Paulus Castren.& Alex in d.§.condemnatum,Saly.in l.1.C. ne liceat tertiò prouoc. & Ias.in l.1.num.1.C.de bon.possess.secundùm tab.

¶ Contrarium verò asseruerunt Innocen. & Bal.in c.cùm in iure,de offi. dele. videlicèt attentata pendente nullitate non esse ante omnia reuocanda:licèt nihil debeat nouari pendente nullitate.idemque voluit Ang.& Imol.in d. §. condemnatum,Rota in decis. 280. in nouis, Vitalis in tract.clausularum,cap.nullitate pendente, & Francus in d.c.dilecto, q. 10. vbi ait opinionem istam esse ueram;tametsi prior sententia Bar.mihi communis videatur,ac frequentiori suffragio interpretantium probata; idcirco reor eam tutiorem esse,& seruandam fore.

4 Adducitur modò etiam tertius effectus. Verùm pro eius resolutione adnotandum est quomodo nullitas principaliter,aut incidenter in iudicio tractetur: siquidem hoc passim practicis contingit. Nullitas igitur,vt iste tertius effectus demonstretur,dicitur incidenter tractata,vbicūque condemnatus simpliciter appellauit: tunc etenim deserta appellatione poterit iterum causa nullitatis non obstante desertione proponi: secundùm Bar.num.10.& Imol.nu.16 .in l.si expressim.ff.de appell. & Panor.nu.9.& Francum. q.53.in d.c.dilecto, & Soc.in d.cons. 10.col.fin. & quoq; omnes fatentur, nec de hoc quisquam hactenus dubitauit. Cōis. opin.

5 Principaliter verò nullitas proposita dignoscitur, vbicunq; dico sententiam nullam esse, & si qua est appello. tunc istam nullitatem principaliter non incidenter deductam fore voluerunt Bart.nu.3.& Imol.col.6.in d.l.si expressim, Iacob.Butrig.in l.1.C.quando prouo. non est necess.Anchar.in Clem.1.col.4.de appell.Ias.in l.2. ff.de iust.& iure, col.3.& in l. Titię textores.§.1. ff.de leg. 1. & Franc.in d. c. dilecto, quæst. 48.& 58.quorum opinio communis est: teste Dec. ibi colum fin. Alex.cons 2.vol.3. num. 14. & Sebastiano Vantio in d.c.quot modis nullitas proponi possit,num.12.vbi explicat alios modos,quibus nullitatis causa principaliter in iudicium deducitur. Cōis opin.

6 Habetque hoc effectum istum maximi momenti,quòd quando nullitas simul cum appellatione principaliter proponitur, & deseratur appellatio: tunc appellatione ipsa deserta non est vlterius locus prosequendi nullitatem,quasi sit vna, ac eadem instantia nullitatis,& appellationis:secundum Innoc.in d.c.sæpè,Bal.in l.qui testamento.ff.de excusat.tuto. Cuma. in d.l.si expressim,col.3.Saly.in d.l.1.C.quando prouo. nō est neces.& ita in causa sua propria consuluit Io. de Amicis,cons.6.num.29.cum alijs sequen. vbi num.25.præsupponit istam esse communem opinionem. Cōis opin.

¶ Contrariam verò sententiam,quòd in casu hoc non sit præclusa via nullitatem ipsam probandi,& prosequendi:tenuere Bar.in l.si expressim num.10.& ibi Imol.num.16 & Abb.num.9. & Franc.q.58.in d.c.dilecto,Alber.Brun. consil. 50.num.8.vltimæ impressionis,Soc.in d. consil. 10.col.fin.& Grammat.cons.ciuili.164.vbi profert hoc magnum,& vtile uerbum,ita obtinuisse in sacro Regio Concilio Neapolitano. & istam opinionem sequitur quoque Natta consil. 217. nu. 3.cum alijs seq.& Couarru.in sua pract.c.24. circa fin.fol.par.177. vbi inquit communem sibi apparere, & ita his diebus in facto obtinui: ideo huic vltima sententiæ tanquam communi inhæreo. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

2 N*VNCIATIO fieri permittitur aduersus absentes etiam inuitos, & ignorantes, & eos ligat quò ad effectum patientiæ præstandæ per eos in demolitione facienda, non tamen eorum expensis, sed nunciantis.*

## OPINIO DLII.

1 
NVNCIATIO fieri permittitur aduersus absentes, etiã inuitos, & ignorantes. text. est in l. 1. §. nunciatio, in fi. ff. de nou. oper. nuncia. Et ipsa nunciatio facta contra absentes, seu ignorantes valet, & ligat eos quò ad effectũ patientiæ præstandæ per eos in demolitione facienda; nihilominus ratione ignorantiæ, & absentiæ, eis in hoc subuenitur, vt demoliri facere expensis suis proprijs non teneantur, sed expensis ipsius nunciantis, si vellet opus demoliri: vt sentiunt Glo. Bart. Angel. Paul. Castren. Rapha. Imol. Roma. Alex. & reliqui omnes, & vt ita dixerim totus mundus, in d. §. nunciatio. Cõis opin.

### SVMMARIVM.

1 *NVNCIATIO facta in loco, vbi nemo penitus reperiatur, valet: sed dominus non teneatur ad aliquid, nisi post eius scientiam.*

## OPINIO DLIII.

1 
NVNCIATIO, si fieret in loco, vbi nemo penitus reperiatur, valet, & tenet absque dubio aliquo: & dominus non teneretur ad aliquid, nisi post eius sciẽtiam: secundùm Gloss. communiter ab omnibus approbatam, in verb. factum, in l. de pupillo §. nunciationem. ff. de nou. oper. nunc. cum qua concurrunt ibi Pau. Castren. & Roma. in lectura, & etiam in add. suis nouis Paul. Castren. in l. 1. §. nunciatio, eodem tit. Et quamuis Alex. in d. §. nunciationem, satis dubitet de veritate memoratæ Glo. asserens passum esse dubium; nihilominus communis opinio est cum ipsa Glo. à qua in actu practico secundùm eum, tutum non foret recedere: & sic effectualiter cum ea residet. Cõis opin.

### SVMMARIVM.

1 *NVNCIATIO noui operis facta authore prætore etiam iniusta nocet, & ligat ædificantes, vt teneantur desistere ab opere cœpto etiam in suo, & si obtemperent, ædificatum postea debet demoliri, & destrui sumptibus ædificantium.*

2 *Nunciatio noui operis facta authore prætore, vt quis non ædificet, ligat ædificantem ipsum, vt teneatur desistere ab opere iuste cœpto in suo, etiam si nunciatio sit alternatiuè facta, vt non ædifices, vel venias responsurus.*

3 *Nunciatio noui operis facta simplici verbo, tunc nuncians nouum opus amittit facultatem demoliendi ipsum opus propria authoritate sibi à iure concessa. Quod non procedit quando nuncians incontinenti recuperauit possessionem propria authoritate, quam amiserat per nunciationem verbalem; secus autem esset si diuerteret ad extraneos actus.*

4 *Nunciatio noui operis tollitur per satisdationem præstitam de opere demoliendo in casu succumbentiæ, & nunciatus poterit perseuerare in operẽ. & mandatum super hoc factum reo comparente resoluitur in vim simplicis petitionis: secundùm vnam communem opinionem. sed secundùm alteram sententiam contrariam similiter communem supersederi debet per tres menses, non obstante fideiussione oblata.*

5 *Nunciatio noui operis debet causam continere.*

6 *Nunciatus offerens iudicium per hodie constat, hodie agatur, & veniat ad iudicem, & nuncians sperneret venire ad iudicium, tunc nunciatio haberetur pro remissa.*

7 *Nunciatio noui operis euidenter iniqua, idest quando constaret de non iure nunciantis sperni posset.*

8 *Nunciatio noui operis fieri potest à non possidente.*

## OPINIO DLIIII.

1 
NVNCIATIO noui operis facta authore prętore, vt non ędificet Titius, etiam si esset iniuste facta nocet, & ligat ædificantes, vt teneantur desistere ab opere iustè cępto, etiam in suo: & si obtemperãt nunciationi debet postea ędificatum demoliri, & destrui sumptibus ædificantis: secundùm Ias. in l. 1. nume. 1. vbi etiam Bart. Paul. Castren. & alij Docto. communiter. ff. de de nou. oper. nunc. & est text. in l. prætor ait, in prin. eod. titu. & in c. 1. & 2. ext. de nou. ope. nunc. vbi text. Glo. Abb. Sycul. Hermã. Decius in d. l. 1. nu. 24. Cõis opin.

2 Quæ quidem communis ampliatur quoque procedere si nunciatio, ac prohibitio prætoris esset alternatiuè facta, vt non ædifices, vel venias responsurus: secundũ Bart. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de nou. oper. nunc. cum quo sentiunt omnes ibi communiter, vt attestatur expressè Ripa ibidem, num. 19. & Ioan. de Amicis consil. 35. nu. 1. & sequen. vbi ita consuluit. Cõis opin.

3 Sed communis præmissa ita ampliata fallit quotiescunq; esset nunciatum nouum opus simplici verbo: quia tunc nuncians nouũ opus amittit facultatem demoliendi opus propria authoritate sibi à iure concessa: vt concludũt Bart. & alij in l. 1. §. nunciatio. ff. de nou. oper. nuncia. quod quippè ibi Bar. intelligit cum grano salis non habere locum, quando incontinenti nuncians recuperauit possessionẽ propria authoritate, quã amiserat per nunciationem verbalem: secus uero foret, si diuerteret ad extraneos actus. & cum limitatione hac transeunt omnes Doctores communiter Cõis opin.

muniter ibi; teste Ripa in memorato, §. meminisse, nu. 36. & seq.

4 Fallit etiam secundo loco, quando ille, cui fuit nunciatum nouum opus ne faciat etiam in suo, seu solo à se possesso, offerat se paratum satisdare de opere demoliendo in casu succumbentiæ: tũc certè per ipsam satisdationem præstitam tollitur nunciatio; & ille cui nunciatum est poterit perseuerare in opere: text. est in l. prætor. §. deinde, & §. sequitur, & in l. de pupillo. §. is cui, vbi tex. Bar. & Doct. ff. de nou. ope. nunc. tamen ille, qui nunciat poterit replicare.

¶ Sed hodie inoleuit practica, quòd supersedeatur per tres menses non obstante ipsa fideiussione oblata, vel data, verùm non acceptata per nunciantem, etiam quòd nuncians interim nullum ius sic prohibendi doceat donec de iuribus partiũ cognoscatur, seu infra quos nuncians possit iura sua probare: quibus elapsis præstita ipsa fideiussione potest in opere perseuerare, vbi nunciãs nihil ꝓbauerit: vt per Bar. & Doct. in d. l. prætor. §. si quis paratus, Glo. Saly. & Scriben. cõmuniter in l. 1. C. de nou. oper. nunc. per illum text. & in c. penul. & fin. de nou. oper. nunc. vbi text. Abb. & omnes. & istam opinionem demonstrat esse communem Ias. in d. l. 1. num. 19. ff. de nou. oper. nunc. Ferrarien. in sua pract. Papien. in forma libel. in act. nou. oper. §. ante aliquam remissionem, num. 3. Ruinus in repet. d. l. 1. num. 124. & Herman. Detus Florent. ibidem, nume. 23. & sequentibus. Cõis opin.

¶ Contrarium verò doctissimè consuluit Grãmat. cons. ciuili 73. super dubio pridie transmisso, per totum, videlicet, quòd mandatum super nũciatione noui operis reo comparente resoluatur, & resolui debeat in vim simplicis citationis: demonstrauitq; ibidem cum opinione hac omnes Doct. communiter transire, & obseruari in curia Romana. & ita ego sæpissimè iudicaui, & vidimus iudicari in facti contingentia à diuersis, & varijs iudicibus me patrocinante per iam dicta, & alia complura, quæ breuitati studendo omitto. Licèt Ioan. de Amicis, & malè in d. cons. 35. nu. 12. & seq. contrarium asseueret. Cõis opin.

5 Tertiò claudicat quoq; antedicta communis, vt in nunciatione noui operis necessariò sit causa exprimenda si petatur à parte: aliàs nunciatio tanquàm illegitima posset sperni, & procedi in opere, siue ædificio: vt firmant Specul. in titu. de procur. §. fin. vers. sed nunquid sufficit, Practicus Papiensis in 2. libello de suspe. iud. vltimo ver. in fin. & Bar. in 2. quæst. Ias. nom. 9. & Soc. Iun. nu. 150. in d. l. 1. ff. de oper. nou. nunc. vbi asseuerat ferè omnes vnanimiter ita tenere, referens solũ Comensem in contrariã sententiam inclinare. & ita secundùm communem hanc opinionem sæpè obtineri in praxi, & vidi iudicari in quamplurimis causis. Cõis opin.

6 Quartò claudicat similiter eadem communis opinio in principio posita, vbicunq; nunciatus offerret iudicium per hodie constat, hodie agatur, & versa vice nuncians recusaret, sperneretq; venire ad iudicium: tunc quippe remitteretur nunciatio, & posset nunciatus ædificare quemadmodum si satisdationem obtulisset: vt concludunt Bar. in l. prætor ait. §. si quis paratus, & Pau. Castren. & Ias. sub num. 4. & seq. in Glo. in ver. satisdare, in §. siue autem, in d. l. prætor ait. ff. de oper. nou. nunc.

7 Quintò choarctatur communis præmemorata, quòd vbicunq; nunciatio foret euidenter iniqua, vt tunc absq; ubio aliquo sperni posset, idest quando constaret, appareretq; de non iure nunciantis: secundùm Specul. in tit. de oper. noui nunc. §. sed nunquid in fin. & Abb. Sicul. in c. 1. de nou. oper. nunc. & Bart. in prin. & oẽs alios communiter per textum ibi, in d. l. 1. ff. de oper. nou. nunc. & in §. nunciatio eiusdem legis, & in l. de pupillo. §. si quis riuos, eod tit. Cõis opin.

8 Est benè verum, quòd nunciatio noui operis possit dubio procul fieri à nõ possidẽte. vt concedunt Glo. Bar. Alex. & cæteri omnes vnanimiter, & cõcorditer in d. l. de pupillo. §. meminisse. ff. de nou. ope. nunc. & Roma. Io. de Imol. Alex. & alij in d. l. 1. §. 1. eod. tit.

## SVMMARIVM.

1 NVNCIO publico plenè creditur in spectantibus ad suum officium, secus extra officium.

2 *Nuncio publico referenti se non inuenisse bona mobilia debitoris in executione iudicati plenè creditur.*

3 *Iudex si mandat aliquem mitti in possessionem per nuncium, mandatum non expirat morte mandantis. & consequenter nuncius tenetur mandatum exequi non obstante morte prius subsequuta.*

4 *Nuncio licentia data à iudice de capiendo, exequi potest post mortem ipsius iudicis mandantis.*

5 *Citatus per nuncium si esset persona circumspecta, & fide digna, & iuraret se nunquam citatum fuisse ab ipso nuncio: tunc sibi potius quam nuncio crederetur.*

6 *Nuncio publico, & iurato non creditur in denunciando crimina, quod procedit quò ad condemnandum, non autem quo ad inquirendum: quia quò ad relationem nuncij potest inquisitio formari.*

7 *Nuncij de cõsuetudine admittũtur uiles, & uilissimi: licèt de iure nũcius ipse deberet esse idoneus, et fidelis.*

8 *Nuncio referenti se citasse non creditur, nisi constet de commissione sibi facta ad citandum.*

## OPINIO DLV.



1 NVNCIO publico sibi duntaxat creditur in spectantibus ad suum officium, putà si referat se personaliter citasse Titium. tamen quando deponit in his, quæ sunt extra officium suum non probat: secundùm Ioan. Andr. in tit. de cit.

de cit.§.1.in prin. quem sequitur Abb. in c. cùm parati, de appell. Dec. in c. post cessionē de prob. Doct. omnes in §. quadrupli. inst. de act. & in l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præfect. vrb. Ruin. cons. 66. col. 1. vol. 5. Tiraq. qui latissimè complura cō gerit, in tract. de retract. in tit. *De retraic linagier.* §. 8. Glo. 11. & istam recitant esse communē opinionem Alciat. in tract. de præsump. in 3. reg. præsump. 14. num. 10. & Ias. in l. properandum. §. & si quidem. nu. 8. C. de iud. Cōis opin.

2 Quæ quippè procedit ex quadam consuetudine: secundùm Guid. Papæ decis. 628. nu. 1. Hocque ampliatur in tantum procedere, vt nuncio ipsi credatur etiam, & fides adhibeatur referenti se non inuenisse bona mobilia debitoris in executione iudicati: vt voluerunt Bar. & Doct. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. Guid. Papæ in d. decis. 628. Alcia. in memorata præsump. 14. num 4. cum alijs quamplurimis concordantibus traditis per Ias. in l. in illa. §. penul. ff. de verborum obligationib.

3 Ampliatur etiam habere locum in gestis per ipsum nuncium post mortem mandantis. Vnde iudex si mandaret aliquem mitti in possessionē per nuncium, tunc profectò morte mandantis mandatum hoc non expiraret: & sic ipse nuncius tenetur, & debet mandatum exequi nōn obstante morte prius occursa, seu subsecuta iudicis mādantis. vt firmauere Bar. in §. fundi venditor, in fin. & ibi Alex. col. 11. ff. de acqui. poss. Abb. & alij omnes in c. relatum, de offi. deleg. Bal. in l. si de interpretatione. ff. de legib. Bar. col. 3. & Ias. in l. more, col. 12. ff. de iurisd. omn. iudic. vbi pro dixit istam esse communem opinionem. Cōis opin.

¶ Ita etiam versa vice nuncius habens commissionem citandi, si moreretur re integra, posset dubio procul eius successor exequi, & citare sine noua commissione: secundùm Ang. in auth. vt nullatenus iud. §. ad hoc, col. 9. & Franc. Aret. in d. l. fundi. col. 11.

4 Quę quidem communis ita interpretata, ampliatur quoque habere locum similiter in licentia de capiendo data nuncio à iudice, vt exequi posset post mortem ipsius iudicis mandantis: vt concludunt Ang. in d. l. fundi, & Purpuratus in d. l. more, nu. 136. vbi limitat mentionatam opinionem Bar. communem in tribus casibus.

5 Sed ista communis ita declarata limitatur primò, vbicunque citatus per nuncium esset persona circumspecta, & fide digna, & iuraret se nunquam citatum fuisse à nuncio: tunc equidem ex tali coniectura sibi potius, quàm nuncio crederetur: secundùm Abb. & Moder. in d. c. cùm parati, Ias. in d. §. si quidem, in 6. not. Guid. Papæ in d. decis. 628. num. 1. post medium, & Maran. in loco supra citato, & per Afflict. in constit. edictorum in fin.

6 Limitatur secundò etiam antedicta communis non esse vera in denunciando crimina: quia tunc non creditur nuncio, etiam publico, & iurato: vt voluit Specu. in tit. de citatione. §. sequitur videre. Et hoc procedit, & intelligitur verum esse quò ad condemnandum non autem quò ad inquirendum: quia quò ad relationem nuncij potest inquisitio formari: secundùm Bar. in d. l. 1. §. cura carnis.

7 Limitatur tertiò, quòd ipse nuncius debet esse idoneus, & fidelis. §. hæc autē, in auth. de ind.

¶ Nam nuncius, secundùm legem debet esse persona diues, & approbata. ita Fely. in c. prudē tiam post prin. de off. deleg.

¶ Verum si admitteretur nuncius vilis: tunc reputaretur res malè gesta, & ei non adhiberetur fides aliqua: secundùm Barbatium in c. quoniam contra, nu. 31. de probat. Tamen de facto obseruatur contrarium, videlicèt, quòd admittuntur, assumunturque nuncij non solùm viles, sed etiam vilissimi, & infamissimi. teste Bal. in l. fin. col. pen. quæst. 8. C. de edic. Diui Adr. tollen. Et de hoc vtique mirandum non est: quoniam nuncij officium vilissimis personis congruit: secundùm Bald. in l. si vt proponis. C. de execu. rei iud. per l. fin. ff. de iudicijs, Fede. Senens. cons. 119. col. fin. & Affl. in constitu. sequentes col. 4. adeò quòd nuncius ipse infamis esse potest. ita Host. Io. And. Bal. Fely. & alij omnes in d. c. prudentiā, & Tiraq. cum alijs aggregatis per eum in tract. de vtroq; retract. de retractu consanguineorum. §. 8. duos testes, nu. 2.

8 Quartò, & vltimò limitatur, quòd nuncio referenti se citasse nulla adhibetur fides, nec ei creditur, nisi appareat de commissione sibi data ad citandum: secundùm communem scholam omnium Doct. cùm pro ipsa commissione nullatenus præsumatur: vt firmant Bar. & Ioan. de Plat. in l. 2. C. de cur. lib. 10. Ant. de But. & alij omnes in c. 1. de iud. Doct. in l. sciendū. ff. de verb. oblig. Bald. cons. 63. vol. 5. Aret. cons. 33. col. 4. Marsil. singu. 235. Bar. in extrauag. ad reprimendum in verb. per nuncium, Dec. in cap. quoniam contra, nu. 22. de probationibus. Cōis opin.

## SVMMARIVM.

1 NVNCIO publico plenè creditur, eiusque relationi statur quò ad citationem.

2 Nuncio publico referenti citatum dixisse nolle venire credendum est: & ob talē relationem citatus censetur verus, & manifestus contumax.

3 Nuncij relatio quò ad responsionem sibi per citatum factam debet per testes probari, nec sufficit sola ipsius nuncij relatio, vt dicatur contumacia manifesta.

4 Nuncij iurati relationi in Regno Neapolitano standum non est, nisi fieret per eum intimatio, ac notificatio citationis coram duobus testibus, & nisi nuncius ipse relationem faceret se citasse citandum talibus testibus præsentibus, videntibus, & audientibus.

5 Nuncio publico quamuis credatur in spectantibus ad eius

*eius officiū: tamen tūc si fallax appareret eius relatio, posset contrarium probari à parte non fuisse aliter citatam.*

## OPINIO DLVI.

1 NVNCIO publico plenè creditur, eiusq; relationi statur quò ad citationem. c. cùm parati, vbi Glo. & omnes generaliter, de appellat. Ioan. And. in add. Specul. in tit. de citatione. §. sequitur, verf. sed nunquid credetur soli nuncio, Bart. in tract. de citatione in 9. quęst. & Gratus consil. 85. inuocato diuino suffragio, in præsenti causa, ad quam nunc accersitus sum, num. 3. vol. 2. Bald. in l. vt perfectius, col. fin. C. de anna. excep. vbi prorumpit ita obseruare generalem consuetudinē, & Tiraq. in trac. de vtroq; retractu, de retractu cōsāguineorū. §. 8. duo testes Glo. 9. n. 6.

2 Sed hoc non procederet, vbicunque nuncius assereret citatum per eum dixisse, nolo venire ad iudicium, nec ad iudicem accedere: tunc quippè iste citatus ob huiusmodi verba prolata, & ob relationem per nuncium factam censetur verus, & manifestus contumax. c. uenerabilibus. §. secus, de sentē. excommun. in 6. & notant Cardin. & alij in Clemen. vnica, de dolo, & contumac. q. 8. & Abb. in d. cap. cùm parati, col. penul.

3 Tamen citati prædicti responsio debet per testes probari: nec sufficit sola ipsius nuncij relatio vt dicatur contumacia manifesta: secundùm Glo. in d. §. secus, in uer. in iudicio. quam sequuntur ibi Domin. & Franc. Bald. & Imol. in dicto c. cùm parati, & Ias. in l. properandum. §. & si quidem, nume. 9. C. de iudic. & ista est communis opinio. *Cōis opin.*

¶ In contrariam verò partem, videlicèt, quòd antedicto nuncio referenti, citatum dixisse nolo uenire, credendum sit: inclinarunt Cardin. in d. Clemen. vnica. quæst. 8. Præpos. Abb. & Dec. nume. 45. in dicto c. cùm parati, & Felyn. qui alios eiusdem sententiæ refert, in cap. ad petitionem, num. 20. de accusa. Sed quicquid isti Doct. suadeant, ob hoc non foret discedendum à mentionata communi, quæ verissima, ac tutissima redditur ex relatis per Ias. in d. §. & si quidem.

4 Et ista communis opinio uidetur conformis constitutioni Regni Neapol. Citationis literæ. in qua disponitur non fore standum dicto nuncij iurati, nisi fiat intimatio, seu notificatio citationis coram duobus, vel tribus testibus. Vnde hoc iure vtimur in Regno ipso, & seruamus hodie formam antedictæ constitutionis, vt per nuncium fieri debeat relatio se citasse Titium talibus testibus pręsentibus, videntibus, & audientibus, aliter sibi non crederetur. & ita obseruatur etiam in Regno Franciæ, attestante Tiraquel. in tract. de vtroque retractu, de retractu consanguineorum. §. duos testes, nu. 1. & 3.

5 Et quāuis nuncio credatur in spectantibus ad eius officiū; nihilominus tamen si relatio nuncij re ipsa falsa foret, prout plerunq; in locis in quibus tales nuncij sine testibus admittūtur, illę falsæ, fallacesq; reperiūtur, ac detegūtur: vt optimè nos Aduocati passim nouimus in reuolutione processuum, & in exclamationibus miserorū cliētulorū: tunc pars posset probare cōtrarium: & sic admitti deberet ad probandum contrariū eius quod relatū extiterat, & consequēter nunciū nullā tunc fecisse intimationē. ita Glo. in c. proposuisti in ver. non probatur. 81. dist. & in c. item testis in ver. in executoribus 4. q. 3. Arch. in c. venerabilibus col. 2. de senten. excom. lib. 6. Imol. & Alex. col. 1. in l. qui bona. ff. de dam. infec. Doct. omnes in c. quoniam contra. de prob. & in c. proposuisti, & ibi Imol. & Fely. col. 1. extra de prob. Guid. Papæ decis. 628. non debet de iure, Doct. vnanimiter omnes in c. cùm parati extra de appell. & præsertim Philip. Fran. & Card. Alex. & Bonifa. Vitel. in tract. maleficiorum in tit. de forma cirat. accusati, num. 16.

¶ Er hinc est, quòd nuncij interdū ex proprię conscientiæ morsu contradicunt eorū relationibus: & tunc ipsi nuncij dicentes contra relationes iam factas, statur certè posterioribus depositionibus & assertionibus contrarijs primis. c. quoniam cōtra, in ver. citationes, de prob. Glo. in d. c. cùm parati, & in c. iutis, de præsumpt. & Alex. in l. 1. §. 1. de offic. præfec. urb.

¶ Et tunc nunciūs ob talem relationem factā primò tenetur parti ad interesse passum: secundū Cyn. Bal. & Saly. in l. fin. C. de requi. re. & Alex. in l. qui nomine. ff. de fals. Secūdò etiā idē nūcius in pręsenti casu tenetur de falso. ita Bart. in l. qui nomine, Spec. in tit. de executore, ver. sed quęritur.

¶ Er Bal. per text. ibi in l. 2. C. de spor. vbi concludit vtiliter, quòd nuncius ipse ob hoc posset sine processu remoueri ab officio leuato uelo.

### SVMMARIVM.



1 *OBLATIO verbalis non releuat offerentem, sed debet esse realis.*

2 *Offerre illegitimè, & nō offerre paria sūt.*

3 *Oblatio ubi requiritur, non sufficit uerbalis, sed realis.*

4 *Oblatio de uolendo fideiubere non sufficit, nisi fideiussor præsens sit, & paratus fideiubere.*

5 *Oblatio realis non requiritur quando creditor, cui sola uerbo offertur, recusaret se nolle solutionem recipere.*

6 *Oblatio verbalis sufficit quò ad effectum retardandi uenditionem pignoris factam per creditorem.*

7 *Oblatio uerbalis sufficit etiam cum protestatione ne creditor pignora venderet.*

8 *Oblatio uerbalis impedit pignorum alienationem faciendam, non autem iam factam.*

9 *Oblatio uerbalis sufficit, nisi essent uendita, & tradita pignora emptori per creditorem.*

10 *Oblatio uerbalis, ne creditor pignora uendat, procedit si facta esset à debitore.*

11 *Oblatio sola uerbalis tantùm sufficit in rebus immobilibus, quæ offerri non possunt, ut fundus: uel in rebus mobilibus, quæ facilè consignari nequeunt, ut equus.*
12 *Oblatio sola sufficit, & uerbalis quando pecunia esset alibi soluenda.*
13 *Oblatio uerbalis sufficit ad pœnam legalem euitandam, non autem conuentionalem.*
14 *Oblatio uerbalis sufficit, ubi debitum nō esset liquidum. Et sufficit tunc, ut fiat ipsa oblatio etiam per tertium. Et post litem contestatam.*

## OPINIO DLVII.

1 BLATIO verbalis tātùm, idest sine consignatione, nō releuat offerentem. l. prætor. §. si quis paratus, vbi Bartol. & alij ff. de oper. noui nunc. Corn. cons. 37. memini non multis diebus allegasse, nu. 2. vol. 2. & Alex. consil. 131. in causa inter vniuersitatem strazarolorum, num. 11. volum. 4.

2 Siquidem offerre illegitimè, & non offerre paria sunt. l. quoties. ff. de tran. & istam in publicū asseruit communem regulam Roma. cons. 163. constitutio, sub n. 2. & probatur etiam hoc idem. *Cōis opin.*

3 Nam vbi oblatio requiritur, verbalis quippè non sufficit, sed realis. l. qui decem. ff. de solu. cū alijs concordantibus legibus adductis per Rom. in d. cons. 163. ante fin. & per D. Horatium Mandosium ibi in addit. in litera C. & per Marsilium in l. qui falsam monetam, nu. 48. ff. ad legem Corneliam de falsis.

4 Illustratur quoque regula præmemorata ex eo, quòd oblatio fideiussoris non valet, neque tenet, nisi fideiussor præsens sit, atque promptus, paratusque fideiubere. l. qui decem. §. idem responsum. ff. de solutio. aliās. l. si quis. §. nunc videamus, Ioan. de Imol. in dicta l. prætor. §. si quis paratus, Alexan. cons. 107. vol. 3. & in l. de pupillo. §. si is cui. ff. de oper. noui nunc. post Angel.

5 Sed hoc non habet locum quando creditor, cui solo verbo offertur, se nolle recipere solutionem recusaret: tunc quippè non requiritur realis oblatio, verùm verbalis quidem sufficeret: secundùm Alexan. in l. si mora, in 5. fallen. ff. solu. matrimo. & omnes communiter in l. qui Romæ. ff. de verbor. obligat. quam communem sequuntur, & citant Moder. inibi, & Bertran. consil. 133. etiam sufficienter legitimè appareret, nume. 4. volum. 6. *Cōis opin.*

6 Limitatur quoque non procedere conclusio præmissa quò ad effectum retardandi venditionem pignoris per creditorem factam: quoniam quò ad hoc explorati iuris est sufficere verbalem oblationem. l. penult. ff. de rescin. vend. secundùm communem intellectum Glo. Bart. & aliorum, in l. penult. ff. de distrat. pign. & in l. si residuum. C. eodem titu. quem sequitur vltra allegatos Doctores, Alexan. in dicta l. si mora in 2. fallent. *Cōis opin.*

7 Ista itaque communis tantò facilius procederet, quantò oblatio ipsa verbalis fieret cum protestatione, ne creditor pignora venderet. l. 2. C. de deb. ven. pig. impe. non poss.

8 Sed hoc, quòd verbalis oblatio impediat pignorum distractionem, procedit primo de plano, vt impediat, & impedire possit venditionem ipsorum pignorum faciendam, non autem iam factam. l. si prius, & ibi Bal. C. de dist. pig.

9 Itidem secundo loco eadem communis vera apparet, & procedit, nisi forent vendita, & tradita pignora emptori per creditorem. l. 1. & ibi Bal. C. si antiq. cred.

10 Similiterque tertiò ista opinio vera extat, si ipsa verbalis oblatio facta esset à debitore: vt dicta l. si prius.

11 Tertiò limitatur quoque regula præmemorata in principio posita locum non obtinere in rebus immobilibus. Nam oblatio uerbalis tantùm sufficit in rebus ipsis immobilibus, quæ offerri nequeunt. sic si res talis sit, quæ sincerè offerri non possit, vt fundus, & alia immobilia, vel mobilis sit non consignabilis, vt equus: tunc vtique sufficit sola verbalis oblatio. l. dos data, & ibi Bar. C. de do. ante nup. Glo. Bar. & Bal. & alij in l. acceptam. C. de vsuris, Bar. & cæteri concorditer in d. l. si mora.

12 Quartò choarctatur regula prædicta, vt verbalis oblatio inutilis non reddatur, atque sola sufficiat, vbicunque pecunia esset alibi soluenda: secundùm Bal. in d. l. acceptam.

13 Quintò limitatur etiam, vt oblatio ipsa verbalis tollat pœnæ commissionem: & consequenter oblatio verbalis satis est quippè ad pœnam euitandam. l. Celsus. ff. de arbitr. & d. l. si acceptam, & ibi Bald. in 3. oppositio. Glo. & omnes alij Doct. in l. cùm dies. §. fin. ff. de arbit. & Alc. consil. 393. nume. 4. Sed hoc procedit in pœna legali, non autem in conuentionali. Vnde oblatio verbalis satis est ad euitandum pœnam legis, vel iuris municipalis, non autem à contrahentibus in cōtractu appositam. l. si quis maior. C. de transact. & d. l. acceptam, ubi Bal. in 3. oppos. & in q. 21 Ias. cons. 9. nu. 14. uol. 1. & Ang. & alij in d. l. si mora in prin. *Cōis opin.*

14 Sextò limitatur vbicunq; debitum non foret liquidum: tunc nempè non requireretur certa, liquidaq; oblatio. d. l. si residuum, & ibi Bal. & in d. l. acceptam in 7. oppos. & Glo. in l. creditor. C. de pig. imò tunc sufficeret, quòd fieret huiusmodi oblatio, etiam per tertium absq; mandato: vt efficaces testes sunt Ang. & Pau. Castren. in l. tale pactum. §. post diuisionem. ff. de pact. & Bald. in d. l. acceptam, & in l. obsignatione. C. de solutio. imò talis oblatio verbalis sufficit, vt fieri possit etiam post litem contestatam. textus est in l. si rem. §. fina. ff. de pignoribus, & ibi Doctores notant.

*SVMMARIVM.*

1 *OBLATIO debiti etiam sine consignatione, ac depositione facta liberat debitorem offerentem à pœna caducitatis, secus in canone emphyteotico.*

OPINIO DLVIII.

1 OBLATIO debiti etiam sine consignatione, ac depositione facta liberat debitorem offerentem à pœna caducitatis, sicut regulariter obseruatur in alia pœna, de qua in text. in l. acceptam. C. de vsur. Sed ad consequendam plenariam liberationem à canone emphyteotico secus est: siquidem ad huiusmodi effectum requiritur, quòd emphyteota illum offerat, consignet, atque deponat: secundùm communem intellectum l. 2. C. de iure emphyt. circa fin. traditum ibi, per Doctores præsertimq; per Glo. & Iaf. nu. 106. & Alciat. consi. 393. nu. 4. & per Canonistas omnes in c. potuit de locat.

Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *OBLIGATVS ad factum licèt non possit compelli ad factum ipsum, cùm succedat obligatio ad interesse: tamen interueniente iuramento posset præcisè cōpelli ad ipsum factum.*

2 *Hæres promittentis, ac obligantis ad factum non potest ad factum ipsum compelli, sed liberatur soluendo interesse: quia vinculum iuramenti ex parte iurantis personale est.*

3 *Obligatus ex sententia ad aliquid agendū, præcisè facere tenetur: nec liberatur soluens interesse.*

OPINIO DLIX.

1 OBLIGATVS ad factum, licèt compelli ad factum ipsum nequeat, cùm succedat obligatio ad interesse. l. stipul. non diuiduntur. §. Celsus. ff. de verb. oblig. & l. si quis ab alio. ff. de re iudic. nihilominus interueniente iuramento posset præcisè compelli ad factum præmissum: secundùm Glo. in l. si pecuniam, in vers. quia iurasti. ff. de cond. ob causam, & ibi Bald. & in l. 1. C. de senten. quæ pro eo quod interest, & in prælud. feud. Innocē. Cardin. Abb & Ant. de Butr. in cap. veniens, de iureiuran. Cardin. Hostien. Ioan. Andr. & Imol. in c. per tuas, de arbit. Roma. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. & in rub. colum. 19. ff. de arbitr. Doct. in l. si quis maior. C. de transact. & Alex. consil. 37. vol. 2. vbi admonet istam esse communem sententiam, & Iaf. consil. 9. etiam, nu. 10. volum. 1. & Scribentes omnes hoc idem asseuerant in rub. de iureiur. & cumulatissimè Vrsillus in addit. Afflict. in decis. 163. num. 1. & sequen. vbi suadet cum illa communi opinione in decisiuis transeundum esse, & Bertran. consil. 6. inter pacta, nume. 1. cum alijs sequen. volum. 6.

Cōis opin.

2 Sed hoc non procederet in hærede iurantis: cùm ipse non possit præcisè ad factum compelli, verùm liberaretur soluendo interesse: quia iuramenti vinculum ex parte iurantis personale est. c. veritat. de iureiu. idcircò non ligabit hæredem. ita notat Bal. in d. prelud. feud.

3 Et quemadmodum obligatus iureiurando ad aliquid faciendum, præcisè facere debet, vt supra docuimus: ita pariformiter obligatus mediante sententia ad aliquid agendum, præcisè facere debet, neque interesse soluens liberatur. ita Glo. magna in l. qui restituere, & ibi Bal. & Ang. ff. de rei vendic. & Iaf. in præcitato consil. 9. sub num. 10. volum. 1.

*SVMMARIVM.*

1 *OCCIDENS se ipsum alicuius criminis, sceleri sue reus existens, punitur publicatione bonorum, nisi hæredem habeat: secundum aliquos Doctores tamen cōmunis schola Doctorum est in contrarium, quòd accusatus, vel suspectus de crimine, uel in crimine deprehensus si mortem sibi consciuit hodie eius bona non veniant publicanda.*

2 *Bona delinquentis circa se ipsum lite super eo contestata non publicantur ipso iure, sed mediante sententia.*

3 *Occidens se ipsum accusatus, vel suspectus de crimine, vltra quòd eius bona publicantur cadauer eius furca suspenditur, ac si extraneum occidisset.*

4 *Occidere se ipsum tentans tanquàm alicuius criminis reus existens, licèt nō perficiat actum, tamen punien dus veniret eadem pœna, qua puniretur si alterum vulnerasset.*

5 *Fiscus, vt bona rapiat occisoris sui ipsius, quando non extitisset de crimine accusatus, nec in eo deprehensus, sed de ipso crimine suspectus, teneretur probare mortem consciuisse metu pœnæ, non autem impatientia doloris: secus autem esset vbicunq; erat acccusatus, uel in crimine deprehensus.*

6 *Vasallus occidens se ipsum, non debet simul cum eius hæredibus feudo priuari: quia delictum hoc non concernit Domini offensionem.*

7 *Mortem sibi consciuerunt 164. antiqui ob varias, & diuersas causas, remissiuè.*

8 *Occidere se ipsum in casu licitum non est.*

9 *Hæreticus est asserens pertinaciter eos, qui se ipsos occidunt, fore martyres censendo, ex quo mortem ultro nei patiantur.*

10 *Occidens se ipsum debet carere ecclesiastica sepultura.*

## OPINIO DLX.

1 
CCIDENS se ipsum alicuius criminis, scelerisuè reus existens, punitur in publicatione bonorum, nisi hæredem haberet. l. fin. & toto titu. ff. de bonis eorum, qui mortem consci. & tenent Iacob. de Rauen. & Petr. de Bellapert. in l. 2. C. qui testam. fac. poss. Ioan. Igne. cum alijs relatis per eum, in l. 1. §. si tibi num. 109 ff. ad Syllanian.

¶ In contrariam verò partem, vt suspectus de crimine, vel accusatus, vel in crimine deprehensus, si mortem sibi consciuit, hodie eius bona non veniant publicanda: inclinarunt Glo. in l. 1. §. 1. ver. Aduersus. ff. de iure fisci, & Bartol. in l. 1. §. fina. ff. de bon. damnat. & in l. 1. §. fina. ff. de bon. eorum, qui an. sentent. mor. sibi consciuer. per authent. bona damnatorum. C. de bon. damna. cum simil.

2 Et bona ista delinquentis circa se ipsum lite super eo contestata non ipso iure, sed per sententiam publicari possunt, & debent. l. in fraudem. §. eius bona, & §. sequen. ff. de iure fisci, Glo. & omnes communiter, & ibi Bolognett. in secundis interpretationibus, in l. 2. C. qui testa. fac. poss. & Bar. in l. 3. §. fin. ff. de bonis eorum, qui mor. sibi consci. *Cõis opin.*

3 Et vltra pœnam publicationis bonorum imponendam delinquenti prædicto circa se ipsum, cadauer eius furca etiam suspenditur, & sic punitur quemadmodum si extraneum occidisset: secundùm Roma. & Ias. in dicta l. 2. per textum ibi, Petr. à Plaza in epitom. causarum crimin. lib. 1. cap. 23. sub nume. 17. & Carrerium latè declarantem, in pract. crimin. in §. homicidij. num. 123. cum alijs seq. vbi hoc duobus modis ampliat.

4 Et ampliatur etiam in tentante sibi manum inferre, qui licèt non perficiat actum, tamen puniendus esset: secundùm Bartol. in l. si quis aliquid. §. miles. ff. de pœnis, & in l. transigere. nume. 17. C. de transa ctionibus, & Thomas Grammat. decis. 44. nume. 1. & ista est indubitata, & communis opinio. Et iste profecto in hoc casu veniret puniendus eadem pœna, qua puniretur si alterum vulnerasset: secundùm Alber. Fulgos. Paul. Castren. & Ias. nume. 4. in l. 2. C. qui testamen. facere poss. Ioan. And. in addit. Specul. in titu. de pœnis, Bald. in procemio decretalium, Petr. à Plaza in dicto cap. 23. lib. 1. causarum crimin. num. 18. & seq. & Gram. in d. decis. 44. nu. 4. *Cõis opin.*

5 Sed iste occisor ipsiusmet, nisi extitisset de crimine accusatus, nec in eo deprehēsus, verū de crimine ipso tantùm suspectus: tunc fiscus, vt bona rapiat, teneretur probare mortem consciuisse metu pœnæ, non autem impatientia doloris: secundùm Petr. & Cyn. in l. 2. C. qui testa. fac. poss. Bartol. & alios communiter, in l. fina. §. fina. ff. de bonis eorum, qui ant. senten. Bald. in l. fin. C. de iure fisci lib. 10. & Ioan. Igne. in d. §. si tibi, num. 62. *Cõis opin.*

¶ Contrarium verò respondendum esset vbicunque non erat accusatus, vel in crimine deprehensus, & postea mortem sibi consciuit: tunc certè ob hanc præsumptionem, & veluti fictam confessionem, quæ est contra ipsum, onus probandi eius innocentiam reuertitur ad hæredes ipsius, vt bona mortui tueantur. ita voluit Platea, in d. l. fin. C. de iure fisci, & Bartol. vbi supra.

¶ Sed contrarium vt etiam hoc casu onus probationis fisco incumbat, firmauit Ioan. Igne. in d. §. si tibi, nu. 62. tamen in actu practico tutum non foret discedere à sententia Plat. & Bar. tanquam tutiori, & ueriori.

6 Cæterùm præmissa limitantur non habere locum in uasallo occidente seipsum, qui ob hoc feudo priuari non debet: secundùm Bald. in cap. 1. quibus modis feu. amit. & Iacob. de feud. in versic. dictique vasalli promiserunt, il 1. nume. 19. vbi ait cæteros Doctores transire cum ista opinione: quia delictum hoc non concernit Domini offensionem; ideò non debet, nec potest vasallus ob illud, nec eius hæredes feudo priuari. *Cõis opin.*

7 Et si scire cuperes antiquos, qui sibi ob varias, & diuersas causas mortem consciuerunt, vide Ioan. Rauisium in officina Textoris in cap. 1. ponentem ibi 164. qui varijs modis eis mortem consciuere.

8 Et se ipsum in casu occidere licitum non esse firmat, & luculenter probat Guilielm. Pepin. in sermonibus de destructione Niniuæ in sermone 35. colū. 6. folio paruo 285. & Alphonsus de Castro in tract. aduersus hæreses lib. 10. in ver. seu cap. Martyrium fol. par. 902.

9 Vbi etiam ostendit hæreticum esse afferentem eos, qui se ipsos occidunt fore martyres censendos, eo quòd mortem vltronei patiuntur.

10 Et denique occidens se ipsum debet carere etiam ecclesiastica sepultura. c. placuit 23. q. 5. & Glo. in c. ex parte de sepul.

### *SVMMARIVM.*

1 
*FFICIALIS si durante tempore sui officij fuit cassus ab officio, & postea reassumptus, cum eisdem pactis reassumptus intelligitur.*

2 *Conductus Doctor, seu famulus, & similis certo salario pro vno anno, quo finito, & denique interpositis pluribus alijs annis, si reconducatur sine repetitione salarij intelligitur reconductus sub illo salario, quod prius perceperat.*

OPI-

## OPINIO DLXI.

1 OFFICIALIS si durante tempore sui officij fuit cassus ab officio, & postea reassumptus cum eisdem pactis reassumptus intelligitur. secundùm Bal. in l. si constante.C.de dona. an.nup.& in l. etiam.colum.fin.C.de iure dot.quem sequuntur
Cōis opin. Scriben. omnes communiter. in l. diem functo. ff.de offi.asseſſ.vbi Moder.audacter mentionem faciunt de ista communi.

2 Et concludunt etiam quòd si Ciuitas conduxit Doctorem cum certo salario pro vno anno, quo finito recessit domum suam, & demum interpositis pluribus annis reconducatur sine repetitione salarij, intelligitur reconductus sub illo salario, quod prius perceperat. vbi subdunt etiam idem esse in famulo,& similibus.

### SVMMARIVM.

1 *OMNIS dispositio debet intelligi rebus sic stantibus.*
2 *Statutum debet intelligi rebus sic stantibus.*
3 *Consuetudo debet intelligi rebus sic stantibus. Nam si est consuetudo ab intestato non habet locum in testamento & si est consuetudo ex testamento. non habet locum ab intestato.*
4 *Consuetudo non extenditur de casu ad casum, nec de persona ad personam, maximè quando est contra ius.*
5 *Iuramentum semper intelligitur rebus sic stantibus.*

## OPINIO DLXII.

1 OMNIS dispositio debet intelligi rebus sic stãtibus. l. quod Seruius.ff. de cond.ob cau. & ibi Glo.l.cõtinuus §.cũ quis.ff.de ver. oblig. l.quæro.§.in ter locatorẽ. ff. de
Cōis opin. locat. & ista est cõmunis opinio. vt per Tiraq.in l.si vnquam.C.de reuo.don.in præfat.num.167.Marsil.in rub.de fideiuſſ. nu. 151.

2 Sic etiam statutum debet intelligi rebus sic stanti bus:secundùm Ripam in tit.de constit. & stat.5.respon.num.9.& in c.cùm M.Ferrariensis de constit.Bal.in l.clari iuris.C.de fideicom.

3 Sic in consuetudine. Nã si est consuetudo ab intestato non habet locum in testamento.Si verò est consuetudo ex testamento non habet locum ab intestato. Anchara.consil.339.nume. 8. Ruin.consil.208.vol.1.nu.2.& seq.vol.1.&consil. 108.volum.2.

4 Et ratio est: quia consuetudo non extenditur de casu ad casum, nec de persona ad personam, maximè quando est contra ius.Bar.in l.post dotem,num.30.ff.solu. matrimo. & in authen. qui rem.C.de sacrosan.eccle. Alex. consil.9. volum. 3.Bald. in l. si pupillorum.ff.de reb.eo.Tiraq. in tract.de iure primigen.q.16. num. 10.Ant. Gabriel. in suis conclusionibus in tit. de consuetudine,conclusione vltima in fin. & in tit. de præscrip.conclus.2.nu.12.cum alijs seq.& Rota Bononiensis decis.65.nu.7.& seq.

5 Sic etiam iuramentum semper intelligitur rebus sic stantibus: secundum Tiraq. cum magna catherua Doct. relata per eum in d. l. si vnquam in præfat.num.166.

### SVMMARIVM.

1 *ORDO sacer, aut promotio ad sacros ordines ante legitimam ætatem concedenda non est sub pœnis tam suscipienti, quàm promouenti.*
2 *Ordinatus, ac promotus ad sacros ordines ante legitimam ætatem non potest tales ordines exercere, nisi accedente legitima ætate ipsius, qua accedente impedimentum cessat,& tunc posset in ordinibus ipsis susceptis ministrare,ac eorum vsum exercere.*
3 *Ordinatus, ac promotus ante legitimam ætatem non est suspensus ipso iure, sed veniret suspendendus.*
4 *Ordinatus ante legitimam ætatem, vel extra tempora, vel absque sui ordinarij licentia,& absque literis dimissorijs ab alieno Episcopo est ipso iure suspensus, & celebrans interim efficitur irregularis, à solo Pontifice absoluendus,& beneficio priuari potest.*
5 *Irregularitas incurritur ob celebrationem factam contra determinationem Pontificum, & Conciliorum.*

## OPINIO DLXIII.

1 ORDINARI, promoueri, seu insigniri sacris ordinibus nemo potest ante legitimam ætatem. Concil.Trident.seſſ.23.c.11.& seq.ac iure Põtificio diffinitã,in Clem.generalẽ.de æta.& qual.

2 Vbi Glo.inquit in ver.obseruantiã,susceptos, ac promotos ad sacros ordines ante ætatem legitimam non posse ordines istos exercere,nisi accedente ipsius legitima ætate: qua quidem accedẽte impedimentũ cessat;ideò poterit iste in ordinibus susceptis ministrare,ac eorũ vsum exercere. & sequit Archid. & Præposit. in c. placuit 77. dist.Imol.in d.Clem.generalẽ.nu.8.Henric.in c. consultat.col.4.de temp.ord.& oẽs Canon. cõiter,per illum text.in c.vel non est cõpos. eod.tit. Cōis opin.

3 Et ordinatus iste,seu ante legitimã ętatẽ promotus minimè est suspensus ipso iure, verũ veniret, vel foret suspendendus. textus est clarus, & rotundus in d.cap.vel non est compos. quem ita intellexere, ac interpretati sunt Archidiac. Cardin. & Præposit. in d. cap. placuit, Florent.in 3.

par.tit.14.c.16.§.15.Henric.in d.c. consulrationi.colum.4.Alber.Trotus,de vero,& perfecto clerico,lib.2.c. 17.quorum opinionem recitat esse
Cōis opin. communem Prepofit.in d.c.pla.uit, & Cardin. in d.c. vel non est compof.in fin.

4 Cæterùm hodie ordinatus ante legitimam ætatem,vel extra tempora,vel ordinatus absque sui ordinarij licentia,& absque literis dimissorijs ab alieno Episcopo,est ipso iure suspensus:& celebrans interim efficitur irregularis à solo Pontifice absoluendus, & beneficio iure permittente priuari potest.vt habetur in extrauag.Pij 2.exordiente. Cùm ad Sacrorum ordinum. quam refert Sylu. in sua summa, in ver. Irregularitas. in §.decimò quæritur,& Rebuffus,in tract.de beneficijs,in 2.par.tit. de cleric.ad sa.ros ordines malè promotis,Glo.4.et extrauagan.istam obseruari iussir Leo X.in suis reg.cancellariæ, in reg.23.

5 Et celebrans in hoc casu eonrra determinationem Pontificum, & Conciliorum, irregularitatem incurrit: secundùm Abb. in c.si celebrat,de cler.excommu.minist.col.fin.& istam ponit esse
Cōis opin. communem opinionem Io. Bernar.Diaz.in practic.crim.can.cap.22.post medium.

*SVMMARIVM.*

1 *TVTOR, vel curator possunt facere pacem de iniuria,vel mo.te patris pupilli, etiam si mors notoria foret. imo mulier tutrix sine consensu propinquorum potest quoque pacem facere pro pupillo.*

2 *Minor potest promittere,facere,ac stipulari pacem sine tutoris,ac curatoris authoritate: nec ei conceditur in integrum restitutio aduersus pacem,nec factus maior potest eam rumpere.*

3 *Pax adeò grande bonum est, vt in rebus humanis nil glorio,ius,delectabilius,aut vtilius audiri, concupisci,possideriqúe soleat. imò pro pace mala etiam toleranda sunt.*

4 *Minor pacem faciens iuratam,promittensqúe non contrauenire,virtute iuramenti tenaciter obligatur.*

5 *Minor potest petere restitutionem in integrum,& sibi concedenda est aduersus pacem factam per eum, ubi tractaretur de eius interesse pecuniario,quod consequi deberet ex persecutione iniuriarum.*

6 *Pacē haberi à minore an sufficiat absq; decreto iudicis.*

7 *Tutor,vel pupillus cum eius authoritate an valeat facere pacē cum pœnæ adiectione in istrumento pacis.*

## OPINIO DLXIV.

1 PACEM facere potest tutor, vel curator de iniuria,& morte patris pupilli,etiā si mors notoria forer:secūdùm Cyn. in l. 1. C. de in integrum restit.Bal.Alber.Saly.Pau.Castren.num.2.& omnes com-
Cōis opin. muniter.in l.pactum curatoris. C. de pactis, Ang.in l. si conuicij.ff.de iniurijs,Bald.in rubr. de treug.& pa.& in l.iusiurandi.ff. de iureiuran. Ant.de Butr.in c. 1. de treug.& pa. Abb. consil. 39.volum.1.& ita consuluit Ioā de Amicis consil.88.num. 1. cum alijs sequen. vbi sententiam istam latè comprobat,& ait esse communem: & celebres D. Aduocati curiales Prouinciæ Marchiæ etiam consil. 150.quoniam qui in cogitationibus, posito inter consilia criminalia diuersorum in folio,num.6.cum aliis seq.& num. 25. & seq.volum.1.& Franciscus Turzanus quoque in opinionibus communibus. Opin. 32. Tutorem, & curatorem. atque eam quotidie obseruari admonet Bossius in pract.criminali in titu. de pace,num.14.vbi nume. 31.ampliat procedere in muliere tutrice pupilli,vt ea etiam tutorio nomine valeat facere pacem de morte patris ipsius pupilli absque con ensu propinquorum: & ait ita obseruari Mediolani.& sic ego consului in facti contingentia de anno 1569. super pace facta de nece Petri Antonij Rosæ de Castro Fossæ comitatus Aquilæ,per tutricem suorum filiorum,& obtinui per rationes, & authoritates in meis consilijs imprimendis expressas.

2 Imò pax potest fieri, promitti, & stipulari à minore absque tutoris, vel curatoris authoritate: nec ei conceditur aliquo pacto in integrum restitutio aduersus pacem: secundùm Dyn.in l. diuus,in apostill.ff.ad Syllan.Ioan.de Amicis, in d.consil.88.num.1.& seq. Nicolaum Morouum in tract.de fide,treug.& pace,par.2.q.48. num. 4. cum alijs seq. Afflict.in conltit. minorum iura,num.6.lib.2.rubr.38.& Paul. Castren.consil. 191.vbi ponit,an pax facta per minorem rumpi possit per eum factum maiorem:nam læsus non dicitur ob multas rationes assignatas per prçcitatos Doct.& hac potissimùm.

3 Nam pax adeo grande bonum est,vt in rebus humanis nihil gloriosius,nihil delectabilius, aut vtilius audiri, concupisci, possideriue soleat, vt inquir Aug.in lib.de Ciuitate Dei, & refert Soc. Iun.consil.62.num.41.vol.3. & Alber. in l. 1.in prin.C.de cadu. toll. vbi alia multa scribit de pacis laudibus, & alijs infinitis bonis quæ ex pace proueniunt,& Bal.in tit.de pace Constantię,col. pen. & omnium latissimè Keterodamus in libello de pacis querela, & Iacobus Nouell. in pract. crim.rub.fin.nu.41.

3 Imò pro pace ipsa,mala toleranda sunt.c. 1.c. ecce.23.q.4.& c.hæc quippè.3.q.6.& hoc de plano procedit si ipsę minor fecillet pacem, & iurasset non contrauenire:tunc quidem per iuramentum tenaciter obligatur:secundùm Bald.in c. 1. de pace iuram. firm. ante vers. quærit ergò Glo. nunquid si minor.Et licèt hoc abundè comprobatum sit per citatos Doct. potest pariter confirmari per Euangelium,dicens,Si dimiseritis peccata eorum,dimittet & vobis pater vester pecca ta,& delicta vestra, & èontra. c. qui emendat cum seq.45.distin.

5 Nihi-

5 Nihilominus intelliguntur præmissa cum grano salis in rancore, vel quod tãgatur ex remissione uendictæ: sin autem propter aliquod interesse pecuniarum minoris, quod posset cõsequi ex persecutione iniuriarum, tunc quippè restitutio ipsa peti posset, & arbitror eam concedendam fore. l. 1. & 2. C. qui aduersus transf. & per And. de Iser. in constit. Obscuritatem, de restit. mino. & per Lucam de Pen. col. 12. C. vt publi lęt. lib. 12.

6 Sed an sufficiat pacem haberi à minore absque decreto iudicis, uide Bal. & Saly. declarãtes, & decidentes in d. l. pactum curatoris, Bal. in l. 1. ff. de pact. & in d. rub. de treug. & pac. Spec. in tit. de homicid. & Iacobum Nouellum in sua practi. crim. in rub. fin. incip. quoniam vt docet experiẽtia, nume. 48. & Nicolaum Moronum in d. q. 48. nume. 3.

7 Et quamuis tutor, vel pupillus cum ipsius tutoris authoritate ualeat pacem facere, vt supra ex communi opinione docuimus; nihilominus cum obligatione pœnæ facere nequit, & facta nõ tenet, & consequenter in eadem pace pœna apponi non potest, & si fortè adhibita, appositaque in instrumento pacis ea fuerit, quò ad ipsam pœnam non valeret. vt videntur concludere Bald. Saly. & Alciat. in l. pactum curatoris. C. de pact. Thobias Nonius cons. 152. nu. 11. D. Ludouicus Sensus cons. 155. nume. 5. & D. Ranaldus Rodulphius uir eminentis scientiæ præceptor meus, cõs. 156. nume. 7. positis inter consilia criminalia diuersorum in 1. vol. in folio.

¶ Sed contrarium, & tutius iudicio meo responderunt pręmemorati probatissimi Aduocati Curiales prouinciæ Marchiæ in d. consil. 150. nu. 32. cum aliis seque. ubi doctissimè declarant prędictam doctrinam Bal. Saly. & sequacium; inter alios intellectus traditos ad eandem doctrinam dicunt Bal. & Saly. nõ loqui, quando minor promisisset mediante promissione iurata. & credo quòd ista sit ueritas: aliàs pax ipsa fumum faceret, & penitus vana, otiosa, & frustratoria esset. quod equidẽ dicendũ nõ foret modo aliquo.

*SVMMARIVM.*

1 *PAX sufficit, quòd à maiori parte hæredum habeatur. quæ maior pars intelligitur secundum cõmunem opinionem respectu unciarum, in quo si sunt pares pro numero, & si in hoc etiam pares sint attendatur dignitas personarum, & cæteris paribus parti remittenti statur.*

## OPINIO DLXV.

1 PACEM haberi, impetrari, ac obtineri sufficit ab interfectore, uel occisore à maiori parte hæredum, & valet. secundum Glo. in l. per fundum. ff. de ser. rustico. præd. Ancha. in Clem. 2. de iure patrona. Cyn. in l. 1. §. fina. ff. de uen. inspic. Bal. in l. 2. C. de lib. & eo lib. Barto Ange. Pau. Castren. Ruin. & cæteros Moder. in l. 4. §. Cato. ff. de ver. oblig. Ang. in tract. maleficiorum, in uer. Comparêt inquisiti in termino defensionis, Boer decis. 121. nume. 3. Franc. de Aret. in l. pro hærede. §. fin. ff. de acqui. hæred. ubi exprimit istã esse communem opinionem, & Marcus Mantua etiam in c. cùm omnes, nume. 50. de constitut. & magis communem, & ęquam consulendo ait Io. de Amicis cons. 88. nu. 6. 7. & 8. *Cõis opin.*

¶ In contrariam uerò partem, videlicèt, quòd non sufficiat pacem haberi à maiori parte hæredum, sed quòd requiratur consensus omnium hæredum in ipsa pace obtinenda, inclinarunt Ang. in d. l. pro hærede. §. fin. Saly. in l. 2. C. de lib. & eo. lib. Roma. in d. §. Cato, Ioan. de Arnono dialogo. 14. & Marcus Mantua. in d. c. cùm omnes sub nume. 50. & ibi Fely. quoque sub nume. 16. ubi inaduertenter admonet istorum sententiam communiter teneri, & Berous etiam consil. 176. uiso ban no Ioannis, nu. 10. uol. 3. Et ista maior pars hęredum quomodo, & qualiter intelligatur declarãt omnes pręcitati Doct. & optimè Ioan. de Amicis in d. consil. 88. nu. 6. ex communi opinione tradita per eum. *Cõis opin.* *Cõis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *PAX ex noua causa superueniente non censetur rupta.*
2 *Treuga ex noua causa superuenienti dicitur rupta, secundum communem opinionem; licèt altera sententia contraria similiter communis appareat, videlicet quòd treuga ex noua causa rupta non dicatur, sicut nec pax.*
3 *Pax non rumpitur etiam si noua causa superueniens iniusta sit, & friuola.*
3 *Causa in dubio præsumitur noua ad effectum, ne pax dicatur rupta, dummodo constaret de ipsa noua causa, & dummodo non tractaretur de his, quæ forent de se mala, & de genere prohibitorum.*
5 *Pax adulterio, seu furto non rumpitur.*

## OPINIO DLXVI.

1 PAX non dicitur rumpi ex noua causa superueniẽte: & sic pax ipsa ex noua occasione, seu rixa rupta non censetur. l. qui seruum. ff. de uerb. obliga. ubi Doct. notant, Bar. quoq; Ang. & Alex. col. 1. & seq. in l. qui insulam. ff. de uerbor. oblig. Bal. in c. 1. in princ de pac. renen. Illustrissimus D. Cardinalis Albanus in lucubratio. ad Bar. in l. 1. §. cùm arietes. nu. 3. ff. si quadr. pauper. fec. dic. Roma. Alexan. & cęteri. in l. semel mora. ff. solu. matri. Roma. cons. 258. in casu proposito dicendum est, nume. 1. & seq. Anto. & Imol. in c. cùm inter P. de renun. Abb. & Fely. in c. 1. ext. de treug. & pace, Paris. cons. 164. & seq. vol. 4. Nicolaus

laus Moronus in tract.de fide,treug.& pace,in 2. par.q.9.nume. 2.& istorum sententiam deducit esse communem Alex.in d.l.qui insulam. col. 1. & seq.Roma.consl.183. in casu proposito dicendum est,sub nu.1.& ibi D.Horat.Mandos. in addi.in litera A. & Petrus de Benintendis decis.65. nume.2.

Cõis opin.

2 Secus uerò in treuga, quę quippè ex noua causa rumpi uidetur. secundum Vincentium,& Fely.col.2.in d.c.1.de treug.& pac.Ioan.And. in addit.Specul.in rub.de treug.& pac. circa fi.Archid.in c. hi qui. 24.q.3. Ias. cum aliis signatis per eum,in d.l.qui seruum.col.2. & istam opinionem inquit de consuetudine obseruari Imol. in d.l. qui seruum,cum aliis congestis per Petrum de Benintendis in d.decis.65.nu.3.& communè esse constat ex assertione Alex.in d. l. qui insulã. nume.4. & de iure scribit procedere Ias. consilio 70.nume.5.vol.2.

Cõis opin.

¶ Sed pro parte contraria, uidelicet, quòd ex noua causa treuga rupta non dicatur, sicut pax ipsa,consuluit Corne.cons.175.& seq. volu.1. & Rota Bononiensis per plures rationes,& authoritates ita determinauit.teste Petro de Benintendis,in d.decis.65.nu.4.cum aliis seq.& in effectu hæc vltima opinio, quòd treuga ex noua causa non rumpatur, verior est.attestante August. Bero.cons.200.viso toto processu causę,nu. 10. uol. 3.& magis communis secundum Nicolaum Moronum in tract.de treug.& pace,par.2.q.12. nume.1.cum aliis seq.vbi eam tuetur, affirmatque ita iudicem impunè, & absque syndicatus timore posse iudicare, ac refert alios complures eiusdem sententię.

3 Item pax ipsa minimè rumperetur, etiam si noua causa iniusta foret:secundum Bal.cons. 57. laudare.vol.1.Ias.in l.qui seruum.col.2.ff.de verbor. oblig.Soci. Iuniorem.cons.103.nu.10.uol. 3.Gratum.cons.114.uol.2. D.Aduocatos curiales prouincię Marchię.cons. 150.nu.55.& seq.positos inter consilia criminalia diuersorum in primo tomo in folio,Beroum cons.85.nume.14.uolu.3.Alex.cons. 19. viso processu causæ vertentis inter procuratorem cameræ,num.2.vol.1.& Roma.in d.cons.183.ubi etiam sub nu.2. cõcludit, quòd causa in dubio pręsumitur noua ad effectũ ne pax dicatur rupta,& Bero.cons. 198. nu. 1. & 14.vol.3.Paris.cons.165.pacè.n.4.vol.4.& Ias.in l.qui seruum.in 2.not.ff.de uer. obli. Albanus in d.s.cùm arietes.num.3.Bal.in l.si prædium.C.de ædil. act. Cotta in memorali in ver. Offensio, & Moronus cum aliis Doct. aggregatis per eum in tract.de fide,treug.& pace,in 2.par.quęst.44.nume.1.cum aliis seq.

¶ Sed Rota Romana hanc doctrinam cũ grano salis declarauit procedere, teste D. Horatio Mandosio in addi.Romani in d.consil.183. sub litera F. dũmodò cõstaret de noua causa: aliàs in dubio ex vete:i causa delictum patratum præsumeretur,

4 Et eandem doctrinam declarauit etiam Nicolaus Moronus in tracta. de fide treug. & pace, in 2.par.quæst.44.nume.9.non habere locum in his,quæ forent de se mala, & de genere prohibitorum: tunc enim noua causa nullatenus præsumeretur,nec excusaret,sed dolum argueret.

¶ Et propterea è diuerticulo in viam redeundo,ego consului in facti contingentia, quòd ille, qui uerberauit aliquem pro expulsione suorum bouum non rumpat pacem; licèt causa uideatur friuola,& iniusta, motus præcipuè ex præfato consil.Alex.19.

5 Item pax etiam per adulterium commissum in filiam, seu vxorem eius cum quo pax ipsa inita reperitur, aut per furtum bonorum eiusdem non dicitur fracta,vel rupta:cùm hæc potius explendæ libidinis,& luxurię,& lucri captandi causa fieri uideantur,quàm occasionem vindicandi, & retractandi inimicitiam iam sopitam. secundum Bat.in l.uetum.ff.de furtis,Roma.cõs. 258. in casu proposito dicendum est, nu.3.Corne.consil.51.nu.3.vol.1.Alex.cons.113.nu.3.uol.2.Angel.in tracta. maleficiorum in uer. *Che m'hai adulterata la mia donna.* vers. Quid autem si pax, Marsil.cons.2.nu.4.Nicolaum Moronum.in d. tract. de fide,treug.& pace in 2. par. quęst.34. nu. 7.& seq.August.Beroum cons.185.nu.13.& 15.uol. 3.& consultus hodie 11. Mensis Ianuarij 1574. ita de facto respondi super prætenso adulterio patrato per quendam de oppido Tornèpartis comitatus Aquilæ cum vxore sui reconciliati inimici. prout ita consuluit etiam Roma. in d. cons. 183. sub nu.1. vbi diligentissimus,& cautus D. Horatius Mandosius in add.in litera B. aduertit istam esse magis communem opinionem,& D. Aduocati curiales prouincię Marchiæ in d.consil. 150. nume.46.

Cõis opin.

¶ Sed idem Horat. Mandos.vbi supra eam limitat post Gozad.cons.31.nu.14.non procedere vbicunque aliquo vestigio,signo, seu coniectura colligi posset adulterium ipsum, vel furtum commissum esse non animo explendæ luxurię,aut lucri proposito,sed principaliter offendendi, vindicandique occasione:tunc quippè pax rupta omninò censeretur.

¶ Et limitat quoque eandem communem sententiam Nicolaus Moronus in d.q.34.2.partis,nu. 13. & seq. non habere locum, ubi pax sequuta foret à principio ex actibus lasciuis, libidinosis,& impudicis, & ita refert respondisse in facti contingentia.

*SVMMARIVM.*

1 
*REVGA, uel pax fracta, et rupta ab una parte, terminis sic stantibus non potest rumpi ab altera parte sine pœna,& incursione illius,secundum unam opinionem:licèt altera sententia contraria communis sit,& obseruanda.*

2 *Treugā rumpens offendendo aliquem de comprehensis in ipsa,treuga ipsa durante, punitur in pœnam amissionis manus. offendens autem sub pace punitur vltimo supplicio.*

## OPINIO DLXVII.

1 PAX, vel treuga fracta, ac rupta ab una parte, & terminis sic stātibus alteri parti non licet illā rumpere sine pœna,& incursione illius; adeò quòd ipsam pacem, seu treugam rumpere nō potest, nec debet impunè. secundum Archid. in c.illi.24.q.3 Ioan. And. in addi.Specul de treuga,& pace,Ang Pau. Castren & vtrumq; Rapha elem,in l.qui seruum.ff.de verb. obliga. Bald. in rub.de treuga,& pace,colum.6.fin Ang.& Imol.in l. si ex legati causa.ff.de verb.oblig.Io.And.Ant.& Fely.in c.peruenit,il 2.de iureiur.Marsil.consi.21. vol.1.& ita in terminis consuluit Maria.Soc.con sil.27 Ianuensium dux, & Soci.Iun. consil. 162. uolum.2.

¶ In cōtrariam uerò partem inclinauit Abb. in d c.1.de treug.& pac.quòd impunè ille, cui est fracta pax, aut treuga possit eandem frangere, quia illam non frangit,sed fractam inuenit. Et licèt aliqui Doct. congesti per Ioachimum in obseruatione 7.hęc quæstio.centuria. 4. inhærcant Abb.sententię.tamen,quicquid isti suadeāt, opinio Archid.& sequacium est communis,& de cō suetudine potius,quàm de iure obseruatur. teste Rapha.in d.l.qui seruum,& Deci.consil.380.cōclusio superius firmata per clarissimum Dominum consultorem,nu. 2. & eam sequendam fore in iudicando, & consulendo tanquàm communem,& tutam hortamur. & secundum eandem partem tanquàm æquiorem, sanioremque iudicauit etiam camera Imperialis, attestante Ioachimo in d.obseruatione 7 centuria 4.& consuluit Roma.cons.183.in casu proposito dicendum est,sub nume. 1. & ibi Horat. Mandos. cum magna caterua Docto. relata per eum in additio.in litera A. Cōis opin.

2 Et aduerte quòd pacem iuramento firmatam frangens occidendo, vel vulnerando pœna mortis naturalis puniendus est.c.1.§.si quis hominem.de pac. tenen.& eius violatoribus.

¶ Item offendens aliquem de comprehensis in treuga, treuga ipsa durante, puniri debet in pœnam amissionis manus.§.coges auth.de manda. princip. colum. 3. ita quòd punitur in ipso membro cum quo deliquit.auth. omnes peregrini.C.communia de success.& d.§.si quis.& ita tenet Bonifacius de Vitellinis, in tract. maleficiorum,in rub.de treuga,nume.5.& sequen. circa finem dicti tractatus.

### SVMMARIVM.

1 *PACTVM nudum de iure ciuili non producit obligationem efficacem: & sic non parit actionem,sed exceptionem. quia vbi non est causa, ibi non est causatum.sed in pacto nudo non est causa,ergò nō parit actionem,quę est causatum.*

2 *Debitor confitens, ac affirmans cum iuramento nudum pactum,non ob hoc tenetur soluere.*

3 *Promissio geminata,celebrata, ac facta nudo pacto producit actionem.*

## OPINIO DLXVIII.

1 PACTVM nudum de iure ciuili non producit obligationem efficacem, & sic nō parit actionem,sed bene exceptionem. l. iurisgentium. §. sed cùm nulla.ff.de pactis,& ista est communis opinio, vt per Ias.& Moder.in d.§.sed cùm nulla. Idem Ias. in l.si quis maior.C.de transac Moder.in rub. ff. de uer.oblig Maranta in tracta. de iudiciis, in 6. par.2.partis super 9.actu.num. 24. & Berengarius Ferrandus in repet. l. pacta conuenta. ff. de contrahen.empt.nu.30 cum aliis seq.in 1.lectu. Et ratio d.communis colligitur, ex d. §. sed cùm nulla.Nam vbi non est causa,ibi non est causatū. l.manumissiones.ff.de iustit. & iure. sed ratio est quodam causatum. l. licèt. §. ea obligatio. ff. de procurato. ergò non potest sine causa oriri. sed pactum nudum dicitur, cui non subest causa, vt habetur in d.§.sed cùm nulla. hanc rationem tradit Bal.in rub.ext.de pactis.col.3.in fi Cōis opin.

2 Amplia istam communem procedere etiam si debitor suo iuramento confiteretur, & affirmaret nudum pactum: nam per hoc non teneretur soluere.ita dicit Bal in l.fin.col.2.C.de fideicom. referens ita tenere Innoc,in c.1.quod met.cau.

3 Limitatur ista cōmunis ita ampliata non habere locum in promissione geminata, quamuis reperiatur facta,celebrataq; pacto nudo; nihilominus producit actionem. l. 1. §. debitum ff. de consti.pecun.& §.constituta. instit. de act. & per nonnullas optimas rationes comprobat dictam limitationem Ias.in l.1.num.11. ff.de uerb. obli. & communiter omnes Canonistę. in c. per tuas de arbit. & in c. cum contingat. de iureiuran. & istam esse communem scribit Alciat.in rub.ff de uerb.oblig.nu.14. & declarabimus magno cum apparatu infra in Opinione 567.n.3.cū aliis seq.

¶ Et dictam communem limitat etiam Ias. in 16.aliis casibus in d.§.sed cùm nulla, & in vno duntaxat vtilissimo limitat quoque Petrus Duēnas in regula.16.actio ex pacto nudo,quos vide. Cōis opin.

### SVMMARIVM.

1 *PACTVM nudum tam de iure stricto ciuili, quam canonico in foro contentioso non producit actionem, secundum vnam communem opinionem; licèt altera sententia contraria similiter communis sit, quòd de iure canonico omnis conuentio etiā nuda efficax sit.*

2 Pactum

*Pactum nudum iuramento firmatum de iure ciuili producit actionem, secundum vnam communem opinionem, licet altera sententia contraria similiter communis fecernatur, quòd de iure ciuili prædictum pactum non pariat actionem.*

3 *Fides habet vim iuramenti: & sic conuentio, seu pactum nudum data fide validum, vel valida efficitur.*

4 *Fabius uoluit potius patrimonijs, quam fide inops esse.*

5 *Fides est sanctißimum pectoris donum, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nulloque præmio corrumpitur.*

6 *Fidem seruare nolens stultus est: quia non haberet loquendi causam, cùm ei credi non posset; & amissa fide nihil vltra procedere posset.*

7 *Fideiussor si soluit, quod pacto nudo promissum est à principali, potest repetere ab eo tantundem, excusatur que, licèt exceptionem pacti nudi non opposuerit, ex quo erat uerecundia, ac pudor eam opponere.*

## OPINIO DLXIX.

1 PACTVM nudum de iure ciuili non producit actionem. l. iurisgentium. §. igitur nuda. ff. de pact. Ang. consil. 199. super puncto, & Couarruuias, in c. cùm in officiis. nume. 10. post medium, de testa. fol. paruo. 278. & Iaffredus decis. 290. de stricto iure tam ciuili, quàm canonico in foro contentioso ex pacto nudo non datur Cõis opin. actio, & ista est communis opinio.

¶ Sed alteram opinionem contrariam, quòd omnis conuentio etiam nuda efficax sit de iure ipso canonico, & quòd seruetur in terris ecclesię, Cõis opin. scribit communem esse consulendo Alex. consil. 91. circa primum dubium quo quæritur. num. 4. vol. 4. & uerissima, ac sacrosancta redditur ex rationibus, & scriptis Doct. in l. iurisgentium. §. sed cùm nulla. ff. de pactis.

2 Sed præmissa communis ita, & taliter declarata vtiliter limitatur, interpretaturque non procedere, quando pactum nudum iuramento præstito confirmatur, taliter quòd tunc etiam iure Cõis opin. ciuili actionem producit. secundum communẽ opinionem apparentem ex congestis per Ias. in d. l. iurisgentium. §. sed cùm nulla. nu. 21. & Mod. in l. si quis maior. C. de trãsac. Fely. in c. 1. de pact. & ibi Fortun. nu. 25. & eiusdem sententiæ fuerũt Ant. & Abb. in cap. cùm contingat. nume. 31. de iureiu. Matthes. sing. 36. Cuma. Rom. Alex. & Galiaula, fol. 6. in rub. ff. de uer. oblig. And. ab Exea, in tract. de pact. in 3. par. nu. 422. & seq. fol. par. 221. & Alciat. in d. c. cùm contingat. nu. 245. qui Cõis opin. audacter asseuerat istam esse communem opinionem. sed nume. 242. fatetur contrariam partem, saltem iure ciuili magis communem fore: & idem testatur Ias. in d. l. si quis maior num. 23. Saly. & Corn. in auth. sacramenta puberum. quæst. 13. C. si aduersus vendit.

3 Et dato citra veri prçiudicium, quòd ampliatio hæc vera esset, ampliatur mirabiliter, vt habeat locum etiam si in pacto non interueniat iuramentum, sed solùm fuerit data fides, iuxta c. pen. de iureiurã. & ampliationem præmissam posuit Afflict. decis. 389. super dubio tangente, vbi recensuit ita fuisse iudicatum in Sacro Regio Concilio in causa Marini Medici, & Battimi Taurellæ.

4 Vndè ad propositum refert Valerius quòd Fabius receperat captiuos Romanorum ab Annibale interposita nummorum pactione: cùm autem à senatu nihil præstaretur misso in vrbem filio fundum, quod vnicum possidebat vendidit, & pretium protinus Annibali numerauit: se enim potius patrimoniis, quàm fide voluit esse inopẽ.

5 Ideò non mirùm est, si ipsa fides data pariat actionem, quia est sãctissimum pectoris donum, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo prę mio corrumpitur.

6 Stultus ergò esset nolens ipsam fidem seruare: nam, & si iure permittente cogatur ad eam ob seruandam; nihilominus in posterum non haberet causam loquendi, stante quòd ei credi nõ posset; & amissa, perditaque fide nihil vltra perdere posset. quid deniq; profuit aliquibus Romanis? qui dum reperiebantur in captiuitate Annibalis iurauerunt de reditu, si promissum redemptionis pretium non darent. cumq; domum redijssent dixerunt se fallaci reditu in castrum iureiurãdo absoluisse. quod vt innotuit Emilius Emus senatusconsul. censuit, & rationabiliter quidem eos comprehendendos, & custodibus publicis datis ad Annibalem reducendos. Et regulam, seu communem prędictam in princ. positam, quòd nudum pactum minimè de iure ciuili producat actionem, ampliat in quindecim casibus Exea, in d. tracta. de pact. & in 67. aliis limitat in tertia par. num. 273. cum infinitis seq. fol. 150. vsque ad fin. d. tractatus.

7 Sed aduerte hic ad vnum valde vtile, quòd si fideiussor soluit, quod pacto nudo promissum est à principali, repetere potest ab eo tantundem, excusaturque licèt exceptionem pacti nudi non opposuerit, ex quo erat verecundia, ac pudor eam opponere. ita Saly. in l. placuit. C. de iudic. Ias. in §. sed cùm nulla, in 3. limit. & in l. fideicommissum. ff. de cond. indeb. Abb. cons. 60. col. 1. & Grauet. cons. 6. nume. 82.

## SVMMARIVM.

1 *PACTVM nudum in foro mercatorum, ubi ex forma statuti, uel consuetudinis generalis totius Italiæ proceditur ex æquitate, producit actionem.*

2 *Pactum nudum exequi potest manu regia; & sic per habentem talem manum regiam ab Imperatore, ac Rege nostro, suoq; concilio, seu ab alio non recognoscente superiorem exequi tenetur pactum nudum.*

3 Pactum

3 *Pactum nudum geminatum super eadem re parit actionem: quia cùm sit geminata promißio arguit maiorem deliberationem.*

4 *Pactum nudum quodcunque propriè geminatum, est constitutum.*

5 *Pactum nudum geminatum producit actionem, si ex interuallo, & diuersis temporibus geminatio fieret, non autem incontinenti.*

6 *Pactum nudum factum in iudicio producit actionem, dummodò tendat ad iudicium iuuandum, seu tendat ad pertinentia, atque spectantia ad ipsum iudicium principaliter, vel acceßoriè.*

7 *Pactum nudum propriè est, quando aliquis promittit non interrogatus, & alius acceptat.*

8 *Pactum nudum fit pluribus modis, & præsertim cùm tacitè fit.*

## OPINIO DLXX.



PACTVM nudum non producit actionem, vt deduximus supra in duabus proximis opinionibus. Quod equidem limitatur vtiliter non procedere in curia mercatorum, in qua vigore statuti, vel consuetudinis generalis totius Italiæ proceditur ex bono, & æquo: & sic pactum nudum in foro mercatorum, vbi ex forma statuti ex æquitate iudicatur, obseruari debet; & ex eo competit actio: secundum Bart. in l. quintus. ff. mãd. Saly. & Alex. in l. placuit. C. de iudicijs, Bal. in l. si pro ea. C. mandati, Benuenutum Stracchã in tract. de mercatura, in vltima par. in tit. quomodo procedendum sit in causis mercatorum. nume. 6. & eodem tit. de exceptionibus. nu. 11. fol. par. 277. Andream ab Exea in trac. de pactis. nume. 297. cum aliis seq. in 3. par. Iacobum Menochium de arbitrariis iudicum quæstionibus. libro 1. quæstio. 57. nu. 5. subtilissimum D. Pontanum præceptorem meum. nume. 17. Ruinum nume. 11. Marcellum Berincutium colum. 13. uers. Succedit modò difficultas, Ripam nu. 40. Camillum Plautium lib. 3. cap. 1. nume. 6. & Soc. Iuniorem nu 87. in rub. ff. de verb. obli. vbi ostendunt istam esse communem opinionem. Cõis opin.

2 Limitatur etiam secundò videlicèt, quòd dicti pacti nudi executio manu regia competat, & sic hodie per habentem huiusmodi Regiam manum ab Imperatore, seu ab alio non recognoscẽte superiorem exequi debet ipsum pactum nudum: secundum Anto. de But. Imol. & alios omnes in c. quę in ecclesiarum, de const. & in d. rub. ff. de uerb oblig. vbi D. Pontanus, nu. 16. sequitur cum cæteris signatis per eum dictam opinionem, & communem vocat, & Ruinus nu. 9. cum aliis seq. & Soc. Iun. nume. 63. Iacob. Menochius, in d. q. 57. nu. 6. & sequitur quoque, & ampliat, & ponit vtilitatem in practica dictæ communis And. ab Exea in d. tract. de pactis, sub nume. 309. cum aliis seq. in 3. part. & Afflict. decis. 130. nu. 5. vbi prædicat ita fuisse decisum in Sacro Regio Concilio Neapo. vt D. Rex noster, vel eius Concilium possit cogere aliquem ad obseruantiam pacti nudi. Cõis opin.

3 Limitatur quoque non procedere in pacto nudo geminato. Nam pactum nudum geminatum super eadem re pareret actionem: secundũ Albert. de Rosa. in l. iurisgentium. §. quinimò col. 8. ff. de pact. Ant. de But. in c. cùm contingat. de iureiur. Roma. in l. 1. ff. de verb. oblig. Castren. in l. 1. ff. de constit. pecun. in prin. Bal. & Ang. in l. fin. per tex. ibi C. ad l. falcid. Cuma. Alex. & reliquos communiter, in rub. ff. de ver. oblig. Alex. & alios in l. legem in fin. C. de pact. & ista est communis opinio secundum Alex. Ias. nu. 15. Soci. Iun. nu. 268. cum alijs seq. & reliquos in d. rub. de ver. oblig. & eundem Ias. in §. in personam. nu. 47. instit. de act. & in l. si pacto quo pœnam in 2. not C. de pact. & ostensum est etiam supra in Opinione 565. nu. 3. & ratio propter quam: ex huiusmodi secundo pacto, quamuis nudo oriatur actio, assignatur per Doct. præcitatos communiter: quia cùm sit geminata promissio arguit maiorem deliberationem. Cõis opin. Cõis opin.

4 Et quia etiam omne pactum nudum propriè geminatũ est constitutũ: secundum cõmunẽ opinionẽ: vt patet ex Alex. col. fin. in fin. & Deci. col. 3. in d. l. legem, Alex. col. pen. & Ias. col. 3. in 6. limitat & in l. iurisgentium. §. sed cùm nulla. ff. de pactis, & Matthesil. in not. 36.

5 Quæ quidem communis intelligeretur procedere, si geminatio fieret ex interuallo: secundùm communem opinionem: vt per Rapha in d. rub. ff. de verb. oblig. Alex. & omnes Moder. in d. l. legem, & Matthesil. in d. not. 36. nota nouam regulam nu. 1. & seq. Licet Ripa in d. rub. ff. de ver. oblig. nu. 33, & seq. circa hoc dubitet; imò Deci. in d. l. legem. col. 3. & malè quidem concludat cõtra ipsam communem, quòd etiam pactum nudum geminatum incontinenti factum producat actionem, dummodò realiter distinctum sit vnũ ab altero. Tamen quicquid isti fabulentur noli aliter discedere in iudicijs à dicta communi tãquàm verissima, vt geminatio prædicta producat effectum, dummodò diuersis temporibus facta sit. Cõis opin.

6 Postremò, & vtiliter quidem limitatur, ut pactum nudum factum in iudicio producat actionem, dummodò tendat ad iuuandum iudicium, seu tendat ad ea, quę pertinent ad iudicũ principaliter, vel accessoriè: secundùm Alex. in 1. not. & Ias. col. 3. in l. pacta nouissima. C. de pact. & in d. rub. ff. de verb. oblig. col. 2. vbi etiam Ripa nu. 37. qui ostendit istam esse communẽ opinionẽ. Cõis opin.

¶ Est benè verum, quòd Claud. Aquen. Buttigella, & Aleiat. ibi inclinant in cõtrariam partem, videlicèt, quòd dictum pactum nudum factum in iudicio non producat actionem, etiam si tenderet ad iudicium iuuandum, & leui quidem fundamento: cui respondent Moder. inibi, & reddunt

dūt tutissimam dictam communem in actu practico.

¶ Sed finaliter istud considera, quòd regulariter obligationes pœnês actū curiæ cum nuda pactione vestiuntur calore iudicij; & sic in iudicio ipso nuda pactio facta parit actionem: secūdum communem opinionem, de qua mentio nē faciunt Soc. Iaf. Dec. Curt. & alij Moder. omnes in d.l.pacta nouissima. Caccialupus in tract. de pactis, quæst. fin. Alex. col. 2. Aquens. col. 1. Butticella col. 3. Alciat. col. 4. cæterique omnes Moder. in d.rub. ff. de ver. oblig. Fely. & Fortū. in c. 1. de pactis, Alex. col. 3. Soc. col. 2. Iaf. col. 5. Crot. col. 6. in 1. lectu. Galliaula col. 9. Butticella col. 5. Alciat. col. 3. Aquens. col. pen. & Ripa col. 4. in d. l. 1. ff. de uer. oblig. & Iaf. in d. l. iurisgentium. §. sed cùm nulla, fallentia 9. & in. §. in personā, col. pen. de act.

Cōis opin.

7 Et aduerte ad præmissorum intelligentiam, quòd propriè pactum nudum est quādo aliquis promittit non interrogatus, & alius acceptat: secundūm Scriben. communiter: vt per Iaf. in d. §. sed cùm nulla. num. 32.

Cōis opin.

8 Fit tamen & aliis modis pactum nudum, præsertim cùm tacitè fit: vt tradit Bar. in l. Pomponius la 1. num. 6. ff. de neg. gest. & in l. iurisgentium. §. igitur nuda.

*SVMMARIVM.*

1 *PACTVM, quòd scriptor stet in compedibus donec scripserit librum, ac opus perfecerit, ualet, nisi ipse scriptor promoueretur ad aliquam dignitatem.*

## OPINIO DLXXI.

1 PACTVM, quòd scriptor stet in compedibus donec scripserit librum, ac opus perfecerit valet: & tenet: secundūm Glo. in l. stipulatio. §. opns autem factum, in ver. fine. ff. de oper. noui. nun. & Bolog. ibi in secundis interpretationibus, & Specul. in tit. de renun. & concl. § .1. vers. item est beneficiū & d. Glo. inquit cōmuniter approbatam Imol. in c. 2. de pig. & Alex. in l. stipulationes non diuiduntur. nu. 29. in fin. ff. de uer. oblig. licèt eam reprobet ibi. Et sic secundùm istos Doct. vbicunque scriptor ipse promisisset in certo loco commorari, & librum præcisè scribere: tunc certè pactum valebit, quòd posset cogi præcisè ad scribēdum, & poni in compedibus: nec liberaretur præstādo interesse; quia videtur electa industria personę. Tamen quicquid glo. suadeat, contrarium explicat teneri communiter . nu. 6. in fin. ff. soln. matri. in l. stipulationes commodissimè. col. 1. & in d. l. stipulationes non diuidūtur. num. 29. post medium. ff. de verb. oblig. cum concor. ibidē per

Cōis opin.

eum signatis, & Ripa in l. stipulatione generali. nu. 9. ff. de pignor. & ista opinio, licèt communis sit, & eam sequatur Alex. in d. locis; nihilominus ipse Alex. in d. l. stipulationes non diuiduntur, dicit eam veriorem fore: prout verissimam reperio, & veritate ductus eam sequor.

¶ Sed dato citra veri præiudicium, quòd vera esset opinio d. glo. veniret profectò limitanda, nisi scriptor ipse promoueretur ad aliquam dignitatē: vt not. Bal. in l. nec patronus, in 4. oppo. C. de oper. libert. & in l. vnica, col. pen. C. de sen ten. quæ pro eo quod interest.

*SVMMARIVM.*

1 *PACTORVM genera tria sunt.*
2 *Pactum nudum cognoscitur ex tribus, scilicet, quando secum non habet dationem, factum, vel stipulationem.*
3 *Pactum in dubio intelligitur de nudo.*
4 *Pactum nudum de iure canonico producit actionem, secundum regulam generalem fundatam in iure canonico.*
5 *Canonistarum subiectum dignius est subiecto Legistarum: & ideò ubi est concurrentia canonum, & legū, à canonibus inchoandum est.*
6 *Ius canonum dicitur diuinum.*
7 *Pactum nudum de iure canonico producit actionem; quia in foro canonico proceditur de æquitate, nec illud ius constituit differentiam inter simplicem loquelam, & aliam.*
8 *Pactum nudum producit actionem non tantùm in foro canonico, sed etiam in foro seculari in omnibus terris subiectis Ecclesiæ.*
9 *Pactum nudum parit actionem non solùm in omnibus terris ecclesiæ, verùm etiam in terris Imperij.*
10 *Pollicitatio de iure canonico an inducat actionem.*
11 *Pactum nudum parit actionem in curia mercatorum, atque etiam vbi proceditur secundum æquitatem de bono, & æquo; & consequenter mercatores, & nummularij agunt inter se ex pacto nudo.*
12 *Pactum nudum etiam de iure canonico non parit actionem, vbicunque esset initum dolo, & metu.*

## OPINIO DLXXII.

1 PACTORVM genera tria reperiuntur: secundùm Glo. in l. pacta conuenta. C. de pact.
2 Inter quæ connumeratur pactum nudum; & istud pactū dicitur nudū à causa, & quādo secum non habet dationem, factum, vel stipulationem, & per hęc tria cognoscitur pactum nudum. hanc expositionem sentit Glo. in l. iurisgentium. §. sed cùm nulla. ff. de pactis, & in l. diuisionis. eod. tit. in l. solent, & in l. si dominus. ff. de pręscript. verbis.

3 Et nota, quòd pactum in dubio intelligitur de nudo. l. legem, ubi notant Saly. Riminal. & Dec.

C. de pactis, & in rubrica eodem titulo.

4 Modò verò ex prædictis pone regulam fundatã in iure canonico, quòd ex isto pacto nudo oriatur actio. Poteram etiam proponere aliam regulam negatiuam de iure Cæsareo, & forsan magis generalem.

5 Sed vbi est concurrentia canonum, & legum, à canonibus inchoandum est: quia Canonistarũ subiectum dignius est. ita dicit Abb. in cap. inter alia, de immun. ecclesi.

6 Imò ius canonicũ dicitur diuinum. c. nimis, de iust & iure, & c. qualiter il 2. de accus. Felyn. hoc latè no at in proœmio decret. in prin.

7 Redeam igitur, vnde diuerteram, idest ad regulã propositam, q pactũ nudum producat actionem de iure canonico. c. 1. & 3. ext. de pact. Glo. & Archid. in c. quocũq; suffragio. 1 2. q. 2. & ita cõiter tenẽt Canon. in d. c. 1. vt per Ias. in l. iurisgẽtiũ. §. sed cũ nulla. ff. de pact. n. 4. & in l. si quis maior. C. de trãs. & in rub. ff. de pact. vbi etiam Moder. Cõis opin.

¶ Et ratio dictæ conclusionis videtur isthæc: quia in foro canonico proceditur de æquitate. c. dilecti, de iud. Facit alia ratio: quia inter si r plicem loquelam, & aliam ius canonicum non constituit differentiam. c. iuramenti. 22. q. 5.

8 Imò ampliatur primò loco ista communis ita probata, quòd pactum nudum producat actionem non solùm in foro canonico, sed etiam in foro seculari in omnibus terris subiectis ecclesiæ: secundùm Imol. in c. quæ in ecclesiarum. colum. 23. de constit. & Bald. in auth. ad hæc. C. de vsur. vbi ait quòd istud procedit non solùm in clericis, verùm etiam in laicis subiectis ecclesiæ quò ad temporalem iurisdictionem.

9 Secundò extende istam conclusionem, quòd pactum nudum producat, pariatque actionem non solùm in omnibus terris ecclesiæ, sed in terris etiam Imperij: secundùm communem opinionem omnium Doct. quam allegat Fortunius Garzia in c. 1. de pactis, num. 10. Cõis opin

10 Tertio loco amplia, vt procedat non modò ex pacto nudo, sed etiam quod est fortius in simplici pollicitatione. ita tenet Ant. de Butrio in cap. ex parte, & Abb. in c. 3. ext. de pact. Mouentur præfati Doct. ad hoc dicendum: quia sicut ex voto quis obligatur, & cõpellitur per ecclesiam, ita per simplicem pollicitationem ad similitudinem voti. Sed cont ariam partem tenuit expresse Ias. in d. §. sed cùm nulla. num. 5.

11 Quartò amplia istam conclusionem iuris canonici in curia mercatorum, vbi proceditur de bono, & æquo. vt per Bar. notabiliter in l. qui notus, per illum tex. & in l. fideiussor. §. quædam. ff. mãd. Saly. & Bal. in l. si pro ea. C. mand. & in l. 2. de constitu. & in c. 1. col. pen. ext. de pact. vbi ait quòd ex pacto nudo agunt mercatores, & nummularij inter se, & concludit deniq; notari in §. pen. in auth. de fideiuss.

¶ Et hæc ampliatio posset extendi ad omnes casus, vbi proceditur secundum æquitatem. vt per Alex. cons. 41. uol. 2. viso puncto. col. 2. lib. 3 Et sic habes, quòd vbicunq; proceditur de bon , & æquo pactum nudum parit actionem.

12 Limita istam conclusionẽ iuris canonici, nisi pactum nudum fuisset initũ dolo, vel metu; quoniam tunc non produceret actionem, etiam de iure canonico: nec eo casu haberet locum dictum c. 1. ext. de pact. & hoc latè probat Ias. in d. §. sed cùm nulla num. 10.

¶ Tradit, & aliam limitationem dictæ cõi opinioni, & d. cap. 1. de pact. Præpositus Senensis, in suis disputationibus in fer. 4. casu. 3. quæstiouis.

## SVMMARIVM.

1 *PACTO, seu conuentioni de stando dicto alterius super damnis, expensis, & interesse statur: si eius dictum est æquum; sed si est iniquum reducitur ad arbitrium boni viri: quia sic intelligitur conuentum.*

2 *Pactum vel conuentio facta de stando iuramento, seu dicto alicuius licèt valeat, tamen pars non debet esse præsens tempore declarationis faciendæ: siquidem non posset reuocare illam promissionem de stando iuramento aduersarij.*

## OPINIO DLXXIII.

1 PACTVM, seu conuentio facta inter partes de stãdo simplici dicto creditoris absque iuramento de damnis, & interesse, & expensis: quas peteret creditor occasione retardatæ solutionis ualet, & tenet. l. iusiurãdũ quod ex cõuentione, & ibi Iac. Butrig. Bal. & alij. ff. de iureiu. l. fin. C. de fideicom. & hoc expresse firmant Ant. de Butr. in c. finem litibus. col. pen. de dolo, & contum. & in c. 1. de fide instr. Dyn. Bar. Ang. Cuma. Castren. & Imol. in l. fin. ff. de preto. stipul. & Bal. in auth. iubemus. col. fi. C. de iud. & cõsumatissimus D. Card. Albanus in lucubrationibus in Bar. in d. l. fi. ff. de præt. stip.

¶ Et licèt post aliquos antiquos Cyn. in l. si quis in conscribẽdo. q. vltima. C. de episc. & cler. Spec. in tit. de prob. §. videdum. vers. quid si ibi, & Bal. in l. 1. col. 1. C. de sent. quæ pro eo quod interest prosc. inclinauerint in contrariam partem, videlicet tale pactum nou ualere; nihilominus eorum opinio communiter improbatur. ut per Moder. in d l. fin. ff. de præt. stip. Cõis opin.

¶ Sed hæc sententia Cyn. post Petr. in dict. l. si quis in conscribendo saluari posset, ut procedat in mutuo: quia licèt A. be. Papien. super l. 2. ff. de in lit. iuran. teneat quòd pactum factum à debitore creditori de stando nudo eius uerbo super damnis, interesse, & expensis, ualeat: subdit tamen, q in mutuo hoc pactum uidetur maximè appositum in fraudem vsurarum. l. Iulianus, versicu. idemque Papinianus. ff. de actio. empt.

l.cũ allegas.C.de vsur.& hoc dictũ refert Io.And. in addit.Specul.in tit.de prob. in d.§.videndum.

¶ Bene verum est, quòd Ioan. Andr. ibi dicit hoc procedere in eo, qui solitus erat fœnerari. per text.in cap.illo nos.de pignor.sed in hoc iudicio meo redditur falsa eius opinio: quia text. ibi non probat eius intentionem;imò potius facit in oppositum, vtpote quia ostendit non esse necessariam consuetudinem fœnerandi.

¶ Retenta igitur prima opinione Dyn. Bart. Ang.& sequacium communi, aduerte, quòd statur dicto eius,cui declaratio committitur,si æquũ est dictum suum; aliàs si iniquum est non statur ei aliquo modo, sed reducitur ad boni viri arbitrium: vid tur enim sic ei commissum propter suspitionem proprij cõmodi.l.libertus.ff. de ope. lib. cum alijs iuribus concor. & hoc firmãt Dyn. Bartol. & alij omnes in mentionatis locis, Ioan. Andr.in addit.Specul.in tit.de probat.in dicto §. videndum,vers.quid si tibi,& Bar. cons.168.in fi.

8 Aduerte etiam quòd promittens stare dicto alicuius, vel suo iuramento: tunc pars non deberet esse præsens tempore declarationis faciendæ: quia non posset reuocare illam promissionem de stando iuramento aduersarij. vt uoluerunt Angel.Imol.in dicta l. fin.ff.de præt. stipul. Bald.& Ias.colum.2.in d.l.iusiurandum, quod ex conuentione,& Alex.consil.130.difficultas huius negocij consistere videtur.nu. 6. vol. 1. vbi præsupponit istam esse communem opinionem, & D.Cardinalis Albanus in lucub. in Bart. in d.l.fi. nu.2. contra Bar. ibi contrarium asseuerantem. *Cõis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *PACTVM, quòd ab arbitri sententia appellari possit, valet.*

2 *Pactum contra bonos mores initum est ipso iure nullum.*

3 *Iuramentũ in instrumento appositum contra bonos mores non est obligatorium.*

4 *Pactum quando esse discernatur contra bonos mores colligitur ex exemplis traditis per Baldum remissiuè.*

5 *Pactum dicitur contra bonos mores, quando non posset seruari sine dispendio salutis æternæ.*

6 *Pactum quando non interest, et nullam parit contrahentibus vtilitatem non valet: & præsertim quando consisteret in faciendo, secus quando consisteret in iure transferendo.*

7 *Pactum de ponendo se in manibus inimici est nullum, & frustratorium.*

8 *Pactum contra ius diuinum est penitus nullum, atque inualidum.*

9 *Peccare mortaliter videtur prosequens odio, & rancore inimicum suum, & recusans, atque impediens illum redire ad patriam.*

10 *Pactum appositum contra naturam contractus, etiam iuramento vallatum non valet.*

11 *Contractus pacis, vel similis ad fauorem alicuius celebratus non potest in eius odium redundare.*

12 *Pactum inhonestum nullam obligationem inducit.*

13 *Pactum turpe, & vergens in periculum animarum non est obligatorium. & dicitur pactum turpe etiam quòd res super qua interponitur non sit turpis. & pactum contra ius, dicitur turpe.*

14 *Pax sub pacto, & conditione inita, quòd delinquens intra certum tempus, vel absque paciscentis, vel alterius extranei licentia ad patriam redire non possit non valet, etiam si iuramento pactum vallatum sit.*

## OPINIO DLXXIIII.



1 ACTVM, quod ab arbitri sententia appellari possit, valet,& tenet.vt voluerunt Io.And.& cæteri omnes in c. cùm dilectus, de arbi.Ant.&Imol.in c.Quintauallis, de iureiur.Dyn. Bart. Bal.Ang.&Alex.cũ alijs signatis per eum,nu.20. & Ripa,nu.86.in l.nemo potest.ff.de lega. 1. vbi profitentur istam opinionem communem fore. *Cõis opin.*

2 Et quãuis ualeat quippè pactum hoc ex communi opinione præmemorata:nihilominus tamẽ vbicunq; appositũ foret pactũ in pace ex cõi partiũ consensu,&voluntate,quod delinquens ad patriã redire nequiret intra certũ tẽpus, vel absq; offensi,vel alterius extranei licentia,tunc illud nequaquã valeret,neq; teneret.quod suaderi posset aliquibus rationibus efficacissimis.Et primò siquidẽ pactũ hoc dicitur initũ,& inductũ contra bonos mores.tũ quia id appositũ discernitur apertissimè contra utilitatẽ,libertatẽque priuatã ipsius delinquentis. tũ etiã contra libertatẽ publicã in priuando Principem habitatione,& incolatu suo rũ uasallorum in proprijs domibus. Vnde pactũ hoc contra bonos mores initum, censetur ipso iure nullum. ita Franc. de Aretio in l. maritum. §. eleganter.ff.solu. matrim.

3 Imò iuramentũ in instrumẽto pacis antedictæ appositũ,cũ videatur quippè cõtra bonos mores, nõ est obligatoriũ. vt in reg.nõ est obligatoriũ,de reg.iur.lib.6.& firmat Bar.in l.1.si quis pro eo, sub nu.6.ff.de fideiusso.& mandatorib.

4 Et quod prælibatũ pactũ cõtra bonos nẽpe mores esse videatur, planè colligitur ex Bal. exemplisq; suis traditis in l.pactũ.q.19.de collat.

5 Diciturq; etiã deniq; pactũ contra bonos mores, quando id nõ posset seruari sine dispẽdio salutis æternæ: secundũ Corn.cons.212.placet,vol.2.

6 Secundò præsens pactũ nullã parit contrahẽtibus vtilitatẽ,nec tantulã quidẽ. & cũ illud pactũ non intersit,nõ valet,neq; tenet modo aliquo: & potissimũ quãdo cõsisteret in faciendo,prout colligitur in præsenti casu.ita Bal.in l.fi.C.de pact.inter emp. & vend. vbi lepidè concludit secus esse quando consisteret in iure transferendo.

7 Tertiò cùm ipse delinquẽs posuerit se in manibus inimici: & sic totam spem sui regressus ad patriã in aduersario,inimicoq; locatã habere decreuerit: non mirandum ergò erit si pactum hoc de po-

de ponendo se in manibus inimici irritum, vanum, & frustratorium sit: secundùm Bart. Alex. & alios omnes vniuersaliter in l. 1. §. vsque. ff. de iniur. Cōis opin.

8 Quartò pactum præmemoratum tanquam cōtra ius diuinum emanatum sustineri nequiret vllo modo. Nam dicitur Matthæi 5. Diligite inimicos vestros: benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. super quo Chrisostomus scribit: qualem vis erga te Deum esse: cùm delictorum suorum veniam poscis: talem te exhibere debes in corde tuo: sed publicè argue eum, ne habeas super eum peccatū, non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. sed diliges proximum tuum, sicut te ipsum. Imò pactum hoc de diametro aduersari videtur textui sacræ Scripturæ Lucæ 12. in fin. disponenti, quòd accedens cum aduersario suo ad Principem, in uia dare operam debet ab eo liberari: prout hoc idē disponitur Matthæi. c. 5.

9 Vnde cùm ipse offensus recuset, impediatque expresfè, & pertinaciter eius aduersarium redire ad patriam debere: sequitur necessariò prosecutum esse, & prosequi odio, & rancore inimicum suum ob iniuriam sibi illatam: & consequenter peccauisse, atque peccare: vt ostendit, & concedit consumatissimus in legali scientia, & in theologia D. Nauarrus in suo Manuali Confessorum, cap. 14. §. 6. nume. 19. & Abb. in c. 1. de male in fin. & est textus etiam in c. si quis contristatus 90. dist. proinde parum, aut nihil est curandū de pertinacia ipsius offensi, qui cùm reperiatur in peccato mortali distrahens consueta beneficia conferre, & pietatis opera exhibere suo aduersario, exēplo Christi qui Iudęis illū persequentibus prędicationis, curationisq; beneficia non subtraxit: sed delinquens ipse ex gratia per Principē sibi cōcessa posset vtiq; ad patriam reduci, non obstante huiusmodi atrocissimo pacto omnibus legibus exoso, firma tamen remanente pace.

10 Quoniā cū præsens pactum sit contra naturā contractus ipsius pacis, etiam ꝙ iuramento vallatū sit, minimè valet, neq; tenet. ita Bal. in l. etiam. C. ad Velle. & Bar. in l. 2. col. 2. C. de iure emphyt.

11 Et sic contractus antedictus pacis cùm ad fauorem celebratus sit ipsius delinquentis, non potest ob tale diabolicum pactum in eius odium redundare. l. quod fauore C. de legib. & Bartol. in l. quamuis. ff. de pig. actio.

12 Quare tale pactum, seu conuentio de facto apposita tanquā inhonesta nullam profectò obligationem inducit: secundùm Abb. in c. fin. de pac.

13 Et cōsequenter huiusmodi pactū tanquā turpe, & vergēs in periculū animarū nō est obligatoriū. Et id quippe turpe dicitur, licèt res sup qua interponit, nō sit turpis: & deniq; hęc pactio cū contra ius sit, turpis dicitur. vt in c. faciat homo. 22. q. 2.

14 Et ita in proprijs terminis consuluit Ancha. in cons. 75. viso diligēter instrumēto procurationis, & Alcia. cons. 134. tomo 2. lib. 5. & sequitur etiam cū quodam moderamine, & temperamento Octauianus Vulpellus in tract. de pace. q. 55. ꝙ talis conuentio tanquā laborans contra publicam vtilitatem non valeat, nec possit iuramēto firmari. teste etiā Bar. in d. l. si quis pro eo in prin. ff. de fideiuss. & in l. iurisgentium. §. si paciscar de pac. in l. Seius, ad leg. Falcid. & in l. ius publicū, de pac. & ita decisum vidi superioribus annis in Sacro Concilio Neapo. & in duchali audientia Serenissimæ D. Margaritæ de Austria, me patrocinante, in causa Hispani Stalloni, & fratrum de villa Massonij comitatus Terræ Montis Regalis, assidente ibi tunc Auditore meritissimo, integerrimoq;, & vndiq; eruditissimo D. Alphonso de Hoyo Hyspano. & sic etiā aliàs vidi consultū in proprijs terminis per excellentem D. Paschalē Turcanicū conciuē meum, & secundū eius cons. fuit obtentū in d. Sacro Regio Conc. in causa cuiusdam similiter de Monte Regli.

SVMMARIVM.

1 *PACTVM initū inter partes, quòd solutio probari non possit, nisi mediante instrumento, vel scriptura non valet.*

## OPINIO DLXXV.



1 PACTVM initum inter partes, ꝙ solutio probari non possit, nisi mediante instrumento valet, & tenet: secundùm Bal. cōs. 33. col. 1. vol. 1. Albe. post alios quàmplures, in l. si quis in conscribendo, nu. 12. C. de episc. & cler. & Ful. cons. 120. col. 2. & cons. 208. & August. Berou in c. sicut, nu. 80. de probationib.

¶ In cōtrariam verò partem, videlicet quòd pactum hoc, ut solutio probari nequeat, nisi per scripturā non valeat, inclinarūt Glo. & ibi Ang. in §. propterea, in auth. vt fine prohib. ma. debit. Specul. in tit. de proba. §. vidēdum, uers. sed pone, Hostien. in summa de renunc. §. quę possunt, vers. quid de pacto. Io. And. Anto. Imol. col. 3. & Abb. col. 5. in c. si diligenti, de foro com et. super Glo. 1. Bar. & Ang. in auth. iubemus. C. de iud. Cyn. in l. pen. C. de pact. & Afflict. in proœ. cōstit. q. 12. col. 5. & ista est communis opinio teste Anto. de Canar. in tract. de exec. instru. q. 36. nu. 75. Imol. in d. c. si diligenti. Marsil. in repet rub. C. de prob. n. 44. cum alijs seq. & D. Follerio in pragmatica de censibus in uer. quæ quidēm exequutio nullo falsitatis. n. 57. & seq. fol. 265. in quibus locis congerūt alios Doct. eiusdem sententiæ, & ego eam tanquam veriorem, & cōiorem sequor.

SVMMARIVM.

1 *PACTVM expressum factum ab ingrediente monasterium in professione ipsa regulæ monachalis, ꝙ liceat sibi retinere proprietatē aliquorum bonorū, vitiat in totū religionis ingressū: secūdū vnā cōem opinionē: licèt altera sententia contraria appareat similiter cōis, ꝙ huiusmodi pactum non valeat, sed ingressus, & professio valida remaneat.*

## OPINIO DLXXVI.

1 PACTUM expressum factum ab ingrediente monasterium in professione ipsa regulę monachalis, quod liceat sibi retinere proprietatem aliquorum bonorum uitiat in totum religionis ingressum: & sic professionem emittens reseruata sibi proprietate bonorum nihil agit, & ex hoc denique vitiatur in totum actus: secundùm Glo. in c.cùm ad monasterium de stat. mona. & alios congestos per Ias. in auth. ingressi. nu. 33. C. de sacrosan. eccl. quorū opinionem sequitur Dec. in c. cùm M. Ferrarien. nu. 68. de constit. & Alciat. in l. 1. §. sed si mihi Pamphilum. nu. 19. ff. de ver. oblig. Cōis vbi pariter ait istam esse cōem sententiam; & toto tū mundum ita tenere fatetur Ant. de Butr. in d. opin. c. cū M. col. 18. & magis communem præsupponit Barba. conf. 3. uol. 1. & eandem amplectitur, tuetur, fulciturque, & scribit cōem And. ab Exea in tract. de pact. in 3. par. nu. 150. fol. pat. 306.

¶ Contrariā verò opinionem, videlicet, quòd pactū, ob quod monachus reseruauit tempore ingressus sibi bona non ualeat; sed tamē ingressus, & professio valida remaneat: tenuerūt Glo. in d. auth. ingressi, & alij innumeri relati per Ias. ibi. n. 30. & 37. vbi transit cum istorū opinione, & exprimit Cōis mit communem esse. & sequitur quoq; Ripa in d. opin. c. cùm M. col. 47. Tamē quicquid Docto. isti suadeant, & teneāt, ob hoc difficile foret obtinere in actu practico contra primam opinionem relatā: quam tanquàm communiorem, & sustētabiliorē sequēdandā esse in iudicādo, cōsulēdoq; suadeo.

## SUMMARIUM.

1 PACTUM, conuentio, seù promissio facta sub futuro fortunæ, vel conditionis euentu, quales sunt, le scommesse, valent; quoniam dubius fortunæ euentus non facit contractū illicitū, & obligati soluere tenetur. & quæsita ex tali pacto per victores, etiam in foro conscientię non ueniūt restituēda.

2 Ludis prohibitis assistentes scommittendo inter se, ac obligando se mutuò ad aliquam pecuniam, quòd Titius lucrabitur, uel non lucrabitur, facerent quippè pecuniam suam, nec tenerentur ad restitutionem ex aliqua lege, sed peccarent utique mortaliter.

## OPINIO DLXXVII.

1 PACTUM, conuentio, seu promissio facta sub futuro fortunæ, vel conditionis euentu, videlicet si nauis ex Asia venerit, si Martinus creatus fuerit Pontifex hoc anno, vel si Gregorius nō moriatur intra mēsem promitto dare centū, siue aliæ similes conuētiones, quas nos Itali appellamus *Scommesse*: teste Stracca, in tract. de mercatura in fi. 1. par. in tit. de sponsion. in prin. nu. 1. & seq. & Neuiz. in silua nuptiali lib. 4. sub nu. 174. & Hyspani *Apuestas*, sunt validę. l. si quis ita stipulatus fuerit. ff. de ver. obli. Nā dubius euentus non facit cōtractū illicitum. tex. est, & ibi Paul. de Cast. in l. in naue. ff. locat. & Alex. ac Ias. in l. à Titio. ff. de ver. oblig. vbi scripserunt tales conuentiones à futuro fortunę euentu pendentes omninò esse licitas, & validas. & sequitur Io. de Ana. in c. nauiganti, de vsu. Marian. in c. inter dilectos. q. 6. de exces. prælat. & Felyn. in c. si cautio sub nu. 16. de fide instr. & ita decisum, ac determinatū extit Florentię in facti contingētia: secundùm Pau. de Cast. in d. l. à Titio. & sic cōsuluit quoq; Dec. cons. 115. nu. 2. & seq. vbi ponit istam esse cōem opinionem, & idem fatetur, sequiturq; Paris de Puteo in tract. de Indo, nu. 35. & seq. Cōis opin.

¶ Quāuis Pau. Castren. in l. si quis cū debitore. ff. de iureiur. asseuerauerit, quod euenerat Florentiæ quæstio de uno, qui decē promiserat si die sequēti plueret, & ob hoc requisitus in ea quæstione cōsulere noluit, & penitus recusauit. & Caccial. in tractā. de ludo. q. 4. nu. 23. cū alijs seq. minimè ausus fuit dictā quæstionē terminare, asserēdo ibi, quod in hoc intelligere cuperet opinionē prudentiū laicorum. quia intellexit in scholis publicis à quodam clarissimo iureconsulto, quod opiniones illæ tenendę sunt, quas prudentes commendarunt.

¶ Sanctus verò Thom. de Aquino in 2. 2. q. 32. art. 7. sequutus est cōem prędictā, ubi cōcludit quod possum promittere centū si plura puncta à fortuna habueris, quàm ego. & dictū hoc referunt, & amplectuntur Imol. & omnes Canonif. cōiter, in c. pen. de vita, & honest. cler. Barba. conf. 65. lib. 3. & Affl. decis. 389. super dubio. nu. 3. & seq. Licèt malè Stracca, in d. tit. de sponsion. in ver. quęritur an ex sponsione, nu. 1. & seq. senserit contrarium. casus enim incertus, ac dubius licitū reddit, & facit quod aliàs reprobatur. d. c. nauigāti. & facit quod notat Cyn. Bal. & alij in l. si ab actione. C. de usur. & ista est uera, & cōis opinio Legist. Theolog. & Canonist. & ab ea in iudicādo, & cōsulendo recedendum non est: secundū Dec. in d. cons. 115. nu. 4. Et obligati secundùm tenorem dictarum conuentionum teneciter soluere tenentur absq; dubio aliquo: vt firmarunt omnes Docto. pręcitati.

¶ Imò in foro conscientię quęsita ex pacto, & contractu prædicto, necessariò non sunt restituenda in foro, ac in iudicio conscientiæ: secundū oēs Theologos cōiter tractantes casū istū, quos recēsuimus supra in uer. Ludū inter alia crimina post medium, & S. Antonin. Archiep. Floren. in 2. par. sue summæ. 2. tit. 1. c. 23. de turpi lucro. §. 9. Cōis opin.

2 Imò assistentes ludo alearum, aut taxillorum, alijsuè ludis prohibitis, si mutuò se obligarēt ad aliquā pecuniam, seu committerent inter se, asserēdo vnus ex his quòd Titius lucrabitur in huiusmodi ludo, alter verò altercando contrariū quod Plato lucrabitur: tunc uincens faceret istam pecuniā suam, nec aliqua lege tam ciuili, & canonica, quā diuina

diuina teneretur ad ipsius pecuniæ restitutionẽ: sed absque dubio peccaret mortaliter:secundùm Guil.Pepin.in opusculo suo super Confiteor in 2. tractatu 3.part. c.6. de manu lusoria,in litera R.

## SVMMARIVM.

1 PACTVM inter aliquos initũ de futura successione quærẽda nõ ualet sine cõsensu eius,de cuius successione agitur: quia turpe est, ac moribus contrarium pactum fieri super uiuentis hæreditate absq; eius consensu.

2 Hæreditas solo testamento per hominem datur.

3 Pactum, quòd vltra dotem post mortem parentum mulier habere possit hæreditatem non valet.nec uallet pactum de futura successione viuentis quærendã,si fieret sub nomine quotæ hæreditatis.

4 Pactum de futura successione quærenda,non valet,etiã si fuerit iuramento firmatum: quia tale pactum est contra bonos mores.

5 Pactum de futura successione quærenda valet, quando ille de cuius successione agitur consentiat,& in tali cõsensu perseueret vsque ad mortem.

6 Consensus superueniens ex post facto sufficit.

7 Pactum de futura successione quærenda efficax redditur, quando fieret in certis bonis singulariter expressis,vel sub nomine quotæ bonorum,non autem sub nomine quotæ hæreditatis. & hoc procedit dummodò nõ fiat pactũ de omnibus bonis præsentibus,et futuris.

8 Pactum de futura successione incerti hominis in genere valet.

9 Pactum de futura successione quærenda valet, quando veniret ex necessitate contractus præambuli.

10 Pactum de futura successione quærendæ valet, si esset reciprocum.

11 Pactum de futura successione viuentis quærenda, tanquam plena tristissimi euentus nõ valet. Quod amplia tur in 7.casibus,& in 7.al js limitatur remissiuè.

## OPINIO DLXXVIII.

1 PACTVM per alios conditum de futura successione quærẽda nõ valet sine consensu eius, de cuius hæreditate agitur. l. pactum quod dotali. C. de collat. &l.ex eo. C.de inut.stip.& l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.obliga. & istud tenent ibi Bar.Bal.Saly.cæteriq; cõiter,& in l.priuatos.C.de pactis,Canonis.omnes in c. cùm contingat, ext.de iureiur.& in c.quãuis, de pactis in 6.Cyn.& alij in l.fin.& in d.l.pactũ quod dotali, Alex.conf.28. vol.3. vbi deduxit istã esse cõem Cõis opin. opinionẽ,Ias.cons.8.n.34. posito inter cõsilia seu dalia Alberti Bruni,& in cons.9.nu.10.Bertr.cõs. 175.appellatione bonorũ mobiliũ.n.3.& seq.vol. 8.& cons.165.viso,ac considerato casu mihi exhibito exordiẽre matrimoniũ.nu.1.vol.6.Cur.Iun. cons.15.nu.2.Ruin.cons.16.nu.16.uol.2.& Hugo Celsus cõs.100. ex multis dubijs,nu.5.Et ratio di ctę cõis approbatę ab omnibus Doct.utriusq; eẽ quia videtur ista:quia turpe est,ac moribus cõtrariũ,pactũ fieri super viuẽtis hęreditate absq; eius cõsensu:nã hęc pactio turpis censetur.d.l.fi. & d. l.pactũ quod dotali.Nec tamẽ ea sola ratio turpẽ efficit hanc conuentionẽ, quòd detur uotũ captandę mortis,quãuis hęc in d.l.fi. expressa sit; siquidem ob hanc solã rationem non efficitur pactũ turpe, quod paret:quia ex consensu eius, de cuius hęreditate agitur hęc pactio licita est, & tamẽ occasio captandæ mortis nõ tollitur per consensum istũ. atque ita intelligendus est tex.in d.l.fin.

2 Aliaq; ratio ad hoc corroborandum allegari potest:quia hęreditas solo testamento per hominem datur. l. hæreditas. C. de pact.conuen.l.pactum,vbi Doct.C.de pact.

3 Vbi inter cętera dicunt decipi eos, qui filias di uitum in uxorẽ accipiũt eũ pacto, quòd vltra dotem post mortẽ parentum ipsæ mulieres habeant etiã hęreditatem:nec enim valet hoc pactũ,nec firma tur iuramento; & si fieret pactũ de quota hæreditatis: secũdùm Glo.in l.si quando.§.illud in uers. grauari.C.de inoff.testam.cum allegatis per Ias. in d.l.pactum,& per Doct.in d.l.fin.& in prę allegata.l.pactum quod dotali.

4 Et amplia istam cõmunem procedere etiam si appareat dictum pactum fuisse cum iuramento firmatum:secundùm Glo.in l. si quando.C.de inoff. testa. Legistæ omnes indifferenter in locis præallegatis, & Canonis.in d.c.cùm contingat, & in d.c.quamuis,Bar conf.165. quidam nomine Thobaldutius,Corn.conf.61.nu.11.lib.1.Bertran.in d.conf.275.nu.4.Alex.in d.consil. 28. & in d.l pactum.nu 2.in quibus locis asserit hãc esse communem opinionem,& Curt.Iun.conf.15. Cõis opin. nu.3.& cons.25.nu.7.& cons.98. nu.3.& Hugo Celsus in d.cons.100.sub nu.5.& 7. & ita consuluit Bertran.in d cõs.165.nu.2.& seq.Et ratio est quare dictum iuramentum non habet istocasu ligare:quia censetur cõtra bonos mores: ut in c. non est obligatoriũ,de reg iur.lib.6.& ita in terminis tenet Bar.& alij in d.l.pactũ quod dotali.

5 Sed limitat primo loco dicta cõmunis, quòd dictum pactum de futura successione quærenda valeat,& teneat,quando ille,de cuius successione agitur, consentiat; & in huiusmodi consensu perseueret vsque ad mortẽ.d.l.fin.ubi Doct.hoc tenent,& Ias.ibi nu.7.in 7. limitatio.Soc.Iũ.cõs. 50.nu.4.lib.2.& Curt.Iun.cons.98. nu.3.& seq.

6 Qui quidem consensus etiam ex post superueniens videtur sufficere:secundùm Bal.in d.l. fin. circa fin.quem sequitur Dec.cõs.31.col.3.& Grauett. cons.19.nu.3.

7 Limitatur secundò,ut dictum pactum,& conuentio de succedendo ualeat,& sit efficax,quando fieret ista pactio de succedendo in certis bonis singulariter expressis, uel sub nomine quotæ bonorum, non autem sub nomine quotæ hæreditatis.l. si quis argentum.§. sed, & si quis. C. de donar. Gloss. in l. fin. in versic. accommo-

Cōis opin. dauerit, quam ibi communiter sequuntur Bar. & Doct. C. de pactis. & idem Bart. consil. 72. ex facto proponitur, Oldra. cons. 139. cum alijs allegatis per Dec. cōs. 235. & in d.l. pactum. C. de pact. Grauet. cons. 19. num. 7. & Curt. Iun. cons. 1. nu. 4. & 16. & cons. 81. nu. 2. vbi supponit istam esse cōmunem opinionem, & cons. 15. nu. 1. vbi etiā nu. 4. latissimè declarat qualiter differant pactum de futura successione, & promissio bonorum post mortem.

¶ Et limitatio hæc procedit, & habet locum dummodò non fiat pactum de omnibus bonis præsentibus, & futuris: quia tunc ista verba vniuersalia tanquam Scyllā sunt fugienda: vt per Socin. cons. 136. visum fuit col. fin. lib. 3. & per Dec. in d.l. fin. col. 6. Curt. Iun. in d. cons. 15. num. 1. & Grauet cons. 19. num. 7.

8 Limitatur tertiò, quando alij paciscerentur de hæreditate certi hominis in specie: secus incerti in genere. l. 2. §. de illo. ff. pro socio, & tenet Glo. Bar. & Ias. nu. 7. in quinta limita. in d.l. fin. & Capicius decis. Neap. 159. nu. 10.

9 Limitatur quartò, quando talis pactio, siue cōuentio veniret ex necessitate contractus præambuli. & tunc ratione istius contractus præambuli valet, & tenet: vt in l. si cùm dotem. §. si vir, qui legitur cum. §. siue autē. ff. solu. mat. & ibi ita tenet Alex. Glo. & Ias. nu. 7. in 6. limitatio. in d.l. fin. Raphael Fulgos. cons. 59. in proposita quęstione, nu. 21. posito inter consilia vltimarum uoluntatum diuersorum, vol. 1. & Boer. cons. 50. nu. 8.

10 Limitatur quintò, quando pactum de futura successione esset reciprocū, seu vicissitudinariū: veluti si aliqui paciscuntur non de hæreditate tertij quærenda, sed inter se hoc modo, quod altero eorū præmoriente sine liberis, bona eorum ad superstitem, uel eius liberos deferantur: tunc ualer talis pactio, seu conuentio, & nō censetur improbata: secundùm Io. And. in add. ad Spec. in tit. de instr. edi. in §. porrò. col. fin. Ang. in l. hæreditariū. ff. de bonis authorit. iud. posid. in l. sancimus. C. de dona. & cons. 179. Oldr. cons. 139. ad habendum aliquam noritiam, Ias. in d.l. fin. nu. 7. in 4. limitatio. & cons. 9. posito inter consilia feudalia Brun. Astēsis. nu. 10. circa mediū, & Marsil. in sing. 331. post alios quamplures ibi per eum relatos. & per istas Cōis opin. allegationes, & authoritates constat istam esse cōmunem opinionē: licèt aliqui, quos refert Marsil. ibi, & malè tenuerint contrarium.

11 Et dicta regula cōis, quod pactio de futura successione uiuētis quærenda nō valeat: quia est plena tristissimi euentus, ampliatur in septē casibus, & in 7. alijs limitatur per Ias. in l. fi. C. de pac. n. 5. & 7.

*SVMMARIVM.*

1 *PACTVM de retrouendendo factum infra certum tempus, vel absq; aliqua tēporis præfinitione; et sic quandocunq;, seu in perpetuū, et in infinitum: censetur triginta annorum spatio terminatum. & venditor rem venditam restituto precio uenditionis, potest infra præmissū tēpus redimere, sed trāsactis triginta annis præscriptio dicti tēporis obstaret agēti ex pacto allegato de retrouendendo, etiam si tale pactū esset iuratum, & adiectum non obstante quacūq; præscriptione: quia facultati præscribendi renunciari nō potest, quin præscribi possit spatio triginta annorum.*

2 *Pactum de retrouendendo potest exerceri contra tertiū possessorem: secundum unam communem opinionem. sed secundum alteram sententiam cōtrariam similiter communem uenditor primus à secundo emptore, seu singulari successore rem uenditam auocare nequit.*

## OPINIO DLXXIX.



1 PACTVM de retrouendēdo factum infra certum tēpus, vel absq; aliqua tēporis præfinitione; & sic quādocunque, seu in perpetuum, & in infinitū, cēsetur triginta annorum spatio terminatum: & venditor rem venditā restituto precio uenditionis pōt infra præmissum tēpus redimere: vt voluit Ang. cons. 55. Signo. cons. 139. Faber in l. cùm nouissimi. nu. 14. per illum tex. C. de præscrip. 30. uel 40. anno. Alex. cons. 228. col. fin. vol. 6. Zasius consil. 12. n. 75. Affl. in tract. de iure protomiseos, in ver. licèt autem supra diximus, nu. 20. & seq. fol. par. 64. Ruin. cons. 84. nu. 14. vol. 1. Balb. in tract. præscrip. in 3. q. 4. par. 5. par. princ. & Boet. decis. 182. nu. 1. 2. & 3. inquiens ibi opinionem istam fore uetiorem, & communiter obseruari, & sequitur etiā in decis. 351. nu. 6. & commemorat quoq; communem Purpur. in l. petens. nu. 40. C. de pact. simul cum alijs Scribentibus ibi, Couarru. in libro variarum resolutionum, lib. 1. c. 9. nu. 1. post alios multos relatos ibi per eum, & Follerius in pragm. de censibus, in ver. instrumento gratiæ pro consimili precio, nu. 16. & seq. fol. 392. & copiosè etiā Cephal. cons. 40. nu. 2 vol. 1. Sed transacti, 30. annis præscriptio dicti temporis obstaret agenti ex pacto allegato de retrouendendo: secundùm omnes Doct. præcitatos. Cōis opin. Cōis opin.

¶ Et opinio hæc procedit pariter, si huiusmodi pactum redimendi esset iuratum, ac dictum expressè, vt venditor semper, & non obstante quacunq; præscriptione &c. quia facultati præscribē di renunciari nō potest, quin præscribi possit 30. annorū curriculo: vt in specie uoluit Ang. in d. cōsil. 55. quē sequitur Felyn. in c. cū accessissent. nu. 27. extra de const. Ias. nu. 10. Dec. nu. 7. Iacobinus col. 2. Claud. Aquen. nu. 5. & Curt. Iun. nu. 13. in d.l. perens, & Dec. cons. 164. non fuisset propositi mei. col. fin. & Boer. in d. decis. 182. nu. 7. vbi in publicum asseruit istam opinionem esse magis communem, & Tiraq. etiam in lib. 2. de retractu. §. 1. Glo. 2. nu. 1. & 7. fol. 253. vbi congerit alios quāplures eiusdem sentētiæ, & Couarr. similiter in d. c. 9. nu. 7. & Cephalus, cons. 43. sub nu. 19. vol. 1. Cōis opin.

2 Et

2 Et hinc subdeducitur ex his, quòd pactũ de retrouendendo tribuit ius actori agẽdi, & uẽdicandi rem uẽditã à tertio possessore. l. si cùm venderet, vbi Paul. Castren. ff. de pign. act. vbi etiam Raph. Cuma. & idem Paul. Castren. in l. 1. ff. de donat. Bal. in l. ea lege. C. de cond. ob caus. Ioan. Ana. in c. conquestus col. 3. de vsur. Corne. cõs. 90. col. 2. vol. 4. Alex. ĩ l. qui absẽti. §. 1. ff. de acq. possess. Soc. cons. 80. vol. 3. Ias. cons. 128. colu. 5. vol. 4. Dec. cons. 88. col. fin. & cons. 614. col. 2. Bertran. cons. 86. ponitur in facto, vol. 1. Grauet. cõs. 201. num. 1. Boet. dec. 182. col. 2. Ant. Rub. Alexandrin. cons. 166. col. 3. & Apostilla ad Alex. in cons. 10. vol. 1. in litera B. & ista est concors, communisque opinio, vt facilè exprimunt plerique ex memoratis Doct. Cõis opin.

¶ In contrariam verò partem, videlicet, quòd præsens pactum de retrouendendo exerceri nequeat contra singularem successorem, inclinatũt titubantes idem Pau. Cast. cons. 339. col. 3. vol. 1. & cons. 305. vol. 2. Bal. cõs. 482. col. 2. vol. 1. Alex. cõs. 10. videtur fortasse, vol. 1. Dec. in l. traditionib. col. 3. C. de pact. Ias. in l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebell. & cõs. 149. col. fi. vol. 4. & in l. ab emptione, col. 3. ff. de pact. & cons. 149. col. fi. vol. 4. & ita cõsuluit Franc. Curt. cõs. 12. Lucius Titius, & Hugo Celsus cõs. 58. super nuptialibus capitulis, sub n. 11. vbi post Alex. in d. cons. 10. cõmemorat istã esse communem opinionem contra Paul. Castren. & sequaces, quòd venditor primus à secundo emptore, seu singulare successore rem venditã auocare nequeat, videtur vera, & sacrosancta, ut lex ipsa. pro qua ita in facti contingentia religiosè quidem iudicari vidimus in anno 1577. per D Iosuè Scorpionẽ de Ciuitate Pinnarũ præclaræ sciẽtiæ iurisconsultum, & meritissimum tunc iudicẽ, assidentem in curia nostra Aquilana ad fauorẽ Nicolai Sanutij contra magnificum Ioannẽ Baptistam Viuium in causa inibi inter eos vertẽte. Cõis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *PAPA ex consensu vtriusque sponsi potest dispensare circa matrimonium nondum consumatum copula carnali, subsistente causa legitima, vt quis aliam accipiat vxorem.*

2 *Papa nõ potest dispensare super matrimonio cõsumato.*

3 *Papa potest separare statum monachalem, & dispensare cũ monacho, ut accipere vxorem queat, euadatque similiter secularis.*

OPINIO DLXXX.

1 PAPA potest dispensare super matrimonio rato non consumato: & dispensati tunc possunt transire ad secundas nuptias ex iusta, rationabilique causa ad petitionem amborũ coniugum: secundùm Archid. in c. quapropter 27. q. 2. Glo. in Inno. And. Vincen. Hostien. Abb. Benedict. & alios in c. ex publico, de conuer. coniug. Bal. in l. Deo nobis. C. de Episc. & cle. & Ancha. cons. 240. & ista est communis opinio Canonistarum: quam luculenter approbat, citat, tueturque Dec. in cons. 112. in præsenti consultatione, sub num. 2. & seq. Prepo. in c. fin. extra de spõsa duorum, Ioan. de Imol. in c. fin. extra de transact. Natta cons. 290. quidam nobilis non admodum acuti ingenij. num. 1. & seq. vol. 2. & sequitur etiam Caieta. in quolibet. tomo. 1. q. 13. & tomo 2. q. 25. Frater Ang. de Clauas. in sua summa Angelica in ver. Matrimonium. il 2. §. 3. in 13. impedimento, Frater Hieronymus, de obligatione Papali. 2. q. fol. pen. Maleretus in tract. de elect. fol. 34. col. 4. Bartholomæus Fumus in sua summa Armilla in ver. Dispensatio. §. 8. & S. Antoninus in sua summa. 3. par. tit. 1. c. 22. vbi ait se legisse bullas Martini Quinti, & Eugenij Quarti, in quibus dispensatum est circa hoc. Cõis opin.

¶ In contrariam verò partem inclinauit Pet. de Palud. in 4. senten. distin. 27. q. 1. art. 2. S. Thomas in 4. senten. distin. 33. q. 11. art. 11. quol. 1. ad 3. Frater Io. Tabiensis in sua summa Tabiena in ver. Dispensatio. §. 4. vbi admonet istam esse cõmunem opinionem Theologorum, & respondet omnibus fundamẽtis contrarijs Canonistarum. Cõis opin.

¶ Quæ quidem communis opinio substineri posset non leuibus rationibus. Nam Paulus inquit 1. Corinth. 7. hic autem qui matrimonio coniuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus vxorem à viro non recedere. & Matthei. 19. quos Deus coniunxit homo non separet. & cùm Christus dixerit ibidem, quòd non licet vxorem dimittere, nisi propter fornicationem; iam inueniretur alia exceptio, scilicet dispẽsatio Papæ. Vndè non uulgati anchora innititur ista vltima opinio Theologorum. sed interim vides peruiciosã, miserãdamque Doctorum varietatem. ideò gratia Sanctispiritus deuotè inuocata, in hoc tenebroso, disputabilique articulo mihi videtur in puncto iuris prima pars verior, tutior, & substentabilior: nec volo, quòd admiremini, si in hac iuris Philosophia sint controuersiæ, & opiniones, quia verissimum est illud, quod in publicum asseruit Ang. in l. 2. aliàs 3. C. de vsucap. pro empt. quòd nunquam fuit aliquis perfectus in ista sciẽtia. & mouetur ex eo, quòd fecerunt iureconsulti, quia vnus repręhendit alterum, & de hoc vtique mirandum non est: siquidem natura comparatum est, vt homines propter insitam sibi celerem mentis agilitatem faciles, pronique sint ad dissentiendum. l. item si vnus. §. principaliter. ff. de arbitris. Et ideò meritò solus Deus est verax, & omnem habet perfectionem, & Dominus est scientiarum. primo Regum. c. 11.

2 Sed retenta mentionata prima opinione Canonistarum, pro qua etiam religiosissimè, atque doctissimè consuluit tollendo omnia obstacula cõtraria, Oldradus in facti contingentia in cons. 1. posito

posito inter consilia matrimonialia diuersorum in primo vol. per textum expressum in c. ex publico.§.sanè de conuers.coniug. & Celsus Hugo in cons.105.Iuuencula quædam, sub num.11.& seq. eam amplia: vt Papa ex vrgentissima causa possit etiam de plenitudine potestatis dispensare super matrimonio iam consumato: vt firmat Marsil. cũ alijs coaceruatis per eum in sing.165. scriptum est, & Io. de Neuiz. in sua sylua nuptia. lib.1.sub nu.152.cum alijs seq. ¶ Sed in hoc

Cõis opin. Canonist. communiter in c. ex parte il 2.de côuer. coniuga.Panor.& alij in c.proposuit de concess. præben.& Tabiensis in d. ver. Dispensatio sub.§. 4.in fin.ipsius.§. Præpos.in c. fin.de spons. duorũ & Bal.in l.Deo nobis.col.3.C.de Episc.& cleric. concludunt contrarium, videlicèt quòd Papa in matrimonio consumato dispensare nequeat modo aliquo.

3 Et quemadmodum Papa potest dubio procul dispensare in præsenti casu: ita etiam idem Papa pariformiter ex causa posset cũ monacho dispensare, vt contra votum solenne accipere vxorem queat, atque pariter laicus efficiatur. ita Inno.Ioan.And.Henri.Boich.Abb. & cæteri omnes vniuersaliter in c. cum ad monasterium de stat.monach. Bal.in l.si filius.ff.de adoptio.Præposit.in c.sicut ex literis de sponsal.Anchara. in c.1.de const Soc.cons.13.vol.1.Parisi.cõs 68.dubium exoritur, num.148.vol.4.Natta cons.33. maximi ponderis, num.4.vol.1.& Ias.in l.fin.C. de transact.& in l.si arrogator.ff.de adop. vbi ad

Cõis opin. lucem adducit istam esse communem opinionẽ, & Fely.in c.si quãdo extra de rescrip. & Ang. de Clauasio in sua summa in ver.Impedimentum 18.cui constanter inhæret etiã Sanctus Thom.de Aquin.in secunda secundæ quæst.88.art.xi.& Caietanus quoque ibi concludens, Papam posse statum monachalem separare ab homine, faciendo de monacho non monachum, mentionemq́ue faciens Cælestinũ Tertiũ in hoc dispẽsasse. & huic eidem cõmuni sententiæ accedunt similiter Pet. de Pal.in 4.sentẽtiarum dist.38.q.4. conclus.xi. & Ric.& alij omnes concorditer.

*SVMMARIVM.*

1 *PAPA in beneficialibus obtinet plenissimam potestatem tam in conferendo, quàm in auferendo etiam postquam contulit.*

2 *Papa non potest priuare clericum beneficio ecclesiasti co sine iusta causa. secundum communem recitatam infra sub num.4. licèt magna cohors Doct. inhæreat opinioni contrariæ.*

3 *Papa potest priuare clericum beneficio, ratione, immi nentis scandali, secundum communem opinionem: quia potius expedit reipublicæ, quod quis re propria priuetur, quàm quòd scandalum oriatur: ut dicetur infra sub 4.*

4 *Electio iustè facta irrita fit, & reuocatur ad euitandũ scandalum.*

5 *Iusta causa ob quam mouetur Papa ad priuandum clericum beneficio ecclesiastico, est bonum pacis, & cõcordiæ.*

6 *Papa de plenitudine potestatis priuans clericum beneficio ecclesiastico cum causa, uel sine causa, cuius titulum canonicum habeat, tenetur eidem prouidere de alio æquè bono, vel de compensatione totius læsionis & damni passi.*

7 *Papa licèt possit de plenitudine potestatis ad libitũ clericum priuare beneficio ecclesiastico: tamen hoc non procedit in bonis patrimonialibus ipsius clerici.*

8 *Papa non potest priuare Episcopum suo episcopatu sine causa.*

9 *Papa potest minuere, imò penitus tollere pensionem de plenitudine potestatis, etiam sine causa.*

## OPINIO DLXXXI.

1 
APA in beneficialibus obtinet plenissimam potestatem Clem.1.vt lite penden c.2.de præben. lib.6. & notat Marsil. sin 634.Credo te scire,in prin. & Mantua.in c. quæ in ecclesiarum num.53.de constit. & Hierony. Gabriel. cons. 186.hæc traslatio pensionis.nu.1 vol.1. Et illud nõ solùm procedit in conferendo,sed in auferendo etiam postquam contulit.

2 Vndè ipse Põtifex ad libitum potest priuare clericum beneficio,etiam fine causa: secundùm Gemin.in c.si gratiosè,col.3.post Glo.ibi de rescript.lib.6.idem voluit Gemin. cõs.8.col.3. in cõs. 88.col.1.cons.99.col.2.& cons.141.col.1. Feder. de Senis cons.200.col.1.Pau.de Cast cons.253. col.2.& cons.287.col.1.& seq.& cons 414.lib. 1. per tex.in c.per principalem. q. 9.fin.Roma.cõs. 359.in 5.dubio, vbi dixit quòd Papa potest in totum tollere ius quæsitum uni ecclesiæ, etiã ex contractu aduersus aliam ecclesiam. Soc. cons. 13.col.6.& seq.lib.1.Alex.cons.2.col. fin. vol. 1. Corn.cons.90 col.fin.vol.4.Calcan.cons.7.Dec. in c.quæ in ecclesiarum, col. 11. de constit. in c. fin.col.3.de confirma vti. vel inuti. cõs.141.circa fin.cons.157.col.2.Ias.in l.Barbarius,col. 8.ff. de officio præt.in l. quoties col.3.C.de rei uendic. cõs. 19.col.4.vol.3.quamuis in d.l.quoties, dicat se non ponere pro constanti, & in l.fin. col. fin. ff. de pact. vbi examinat quæstionẽ istam ab vtraque parte, nec aliter determinat.Cæterùm Ripa in 2.lib.responsorum,de rescrip.in c.19. col. 3.affirmat Papam posse absoluta potestate priuare quem beneficio absque causa, & Ioãnes de Sylua,in tract.de beneficijs,in 3.par.q.8.& Marsil.in d. singulari 634.post principiũ, & Mantua. in d.c. quę in ecclesiarum nu.53.& ita consuluit Soc. consil. 156. pro fundamento decisionis, & consil. 164.visa bulla Bonifacij volum.2.& Hieronym.Gigas in tract.de pensionibus quæst.10. num.4. cum alijs seq.

¶ In contrariam uerò sententiam inclinauit Roma.

Roma.sibi contrarius, videlicèt, Pontificem nõ posse clericum, seu prælatum priuare beneficio absque iusta, & probabili causa, cons.345.nu.5. cons.467.nu.5. & seq. & cons. 369. nu. 2. 3.4. & 27.per tex.in c.conquerente, de restit. spol. & in c.quamuis. 7.q.1.Barbat.in c.quòd transactionẽ nu.121.de officio deleg.& cons.13.col. 5. vol. 3. Ias.titubanter, & sibi parùm constans,in d.l.fin. ff.de pactis col.2.cons.145.col.2.& seq.cons.213 col.5.lib.7.& cõs.46.col.4.lib.3.Fely.in d.c.quæ in ecclesiarum nu.40.cum tribus alijs seq.Ripa in primo libro responsorum,de legibus.c.14.col. pen.Ioan.de Sylua,in memorato tract. de beneficijs,in 3.par.q.60.Rebuffus, in tract.de beneficijs,in 21.q.princ.nu. 55. Franciscus Marci latissimè decis. seu q. 1220. per totam, & Abb. in c.quæsitum, de rerum permutatione.

3 Vbi expressè voluit clericum posse priuari beneficio à Pontifice ratione imminentis scandali. & ista est communis opinio: vt asserit Dec.in c. cũ teneamur.nu.13.de præben.& dignit.& Marsil.sing.683.aliás post princ. *Cõis opin.*

4 Facit optimè Glo. in c.2.62. distin. quæ probat electionem alioqui iustè factam itritam fieri, & reuocari ob euitandum scandalum, notat Abb.in c.1.col.2.de elect. & Fely. in c.nihil cùm scãdalo,de præscrip.col.2.quibus stipulatur tex. sing.in c.nisi cùm pridem.§.pro graui quoq; scandalo,de renunciat.& in d.c.quęsitum,ubi Panor. Porius quidem expedit reipublicę, quòd quis re propria priuetur, quàm quòd scandalum oriatur:cùm id aliter vitari nequeat, nec ex malitia procedat. Ideo gratia Sancti Spiritus deuotè inuocata videtur mihi in puncto iuris quòd hæc pars vltima sit verior, & tutior tam in foto fori, quàm poli rationibus,& iuribus supra allegatis; imò est communis: teste Felyn. in d. c. quæ in ecclesiarũ, sub nu.43.Benè tamen verũ est quòd Berous ibi nu.167.cùm alijs seq. videtur prædictas opiniones ad optimam concordiam, & cõsonantiam reducere.

5 Et iusta causa,ob quam mouetur Papa ad priuandum clericum beneficio est, veluti propter bonum pacis, & concordiæ: ut per Ant.Corset. in tract.de priuil.pac.ver.49.& in singu. in uer. Pax,uer.propter pacem habendam. *Cõis opin.*

6 Et dato quòd Papa de plenitudine potestatis cum causa,vel sine causa priuaret aliquem beneficio ecclesiastico, cuius titulum canonicum habebat, tenetur eidem prouidere de alio æquè bono beneficio,& idoneo, vel de compensatione totius læsionis, & damni passi; ut tradunt Marsil. copiosissimè in d.sing.634.post prin.uers.an autem prædicta sint distinctè uera. Glo. in c.episcopus de loco.7.q.1.& ibi Archid.Innocen.in c.nisi cùm pridem,de renunc.Cardin. in Clemen. prima, quæst.4. de rerum permut. & Federicus de permut.benefic. quęst.25.

7 Et dato etiam quòd Papa possit clericum priuare sine causa de plenitudine potestatis; nihilominus hoc non procedit in bonis patrimonialibus ipsius clerici: secundũ Ant.de But.& Abb. in c.cùm dilecti,in 3. not.per illũ tex. ex de iure pat. & Doct. omnes in d. c.quæ in ecclesiarum, & pręsertim ibi Mantuam nu.54.qui demostrat istã esse communem opinionem. & circa hoc vide aliam cõclusionem similem, positam infra in ver.Princeps. *Cõis opin.*

8 Itẽ præmemorata opinio minime iudicio meo procederet in episcopo, qui sine causa episcopatu suo per Papam priuari nequiret: secũdùm Domin. in d. c.si gratiosè,Paul. de Leazar. & Imol. in d.Clemen.1.vt lit.penden.Butrium in c.constitutus.de relig.domi.& Hierony.Gigantem cũ alijs aggregatis per eũ in tract.de pensionibus, quæst.6.sub nu.10.vbi reiecta opinione Abb. cõtraria,ait istam partem tutiorem,& ueriorẽ esse.

9 Et quemadmodum Papa potest tollere in beneficialibus ius quęsitum:ita etiam potest minuere & ex toto tollere pensionem, etiam sine causa:vt in c. prohibemus, de censibus, & ibi per Doct. Sed intellige de plenitudine potestatis, & absolutè,qua vti videtur: cùm dicit ex certa, vel specificè exprimit: ut tradit Caccialupus in tract. de pension.quæst.24.

## SVMMARIVM.

1 *PAPA cùm mandat alicui prouideri de beneficio proximè vacaturo, includitur beneficium quod vacabat tempore datæ.*

## OPINIO DLXXXII.



1 APA, cùm mandat alicui prouideri de beneficio proximè vacaturo, includitur beneficium,quod vacabat tẽpore datę:secundũ Glo. in Clemen. 1. de concess.præbe. in vers. Noticia.Nam beneficiũ ipsum,quod tempore datæ vacabat, uacauit quoque in futurum antequàm esset alteri collatum; & hoc verũ est absque distinctione aliqua; & per consequens siue Pontifex sciuerit beneficiũ uacare, siue nõ.& cùm d.Glo. sentiunt simpliciter, & indistinctè Canonistę omnes, & idem voluit Glo.in c.si post quàm,de electio.lib.6. communiter approbata, cùm qua etiam transit Imol. in l. si ita legatum esset, de cond.& demonstr. & in l. hoc articulo,de hæred.instit.Lap.& Dominic. in c.si propter,de rescrip.in 6.& Soc. in l.hęc conditio.§.fin.de cõdit.& demonst. vbi commemorat istam esse communem opinionem: quamuis aliqui aliter senserint,de quibus ibi per eũ, & Alex. in l.Titius.§.Lucius, de liber.& posthu. *Cõis opin.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *PAPA in terris Regis non habet iurisdictionẽ quò ad temporalia.*
2 *Papa in terris Imperij legitimare non potest.*
3 *Imperator in terris Pontificis legitimare nequit.*

## OPINIO DLXXXIII.

1 PAPA in terris Regis non habet iurisdictionẽ quò ad tẽporalia: vt in c. per venerabilem. §. rationibus, & ibi Inno. & cæteri, qui filij sint leg. & Hostien. Io. And. & alij in c. causam, il 2. eodem tit.

2 Et hinc est, quòd Põtifex in terris Imperij quò ad profana legitimare non posset.

3 Nec Imperator in terris ecclesiæ: secundũ præcitatos Doct. & Alex. conf. 67. consideratis his, quæ in primo themate narrantur. nu. 8. col. 1. & Michaelem Cifuentes super leges Tauri in l. 12. nu. 9. Ideò ad hoc, vt teneat legitimatio hæc, necessariò requiritur personã, bonaque esse in territorio legitimãtis: secundũm opinionem Bal. in l. eam quam. C. de iure aureorum anul. Abb. col. 6. & omnium communiter, in d. c. per uenerabilem, Anchar. in c. 1. de sponsal. & conf. 320. quã sequitur, & limitat Aegidius Bossius in pract. crimi. in tit. de Principe, & priuilegijs eius, nu. 183. Cassan. conf. 31. nu. 15. & seq. & Corn. cum signatis per eum conf. 9. nu. 4. vol. 4. & cõf. 1. nu 9. vol. 3. vbi ostendit istam esse communem sententiam. & Aegidius pariter vbi supra, & copiosius cũ alijs congestis per eum Couarruuias in epitom. de testamen. in 2. par. c. 8. §. 8. nu. 14. & seq. vbi refert alios Doct. omnes in contrariam partem inclinãtes. & magis communem consulendo ait Alex. in d. cõf. 67. nu. 8. & ibi Natta in addit. nu. 5. Alciat. conf. 17. nu. 1. & seq. tomo. 1. lib. 4. fol. 63. & Rolan. à Valle copiosissimè etiam cõl. 88. in causa magnifici domini Antonij de Burgo. nu. 12. cũ omnibus alijs seq. vol. 1. vbi respõdet doctissimè omnibus contrarijs, & concordat opiniones inter se fœdere distinctionis. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *PAPA non potest de aliquo crimine accusari, conuinci, ac damnari, etiam si delictum notorium, & scandalosum foret, & ipse incorrigibilis esset, nisi de crimine hæresis uera, & propria, & vbicunque esset dubius in fide, ac in uno articulo fidei etiam erraret.*

## OPINIO DLXXXIIII.

1 PAPA nõ põt de aliquo crimine accusari, conuinci, ac damnari, etiam si delictum notorium, & scandalosũ foret, & ipse incorrigibilis esset, nisi de crimine hæresis veræ, & propriæ; & vbicunque dubius esset in fide, ac in tenui articulo fidei etiã errarer: iuxta c. 1. de hęret. cum l. 2. C. eo. tit. & hoc tenuerunt Glo. in c. si quis pecunia. 78. dist. & in c. non nos. 40. distin. asseuerans istam esse communẽ opinionem omnium Theologorũ. & idem profitentur Moder. in c. at si clerici de iudi. & Io. Nicolaus Arelatanus, in tract. de hęreticis, in duodecimo notabili. nu. 1. & seq. Cõis opin.

¶ Cõtrarium verò voluit audacter, & expressè Glo. in d. c. si Papa, quando Pontifex in crimine notorio, & scandaloso esset constitutus: quam inquit singularem Barbac. in d. c. & si clerici. nu. 151. & sequitur Panor. in tract. de concilio Basilien. Roma. conf. 523. & Bellame. in d. c. si Papa, Zaba. in tract. de scismate, ver. quintus modus, in fi. & Panor. in sua disputa. exordiente: Episcopus colum. 14. vbi ait quòd totus mundus approbat dictam Glossam.

¶ Sed quæstionem istam diffinire, ac determinare ob varietatem Doct. non ausus fuit Io. Nicolaus Arelatanus in loco pręcitato. ipse verò ne permaneam, vt pecus ante tonsorem, sequor primam opinionem omnium Theologorum communem omisso omni multiloquio, & eam comprobarem verissimis rationibus: tamen certè antiquorum ingenia ita fuerunt illustria, quòd nullum nobis relictum est ocium dicendi noua. Vndè curiosi poterunt videre rationes, & fundamẽta vrgentissima, verissimaque citata per dictos Doct. hanc partem amplectentes.

SVMMARIVM.

1 *PAPA non censetur, nec præsumitur in dubio præiudicare iuripatronatus laicorum, nisi illi expressè derogauerit.*
2 *Papa in dubio non præsumitur uelle uti plenitudine potestatis, nisi hoc expressè constet: nam ipse magis caue re debet ab iniustitia, quàm alius, & sic debet constare de eius voluntate, quòd uti uelit plenitudine potestatis: quia in dubio non præsumitur, sed potius præsumitur circumuentus.*
3 *Papa in dubio præsumitur uti uoluisse clausula de plenitudine potestatis.*

## OPINIO DLXXXV.

1 PAPA iuripatronatus laicorum in dubio non censetur, ac presumitur pręiudicare, nisi expressè derogauerit illi: vt notat Glo. in Clemẽtina 2. de preben. quam sequitur Abbas in c. dilectus de officio deleg. vbi asseuerat cum hac Glo. omnes Doct. communiter sentire in c. dilectus de iurepat. & in c. quoniam eod. tit.

2 Et cõis ista probatur ex eo, quod voluit Innocentius in c. innotuit, de electio. q in dubio Papa nõ pręsumitur uelle vti plenitudine potestatis, nisi hoc expressè constet: nam & siquidem ipse magis

gis se cauere debet ab ininstitia, quàm alius: argumẽto c. ex ore, de priuileg. & hoc idem notat Alex. conf. 87. vol. 1. & sic explorati iuris est constare debere de volũtate Papæ, quòd uti velit plenitudine potestatis: nam in dubio non presumitur, sed potius censetur circumuẽtus: ut per Soc. conf. 260. col. 15. vol. 2.

3 Et in dubio quoque neque presumitur Papa uti voluisse clausula de plenitudine potestatis: secũdùm Paul. Castrẽ. & Moder. in l. in testamẽto. C. de testamen. milit. & conf. 317. col. 1. lib. 2. & Ias. conf. 1. col. pen. vol. 1.

## SVMMARIVM.

1 *PARTICIPIVM de sui natura non denotat, neque importat necessitatem, nisi ratione subiectæ materiæ, aut ubi appositum fuit uerbum, est, aut sunt.*

2 *Notarius scribens in instrumento aliquem fuisse confessum habuisse centum dando, & numerando, ex quo videtur attestari de reali numeratione, ideò non potest puniri de falso, si non numerauerit, secus si diceret, dante, & numerante.*

## OPINIO DLXXXVI.

1 PARTICIPIVM de sui natura non importat, seu denotat necessitatẽ: secũdùm Glo. Bal. Ang. in rub. ff. de lib. & posth. & Glo. in rub. instit. de hæred. instit. cum qua asserit ibi Ozerius sub nu. 3. omnes Doct. communiter trãsire. *Cõis opin.* quod verum est, nisi ratione subiectæ materiæ: vt per Ozerium vbi supra post Alex. in d. rub. ff. de liber. & posth. vel vbi appositũ fuit verbum, est, aut sunt, vt per Riminal. Aquẽ. & Ripam sub n. 6. in rub. C. de eden.

2 Et hoc reducit ad practicam ponendo vnã vtilem & communem quæstionem, seu opinionem Cagnolus ibi, nu. 53. de notario scribente in instrumento aliquẽ fuisse confessum habuisse 100. dando, & numerando, quòd tunc censeretur attestari de reali numeratione, ideo nõ posset puniri de falso, si non numerauerit; secus si diceret dante, & numerante: quia participia ista non tãtum important. De gerundio verò diximus supra in opinione Gerundia.

## SVMMARIVM.

1 *PATER tenetur dare dotẽ, aut alimenta filiæ, ac filijs diuitibus, & habẽtibus vnde se alere, & dotare queant, secundum cõmunem opinionem, licèt magna catherua Doctorum contrariã sententiam amplectatur.*

2 *Pater vt tenetur filiam nuptam dotare, ita filiam etiã monasterium, ac religionem ingressam.*

## OPINIO DLXXXVII.



1 PATER non tenetur dotem, aut alimenta dare filiæ, filijsuè diuitibus, & qui haberent vnde se alere, aut dotare possent: secũdùm Bar. in l. si quis liberis. ff. de liber. agnoscẽ. & in l. mulier. §. cũ proponeretur. ff. ad Trebel. Dec. Cagnol. & alios in l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. Bar. Castrẽ. & reliquos in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. Soc. in l. 1. ff. sol. ma. Ias. in §. fuerat, nu. 108. instit. de act. Corasi. in repet. l. qui liberos. nu. 53. ff. de ritu. nup. Io. Lupi in c. per vestras. 3. no. §. 14. de don. inter vir. & vxo. & Alciat. in tract. de præsump. reg. 1. præsump. 26. nu. 3.

¶ In contrariam verò partem, quòd pater teneatur asignare dotem filiç etiam diuiti, inclinarunt Glo. & communiter omnes in l. 1. C. de dotis promiss. & in d. l. 1. ff. solu. matr. vbi Ruin. nu. 48. cum alijs seq. Herculanus nu. 31 & Ripa nu. 54. tuentur, & sequuntur istam opinionẽ, & aiũt communem esse aduersus Bar. & in effectu cum ipsa communi tãquam verissima sentiẽdum est, & in actu practico ab ea discedere fatuum, & periculosum esset. *Cõis opin.*

2 Et aduerte, quòd sicut pater filiam nuptã dotare tẽnetur: ita filiam etiam monasterium, & religionem ingressam: secũdùm Bar. in l. 1. §. si parens. ff. si quis à paren. suer. manumis. & Alex. cũ alijs relatis per eum conf. 139. vol. 2. nu. 7.

## SVMMARIVM.


1 *PATER tenetur iure actionis dotare filiam, secundum communem opinionem, licèt altera sẽtẽtia contraria appareat similiter cõmunis, videlicèt quòd pater iudicis officio cogatur dotare filiã.*

2 *Dotis nõ facta mentione si quis vxorem duxerit, potest petere dotem: nam pater nõ liberatur ex eo, quòd maritata est filia non promissa dote.*

3 *Maritus qui vxorem duxit sine dote mortuo patre uxoris non potest eam compellere ad dotem constituendã.*

4 *Filia ualens petere se dotari, & hoc non agens ex pura negligentia, non præiudicat propterea suis filijs, & hæredibus, ut hoc petere non ualeant.*

## OPINIO DLXXXVIII.



1 PATER cogitur iure actionis dotare filiam: secũdùm magis communem opinionem: quam sequũtur, & citãt Curt. in auth. res quę. nu. 25. C. cõmunia de leg. Ias. in auth. præterea. nu. 8. C. ũdẽ vir, & uxor, Soc. in tract. fallentiarum in reg. 282. in 4. fallen. Ripa in *Cõis opin.*

pa in l. 1. num. 55. ff. sol. matrimo. & Couarruuias in epit. de ma. in 4. par. 2. partis c. 3. §. 8. n. 7. fol. par. 60.

¶ Cõtrariã uerò opinionẽ, videlicet, quòd pater iudicis officio teneatur dotare filiam: sequuti fuere Glo. in l. si socer. ff. sol. ma. & Paul. Castren. & Alex. ibi, Albe ric. in l. fin. C. de dotis promiss. & Illustris D. Afflict. in constit. in aliquibus nu. 73. lib. 3. rub. 23. & ista est communis sententia: secundum Benedic. in c. Raynutius in uer. dotẽ quam ei dederat. nu. 24. de testa. & Corasi. in repet. l. qui liberos. nu. 95. ff. de ritu nup. & in effectu ista est ueritas. *Cõis opin.*

2 Quæ quidẽ ampliatur etiam, vt filia ipsa quantumcunque nupta sit sine dote, possit tamen implor. re officium iudicis, ut à patre congruè dotetur: secũdùm Glo. in l. obligamur. §. lege. ff de act. & oblig. & in c. in raptoribus. 36. q. 1. Bal. Imol. Raph. Roma. & alios omnes in d. l. 1. ff. sol. ma. & Soc. cons. 57. in causa restitutionis. col. 2. vol. 4. vbi docet istam esse communem opinionẽ. & sequitur etiam Alex. cons. 56. nu. 5. vol. 4. Soc. cons. 80. præsens. col. fin. vol. 4. & Ioan. Lupi in c. per vestras. 3. not. §. 11. de donat. inter virum, & vx. quoniam pater non liberatur ex eo, quòd maritata est filia non promissa dote ab illa obligatione dãdi dotẽ, de qua per l. qui liberos. ff. de ritu nupt. & d. l. obligamur: ut per Alex. cons. 169. visis instrumentis. num. 3. vol. 7. Ias. in. §. fuerat num. 97. instit. de act. & in addit. ad decis. Tholosan. 289. *Cõis opin.*

3 Et quãuis prælibata communis opinio habeat locum, atque procedat, quando mulier maritata sit viuente eius patre, nulla habita men ione dotis; nihilominus hoc ampliat etiam Soc. in d. cõs. 80. & Ioan. Lupi vbi sup. a, procedere quoque in marito vxorem ducente absque d te mo tuo patre ipsius vxoris. sed talis opinio mihi nõ placet, præsertim in muliere, quæ patrem non habeat, à quo sibi dos debeatur. Nam eo, quòd sit decens, & honestum matrimonium habere dotem, non competit actio, vel ius dotem petendi nec tacitè videtur sensum de dote inter partes: quia imò videtur placuisse contrarium, ex quo matrimoniũ contraxerunt sine dote, de qua certè conuenissẽt, si eum dote matrimonium esse voluissent. & possibile est, quòd maritus libenter eam duxerit absq; vllius dotis spe. Et constitutio dotis est cõditio extrinseca matrimonij. sed conditiones extrinsecæ non intelliguntur, nisi exprimantur. l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff de ver. obli. ideo teneo contra Soc. in d. cons. 80. quòd maritus nõ possit vxorem compellere ad constituendã dotẽ.

4 Ampliatur etiam secundo prælibata communis in principio posita, quòd si filia quæ poterat petere se dotari, & hoc non fecit; nihilominus hæres ipsius filiæ poterit hoc petere: secũdùm Alex. cons. 169. nu. 4. vol. 7. & allegat Bal. in d. antl. res quę, qui pro hoc allegat Glo. & licèt Ruin. videatur determinare contrariũ: tamen in decisionis no li aliter recedere ab ipsa opinione Alex. tanquã tutissima, & in iure verissima.

*SVMMARIVM.*

1 *PATER acquirens, stipulans, paciscens, emẽs que rem pro se, suisque filijs, & hæredibus, non videtur simul acquirere, sed ordine successiuo, & consequenter post mortem patris admittuntur filij in potestate: quia in dubio pater paciscendo sibi, & filijs, censetur illis ut hęredibus pacisci.*

2 *Pater licèt semper uideatur stipulari filijs, ut hæredibus, tamen hoc nõ procedit si pater emphyteosim pro se & filijs suis acquireret, non tanquam hæredibus, sed vti filijs acquisiuisse uideretur, & pro virilibus, non autem hæreditarijs portionibus admitterentur.*

## OPINIO DLXXXIX.

1 PAETR paciscens, stipulans, acquirens, seu emens rem pro se, suisque fil js, & hęredibus, videtur non simul acquirere, sed ordine successiuo; & sic successiuè post mortem patris filij admittuntur, præsertim filij in potestate: quia semper in dubio pater paciscendo sibi & filijs censetur illis vt hęredibus pacisci: secundùm Glo. in l. si tibi. §. si pactus. ff de pactis, Bar. in l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 8, ff. de liber. & posthu. quorum opinio communis est: vt er Galiau. nu. 24. & Fortun. nu. 48. & 55. ibi, & Beroum in c. Rainutius de testa. nu. 106. cum alijs seq. vbi istam tuetur, & copiosè declarat. *Cõis opin.*

2 Et licèt pater semper videatur stipulari filijs, vt hæredibus; nihilominus hoc non procederet si pater emphyteosim pro se, & filijs suis acquireret, non tanquam hæredibus, sed vti filijs acquisiuisse censeretur; & sic pro virilibus, non autem pro hæreditarijs portionibus admitterentur: secundum Bar. in d. §. cùm quidem. nu. 9. cuius opinionem communem præsupponunt ibi Galiaul. nu. 24. & Fortrun. nu. 53. cũ alijs rela is per eos, & eam sequitur, ac declarat Berous in d. c. Raynutius. nu. 107. & sequen.

*SVMMARIVM.*

1 *PATER prius condito testamento filio impuberi non potest in codicillis directam pupillarem substitutionem facere, sed per fideicommissum substituere potest.*

2 *Legitima nõ potest per fideicommissarium deduci ab hæred. bus pupilli, quãdo non filius, sed eius successores rogentur hæreditatem restituere.*

3 *Legitima non debetur eis, qui ab intestato succedere non possunt.*

4 *Fideicommissum in re, casuque dubio non filio, sed eius hęredi inuasum præsumitur.*

OPI-

## OPINIO DXC.

1 PATER prius condito testamento filio impuberi, nō potest in codicillis directā pupillarem substitutionem facere, sed per fideicōmissum substituere potest.l.hæreditaté.C.de codicill.& isto casu poterunt hæredes eius legitimam deducere.l.ex tribus.C.de inoffic. testam.

2 Cæterùm hoc limitatur, ac interpretatur eleganter non habere locum, quando per testatoré non filius, sed eius successores rogentur hæreditatem restituere: tūc quippè fideicommissarius ab hæredibus pupilli legitimā deducere nequit.tex. est in l.si fundū.§.fi.ff.de leg. 1.&ibi latè Ias. post Bar.& p Bal.cōs.39.testator relinquit,lib.1.Cast. cōs.187.in casu præsenti.col.fi.& p Corn.cōs.138. nulli dubiū lib.4.& cons.158. viso suprascripto. col.pen.vol.3.& Beroū in c.Raynutius. nu.244. de testa. & ista est communis opinio: vt per Ias. in d.l.ex tribus. Cōis opin.

3 Et ratio huiusmodi cōis videtur isthæc: quia legitima nō debetur eis, qui ab intestato succedere non possunt: secundùm Bal.cons.329 circa primum dubium.lib.3.& cons.49.statuto cauetur, φ mater lib.5. cuius opinionem audacter asseuerat esse communem Grauet.cons.2.num.13. Cōis opin.

4 Tamen præmissa cōis ita firmata ampliatur nō solùm procedere in casu claro, verùm in casu dubio etiam. Vndè audacter, & explicitè concludé, φ in re dubia intelligitur fideicōmissum iniūctū non filio, sed eius hæredi: arg. l.quoties ff. de reb.dub.& per Pau.Castr. & Ias.in d.l.ex tribus, & Alex.cons.67.consideratis. col.2.& seq.lib.3. & Ias.in l.cohæredi.§.cùm filię.ff.de vulg.& pup. substit.& cōs.99.Dominus.vol.2.ubi scribit, affirmatq; istam esse cōem opinionem contra Bar. contrarium concludenté in d.§.cū filiæ.& de cōi præd cta facit mentioné etiā Berous in d.c Raynutius nu.244 circa medium, vbi deducit istam esse veriorem, & magis communem sententiā. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *PATER filię suę nubenti impari, & indigno sine eius cōsensu nō tenet dare do: ē, seu legitimā: quia ista est iusta causa exhæredationis, et denegandi dotē.*

## OPINIO DXCI.

1 PATER non tenetur dare dotem filię suę nubenti indigno sine eius cōsensu: quia hoc iusta causa est exhæredationis.l. 3.§.si emancipatus.ff.de bon. poss.cōtra tabul. & debet dici quoq; iusta causa denegandi dotem: & sic filię indigno nubenti, & sine consensu patris non est dāda aliter dos: vt voluerunt Glo.in c.raptoribus. 36.q.1.Bar.in l.libertum, per text.ibi.C.de nup. Bal.& Claud.& Ruin.nu.116.in l.1.ff.solu. mat. Ant.de But.in c.accedens, de procur. Alex.cum cæteris signatis per eum cons.97.col.6.vol.1.Ias. in l.2.§.quod si in patris.col.6.ff.sol.matr.Soc.in tract. fallen.in reg.281.in 4. limit.Curt.Sen.cōs. 27.sub nu.34.& seq. & Natta cons.290.quidam nobilis non admodum acuti ingenij, sub nu.2.& seq vol.1.& ista est cōmunis opinio & verissima. Cōis opin.

¶ Et licèt Alex.titubanter in d.l.1.ff.sol.mat. & cons.209. ponderatis his, quę in themate narrantur, vol.6.& Ias.in auth.sed si potest, in fin.C. de inoff.testam.Imol.in d.c.accedens de procur. Soc.cons.57.vol.4.Dec.cons.231.nu.5.&in l.nuptias.ff.de reg.iur.& Lauren. Syluanus cum aliquibus alijs relatis per eum, cons.2.nu.24.&seq. & nu.71.Neuiz.in sylua nuptiali, lib.2.nu.36.asserant contrarium, videlicet, quòd filia ipsa nubēs ex semetipsa uiro impari respectu natalium, quòd sibi debeatur dos, seu legitima; nihilominus in decisiuis noli aliter recedere à dicta cōi, quæ verissima, & tutissima redditur ex rationibus præcitatorū Scriben. pro qua consuluit etiā Paris. cons. 29. Esto quòd de iure ciuili filiafamilias, n.60.cum alijs seq. vol.3.vbi lepidè dedicit istam esse magis communem opinionem, tollitq; omnia obstacula, & suadet eam in practica amplecti debere, & deniq; assignat ibi nu.33. & seq.efficacissimam rationem, patrem acerbissima quidem affici iniuria, quando filia nuberet indigno. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *PATER in testamento suo diuidens omnia bona, vel maiorem partem inter filios, eo casu appellatione hæreditatis uenirent etiam prælegata: quia talia prælegata succedunt in locum portionis hæreditariæ.*

## OPINIO DXCII.

1 PATER diuidens in testamento suo omnia bona, vel maioré partem inter filios: tunc appellatione hęreditatis venirent etiam prælegata: quia huiusmodi prælegata vtiq; succederent in locum portionis hæreditariæ: secundū Bart.in l.quod ergo, per illum tex.ff.de lega. 1.in l.ex parte.§.in restato.ff. famil. ercis. & in l. Marcellus.§. quidam liberis.ff.ad Trebel.& ibi Alex. in 4.fallen. & idem sequitur Bal.in l.cùm virum, in 4. oppolit.C.de fideicom.& ista est communis opinio: vt per Dec.consil.254. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *PATER procuratorem ualet constituere absq; consensu filij in aductiuis ante litem contestatā.*

## OPINIO DXCIII.

1 PATER potest procuratorem constituere sine filij consensu in aduentitiis ante litem cōtestatam:& sic ipse pater aliter non prohibetur etiam citra filij cōsensum procuratorem constituere, etiam quò ad proprietatem aduentitiorū, ante tamen litem contestatam: secundùm Cyn. Albe. Bar. Bal. Ang. Saly. Fulgo. Castren. Corn. & cæteros omnes in l.1.C. de bonis mater. Ang. in §. sin autem. instit. de satisd. Bal. in l. fi. §. vbi autē. C. de bon quæ liber. Alex. nu.6.& Ias. in l. neque. nu.4.C. de procur. Curt. in l. præses. num.4.& ibi. alii. C. de transact. Roma cons. 241. spectabiles domini collaterales, sub. nu.10.& Tiraq. in l. si vnquam, in prin. nu.29.C. de reuocan. don.& ista elt communis opinio: prout referunt Doct. in d.l.1. & Roma. in d. cons. 241. *Cōis opin.*

### SVMMARIVM.

1 *PATER in bonis maternis, & quò ad proprietatem bonorum aduentitiorū agere nō potest citra consensum filij, dummodò non infans, & absens sit: secundùm vnam communem opinionem; licèt altera sententia contraria similiter communis secernatur, videlicèt, quòd pater habeat ius agendi, & defendendi sine filij consensu in bonis aduentitijs, & proprietate bonorum.*

2 *Pater agere potest in aduentitijs citra consensum filij, vbicunque filius requisitus sit, & consensum patri in tali casu præstare nollet, dummodò non adsit, & urgeat iusta causa contradicendi.*

3 *Pater tanquam legitimus administrator potest agere, et defendere filium sine consensu ipsius filij quò ad vsumfructum bonorum aduentitiorum: In alijs autē bonis, in quibus non habet usumfructum pater ipse, non est legitimus administrator.*

4 *Pater agens ad aduentitia sine filio tenetur cauere de rato respectu proprietatis.*

## OPINIO DXCIIII.

1 PATER in bonis maternis non pōt agere saltem absque filij consensu requisito:& per consequens citra ipsius filij consensū agere nequiret quò ad proprietatem bonorū aduentitiorum, dummodò non sit infans, vel absens: vt voluerūt Cyn. Ang. Saly. Castren. Fulgo. nu.4. Corn.& alij omnes cōiter in l. fi. §. ubi aūt. C. de bonis, quę liber. per tex. ibi, In no. in c. accedens. col.1. de procur. Alber. in l. si lōgius. §. si filius. n.4. ff. de iud. Ang. in §. actiones autē. nu.4. instit. de act. Roma. cōs. 241. sub n.10. Cappella Tolos. in decis. 105.& Pinel. de bonis mat. l. 1.2. par. n.66. ubi ostēdit istā esse cōem opinionē. *Cōis. opin.*

¶In cōtrariā uerò partē, uidelicèt, φ pater habeat ius agendi, & defendendi absq; filij cōsensu in aduentitijs, & φ ei cōpetat exercitiū dictarum actionū absq; consensu filij: inclinarunt Mat. in d. §. ubi aūt. idē Bar. col.1. Bal. nu.8.& Castren. col.1. in d.l.1.C. de bonis mat. Aret. nu.5.& Imol. col.2. in l. fi. §. pupillus. ff. de uer. oblig. ubi fateturistam esse cōem opioionē Legist. Tamen re uera prior sententia cōior, & verior apparet: ut deducūt Scriben. in d. §. vbi aūt, & Cagnol. etiā eam amplectē do in l. frater à fratre, nu.164. ff. de cond. indeb. *Cōis opin.*

2 Sed recēta dicta priori sententia tanquā cōiori, si filius requisit' in huiusmodi casu cōsensū patri prębere nollet: tūc quippè pater agere posset non aliter quā si filius cōsensisset, dūmodò nō sit iusta causa cōtradicendi: secundū Ang. Castren. Fulgo. & alios in d. §. vbi autem, & Pinel. vbi supra.

3 Cæterū quò ad usumfructū, pater agere, & defendere non prohibetur tanquàm legitimus administrator: vt tradunt Ang. Fulgos. nu.5. Corn. col.3.& cæteri omnes in l.1. C. de bonis quę lib. Aufrer. in add. d. Capp. q.105.& Pinel. vbi supra. & ista est cōis opinio: vt ostendunt apertissimè Doct. præcitati, & Cagnol. in d.l. frater à fratre. u. 160. cum alijs seq. ubi meminit de cōi, & eā latè declarat. Sed in alijs bonis, in quibus pater non haberet usumfructum, utiq; in eis non esset legitimus administrator: ita Doct. omnes in l. cū oportet. C. de bon. quæ lib.& in d.l.1.C. de bon. mat. Capicius decis. 56. nu.4.& decis. 73. nu.10.& Paris. cons. 157. nu.15.32.& 244. uol.4. *Cōis opin.*

4 Et esto φ pater agere queat, ut supra docuimus sine filij cōsensu etiam quò ad proprietatem aduentitiorum: tamen aduerte, quòd vbicunq; pater ageret ad ipsa aduentitia sine filio, teneretur nempè cauere de rato respectu proprietatis, quæ est ipsius filij. ita Ias. in l. soluto matrimonio. §. voluntatem. u.11. ff. solu. matr. ubi nu.14. hoc lepidè interpretatur, & limitat.

### SVMMARIVM.

1 *DOS recepta à patre, & filio ex confessione in eodē instrumento facta obligat quēlibet pro dimidia, & ad eam quilibet ipsorum pro rata tenetur.*

2 *Maritus, & uxor confitentes habuisse pretium rei dotalis vēditæ, no ob hoc sibi inducit præiudiciū uxor, sed totum pretium ad manus ipsius mariti peruenisse presumitur.*

## OPINIO DXCV.

1 PATER, & filius confitentes in eodem instrumento recepisse dotem: vnusquisque tunc tenetur pro dimidia: & sic ad quemlibet pro dimidia præsens dos intelligitur peruenisse, & quilibet ipsorum pro rata tenetur: secundùm Dyn.

Dyn.Bal.Bar.Imol. & Alex.in l. si cùm dotem. §. fin autem in sęuissimo.ff.sol.matr.Bal. in prin. & Imol.col.2.in l.si constante,eod.tit. Roma. Imol. & Alex.in l.reos.§.cùm in tabulis,per text.ibi.ff. de duobus reis.& istorum opinionem profert esse
Cõis opin. communem idem Alex.in addit.ad Bar.in l. duobus.§.1.eod. tit. & approbat, & communem inquit quoque Boer.decis.23.num.10. & sequitur. Ruin.cons.53.nu.17.post medium,vol.2.& ita superioribus annis iudicari vidimus in facti contingentia,me patrocinante in curia nostra Aquilana per D.Iulium Furnium tunc iudicem meritissimum ipsius curiæ ad fauorem Magnifici Ioannis Marini de Don Lupo mei clientis contra Antonium Franciscum eius filium in causa tunc inter eos vertente.

2 Sed vbicunque maritus,& vxor confiterentur habuisse pretium rei dotalis venditę:tunc totum pretium ad manus ipsius mariti peruenisse præsumeretur:vt per Bal.in auth.si qua mulier.C.ad Velleian.Bal.Nouel.in tract.de dote,in 7 par.pri
Cõis opin. uileg.1.& Grauer.cons.91.nu.11.in quibus quidem locis istã opinionem cõem esse perhibent.

*SVMMARIVM.*

1 *Pater potest vendere filium,vel pignori dare etiam inuitum propter necessitatem,& oppressionem famis.*
2 *Pater non potest vendere filium presbyterum ob oppressionem,ac necessitatem famis.*
3 *Pater filium venditum per eum ex necessitate famis perueniens ad pinguiorem fortunam cogitur illum redimere.*
4 *Pater captiuus non potest dare loco sui filium obsidem.*
5 *Filius tempore oppressionis famis habens patrem,& filium fame morientes, si vnum solum panem habeat, debet prius subuenire patri,quàm filio, & panem illi dare,& sinere potius fame mori filium, quàm patrẽ.*

## OPINIO DXCVI.

1 PATER potest vendere filiũ, vel pignori dare etiam inuitum propter necessitatẽ, & oppressionẽ famis.l. 2. & ibi Glo.Bal.& omnes. C. de patribus, qui fil. distr.& voluit quo ; Gl.in c.3 aliàs,si quis, ext.de furtis,Inno.& Abb.col.fin.in c. non nẽ.de præsump.Bar.in l.qui filios.C.quę res pign.oblig. poss.Bal.nu.4.& Abb.nu.7.in c.ex rescripto. ext. de iureiu.Io.de Amic.cons.105.nu.3.Imol.in l.1. nu.6.ff.de vulg.Card.Albanus in lucubr.ad Bar. in l.item in potestate. nu 2.ff.de his, qui sunt sui, vel alien.iur.Bal.in l.in suis.ff.de lib.& posth. vbi
Cõis opin. inquit Glo.in d.l.2.esse singularem, & cõiter approbatam, & receptam attenetat Couarr. in lib. 3.variarũ resolut.c.14.nu.4.in 2.not.& Ripa in l. obligatione.ff. de pign. nu. 13. & sic hoc casu dũtaxat patri licitum,permissumq; est proprium filium vendere, seu pignori dare, ne mendicitatis prætextu fame pereat.quoniã legitur Nehemiæ. c.5.q populus fame oppressus ait: Filij nostri, & filię nostræ multę sunt nimis,accipiamus pro pretio eorum frumentũ,& comedamus,& viuamus: vt refert Tiraq. de tetract. consang. §. 26. Glo. 1. nu.15.& 26.

2 Sed hoc non procedit in filio presbytero: quia ob famem eum vendere non posset pater: secundùm Hostien.& Io. Andr.in c.Iudæorũ,de ętat. & qualit. quos sequuntur omnes cõiter ibi,Ioan.de Ana.in d. c.3.col.2.Marsil.sing.101.Gerar.singul. vltimo,n.16.& Rimin.in rub.instit.quibus alien. non licet,nu.158.& Couarr.in d c.14.nu.4. in 5. nota. vbi ponit istam esse communem opinionẽ, Cõis opin.
& Marsil.in repet.rub.C.de fideiuss.nu.143.

3 Et iste sic uenditus à patre, potest agere contra patrem,vt eum redimat,si ad pinguiorem fortunam perueneriṫ; & per consequẽs cessante pau pertate:secundùm Bal.in d.c. ex rescripto, in fin. quẽ sequitur Fely.in c.cũ dilecta.col.27.de rescri. Dec.in l.quæ propter.ff.de reg.iu.Marſ.in d.sing. 101.in fi.in l.vnica,nu.32.C.de rap.virg.Gerat.in sing.100.nu.16. Cagnol.in l.non debet, n.4.ff de reg.iur.& Tiraq.in d.§.26.Glo.1.n.17.Nã emens ipsum filium, illum restituere tunc tenetur oblato sibi pretio,uel æquè bono mancipio.d.l.2. vbi Bart.Bald.& cæteri omnes,Gloss.in d.c.si quis, & Abb.in c.ex literis,nu.7.extra de diuortijs.

4 Item limitatur non habere locum pręmissa cõ munis sententia in patre captiuo:cui loco sui per missum nõ est filios obsides dare:secundùm Cyn. Saly.& cæteros communiter,in d.l.2.&Ripam in Cõis
d.l.obligatione.nu. 14. & seq. vbi ait opinionem opin.
istam communem fore, & sequitur, & declarat, Fely.etiam in c.ex rescripto,sub nu.4. de iureiur.

5 Sed si filius, aduerte hic vtiliter, haberet vnum solum panem tempore oppressionis famis,haberetq; filium, & patrem vtrosq; morientes ob necessitatem:tunc debet prius, & potius subuenire patri,quã m filio;& sic illum panem dare tenetur patri,vt fame prius filius,quàm pater pereat: secundùm Cyn.Alber.& Salyc.& Ang.in l.2.C. de patr.qui fil.distra.Illustriss.D.Card. Alban.in d.l. item in potestate.num.4.ubi reddit rationem,& Io.de Amicis,in d.cons.105.num.1.& seq.ubi explicat istam esse communem opinionem, & ita Cõis
circa hoc semel interrogatum fuisse. opin.

*SVMMARIVM.*

1 *PATER si quid legat filiæ,censetur etiam eo nomine,ne non expresso pro dote legare.quod limitatur in fine remissiuè duobus modis.*
2 *Pater legans filię,et eius uita durante ei dotem tradens, dos ipsa tunc absque dubio imputatur in legatum.*
3 *Filius,ac frater post mortem patris tradens, soluensque dotem sorori suæ, cui reperiebatur legatum factum à patre:tunc dos ipsa imputatur in ipsum legatum.*

## OPINIO DXCVII.

1 ATER legās filiæ aliquid, etiā non expresso dotis nomine, intelligitur pro dote legasse: secūdùm Bal. in l. quod autem in sti pulatione, per illum tex. & l. tali. §. fin. ff. de iur. dot. Alex. in l. huiusmodi. §. cùm pater. nu. 3. ff. de leg. 1. Ruin. cons. 3. quæritur. vol. 3. vbi dicit id verum esse, vbi cunq; pater dotare ipsam filiā teneretur. l. qui liberos ff. de rit. nup. & sequitur etiā Ias. in l. filię legatorū. nu. 3. C. de leg. & Pepus in auth. præterea. col. 43. C. vnde vir, & vx. ideoq; præsumitur in eā dotis causam necessariam legare: secūdùm Doct. communiter in d. §. cùm pater. Cōis opin.

2 Vndè si pater legaret prius, & demū antequā moriatur, ipsi filię traderet dotem: in dubio certè censeretur ad cōputū legati dedisse; adeo q̄ illud legatū amplius non deberetur: vt firmauere Cor. cons. 230. viso puncto. nu. 2. vol. 4. Ruin. cons. 38. proponitur. uol. 4. Soc. Iun. cons. 79. nu. 18. vol. 3. & probatur hoc in l. Lucius. la. 1. ff. de leg. 2. & ista est communis opinio omnium Doct. in d. l. filia le gatorum. C. de legat. Cōis opin.

3 Et prelibata opinio in principio posita amplla tur vtiliter etiā, quando non pater ipse dotē dedisset, uel promisisset pro filia, sed eius filius; nihilominus legatū solutum censebitur, vtpotè: quia sa ctum filii soluentis, promittentisuè, reputatur pa tris, qui ad eam dotandā tenebatur, & censetur p̄ filium à patre profecta, & constituta: vt determinat copiosissimè Rui. cōs. 38. superius citato. n. 3.

¶ Sed istam opinionem ita ampliatā limitat in duobus casibus Soc. Iun. in d. cōs. 79. n. 48. & 112.

### SVMMARIVM.

1 *PATER dotans filiam, ac stipulans ei dotē pro fectitiā reddi, ipsi filię sine filijs decedenti omni bus exclusis succedit, nec nō in alijs bonis ex li nea paterna, videlicet ab auo, auiaq; paterna prouenie̅tibus. Nā in bonis à linea materna quæsitis pater ipse præferendus est omnibus in successione ab intestato.*

## OPINIO DXCVIII.

1 ATER dotans filiā, ac stipulans ei dotem profectitiā reddi, si absq; filijs decederet, relicto dicto patre, matre, fratribus, & sororibus: tūc solus pater succederet exclusa matre, fratribus ipsis, & sororibus; & sic solus pater admittitur in dote prædicta simul ac in alijs bonis ex linea paterna, videlicet ab auo, auiaq; paterna proueniētibus: secundū Bar. nu. 36. Io. de Imol. in fi. Roma. Ias. nu. 105. cū aliis seq. & Herc. in fi. in l. post dotem. ff. sol. mat. Bar. in auth. itaq; nu. 2. C. cōia de success. & cons. 18. in fi. Bal. & Ang. in l. q̄d scitis. §. fin aūt. C. de bonis quæ lib. Roma. cons. 40. Abb. cons. 75. in fi. vol. 2. Anchar. cons. 349. Guid. Papæ. cons. 50. Bal. cons. 86. & 106. vol. 2. Alex consil. 150. col. 2. uolum. 2. vbi explicat istam esse communem opinionem, & Grauet. cons. 176. nu. 1. cum alijs seq. idemq; firmat Boer. decis. 192. sub num. 5. Rubeus cons. 79. qui pro ista parte consuluit, & Tiraq. in tract. de retract. consang. §. 14. num. 12. fol. 170. dixit opinionem præmissam receptam esse apud Gallos. Et ratio assignatur isthæc. Nam in bonis à linea paterna quæsitis pater ipse præferendus est omnibus in successione ab intestato: vt est text. secundùm vnam lecturam, seu intellectum in d. §. fin autem. quem approbat ibi Glo. Bart. Ang. Paul. Castren. Alex. in add. Bal. & Parisi. in addit. Bar. ubi exprimit magis communem fore. idemque asseuerat Alex. in d. cons. 150. col. 2. Sed quādo bona proueniunt à matre, vel latere materno: tunc mater ipsa, seu parentes ex parte matris in bonis filij præferuntur: vt Doct. omnes voluerūt. Cōis opin. Cōis opin.

¶ In contrariam verò sententiā, scilicet, quòd pater, & mater debeant æqualiter succedere, inclinauerunt Cyn. Rayn. Bal. sibi contrarius, Saly. Fulgos. & Corn. per text. ibi, in auth. defuncto. C. ad Tertul. Dyn. in d. auth. itaq;. Cuma. cons. 122. consulendo, Capra etiam consil. 34. & Corn. cons. 94. vol. 1. & cons. 165. vol. 4. eiusdemq; opinionis fuerunt Nicol. de Vbal. in tract. de success. ab intest. in 2. par. col. 3. & alij congesti per Tiraq. in d. §. 14. nu. 13. & Couarru. in epitom. in 4. lib. decretalium, in tit. de success. ab intest. num. 2. fol. par. 397. posito post tit. de test. & partem hanc fa tetur ex se ipso, iudicio meo, cōem esse Bald. in d. cōs. 31. vel. 36. vol. 1. & retulit Couarr. ubi supra. Cōis opin.

¶ Tamen quicquid isti Doct. suadeant fatuum foret in actu practico recedere ab opinione præmissa Bar. & sequacium, quę quippè vera, rationa bilis, & ęqua apparet ex supra relatis, ac eā limitat Couarr. in d. tit. de success. ab intest. n. 2. in fi.

### SVMMARIVM.

1 *PATER & filius hodie in aduentitijs inter se efficaciter obligantur.*

## OPINIO DIC.

1 ATER hodie in aduentitijs filio suo efficaciter obligatur: & similiter filius pōt patri obligari: cùm materna, & aduentitia quęrere valeat, & sic inter se tenaciter, atq; efficaciter obligātur: secūdū Bal. Saly. Pau. Cast. & Corn. in l. iubemus. §. in supradictis. C. ad Trebel. Glo. Bar. Caccialup. n. 39. & Ias. nu. 37. in 1. lect. in l. frater à fratre. ff. de con dit. indeb. vbi ostendit istam communem opinionem fore, & ei inhæret quoq; Alex. cons. 186. nu. 6. lib. 6. & Crotus, in l. si constante, in 2. repet. nu. 120. ff. solu. matrimo. Cōis opin.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *PATER habens filios, ingrediens religionem non perdit vsumfructum aduentitiorum, & maternorum, sed acquirit illum monasterio pro toto tempore vitæ suæ: secundùm unam communem opinionem, licèt altera sententia contraria similiter communis appareat, uidelicet ipsum usumfructum statim reuerti ad filium.*

## OPINIO DC.

1 PATER habens filios, ingrediensq; religionem non perdit vsumfructũ aduẽtitiorũ, & maternorum; & sic vsusfructus acquiritur monasterio per totũ tẽpus vitæ ipsius patris: secũdũ Glo.Cyn.Bar.n.42.Alber.& Rosel.in auth.ingressi.C.de sacrosã. eccles.Glo.Bal.Fulgos.Pau.Cast.& Corn.in auth. idem est.C.de bonis quæ lib.Inno.Dec.n.256.& seq.& August.Beroũ,nu.129.& seq.in c.in præsentia,de prob.Spec.in tit.de sta.mo.§.1.q.47.Imol. in l.cũ filio.ff.de leg.1.Cæpol.conf.22.nu.4.& cũ opinione hac pariter cõcurrunt profitendo eam cõem esse.Alex.conf.129.vol.2.nu.5.Soc.cõs.10. vol.1.nu.20.Gomes.in l.48.Tauri.nu.8.Pinel.in l. 1.par.1.nu.49.C.de bo.mater.& Crotus in l.Gallus.§.& quid si tantũ.nu.30.ff.de libe.& posth.& ita iudicatum extitit in curia parl. Delph. teste Guid.Papę decis.595.si vsufructuarius. Cõis opin.

¶ Cum contraria vero opinione, videlicet vsũfructum ipsum statim consolidari cum sua proprietate, reuertiq; ad filiũ, atq; in totũ extinguit: transiuere Martinus Silimanus, Cyn.& Dyn.in d. auth.idẽ est.& ibi etiã Saly.& Ias.nu 48.in d. auth.ingressi, Marsil.sing.668.Rimin.in §.1.nu.128. instit.per quas pers.ius nob. acquir. & Couarr.in c.2.nu.8.de test.vbi cum alijs relatis per eũ ostendit istam esse communem opinionem.quam, tan quam æquam, atq; optimis rationibus vallatam, per memoratos Doct.sequi non erubescam. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *PATER vsumfructum bonorum, quem in filij sui bonis habet non perdit per monachismum, vel clericatum.*

## OPINIO DCI.

1 PATER vsumfructũ bonorũ, quẽ in filii sui bonis habet, non per dit aliquo pacto per monachismũ, vel clericatũ ipsius filij. & sic vsufructus bonorũ, quæ filio familias clerico, seu monacho effecto, acquiruntur, ipsi patri cõpetit: secundùm Spec.in tit.de sta.mo.§.1.vers.quęritur, Abb.in c. constitutus, de in integ rest.Saly.Fab.& Ias.n.48. in auth.ingressi.C.de sacros. eccl.Imol.in c.quia ingredientibus.col.6.de test.Dec.nu.246.& seq. & Beroũ,nu.525.cũ aliis seq.in c.in præsentia, de prob.& istorũ opinionẽ sequuntur etiã cum aliis signatis per eos, atq; cõem esse perhibẽt Couarr. in c.quia nos, nu.2.de test.& Vasq.in tract. de suc cess.process.tit. qui testari nõ poss.lib.1.§.1.n.41. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *PATER iure hodierno est legitimus administrator in dote profectitia filiæ, licèt cum ea nullam communionem habeat, & ipsi patri in huiusmodi dote quæritur vsusfructus.*

## OPINIO DCII.

1 PATER est legitimus administrator iure hodierno in dote profectitia filiæ: licèt cũ ea nul lã cõionẽ habeat. & quæritur in huiusmodi dote patri vsus fructus, & sic dicitũ vsufructuarius: secũdũ Glo.cõiter receptã ab omnibus Doc. in l cũ dos.ff.de pact.dot.Soc.& Moder.in l.2.§.q si in patris.ff.sol.matr. & ista est cõis, & vera conclusio: secundùm Curt.Iun.conf.152.nu.3. Cõis opin.

¶ Sed hoc limitatur supra in Opinio. Filiusfami ias, sub 2.limitatione.

SVMMARIVM.

1 *PATER habẽs duodecim filios excusatur tam à muneribus personalibus, seu collectis quibuscunq;, quàm etiam à patrimonialibus: nec per dit consecutam immunitatem, etiam si post aliquis ex duodecim moriatur.*

2 *Pater habens duodecim filios non excusatur à contribuendo in refectione murorum.*

3 *Pater 12. habẽs filios tenetur contribuere in subsidijs regijs, non obstãte immunitate cõsecuta ex ipsis filijs.*

4 *Numerus duodecim filiorum non prebet immunitatem ab oneribus, & pensionibus feudorum, uel emphyteosis: quia non sunt publica munera, sed priuata.*

## OPINIO DCIII.

1 PATER habens duodecim filios excusatur tã à muneribus personalibus, seu à collectis quibuscũq; quã etiam à patrimonialibus. l. si quis decurio. C.de decur.lib.10.vbi hoc tenet Glo.Bar.And.de Barul.& Io.de Plat.& Bar.in l.semper.§. demonstratur. de iure immun. Et ista est magis communis opinio omnium Doct.in præcitatis locis: vt meminit Ana.consil.fiu.col.1.& seq.& Bologninus.in add.ibi.Couaruuias in epito. de testa. in 2.par.c.8.num.1.fol.par.146.& Rolan.à Valle cons.52.requisitus vt dicam quid sentiã, nu. 3. Cõis opin

cum alijs seq.vol. 2. vbi dictam' communem am pliat,citat, & sequitur consulendo in proprijs ter minis,&Natta in add.Alex.cons.123.nu.2.vol.5.

¶ Et ampliatur hoc in tãtũ procedere, q pater qui habuit dictos duodecim filios, & cõsequutus fuit immunitatẽ,si postmodum moriatur aliquis ex istis filijs durat priuilegiũ : secundùm Io. And. in c.decet indultũ,in mercu.de reg.iuris in 6,quẽ sequitur Alberi.in l.2.§.1.ff. de excus. tut. dicens ibi ita de facto obtinuisse, & in l.decet. ff. de reg. iur.Fulg.cons.52.Pau.Castren.in l.si cùm dotem. §.si maritus.ff.sol.mat.Dec.cons.24.col.2.in l. in omnibus causis.col.fin.ff.de reg.iur.in auth.prætereà,in fi.C.vnde vir,& vxor,& in c.cũ cessante, col.1. de appel.&ita cõsuluit Imol.cõs.77.in 3.du bio.& ita tenet Ias.l.sciẽdũ.§. fi. ff. qui satisd.cog.

¶ Et licèt contrariũ sentiat Alex.in d.§.si maritus,tamen istam præcedentẽ opinionẽ dicit esse cõem Alciat.in tract.de præs.in 1.reg.præs.36.n. 2.à qua dicit non esse recedendum propter tanta fiam Alex. in iudicando, & consulendo. Barthol. Soc.in d.l.sciendum.§.fin.& sequitur,tuetur,& ci tat cum alijs aggregatis per eum Rolan. à Valle cons.52. requisitus vt dicã quid sentiam,sub nu. 38.cum alijs seq.vol.2.& Vrsillus in add. Afflicti in decis. 172.num.2. *Cõis opin.*

2 Sed limitatur primùm memorata cõis opinio ita ampliata utiliter non procedere, vbicunq; age retur de refectione murorum:tunc equidem habens12.filios non excusaretur à contribuendo in ipsa refectione:secundũ Bal.cons.312.vol.3.& tãgit articulum istum Io.de Ana.d.cons.ultimo.

3 Secundò limitatur non habere locum in subsi dijs regijs,in quibus tenentur contribuere etiam habentes 12.filios:secundùm Guid. Papæ quæst. 401.sed quòd de homine habente 12.liberos,vbi docet ita obseruari de consuetudine.

4 Tertiò limitatur,q licèt numerus 12.filiorum excuset à muneribus, & alijs supra in principio narratis;nihilominus non præberet,ac daret immunitatem ab oneribus, & pensionibus feudorum,vel emphyteosis : quia non sunt munera pu blica,sed priuata : vt consuluit Alex. in d.consil. 123.nu.5.cum alijs seq.vol.5.

*SVMMARIVM.*

1 *PATER habet vsumfructũ in omnibus bonis aduentitijs filij eo uiuente ; scilicet in quæsitis per filiũ tempore emancipationis, secus in postea querendis,in quibus nullum vsumfructum habet, nec in illis pater potest sibi reseruare usumfructum.*

OPINIO DCIIII.

1 PATER habet vsumfructũ in omnibus bonis aduentitijs filij eo viuẽte. l.cùm oportet.C. de bonis quę liber. & §.hoc quoq; instit. per quas pers. nob.ius acq. Quod quippè venit intelligendũ cũ grano salis,uidelicet,in quęsitis per filiũ tempore emancipationis:secus verò in postea quærendis, in quibus nullũ vsumfructũ habet.l.1.& ibi Pau. de Cast.C. de bonis quę lib. & idẽ Pau.de Cast.in d.l.cũ oportet.& istã opinionẽ scribit esse cõem Aldobrã.in præcitato.§.hoc quoq;. *Cõis opin.*

¶ Imò plus dic,q nec expressè pater põt sibi re seruare vsumfructũ in bonis postea quærẽdis per emancipatũ:secundũ Io.And.in add. Spec.in tit. de nat.ex lib. ven.in fi.motus ea potissimũ rõne: quia in acquisitis' post emancipationẽ p filium, pater nullũ ius habet.l.si filius.ff.de uer.oblig. & & in l.fi.ff.de stip.seruorum.meritò huiuscemodi retentio nil operatur.& hoc idẽ ante Io. Andr.in loco superius citato posuit Oldra.cons.24.vt not. Ias.idem tenens,in l.fin.nu.28.C. de pact. & Ge rar.in sing.76.circa fin.

*SVMMARIVM.*

1 *PATER naturalis tenetur duntaxat alere filiam,non autem dotare. Quod procedit de iure canonico,& ciuili,& seruatur vbiq; ut explicatur infra sub num. 2.*

2 *Pater naturalis potest dotare filiã suã naturalẽ si vult.*

3 *Clericus de iure canonico,& ciuili potest filiam dotare.*

OPINIO DCV.

1 PATER naturalis tenetur dũ taxat alere filiam,non aũt do tare:secũdũ Bar.in rub.ff.sol. mat.& Doct.omnes cõiter in c. cũ haberet,de eo qui duxit in vx.quã poll.per adult.quorũ opinionẽ tanquã cõem se quitur,& citat Alex. in l.1.ff.sol.ma. Alc.in rub.ff. de ver.obli.Ripa,& Ruin.n.60.in rub.ff.sol. mar. Paleor in trac.de notis,& spurijs.q.54.&Boer.de cis.127.n.13.cũ multis seq. Affl.in cõst.quãpluriũ, sub nu.23.& seq.lib.3 rub. 17.& Petrus de Benin tendis decis. 22. n. 1.& seq.vbi refert abundè casum not. ob hoc decisum in Rota Bononiensi. *Cõis opin.*

2 Et licèt pater ipse naturalis filiam tantùm naturalem dotare non cogatur:tamen posset si vellet.l.vxorẽ.§.pater naturalis.ff.de leg.3. & notat Ang.cons.209.Petr.de Saona,in prin. Et cõis ista procedit de iure canonico, & nõ de iure ciuili; & istud ius seruatur hoc casu vbiq;: secundùm Dec. in c.ecclesia Sanctę Mariæ de constit.& Affl in d. constit.quamplurium,nu.24. vbi ait etiam serua ri in Regno, & ita consuluisse. & sequitur etiam Petrus Duennas in reg. 367. Filius spurius,in prima ampl.vbi cum alijs Doct.aggregatis per eum prædicat istam esse communem opinionem. *Cõis opin.*

¶ Et hoc quòd pater de iure canonico teneatur præstare alimenta spurijs, ponit pro regula cum nonnullis limitationibus, & ampliationi-bus Petrus Duennas in præmentionata reg.367 Filius spurius, & declarat taliter Petrus de Beninten-

nintendis, in d. decisione. 22. vt ibi circa hoc nihil intactum derelinquat, & Michael Cifuentes in commentarijs super leges Tauri, in l. 9. num. 1. cum alijs omnibus seq. ubi etiam num. 9. firmat Cōis opin. ex communi opinione omnium Scribentium clericum posse tam de iure canonico, quàm ciuili filiam dotare, & præsertim de obuentionibus, & redditibus beneficiorum, vbicunque careret bonis patrimonialibus: vt concludit Guliel. Redoan. in tract. de spolijs ecclesiast. q. 3. sub num. 12. cum alijs seq.

*SVMMARIVM.*

1 *PATER interueniens, seu promittens quouis modo pro filio, non potest petere prius excuti filium principalem, sed ipse pater tenetur soluere uti principalis.*

## OPINIO DCVI.

1 PATER interueniens, seu promittēs quouis modo pro filio, non potest petere prius excuti filium principalem, sed ipse pater tenetur soluere vti principalis: & per consequens non potest gaudere beneficio, & fauore auth. præsente. C. de fideiuss. quòd pater ante principalem cōueniri nō possit. vt est tex. singularis in l. 3. §. sed utrum, & ibi Bal. ff. de minoribus. & ita per illū tex. tenet Barbac. in c. peruenit, de fideiuss. num. 7. & in l. stipulationum, la. 2. §. satis acceptio, col. 5. ff. de ver. oblig. Stefa. Aufre. in add. ad decisiones Cappellę Tholosauę, in decis. 196. Boer. decis. Cōis opin. 221. n. 6. & 14. & opinionem istam firmat etiam & asseuerat esse communem post alios iam relatos Doct. Pirrhus Englebermeus in l. 2. C. de decurionibus. lib. 10.

*SVMMARIVM.*

1 *PATER potest remittere iniuriam factam filio, etiam ex lege Cornelia descendentem, eo inuito, nec alius amplius agere potest.*

2 *Mater stante pace, seu remissione facta per patrem de iniuria, siue nece communis filij, non potest amplius accusare, seu querelare.*

3 *Pax, seu remissio hodie in Regno debet necessariò obtineri ab omnibus offensis, qui accusare possunt.*

## OPINIO DCVII.

1 PATER potest remittere iniuriam factā filio, etiam ex l. Cornelia descendentem eo inuito: & sic patri competit actio iniuriarum, & remissa per eū iniuria filio facta, nō datur amplius actio eidem filio; imò ea remissio præiudicat sibi, & fratribus, qui pro tali offensa amplius agere nequeunt: vt voluerunt Gloss. Iacob. de Aret. Bar. Ang. & Alberi. in l. sed & si vnius. §. filio familias. ff. de iniurijs, per illum tex. & Cardinalis Albanus, vir præclaris animi dotibus mirificè ornatus, in lucubratio ad Bar. in l. item in potestate. sub nu. 2. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & Vrsillus in add. Afflict. in decis. 180. sub nu. 7. vbi deducit ita extitisse iudicatū in sacro Regio Concilio Neap. Et istorum opinionem approbat, dicit esse cōmunem, & limitat in quatuor casibus Cōis opin. Boer. decis. 120. nu. 1. 2. 3. & 6. Paris de Puteo, in tract. syndicatus, in uer. Compositio. c. fin. nu. 6. & seq. fol. par. 115. Io. de Amicis cons. 88. Hieronimus Gabriell. cons. 172. ex facto proposito plures quęstiones oriūtur. nu. 44. & seq. vol. 1. & Pet. Plaza in epit. causarum criminaliū lib. 1. c. 6. nu. 19. cum alijs seq. & Marant. in tract. iudiciorum in 6. par. prin. in tit. de inquisit num. 67. adeò φ pax, & concordia facta per pactum cum iniuriātibus filiū, ritè dicitur facta, & nocet filio, ac alijs consanguineis, à quibus omnibus rata haberi debet. pro quo facit tex. in c. Quintauallis, ibi pro offensa, quam filiæ ipsius. & inquit Bal. in prin. de iureiuran. & Ias. in l. in persona. ff. de pactis. & facit optimè decisio Cappellę Tholosa. 241. cum ibi congestis.

2 Sed aduerte, quòd si pater remisisset iniuriam factam filio: mater tunc posset accusare absque dubio aliquo: secundùm Saly. in l. vxor. C. qui accus. non poss. & Afflict. in constit. Neap. exordien te, Summo periculo, in 9. not. & D. Follerium iuris peritissimum, & summo ingenio præditū in pract. crim. in 2. par. 2. partis, in uers. audiantur exceptiones proponendæ per eos. nu. 20. vbi asserit se ita vidisse iudicari.

¶ In cōtrariam verò partem videlicèt, quòd mater etiam vidua stante remissione antedicta facta per patrem de nece, seu iniuria filij communis accusare nequeat, inclinauit Vrsillus in add. Afflict. in d. decis. 180. nu. 9. vbi meminit ita decisum fuisse in Sacro Concilio Neapo.

3 Sed hodie aduerti ibidem promulgatam, emanatamque extitisse ad tollendum hanc difficultatem, omneuē dubium, regiam pragmaticam in Regno Neap. super hoc, vt pax, & remissio obtineri debeat ab omnibus offensis, qui accusare possent.

*SVMMARIVM.*

1 *PATRONI dicuntur non solùm qui fundāt, construunt, uel dotant, sed etiam qui præscripserunt iuspatronatus.*

2 *Iuspatronatus potest præscribi etiam per laicum cōtra alium laicum spatio 40. annorum.*

3 *Præscribens iuspatronatus debet esse in bona fide.*

4 *Patronus etiam dici potest is, qui reperitur in quasi possessione præsētationis, ac etiam ex vnica præsētatione vltima. & dicta quasi possessio acquiritur ex tribus ut explicatur infra in fine.*


Iuris-

5 *Iurispatronatus titulus necessariò esse debet ex fundatione, vel dotatione, qui ostendatur ex authentico documento, & alijs à iure requisitis, siue ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum tẽporis cursum, qui hominum memoriam excedat.*

6 *Possessio, uel quasi, præsentandi acquiritur ex tribus, primò quòd præsentatio fuerit facta bona fide. secundò quòd fuerit admissa. & tertiò quòd per eam fuerit sequuta institutio.*

7 *Ius præsentandi & succedendi in iure patronatus est cõmune inter mares, & fœminas, & in eo tantum uocis habent fœminæ, quantum masculi. quod declaratur fusissimè.*

## OPINIO DCVIII.



1 PATRONI dicuntur nedum qui fundant, cõstruunt, uel dotant ecclesiam, vel altare, uel cappellam, uel aliũ piũ locum. c. piæ mentis. 16 q. 7. & per Doct. in rub. & in cap. 1. eod. tit. sed etiam illi qui præscripserunt ius patronatus, quod præscribi potest: ut firmant Ioan. And. in c. quod alicui, de reg. iur. in 6. Federi. de Senis conf. 234. Cardin in Clemẽ. 2. de iurepat. & cõs. 79. Alex. cõs. 74. nu. 25. volu. 4. Abb. & omnes alij Canonistæ in c. querelam, de elect. & in conf. 124. & conf. 126. ubi admonet istam opinionem communem esse, & Dec. quoque conf. 134. nu. 3. & seq. *Cõis opin.*

2 Vbi etiã adiicit, quòd laici quoq; possunt præscribere huiuscemodi ius prẽscriptione. 40. annorum contra alios laicos. & sequitur etiam Cęsar Lambertinus in tract. de iurepatronatus in vndecima principali quæstione, & vltima secundæ partis primi libri, vbi admittit istam fore communem opinionem, & aduertit ab ea non esse vllo modo recedendum in praxi. *Cõis opin.*

3 Sed aduerte, quod præscribens antedictũ iuspatronatus debet esse in bona fide: vt latè tenet, & probat Lambertinus in d. tract. de iurepat. in 3. artic. secundæ quęstionis principalis, secundæ partis primi libri.

4 Potest etiã dici patronus is, qui est in quasi possessione prẽsentandi, & ex vnica præsentatione vltima. c. cõsultationibus, & ibi Doct. de iurepat. & in d. c. quęrelam, & Dec. in d. conf. 134. conf. 126. & conf. 127.

5 Cæterùm Concilium Tridentinũ sess. 25. ca. 9. post prin. disponit, vt titulus iurispatronatus sit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento, & alijs iure requisitis ostendatur, siue ex multiplicatis prẽsẽtationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, aliasuè secundũ iuris dispositionẽ.

6 Vnde ex his aduerte, secũdũ Calde. in conf. 12. tit. de iurepat. quòd acquiritur prædicta quasi possessio ex tribus. primò quòd præsentatio fuerit facta bona fide. Secũdò quòd fuerit admissa. Tertiò quòd per eam fuerit sequuta institutio: ut voluit etiam Dec. conf. 129.

7 Cęterùm aduerte hic vtiliter, & necessariò, quòd fœminę tantum uocis habere uidentur in pręsentãdo clericum in ecclesia, seu cappella patronata, quantum masculi: & sic mares, & fœminæ æquale ius habere censentur succedendi in iurepatronatus pro rata vocis. ita Barbac. in c. quãto, extra de iud. qui ibi affirmat, quòd tãtum habet vocis in præsentando vna paupercula vidua, quantum vnus magnus Rex.

¶ Et consequenter in præsenti casu iurispat. nullum etiam minimum discrimẽ quippè est inter mares, & fœminas. c. fin. de concess. pręben. & nor. in c. 1. de iurepat. & comulatissimè per Roch. Curt. in tract. de iurepat. quęst. 1. Calder. cõs. 4. de iurepat. Clemẽ. 2. eod. tit. & refert, sequiturque Ioan. Bapt. Ferrett. conf. 131. vol. 1.

¶ Nam si iuspatronatus cõpeteret alicui Vniuersitati, in præsentando deberent profectò tũc vocari virgines, maritatę, & viduæ. ita Anchara. conf. 81. 1

¶ Sed Gaiet. & Capra in c. fi. de elect. firmãt, quod si fundator iurispatronatus velit ipsum iuspatronatus transire in hęredes, & successores sãguinis, transibit ad eos etiam quòd non sint hęredes: & si repudiauerit filius, uel filia hæreditatem patris: tamẽ haberet tunc iuspatronatus. & hoc tangit Glo. in c. considerandum. 16. q. 7. inquiens, quòd quamuis filius, uel filia renunciaret hęreditati, haberet, & cõsequi posset iuspatronatus patris, vel matris, allegat. l. filij. ff. de iurepat. quod firmat, & strenue tuetur Saly. in l. 2. C. de iure emphyt. & ista est communis opinio, teste ibi Ias. nu. 188. *Cõis opin.*

¶ Et eo magis cũ iuspatronatus hoc sit quodam ius de per se, & non dicatur modo aliquo esse in bonis, & minimè ueniat appellatione iuriũ & reguletur vt ius ecclesiasticum. ita Abb. in c. quia in fin. de iurepat. Bal. cõs. 285. quædam mulier, vol. 3. & sit alterius naturæ, quàm alia iura.

¶ Et Canonistę in d. c. quãto, arg. c. sedes de rescrip. & Gram. conf. ciuili. 62. num. 8. discutiunt, quis sit præferendus præsentatus à mare, uel præsentatus à fœmina, & idem Gram. concludit, quod cæteris paribus præfertur prẽsentatus à mare.

¶ Est benè uerum, quòd iuspatronatus transit in fœminam hæredem. ita Abb. in c. cùm seculum de iurepat. & Deci. conf. 127. col. fin.

¶ Vnde iuspatronatus patris, in quo licèt filij veniant vt filij, non vt hęredes, pater posset vni soli assignare, & omnibus alijs pręiudicare, alios excludẽdo, ita Mar. Soc. in cõs. 25. D. Frã vol. 1.

¶ Imò etiam iuspatronatus transit ad hæredes fœminas, & tam ex testamento, quàm ab intestato. secundum Glo. & Card. in Clemen. fin. de iurepat. & sic doctissimè, atque fusissimè vidi consultum per nouas, & raras rationes per nostræ

Rę Ciuitatis Aquilanæ fulgentissimum lumen & ornamentum, D. Terentium Turcanicum mihi vti fratrem colendissimum, in causa non leuis momenti, quæ in præsentiarum exagitatur,

¶ Imò denique iuspatronatus transit quoque ad hæredes extraneos. ita Glo. in l. si operarum. ff. de oper. lib. Glo. & Archi. in c. considerandum. 16. q. 7. Glo. & Card. in d. Clemen. fin. de iurepat. Bal. in c. decedenti. qui feud. da poss. & in l. venia. C. de in ius vocan. & Inno. in cap. 1. de iurepatronatus.

## SVMMARIVM.

1 *PAVPERTAS, uel diuitiæ quando sūt fūdamenta agentium, tenentur fundantes se in eis illas pr obare tāquā causę eorū intētionis.*

2 *Paupertas prob itur sufficienter per duos testes ad finē & effectum, ut expensę referuentur in fine litis.*

3 *Paupertas probatur per uicinos.*

4 *Paupertas probatur per famam publicam, ubi agitur de paruo præiudicio: secus de magno: tunc enim hoc remittitur arbitrio iudicis.*

## OPINIO DCIX.

1 
PAVPERTAS, vel diuitiæ, vbicunque sunt causæ intentionis agētis, teneretur eas agens probare. & sic fundans se in paupertate ipsa, seu diuitijs, obnoxius esset illas verificare: secūdùm Glo. & omnes Scribentes communiter in l. si verò. §. quod pro rei. ff. qui satisd. cogan. Alber. num. 8. & Florianum. col. 2. in l. ei incumbit. ff. de probat. Glo. in uer. Quæro, in c. in præsentia, de probat. & ibi Bal. & in c. fin. de pręsump. Bar. Alberic. & Ias. in d. §. qui pro rei, & Francum in c. semel malus, circa medium de reg. iur. lib. 6. Bal. in l. non prius, in prin. C. quando fis. vel priuat. & cons. 404. non est nouum. col. 2. vol. 2. Castrē. Soci. & Alberi. in l. si creditores. ff. de priuileg. credit. Dec. cōs. 120. & pro tenui facultate, sub n. 3. & Afflict. decis. 377. Princeps concessit. col. fin. & ibi in add. Vrsillus cum alijs aggregatis per eum nu. 1. cum alijs seq. & ista est communis, & indubitata opinio, attestāte Alciat. in tract. de præsūp. in reg. 2. pręsump. 27. sub nu. 4. & Cornel. Benincas. in tract. de paupertate. q. 6. num. 2. Cōis opin.

2 Et paupertas ipsa sufficiēter probatur p duos testes ad effectum, ut referuetur expensę in fine litis: secundum D. meum Oradinum in decis. Rotę Rom. 271. & ita in proprijs terminis, quòd paupertas possit probari per duos testes, consuluit Alex. cons. 37. consultus sum. vol. 7.

3 Quę quidē decisio Rotę de plano, & absq; scrupulo aliquo procederet, iudicio meo, vbicunque paupertas probaretur per testes verisimiliter de ea informatos. Vndè tunc ipsi duo testes deberēt super pręsenti re instructi recipi, & admitti; & sic hoc casu paupertas tutè, si denterque probaretur per vicinos. ita Ang. in auth. in §. hinc nobis in 1. colum. in authen. de hæred. & Falcid. & Alex. in l. 1. colum. 9. ff. si cert. pet. & in l. si constante. ff. solu. matrimo.

4 Sed quotiescunque paupertas nō posset probari per testes de uisu: tunc mihi suaderē verificari, probarique eam facilè posse per famam publicā: secundùm Glo. in l. 2. C. quando fis. uel priuat. & Bal. in auth. quod locum. col. fin. C. de coll. Sed Nicol. de Neap. in l. paupertas in prin. ff. de excus. tut. videtur de diametro cōtrarium affirmare. Vnde Bar. in d. l. si constante. tutius super hoc procedendo in 2. quæst. constanter concludit, quod vbicunque ageretur de modico præiudicio, tunc paupertatem ipsam probari posse per famā publicam; secus autem quando de magno præiudicio: tunc enim hoc resideret, atque remitteretur arbitrio iudicis: cui accedunt ibi Imol. Alex. & alij omnes, & præsertim Ias. num. 148. deducens etiam istam esse communem opinionem, Deci. in d. cons. 120. sub num. 3. & Cornel. Benincas. quoque in d. tract. de paupertate quęst. 6. nu. 9. & 11. & 17. Cōis. opin.

## SVMMARIVM.

1 *PECVLIVM quasi castrense dicitur propriè illud, quod aduocati, clerici, & magistri liberalium artium de publico acquirunt.*

2 *Aduocati illud etiam, quod recipiunt pro eorum stipendio, & laboribus suis priuatim à personis priuatis, & sic à clientulis adhuc dicitur quasi castrense peculiū.*

3 *Assessores non recipiunt salarium de publico, & tamē habent quasi castrense peculium.*

4 *Clerici beneficia, & eorum fructus non percipiunt ex publico, & tamen in eis dicuntur habere quasi castrense peculium.*

5 *Clerici etiam in minoribus constituti ordinibus habent peculium quasi castrense, & consequenter acquisita per eos post ordinem susceptum censentur castrensia, uel quasi.*

6 *Pater percipiendo fructus beneficiorum filij clerici tenetur ad restitutionem eorum si extant, si uerò non extant, cogitur ad pretium eorundem fructuum: quia tales fructus sunt peculium quasi castrēse filij, in quo patri nullum ius competit.*

7 *Pater præstans filio clerico alimenta dum percipit fructus beneficiorum ipsius filij, alimenta præstita potest repetere, & compensare in fructibus antedictis beneficiorum.*

8 *Pater filio clerico, qui uiuere potest ex fructibus beneficiorum, non tenetur præstare alimenta.*

OPI-

## OPINIO DCX.

1 
ECULIUM quasi castrense dicitur propriè illud, quod aduocati, clerici, & magistri liberalium artium de publico acquirũt.l fin.C. de inoff. test. Vndè si aduocati prædi-
2 cti non ex publico, sed à priuatis personis, veluti cliẽtulis aliquid recipiãt pro eorũ laboribus, & stipẽdio, adhuc dicitur esse quasi castrense peculium: secundùm Glo.in.§. 1.instit.per quas pers. nob.acquir.quam sequuntur Faber, Aret. Christoph.& alij cõmuniter inibi, Cyn.Bar.Bal Ang. Saly.& omnes in l.fori.C.de aduoc. diuers. iudiciorũ.hoc idẽ tenet Bal.& Ias.in d.l.fi & Bar.in l. fi.per illũ tex.C.de silẽt.lib.12.& D.Carauita in ritu 201. Itẽ seruat ipsa curia quòd quando venit aliquis, sub nu.3.& seq.

Cõis opin.

¶ Et licet Specul.& malè suadere conetur cõtrarium in §.1.nu.23.vers.item cum agit, in tit. de actore: tamẽ quicquid ipse fabuletur ibi, noli aliter recedere à communi opinione in iudicando, & consulendo. & probatur isthæc communis ex decisione tex.in l.fori, vbi tex. appellat quasi castrense nedum, quod ex professione, seu salarijs acquirirur, imò quicquid eius occasione quæritur, & sic priuatim.

3 Corroboraturque secundo loco per mentionatos Doct.quia assessores non recipiunt salarium de publico.c.statutum.§.pen.de rescrip. lib.6. & nihilominus habent quasi castrense peculium.l. velut.C.de assessorib.

4 Et quatenus superius docuimus, quòd perceptum ex fructibus beneficiorum per clericos dicatur quasi castrense peculium; dic quòd clerici beneficia, & eorum fructus ex publico non percipiunt, sed procul dubio in eis dicuntur habere quasi castrense peculiũ.l.sacrosanctæ. C. de epis. & cler.vbi Paul.& cæteri, Inno.Hosti.Card.Ant. Imol.Ancha. Abb.Barbatius, & Couarruuias nu.1.in c.quia nos, de testamẽ.Afflict.decis. 241. quidam notarius Iacobus, nu.1.cum alijs seq.

5 Et hoc procedit quoque in clericis in minoribus ordinibus cõstitutis, quorum acquisita post ordinem susceptum cẽsentur castrẽsia, vel quasi: secũdùm Doct.omnes, & ibi Couarruuias, num. 3.in d.c.quia nos, Deci. in c. in præsentia de proba.num.64.& Io.Lupi in repet.c.per vestras, super rub.§.42. num.13. de dou. inter vir.& uxo.

Cõis opin.

6 Vndè pater percipiendo fructus dictorum beneficiorum tenetur ad restitutionem eorũ si extant, si uerò non extant cogitur ad pretium eorundem fructuum: vt per Abb. & Cardin. Zabar. in d.c. quia nos cũ alijs plenius deductis per Afflict.decis.241.col.1.

7 Sed si pater præstitisset filio clerico alimẽta de suo dũ percipiebat fructus beneficiorum ipsius filij, posset vtique alimenta memorata repetere & compensare in fructibus prædictis receptis beneficiorum: secundùm Pau. Castren.conf. 416. q.2.vol. 2. Io. Lupi in repet. c. per vestras.§.42. col. 3. de donat. inter virum, & vxorem, Bertrã. conf.34.vol.2.& Alex.cõs.110.videtur prima cõsideratione dicendum alimẽta, sub num.3.licèt additionator ibi in litera A. & malè afferat contrarium.

8 Et hoc nõ mirum, quia pater filio clerico, qui ex fructibus beneficiorum ecclesiasticorum viuere potest, non tenetur alimẽta præstare: ut not. Deci. conf. 576. pro resolutione casus propositi sub num.3.

### *SVMMARIVM.*

1 *INTERPELLATIO, seu monitio requiritur quando imponitur pœna pro facto negatiuo, seu in non faciendo: ut quia dicatur quicunque non fecerit residentiam in beneficio, uel collectas non soluerit, sit excommunicatus, uel duplum soluat, vel quid simile: secus uerò quando imponeretur pœna pro facto affirmatiuo, ut quia dicit: quicunque intrabit talem locum, uel furtum fecerit puniatur tali pœna: tunc enim statim contrauenient ex sua contrauẽtione pœnam incurreret.*

## OPINIO DCXI.

1 
OENA, vbicũque ponitur pro facto affirmatiuo, vt quia lex, statutum, seu bannum dicit, dispouitu: quicunque intrabit talem locum, uel furtum fecerit, puniatur tali pœna tũc quippe statum, & ipso facto cõtrauieniẽs ex sua cõtrauẽtione pœnã ipsam incurreret.c. de mulcta, de præben. c.si quis suadente.17.q.4.& l.1.C.de secund.nup.

¶ Tamen quando imponeretur pœna pro facto negatiuo, seu in non faciendo consistente, vt quia disponeretur, quòd quicunque non faceret residentiam in beneficio, vel collectas non solueret, sit excommunicatus, vel duplum soluat, vel quid simile, semper intelligeretur si monitio præcesserit: vt voluit Inno.in c.extirpandæ.§.qui uerò de præben.ubi assignat rationem diuersitatis, quem sequũtur ibi Io.And.Hostien.Ant.Ancha. Imol.& cęteri omnes, & ista est communis opinio: ut dignoscitur ex allegatis per Alex.in l. ita stipulatus. *la grande*, nu.13.cũ alijs seq.ff.de ver. oblig.vbi sequitur cumulatissimè istam communem sententiam, & ait idem fuisse de mente Bar. in l.in faciendo.§.infans.ff.de furt.quãuis Doct. in d.c.extirpandę non rectè referant. & limitat eam vtiliter etiam in aliquibus casibus, & antedictam communem citat expressè Abb.in d.§. qui uerò in.2.lect.sub nu.2.ac ei inhæret etiã Fely.cum cæteris aggregatis per eum, & limitat in nonnullis casibus in c.2.nu.4. ext.de magistris.

Cõ. opin

*SVM-*

*SVMMARIVM.*

1 *POENA committitur semel tantùm regulariter, etiam quòd offendens semel offenderet iterum, nisi dictum sit in promissione seruandæ pacis, uel in compromisso, quòd toties pœna committatur, quoties fuerit contrafactum.*

2 *Pœna promissa in contractu cum clausula toties, quoties, uerificatur in bina contrafactione, uel bis solummodò pœna ipsa exigatur si contrafieret.*

3 *Pœna adiecta in promissione, seu contractu, committitur ex sola facti contrauentione, uel contradictione licèt contrauentio, uel cõtradictio non habuerit effectũ.*

4 *Pœnas conuentionales, contrahentes, etiam quòd clerici sint, ultra damna, & interesse petere nequeunt.*

5 *Pœna legalis peti potest etiam in eo, quod excedit damnum, & interesse.*

## OPINIO DCXII.

1 POENA adiecta in promissione seruandæ pacis, seu non faciendæ offensæ, uel in compromisso, nisi aliud expressum sit, semel tantùm cõmittitur, & sic de prima offensa, non autẽ de cæteris intelligitur, nisi expresse dictum fuerie, quòd pœna ipsa toties committeretur, quoties contrafactum fuerit: secundùm Io. And. in add Specul. in rub. de treug. & pace in fin. quem sequitur Roma. consi. 155. col. fin.

Cõis opin. ¶ Sed Alex. consi. 115. nu. 9. vol. 4 ait contrariæ opinioni tanquam magis ucræ, magisque cõmuni inhæsisse semper legendo, consulendoque. & in effectu prædicta sententia Io. And. communiter reprobatur, & videtur periculosa nimis, ideò in actu practico noli discedere à dicta communi opinione contra Io. And. tanquam tutissima, & verissima.

2 Sed vbicunque in cõtractu esset promissa pœna toties, quoties contrauentum fuerit: tũc promissio hæc verificaretur in bina contrafactione, vt bis duntaxat pœna ipsa exigatur si cõtrafieret: vt voluit Cyn & Bal. in l. si duo. §. semel. ff. de arbi. & Marsil. cũ alijs relatis per eum in rub. nu. 159. ff. de fideiussorib. & Lauren. Syluanus consi. 34. num. 6.

3 Et aduerte quòd pœna hæc adiecta in promissione, est tanti momenti, quòd si pœna ista apposita foret in contractu, tunc committeretur absque dubio aliquo ex sola facti contrauentione, seu contradictione, quamuis contrauentio ipsa, vel contradictio nõ habuerit effectum: secundũ, Corset. cũ relatis per eum in sing. suo in uer. Pœna apposita in contrauentione.

4 Sed partes, etiam quòd clerici forent, petere nequirent pœnas in instrumento conuentionis appositas vltra damna, & interesse, & consequenter in eo, quod excederent extimationem damni, & interesse. & ita iudicauit Rota Rom. sub die 3. Martij 1570. teste D meo Oradino in dec. 241.

¶ In contrariam uerò partem inclinauit Bar. in l. Lucius Titius, in fin. ff. de act. emp. vbi concludit, quòd pœna conuentionalis, etiam si excederet interesse petitum, peti nihilominus posset. Et hoc idem videtur firmare etiam Innoc. in c. suam in fin. de pœnis, asserens ibi, quòd licitè petitur tota pœna, etiam si excedat interesse: cui accedit ibi Abb. in 11. not. & alij omnes. & sic apposita in conuentione ipsa pœna non est spectandum an tanti intersit, sed etiam si non tãti intersit, quod conuenerat inter partes factum fuisse: cùm tam ciuili, quàm etiam canonico peti iure possit. l. 2. §. fin. iuncta. l. seq. vbi Glo. Bar. & alij in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerb. oblig. Glo. in. §. alteri. instit. de inut. stip. c. dilecti, ubi Abb. in 5. not. de arbit. & Iason cõs. 49. in prin. vol. 3. Sed ego in tam tenebroso, & disputabili articulo inhæreo opinioni prædictæ Rotæ Roma. tanquã humaniori, & æquiori.


5 Cęterùm vbicunque peteretur pœna legalis in eo quod excederet damnum, & interesse: tunc dubio procul quis petere posset pœnas ipsas legales vltra dãna, & interesse. ita Canonistę omnes cõcorditer in c. cùm dilecti, de arbitr. & illust. D. Oradinus pręceptor meus decis. 283. vbi planũ facit istam esse communem sententiam, ac ita Rotam Rom. iudicasse sub die 11. Decembris 1570. Cõis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *POENA capitalis in exilium perpetuum interpretatur: quia appellatio pœnę capitis in dubio de pęna mortis no intelligitur. quare si iudex condemnaret reum in sententia ad mortis pœnã, non ueniret quippè plectendus pœna mortis, sed pœna exilij perpetui.*

2 *Iudex in sententijs capitalibus ultimi supplicij proferendis debet in eis necessariò, & cautè apponere, amputetur reo caput à spatulis, uel totaliter moriatur, ità quòd anima separetur à corpore.*

## OPINIO DCXIII.



1 POENA capitis appellatione in dubio de pœna mortis nõ intelligitur; & sic si iudex assereret in sententia diffinitiua cõdẽnatoria, Titiũ condemnamus in pœna capitis, seu pœna capitali, nõ ueniret plectendus pœna mortis iste reus, sed alia mitiori, ac minori pœna; & consequenter exilij perpetui: quia pœna capitalis in exilium perpetuum interpretatur: secundùm Glo. in l. vnica. C. ne Christ. mancip. post Azonem ibi in summa: quam Glo. dicit singularem Imol. in l. 2. col. 3. ff. de pub. iudic. Ias. in l. transigere. C. de transact. nume. 9. Anan. & Fely.

Fely.in c.qualiter.il 2.§.licèt,num. 52.de accusa. & Marsil.cum aliis signatis per eum in pract. cri. §.oportunè. num.40.ubi præsupponit istam esse communem opinionem:quam sequitur etiam,ei tat,& latè comprobat Marcus Mantua in d.l. trã figere.in 2.lect.sub nu.108.cum nouem aliis numeris sequentibus.Alex. conf. 104.statutum loquens,sub num.2.uol. 1. & ibi Natta in add. Ias in l.3.§.hæc pœna. ff.quod quisque iur. Alciat. in tract.de præsump.circa fi.nn.9. Cōis opin.

2 Vndè meritò practica inoleuit, vt in sententiis capitalibus vltimi supplicij proferendis dicatur:amputetur sibi caput à spatulis, uel totaliter moriatur, ita quòd anima separetur à corpore: quam docet Alex.conf.121.col.2.uol.7.Fulgo.in l.præsenti.C.de his,qui ad eccle. confu. & Marsil. in d.§.oportunè.nu.40.

## SVMMARIVM.

1 *PERMVTATIO beneficij ecclesiastici existentis de iurepatronatus laicorum facta absque consensu patronorum, & eis non vocatis, non est ipso iure nulla, sed ualet; licèt postea annullari possit agentibus ipsis patronis super contemptu infra quatuor menses: secundùm vnam communem opinionem; licèt altera sententia contraria similiter communis appareat, quòd permutatio ipsa sit ipso iure nulla.*

2 *Vnio facta de beneficio patronato sine consensu patroni est nulla.*

3 *Permutatio beneficiorum ex patronis laicis facta in curia Romana nullatenus valet non facta mentione patronatus.*

4 *Episcopus restituere nequit clericum aliàs depositum in ecclesia patronata sine patroni consensu.*

5 *Consensus patroni, qui habet interuenire in permutatione beneficij patronati facienda, potest interuenire post permutationem, infra tamen tempus datum ad præsentandum, & sufficit consensum istum tacitè, vel expressè præstari.*

## OPINIO DCXIV.



1 PERMVTATIO beneficij ecclesiastici existentis de iurepatronatus laicali, facta insciis & non vocatis patronis, ipso iure non redditur nulla, sed valeret, & teneret, quamuis postea per sententiam cassari, rescindi, & annullari posset agentibus patronis laicis super contemptu infra quatuor menses: secundum Paulum de Leaz. in Clemen. 1. de rerũ permut. Federic. de Senis in tract. permut.q.30. Rota Rom.decis.5.Item quòd permutatio facta per ordinarium, tit.de rerum permut. Panorm. in c.cum dilectus circa medium de iurepatr.Philip. Franc.in c. 1.uers.ex quo infertur, quòd licèt permutatio, de rerum permut.in 6.Fely.in c. cũ Bertholdus uer.5.in permutatione,de re iud. Io. de Imol.in c.exhibita,uers.3.queritur, de rerum permut.& Rocchum de Cur. in tract. de iurepatronat. super ver. Honorificum.q. 3. vers. tertiò quæro,& Bertran. consulendo conf.9.viso,& considerato casu,nu.1.& seq. vbi perhibet istam fore magis communem opinionem, nec ab ea discedendum esse refert Couarruuias etiam in sua practica, c.36.sub nu.9. Cōis opin.

¶ In contrariam uerò partem,uidelicèt quòd huiusmodi permutatio facta absque consensu patroni ecclesiastici, uel laici sit ipso iure nulla: inclinauerunt Calderi.in conf. 2.tit. de rerum permut. Paulus de Citadinis in tract. de iurepat. in 6.par.art.9.q.52.Bellamera decis.181. Steph.Caietan.in repet.c.fin.de elect.in 6. Pet. de Vbal.in tract.de rerum permu.benef.ver. An permutatio facta per episcopum,Collec.in c.cùm olim.col.1. vers.sed nũquid de permut.& Domin.in c. nemo deinceps. col.4.de elect.in 6.ubi concludit quòd si laicus patronus huiusmodi permutationem impugnet sine eius consensu factam; poterit etiam illa permutatione nõ cassata, uel reuocata alium præsentare. Id tamen procedere ait, quando permutantes fuerint in culpa scientes ecclesiam esse patronatam. & Lapus allegatione 96. beneficia vacãtia in curia Romana,& ibi cõsumatissimus, & doctissimus D. Quintil.Mandos.in add.in litera N. vbi ex allegatis authoritatibus per eum, & ex alijs præcitatis videtur quasi isthæc esse cõis opinio. quam sequitur etiam cum aliis signatis per eum Bertran. sibi contrarius conf. 18. multa sunt de quibus quæritur,sub num.3.& seq.vol.8. licèt ibi inuitis dentibus fateatur primam sententiam esse magis communem, & Cæsar Lambert. in tract.de iure pat.lib.2.artic. 6.q.6.part.2.sub nu. 6. eum aliis omnibus seq. vbi per distinctiones resoluit præsentem quæstionem fusissimè, prout dicta prima pars magis uera, magis tuta, & magis communis apparet, & cum ea concurro in decisiuis:ac eandem primam sententiam sequitur, & ait magis communem reuocando iudicium in melius idem Bertran.conf.322.ex processu dudum cepto.nu.15.vol.8. Cōis opin.

2 Item vnio facta de huiusmodi beneficiis sine consensu patroni minimè ualet: vt voluit Thomas Fastol.in suis dubiis in 2. causa. in 6. dubio, vbi ita ait decidisse Rotã Roma.cui consentit Fely.in suo tract. quando lit. apost.noc.patr.eccl.in prin.& Rocch.Curt.in d.tract.de iure pat.in ver. Honorificum.q.3.vers.In quantum etiam.

3 Nec etiam permutatio ecclesiarum,ad quas competit ius patronatus,facta in Romana Curia sine mentione iuris præsentandi laicorum valet: secundùm Lapum in d.alleg.96.in fi.vbi memorat ita vidisse seruari.& idem firmat Bellame.decis.179.& 181.& Calder.conf.2.in tub.de rerum permut.Couarruuias in sua pract.c.36.sub nu.9. & D.

& D. Quintil. Mand in add. Lapi in d. alleg. 96. in litera O. vbi affirmat istorũ opinionẽ cõem esse. 1

4 Nec deniq; Episcopus clericũ depositũ ab ec- 2 clesia patronata restituere potest sine consensu patroni: vt uoluit Gemi. affirmans istam fore cõ- *Cõis opin.* munem opinionẽ in c. quãuis de rescrip. lib. 6. su per Glossa pen. cũ qua concurrunt etiam Barbatius conf. 23. scripsit Propheta. col. 7. vol. 1. & Anto. de But Ab. & alij in c. trãsmiss. in fi. de renũ.

5 Ideò stante, quòd ipsa permutatio beneficij *Cõis opin.* subsistit, nec irritatur, ac annullatur ipso iure, sequitur vtiliter iste effectus ex hoc, vt eadem per- 3 mutatio ita, & taliter facta posset roborari, ac ualidari vbicunq; interuenisset ratificatio, aut consensus ex post facto: & sic ipsa permutatio ualida tur ex subsequenti consensu dicti patroni: vt uoluit per aliquas non spernendas rõnes consulendo Ro. conf. 356. circa primum consultationis articulum, sub nu. 7. cum aliis seq. & ibi D. Hor. Mãdos. in add. in litera Q. & seq. & Cæsar Lambert. in tract. de iurepat. lib. 2. arti. 6. q. 6. prin. part. 2. nu. 24. & 46. ubi hoc admittit, & de plano procedere inquit post Caier. Paul. & Rotam ibi allegatos per eum: dummodò cõsensus ipse interueniat infra tempus datum ad præsentandũ, idest infra semestre, si sunt patroni ecclesiastici, si verò patroni sunt seculares infra quadrimestre. & dũmodò etiam post permutationem factam interueniat consensus tacitus, siue expressus sufficere cõcludit, & optimis quidem rationibus, & profectò ista est ueritas.

SVMMARIVM.

1 *PIGNVS prætorium, quod in contumaciam rei non comparentis capitur, infra quantũ tempus uendi possit relinquitur iudicis arbitrio: cùm non reperiatur in iure statutum tempus quando vendi debeat.*

2 *Pignus prætorium illud dicitur, quod datur per iudicem in contumaciam rei ex primo decreto sequuta tamen immissione.*

3 *Pignus prætorium non constituitur nudo uerbo iudicis: sed requiritur immissio in possessionem: nisi quando casu, uel facto potentioris fieri nequeat.*

OPINIO DCXV.

1 PIGNVS prętoriũ, qđ capitur ob rei non cõparentis contumaciam: cùm nõ reperiatur tempus præfixũ in iure quando uendi debeat, & possit, ideò relinquitur arbitrio iudicis infra quantum tempus tale pignus vendi possit: secundùm Doct. omnes, in l. cùm proponas. C. de bo. auth. iud. pos. Bart. & alios in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dã. infec. Alex. & Ias. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. *Cõis opin.* & Ias. in l. debitoribus. nu. 4. in fi. eod. tit. vbi com memorat istam esse communem opinionem, & Negusan. in tract. de pignor. & hypo. in 6. par. primi membri. nu. 8.

2 Et aduerte ꝙ pignus prætorium illud dicitur, quod datur per iudicẽ in cõtumaciam rei ex primo decreto, sequuta tamẽ immissione: vt est tex. & ibi nor. Bar. in l. non est mirum. ff. de pig. actio. quo nempè casu locus est primo, & secũdo decreto: vt in d. l. si finita. §. Iulianus, cum similibus, & l. eũm unus. ff. de bonis auth. iud. poss. & habetur per Paul. de Cast. in d. l. si finita. §. si plures. col. 4. uers. Secundo quia non fit adiudicatio.

Sed pignus hoc prætoriũ non constituitur nudo, simpliciq; iudicis uerbo: uerũmtñ requiritur immissio in possessionẽ: nisi quando per casum, uel de facto potentioris fieri nõ possit: tunc enim missio habetur pro facto. ita Bar. in l. si finita. §. illud quæritur. ff. de dã. infect. & Bal. in l. 3. in prin. C. vt in poss. leg.

SVMMARIVM.

1 *PIGNVS cõuentionale creditor potest uendere elapso biennio à tẽpore moræ debitoris, nisi aliud conuentum sit inter partes.*

2 *Pignoris conuentionalis, & prætorij ponuntur decem differentiæ remissiuè.*

3 *Pignus conuentionale constituitur inter absentes, & de nocte, & multis aliis modis, & contrahitur etiam qui buscunque uerbis, & sine scriptura.*

OPINIO DCXVI.

1 PIGNVS cõuentionale, quãdo aliud non conuenitur inter partes, creditor debet expectare bienniũ à tẽpore moræ numerãdum prius quã illud alienet: & sic elapso biennio illud uendere potest. textus est in l. fi. §. sancimus. C. de iu. do. impe. & hoc firmat Glo. & omnes cõiter, in l. *Cõis opin.* debitoribus. ff. de re iud. & istorum opinionẽ sequuntur, tuentur, & dicunt esse cõmunem ibi Alex. nu. 6. & 27. & Ias. nu. 5. & seq. Et licèt in aliquibus casibus inter se conueniant pignus cõuentionale, & prætoriũ: ut latè explicat, & interpretatur Neguf. in tract. de pig. & hyp. in 3. par. 2. mẽbri, nu. 29. cum multis seq.

2 Tamen ibi ponit decem differentias inter pignus conuentionale & prætoriũ vtiles, ueras, & necessarias. Et potissimũ, secundũ Bar. Glo. & alios in l. 1. ff. de pig. act. pignus prętoriũ, & conuẽtionale differunt in modo cõstituendi: siquidem conuẽtionale contrahitur solo cõsensu partium: prętoriũ uerò trãditione, nisi casu. l. unius. §. fi. cũ l. seq. ff. de bo. auth. iud. pos. & Alex. in d. l. 1. ubi similiter adijcit alteram nempè differentiam, scilicet, quòd requiritur discussio in petitorio, quę aliàs requiritur in conuentionali hypotheca. Nec non tradit postremò etiam aliam differentiam: quia creditor accipiens pignus prætorium liberatur in totum, licèt pignus nõ sit idoneum. l. à Diuo Pio. §. si pignore. ff. de re iud. secus uerò in conuentionali. l. creditor, qui nõ idoneũ. ff. si cer. pet. & l. si pro mutua. C. eod. tit.

2 Et pignus hoc conuentionale constituitur inter absentes, contrahitur quoq; quibuscunq; uerbis, etiā absq; scriptura. Item constitui potest de nocte, & in multis aliis casibus relatis, & fusissimè probatis, per Negus. in d. tract. de pig. & hyp. in 3. par. 1. membri, nu. 2. cum aliis seq. & Glo. in l. more. ff. de feriis.

*SVMMARIVM.*

1 *POLLICITATIO de iure canonico non inducit actionem.*

2 *Pollicitus repetere non potest in septem casibus illud quod soluit, etiam si post solutionem pœniteat.*

## OPINIO DCXVII.

1 POLLICITATIO, quę est vnius pmissio, absenti nō præsenti facta. l. pactū. ff. de pollic. de iure canonico actionem, & obligationē inducit: & sic iure isto actio oritur, & conceditur ex pollicitatione. tex. est in c. iuramenti. 22. q. 5. Et conclusio hęc probatur secundū Abb. ibi in c. qualiter de pact. quam latè tuetur Fortuu. in l. 1. col. 2. & seq. ff. de pact.

¶ Sed Panor. titubanter, & parū sibi constās, in c. cùm inter uniuersas. col. fi. de elect. soluit cōtrariū, q iure canonico ex pollicitatione actio minimè oriatur. cuius opinionem sequuntur Ias. in l. iuri sgentium. §. sed cū nulla. ff. de pac. & in rub. ff. de uer. obl. col. 3. & seq. ibi Galliaula. fol. 12. & Alciat. nu 7. & Excellentis. D. Io. Iac. Leonardus cons. 116. succinctè. nu. 4. posito inter consilia Alberti Bruni cū opinione hac transeunt, & explicant eā esse cōem; & ego sequor tanquā uerisimā, pro vt in eandem sentētiam inclinaui supra in Opinione 572. Pactorū genera. nu 10. *Cōis opin.*

2 Sed aduerte, q si quis soluisset illud, quod mediante pollicitatione promisisset, repetere nequippè tanquā indebitè solutū per condictionem indebiti nequiret modo aliquo in septem casibus limpidè, distinctè, & utiliter positis, atque resolutis per Andream ab Exea in tract. de pactis, sub nu 110. cū aliis seq.

*SVMMARIVM.*

1 *POLLVTIO nocturna de per se sola non est peccatum mortale, nec veniale, etiam quòd procedat ab ingluuie: sed quando haberet ortū à culpa, ratione ipsius culpę esset peccatū mortale, uel ueniale: vt dicitur infra sub nu. 2.*

2 *Ecclesia consecrata in qua opus carnale commissum sit, eget reconciliatione, ad hoc vt possint in ea postea diuina celebrari. Quod quippè intelligitur de emissione seminis per fornicationem, aut adulterium, & non per somnium, vel per coitum cum propria vxore.*

3 *Sacerdos de concilio ea die debet abstinere a celebratione missæ ob pollutionem nocturnam à culpa veniali procedentem. Sed ubi culpa foret mortalis de præcepto teneretur ab ipsa celebratione abstinere propter reuerentiam sacramenti.*

## OPINIO DCXVIII.

1 POLLVTIO nocturna dormiētis, & somniātis sola & de p se, non est peccatū mortale, nec veniale, ēt q pcedat à crapula, & ingluuie, uel à superfluitate naturę, uel ab infirmitate: scdm Tho. de Aqui. in 2. 2. q. 154. art. 5. S. Ant. Archiep. Flor. in 2. par. eius sūmæ ti. 6. c. 5 d pollutione in somnis.

2 ¶ Quod faciliè probatur. Nam licet committens opus carnale in ecclesia, etiam cuiuscunque conditionis esset, magnum sacrilegium perpetraret, adeo q si ecclesia erat prius consecrata indigeret reconciliatione, ad hoc scilicet q possint postmodū in ea diuina celebrari: vt habetur in c. ecclesiis de consec. dist. 1. Nihilominus hoc intelligitur secūdum Glo. ibi, de emissione seminis per adulterium, aut fornicationē, & non per somniū, aut per coitum cum propria vxore. Et eandē opinionē approbat etiā nonnullis aliis rōnibus, & sequitur etiā copiosè Pet. à Plaza in epit. delic. cau. crim. lib. 1. c. 31. nu. 7.

2 Sed vbicunq; pollutio hęc dormientis haberet ortū à causa, occasione, à prauia turpi cogitatione, & culpa ipsius: tunc rōne culpæ esset peccatū mortale, uel veniale: secundū Tho. de Aquino. in d. arti. 5. S. Ant. in d. c. 5 post prin. Io. Maiorē in 4. sent. dist. 9. q. 3. & Tho. de Aquino ibi q. 4. S. Anto. in d. summa in 3. par. tit. 15. c. 6. §. 10. & Theologos oēs cōiter, & Canonistas in c. testamentū. 6. dist. & Caiet. 2. secundæ. q. 154 vbi ait q nocturna pollutio est peccatū, ubi quis data opera ita, & taliter dormit, q polluatur & sequitur etiā Pet. à Plaza in d. epit. delict. cau. crim. lib. 1. c. 31. sub nu me. 7. vbi testatur de communi. *Cōis opin.*

3 Et hinc est, q ob hanc pollutionē nocturnam à culpa veniali pcedentē, sacerdos debet eo die à celebratiōe missarū de cōsilio abstinere. Sed vbi culpa esset mortalis, tūc necessariō, & de pcepto deberet ab ipsa celebratione abstinere: vt voluerūt Tho. in 3. par. q. 80. art. 7. & in aliis locis pcit. Beatus Ant. in d. §. 10. Palu. in d. q. 3. & ibi Tho. q. 4. Siluest. in ver. Eucharistia, il 3. q. 10. & est text. & ibi Glo. in uer. Humiliter, in d. c. testamentum.

¶ Cæterū Palud. in d. q. 3. declarat hoc pcedere cū grano salis, & firmat, sacerdotē non incurrere peccatū mortale celebrādo, ac se cōicādo post pollutionē nocturnā; ortū, seu principiū habentē à culpa mortali, ēt intra decē horas: præmissa tñ prius debita, & requisita contritione, & confessione dictæ culpę. & opinionē istā Palud. sequitur Siluest. in loco pręmisso, & Ioān. Maior, in d. q. 2. Ego uerò in pręsenti casu admonerē sacerdotes omnes, vt si commodè fieri posset, abstinerent eo die à communione propter maximum honorem præstandum sacramento Eucharistię.

*SVMMARIVM.*

1 *POSSESSIO transfertur per traditionem clauium, si tradantur in re pręsenti iusta horrea, ita quòd determinatè sciatur, vbi res, & merces reperiuntur.*

2 *Spoliatus restituitur ante omnia, probata tamen prius possessione per eū per traditionē clauium solummodo.*
3 *Possessio non transfertur per solam traditionem clauium, titulo non præcedente.*
4 *Claues in dubio præsumuntur traditę causa custodiæ, si titulus non præcedat.*
5 *Possessio transfertur per contrasignum, & tunc non est necesse, ut ipsum contrasignum detur iuxta castrum, seu fortilitium: quia illud adulterari nequit.*
6 *Possessio beneficij acquiritur per traditionem clauium, vel anuli portæ ecclesiæ clausę.*
7 *Possessio rei emptæ tradita uidetur per traditionem instrumentorum ipsius emptionis.*
8 *Possessio domus horrei transfertur traditis clauibus, etiam extra conspectum ipsius horrei.*
9 *Possessio transfertur per traditionem clauium, etiam si illę tradantur per alium nomine domini.*
10 *Possessio non transfertur non præcedente aliquo titulo.*
11 *Possessionem non habens, non potest illā alteri tradere.*
12 *Possessio non transfertur per traditionē clauiū, qn̄ nō fuerunt traditę principales claues principalis portæ.*
13 *Possessio nō trāsfertur per traditionem clauium, ubicunq; claues ipsæ traderentur ab eo, qui non posset de re solus disponere.*
14 *Possessio non transfertur columbarij, vbi essent aues, ob traditionem factam clauium illius.*
15 *Possessio non transfertur ex traditione rei, non cohærentis rei traditę; & sic ex traditione anuli, seu bireti.*
16 *Possessio beneficij non transfertur per traditionem bireti, seu anuli extra ecclesiæ, uel ipsius beneficij conspectum.*
17 *Possessio rei absentis licèt non transferatur per traditionem anuli, tamen tunc uidetur tradita facultas intrandi possessionem propria authoritate.*
18 *Possessio beneficij propria authoritate capi non potest.*
19 *Possessio actualis transfertur ob traditionem factam bireti, uel anuli portæ ecclesię in conspectu ipsius ecclesię, uel beneficij, dūmodò tradatur anulus, seu biretum ab habente potestatē; & dūmodo possessio uacua esset.*
20 *Possessio non transfert anulus, sicut claues: quia quædam sunt nomina possessiua, ut claues, & quędam significatiua, vt anulus.*
21 *Possessio non transfertur per traditionem clauium, quādo non essent traditæ ueræ claues.*
22 *Possessionis translatio non impeditur quando erratur in corpore.*
23 *Possessio rerum existentium in horreo per traditionem clauium non transfertur: quia ante mensurationem, & ponderationem ipsarum rerū non dicitur perfectus contractus: secus autem si uenditio esset facta indeterminata: siquidem tunc non requiritur ponderatio, seu mensuratio.*

## OPINIO DCXIX.

1 POSSESSIO per traditionem clauium portæ domus, uel solarij, uel scrinij, in quo res recondita est, transfertur ita demum, si claues ipsæ traditæ, & consignatæ forent in re præsenti iuxta horrea, ita quòd determinatè sciatur, vbi res, & merces essent: vt voluit Bart. & cæteri omnes in l. 1. q. 1. ff. de acquir. pos. præsertimq; Ias. Claud. Aquē. & Ripa. nu. 53. & seq. qui proferunt opinionem istam Bar. communem esse. *Cōis opin.*

¶ Et quamuis Alex ibidem, & Bartholomęus Romuleus nu. 175. cum alijs seq. discrepent à dicta communi; nihilominus fatuum esset in decisiuis recedere à communi præmissa, tanquàm sacrosancta: quam sequitur etiam Michael Cifuen. super leges Tauri in l. 17. sub nu. 2. vbi refert nonnullos alios casus, in quibus ficto modo transfertur possessio absque traditione.

2 Vndè per traditionem ipsam clauium probaretur possessio, & huiusmodi probatio absq; dubio aliquo sufficeret, vt spoliatus restitueretur: secūdùm Glo. & omnes in d. l. 1. & præsertim Alex. ibi nu. 78. & Rotam Ro. in antiquis decis. 717.

3 Cæterùm hæc omnia intellige uera esse, ubicunque titulus pręcessit traditioni clauium; aliàs titulo non præcedente per solam traditionem clauium possessio non transfertur: vt per Ias. qui ita hoc explanat, & interpretatur in d. l. 1. §. si iusserim. nu. 16 ff. de acq. pos.

4 Et si titulus non pręcedit, quòd in dubio censeantur claues traditæ causa custodię: firmat Bar. in l. cùm pater. §. pater pluribus, in princ. ff. de leg. 2. Dec. in d. l. 1. & ibi Illustris D. Pontanus pręceptor meus, nu. 68. & Alex. nu. 28. & 34. & Alberi. in ead. l. §. si iusserim, qui discurrunt, & determinant casum etiam, in quo non forēt traditæ uerę claues: prout resoluitur quoque alter casus, quando traditę non essent claues principales, per Oid. cons. 209. in causa hospitalis Sancti Aegidij, & per Rot. Ro. decis. 153. Nota pone, quòd aliquis est inductus, & decis. 302. Nota quòd per traditionem anuli portæ beneficij, in antiquis.

5 Ista itaque communis ita illustrata ampliatur primò intantum procedere, ut transferatur possessio etiam per cōtrasignum ita Afflic. decis. 299. in fin. Et tunc vtique non est de necessitate, ꝙ hoc contrasignum detur iuxta castrum, seu fortilitium. Et ratio potest esse, quia contrasignū adulterari non potest, vt faciliter possunt claues.

6 Secundò amplificatur etiam eadem communis locum quoque obtinere in beneficialibus: tunc enim per traditionem clauium, uel anuli, uel catorsiæ ipsius ecclesię acquiritur possessio beneficij: vt uoluit Ias. in l. clauibus, numero 92. ff. de contrahen. empt. Rota Roma. in d. decis. 153. & decis. 302. & 717. dic si aliquis expectans acceptat, in antiquis, & Bisignet. decis. 8. de restit. spol.

7 Tertiò ampliatur similiter procedere cōmunis isthęc in instrumentis emptionis: quia eis traditis videtur tradita possessio rei emptę. l. 1. C. de donat. & non requiritur pręsentia illius rei, vt feruorū. in d. l. 1. sicut requiritur in d. l. clauibus. Et ratio est, quia claues non afferunt secū totale fundamentū rei, & possessionis, ueluti instrumenta. ita Alber. in l. 3. §. Neratius. ff. de acq. poss.

## OPINIO DXCIII.



1 ATER potest procuratorem constituere sine filij consensu in aduentitiis ante litem cõtestatam:& sic ipse pater aliter non prohibetur etiam citra filij cõsensum procuratorem constituere, etiam quò ad proprietatem aduentitiorũ, ante tamen litem contestatam: secundùm Cyn. Albe. Bar. Bal. Ang. Saly. Fulgo. Castren. Corn. & cæteros omnes in l. 1. C. de bonis mater. Ang. in §. fin autem. instit. de satisd. Bal. in l. fi. §. vbi autẽ. C. de bon. quæ liber. Alex. nu. 6. & Ias. in l. neque. nu. 4. C. de procur. Curt. in l. præses. num. 4. & ibi. alii. C. de transact. Roma conf. 241. spectabiles domini collaterales, sub. nu. 10. & Tiraq. in l. si vn quam, in prin. nu. 29. C. de reuocan. don. & ista elt
Cõis opin. communis opinio: prout referunt Doct. in d. l. 1. & Roma. in d. conf. 241.

### SVMMARIVM.

1 *PATER in bonis maternis, & quò ad proprietatem bonorum aduentitiorũ agere nõ potest citra consensum filij, dummodò non infans, & absens sit: secundùm vnam communem opinionem; licèt altera sententia contraria similiter communis scernatur, videlicèt, quòd pater habeat ius agendi, & defendendi sine filij consensu in bonis aduentitijs, & proprietate bonorum.*

2 *Pater agere potest in aduentitijs citra consensum filij, vbicunque filius requisitus sit, & consensum patri in tali casu præstare nollet, dummodò non adsit, & urgeat iusta causa contradicendi.*

3 *Pater tanquam legitimus administrator potest agere, et defendere filium sine consensu ipsius filij quò ad vsum fructum bonorum aduentitiorum: In alijs autẽ bonis, in quibus non habet usumfructum pater ipse, non est legitimus administrator.*

4 *Pater agens ad aduentitia sine filio tenetur cauere de rato respectu proprietatis.*

## OPINIO DXCIIII.



1 ATER in bonis maternis non põt agere saltem absque filij consensu requisito:& per consequens citra ipsius filij consensũ agere nequiret quò ad proprietatem bonorũ aduentitiorum, dummodò non sit infans, vel absens: vt voluerũt Cyn. Ang. Saly. Castren. Fulgo. nu. 4. Corn. & alij omnes cõirer in l. fi. §. ubi aũt. C. de bonis, quę liber. per rex. ibi, In no. in c. accedens. col. 1. de procur. Alber. in l. si lõgius. §. si filius. n. 4. ff. de iud. Ang. in §. actiones au tẽ. nu. 4. instit. de act. Roma. cõs. 241. sub n. 10. Cap
Cõis opin. pella Tolos. in decis. 105. & Pinel. de bonis mat. l. 1. 2. par. n. 66. ubi ostẽdit istã esse cõem opinionẽ.

¶ In cõtrariã uerò partẽ, uidelicèt, quòd pater habeat ius agendi, & defendendi absq; filij cõsensu in aduentitijs, & quòd ei cõpetat exercitiũ dictarum actionũ absq; consensu filij: inclinarunt Mar. in d. §. ubi aũt. idẽ Bar. col. 1. Bal. nu. 8. & Castren. col. 1. in d. l. 1. C. de bonis mat. Aret. nu. 5. & Imol. col. 2. in l. fi. 5. papillus. ff. de uer. oblig. ubi fatetur istam esse cõem opioionẽ Legist. Tamen re uera prior sententia cõior, & verior apparet: ut deducũt Scri ben. in d. §. vbi aũt, & Cagnol. etiã eam amplectẽdo in l. frater à fratre, nu. 164. ff. de cond. indeb. Cõis opin.

2 Sed rerẽta dicta priori sententia tanquã cõiori, si filius requisit⁹ in huiusmodi casu cõsensũ patri prębere nollet: tũc quippè pater agere posset non aliter quã si filius cõ ensisset, dũmodò nõ sit iusta causa cõtradicendi: secundũ Ang. Castren. Fulgo. & alios in d. §. vbi autem, & Pinel. vbi supra.

3 Cæterũ quò ad usumfructũ, pater agere, & defendere non prohibetur tanquam legitimus administrator: vt rradunt Ang. Fulgos. nu. 5. Corn. col. 3. & cæteri omnes in l. 1. C. de bonis quę lib. Aufrer. in add. d. Capp. q. 105. & Pinel. vbi supra. & ista est cõis opinio: vt ostendunt apertissimè Doct. præcitati, & Cagnol. in d. l. frater à fratre. n. 160. cum alijs seq. ubi meminit de cõi, & eã latè declarat. Sed in alijs bonis, in quibus pater non haberet usumfructum, utiq; in eis non esset legitimus administrator: ita Doct. omnes in l. cũ oportet. C. de bon. quæ lib. & in d. l. 1. C. de bon. mat. Capicius decis. 56. nu. 4. & decis. 73. nu. 10. & Paris. conf. 157. nu. 15. 32. & 244. uol. 4. Cõis opin.

4 Et esto quòd pater agere queat, ut supra docuimus sine filij cõsensu etiam quò ad proprietatem aduentitiorum: tamen aduerte, quòd vbicunq; pater agerer ad ipsa aduentitia sine filio, teneretur nempè cauere de rato respectu proprietaris, quæ est ipsius filij. ita Ias. in l. soluto matrimonio. §. vo lunrarem. n. 11. ff. solu. matr. ubi nu. 14. hoc lepidè interpretatur, & limitat.

### SVMMARIVM.

1 *DOS recepta à patre, & filio ex confessione in eodẽ instrumento facta obligat quẽlibet pro dimidia, & ad eam quilibet ipsorum pro rata tenetur.*

2 *Maritus, & uxor confitentes habuisse pretium rei dotalis vẽditæ, no ob hoc sibi inducit præiudiciũ uxor, sed totum pretium ad manus ipsius mariti peruenisse presumitur.*

## OPINIO DXCV.

1 PATER, & filius confitentes in eodem instrumento recepisse dotem: vnusquisque tunc tenetur pro dimidia: & sic ad quemlibet pro dimidia præsens dos inteligitur peruenisse, & quilibet ipsorum pro rata tenetur: secundùm Dyn.

Dyn.Bal.Bar.Imol.& Alex.in l. si cùm dotem. §. sin autem in sequissimo.ff.sol.matr.Bal. in prin. & Imol.col.2.in l.si constante,eod.tit. Roma. Imol. & Alex.in l.reos.§.cùm in tabulis,per text.ibi.ff. de duobus reis.& istorum opinionem profert esse communem idem Alex.in addit.ad Bar.in l. duo bus.§.1.eod. tit. & approbat, & communem inquit quoque Boer.decis.23.num.10. & sequitur. Ruin.cons.53.nu.17.post medium,vol.2.& ita superioribus annis iudicari vidimus in facti contingentia, me patrocinante in curia nostra Aquilana per D.Iulium Furnium tunc iudicem meritissimum ipsius curiæ ad fauorem Magnifici Ioannis Marini de Don Lupo mei clientis contra Antonium Franciscum eius filium in causa tunc inter eos vertente. Côis opin.

3 Sed vbicunque maritus, & vxor confiterentur habuisse pretium rei dotalis venditæ:tunc totum pretium ad manus ipsius mariti peruenisse præsumeretur:vt per Bal.in auth.si qua mulier.C.ad Velleian.Bal.Nouel.in tract.de dote,in 7.par.priuileg.1.& Grauet.cons.91.nu.11.in quibus quidem locis istâ opinionem côem esse perhibent. Côis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *PATER potest vendere filium, vel pignori dare etiam inuitum propter necessitatem, & oppressionem famis.*

2 *Pater non potest vendere filium presbyterum ob oppressionem, ac necessitatem famis.*

3 *Pater filium venditum per eum ex necessitate famis perueniens ad pinguiorem fortunam cogitur illum redimere.*

4 *Pater captiuus non potest dare loco sui filium obsidem.*

5 *Filius tempore oppressionis famis habens patrem, & filium fame morientes, si vnum solum panem habeat, debet prius subuenire patri, quàm filio, & panem illi dare, & sinere potius fame mori filium, quàm patrē.*

## OPINIO DXCVI.

1 PATER potest vendere filiû, vel pignori dare etiam inuitum propter necessitatē, & oppressionē famis.l. 2. & ibi Glo.Bal.& omnes. C. de patribus, qui fil. distr.& voluit quoq; Gl.in c.3 aliâs,si quis, ext.de furtis,Inno.& Abb.col.fin.in c. non nē.de præsump.Bar.in l.qui filios.C.quæ res pign.oblig. poss.Bal.nu.4.& Abb.nu.7.in c.ex rescripto. ext. de iureiu.Io.de Amic.cons.105.nu.3.Imol.in l.1. nu.6.ff.de vulg.Card.Albanus in lucubr.ad Bar. in l.item in potestate. nu 2.ff.de his, qui sunt sui, vel alien.iur.Bal.in l.in suis.ff.de lib.& posth. vbi inquit Glo.in d.l.2.esse singularem, & côiter approbatam, & receptam asserit Couarr. in lib. 3.variarū resolut.c.14.nu.4.in 2.not.& Ripa in l. obligatione.ff. de pign. nu. 13. & sic hoc casū dūtaxat patri licitum,permissumq; est proprium filium vendere, seu pignori dare, ne mendicitatis prætextu fame pereat.quoniā legitur Nehemiæ. c.5.q populus fame oppressus ait: Filij nostri, & filiæ nostræ multæ sunt nimis,accipiamus pro pretio eorum frumentū, & comedamus,& viuamus: vt refert Tiraq. de retract. consang. §. 26. Glo.1. nu.15.& 26. Côis opin.

2 Sed hoc non procedit in filio presbytero: quia ob famem eum vendere non posset pater: secundùm Hostien.& Io.Andr.in c.Iudæorū,de ætat. & qualit. quos sequuntur omnes côiter ibi, Ioan.de Ana.in d. c.3.col.2.Marsil.sing.101.Gerar.singul. vltimo,n.16.& Rimin.in rub.instit.quibus alien. non licet,nu.158.& Couarr.in d.c.14.nu.4. in 5. nota. vbi ponit istam esse communem opinionē, & Marsil.in repet.rub.C.de fideiuss.nu.143. Côis opin.

3 Et iste sic uenditus à patre, potest agere contra patrem, vt eum redimat, si ad pinguiorem fortunam peruenerit; & per consequēs cessante paupertate:secundùm Bal.in d.c. ex rescripto, in fin. quē sequitur Fely.in c.cū dilecta.col.27.de rescri. Dec.in l.quæ propter.ff.de reg.iu. Marsi.in d.sing. 101.in fi.in l.vnica,nu.32.C.de rap.virg.Gerar.in sing.100.nu.16. Cagnol.in l.non debet, n.4.ff de reg.iur.& Tiraq.in d.§.26.Glo.1.n.17.Nā emens ipsum filium, illum restituere tunc tenetur oblato sibi pretio,uel æquē bono mancipio.d.l.2. vbi Bart.Bald.& cæteri omnes,Gloss.in d.c.si quis, & Abb.in c.ex literis,nu.7.extra de diuortijs.

4 Item limitatur non habere locum præmissa cômunis sententia in patre captiuo:cui loco sui permissum nô est filios obsides dare:secundùm Cyn. Saly.& cæteros communiter,in d.l.2.& Ripam in d.l.obligatione.nu. 14.& seq. vbi ait opinionem istam communem fore, & sequitur, & declarat, Fely.etiam in c.ex rescripto,sub nu.4. de iureiur. Côis opin.

5 Sed si filius,aduerte hic vtiliter, haberet vnum solum panem tempore oppressionis famis,haberetq; filium, & patrem vtrosq; morientes ob necessitatem:tunc debet prius, & potius subuenire patri,quā m filio;& sic illum panem dare tenetur patri,vt fame prius filius,quàm pater pereat: secundùm Cyn.Alber.& Salyc.& Ang.in l.2.C. de patr.qui fil.distra.Illustriss.D.Card.Alban.in d.l. item in potestate.num.4.vbi reddit rationem, & Io.de Amicis,in d.cons.105.num.1.& seq.ubi explicat istam esse communem opinionem, & ita circa hoc semel interrogatum fuisse. Côis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *PATER si quid legat filiæ,censetur etiam eo nomine non expressō pro dote legare.quod limitatur in fine remissiuè duobus modis.*

2 *Pater legans filiæ,et eius uita durante ei dotem tradens, dos ipsa tunc absque dubio imputatur in legatum.*

3 *Filius,ac frater post mortem patris tradens, soluensque dotem sorori suæ, cui repetiebatur legatum factum à patre:tunc dos ipsa imputatur in ipsum legatum.*

## OPINIO DXCVII.

1 PATER legãs filiæ aliquid,etiã non expresso dotis nomine, intelligitur pro dote legasse: secũdùm Bal.in l.quod autem in stipulatione,per illum tex.& l.talis.§.fin.ff.de iur.dot. Alex. in l. huiusmodi.§. cùm pater. nu. 3.ff.de leg.1.Ruin. cons.3.quæritur.vol.3.vbi dicit id verum esse,vbi cunq; pater dotare ipsam filiã teneretur.l. qui liberos.ff.de rit.nup. & sequitur etiã Ias.in l.filię legatorũ.nu.3.C.de leg.& Pepus in auth.præterea. col.43.C.vnde vir,& vx. ideoq; præsumitur in eã dotis causam necessariam legare:secũdùm Doct. communiter in d.§.cùm pater. Côis opin.

2 Vndè si pater legaret prius, & demũ antequã moriatur,ipsi filię traderet dotem:in dubio certè censeretur ad cõputũ legati dedisse; adeo q̃ illud legatũ amplius non deberetur:vt firmauere Cor. cons.230. viso puncto.nu.2.vol.4.Ruin.cons.38. proponitur. uol.4.Soc.Iun.cons.79.nũ.18.vol.3. & probatur hoc in l.Lucius.la.1.ff.de leg.2.& ista est communis opinio omnium Doct.in d.l.filia legatorum.C.de legat. Côis opin.

3 Et prelibata opinio in principio posita ampliatur vtiliter etiã,quando non pater ipse dotẽ dedisset,uel promisisset pro filia,sed eius filius;nihilominus legatũ solutum censebitur,vtpotè:quia factum filii soluentis,promittentisuè,reputatur patris,qui ad eam dotandã tenebatur,& censetur pro filium à patre profecta,& constituta:vt determinat copiosissimè Rui.cõs.38.superius citato.n.3.

¶ Sed istam opinionem ita ampliatã limitat in duobus casibus Soc.Iun.in d.cõs.79.n.48.&112.

### SVMMARIVM.

1 *PATER dotans filiam, ac stipulans ei dotẽ profectitiã reddi, ipsi filię sine filys decedenti omnibus exclusis succedit, nec nõ in alys bonis ex linea paterna, videlicet ab auo, auiaq; paterna prouenientibus. Nã in bonis à linea materna quæsitis pater ipse præferendus est omnibus in successione ab intestato.*

## OPINIO DXCVIII.

1 PATER dotans filiã,ac stipulans ei dotem profectitiã reddi,si absq; filijs decederet,relicto dicto patre,matre, fratribus,& sororibus: tũc solus pater succederet exclusa matre, fratribus ipsis,& sororibus;& sic solus pater admittitur in dote prædicta simul ac in alijs bonis ex linea paterna, videlicet ab auo,auiaq; paterna prouenientibus: secundũ Bar. nu.36.Io.de Imol.in fi.Roma.Ias.nu.105.cũ aliis seq.& Here.in fi.in l.post dotem.ff.sol.mat.Bar.in auth.itaq; nu.2. C. cõia de success.& cons. 18.in fi.Bal.& Ang. in l.q̃d scitis.§.fin aũt. C. de bonis quæ lib.Roma.cons.40.Abb.cons.75.in fi. vol.2. Anchar.cons.349.Guid.Papæ.cons.50.Bal.cons. 36.&106.vol.2.Alex consil.150.col.2.uolum.2. vbi explicat istam esse communem opinionem, & Grauet.cons.176.nu. 1. cum alijs seq. idemq; firmat Boer.decis.192.sub num.5.Rubeus cons. 79.qui pro ista parte consuluit,& Tiraq.in tract. de retract. consang.§.14.num.12.fol.170.dixit opinionem præmissam receptam esse apud Gallos.Et ratio assignatur isthæc. Nam in bonis à linea paterna quæsitis pater ipse præferendus est omnibus in successione ab intestato: vt est text. secundùm vnam lecturam, seu intellectum in d. §.fin autem.quem approbat ibi Glo. Bart. Ang. Paul.Castren.Alex.in add.Bal. & Parisi.in addit. Bar.ubi exprimit magis communem fore.idemque asseuerat Alex.in d.cons.150.col.2.Sed quãdo bona proueniunt à matre,vel latere materno tunc mater ipsa, seu parentes ex parte matris in bonis filij præferuntur:vt Doct.omnes voluerũt. Côis opin. Côis opin.

¶ In contrariam verò sententiã,scilicet,quòd pater,& mater debeant æqualiter succedere, inclinauerunt Cyn.Rayn.Bal. sibi contrarius,Saly. Fulgos.& Corn.per text.ibi,in auth.defuncto. C. ad Tertul.Dyn.in d.auth.itaq;.Cuma.cons. 122. consulendo,Capra etiam consil.34.&Corn.cons. 94.vol.1.& cons.165.vol.4.eiusdemq; opinionis fuerunt Nicol.de Vbal.in tract.de success.ab intest.in 2.par.col.3.& alij congesti per Tiraq. in d.§.14.nu.13.& Couarru.in epitom.in 4. lib. decretalium,in tit.de success.ab intest. num.2. fol. par.397.posito post tit.de test.& partem hanc fatetur ex se ipso,iudicio meo,cõem esse Bald. in d. cõs.31.vol.36.vol.1.& retulit Couarr. ubi supra. Côis opin.

¶ Tamen quicquid isti Doct.suadeant fatuum foret in actu practico recedere ab opinione præmissa Bar.& sequacium,quę quippè vera,rationabilis,& ęqua apparet ex supra relatis, ac eã limitat Couarr.in d.tit. de success.ab intest.n.2. in fi.

### SVMMARIVM.

1 *PATER & filius hodie in aduentitijs inter se efficaciter obligantur.*

## OPINIO DIC.

1 PATER hodie in aduentitijs filio suo efficaciter obligatur: & similiter filius põt patri obligari:cùm materna, & aduentitia quęrere valeat,& sic inter se tenaciter,atq; efficaciter obligãtur: secũdũ Bal.Saly.Pau.Cast.& Corn.in l.iubemus.§.in supradictis.C.ad Trebel.Glo.Bar.Caccialup.n.39. & Ias.nu.37.in 1.lect.in l.frater à fratre.ff.de condit.indeb. vbi ostendit istam communem opinionem fore, & ei inhæret quoq; Alex.cons.186.nu. 6.lib.6.& Crotus, in l.si constante,in 2.repet.nu. 120.ff.solu.matrimo. Côis opin.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *PATER habens filios, ingrediens religionem non perdit vsumfructum aduentitiorum, & maternorum, sed acquirit illum monasterio pro toto tempore vitæ suæ: secundùm unam communẽ opinionem, licèt altera sententia contraria similiter communis appareat, videlicet ipsum usumfructum statim reuerti ad filium.*

## OPINIO DC.

1 PATER habens filios, ingrediensq; religionem non perdit vsumfructũ aduẽtitiorũ, & maternorum; & sic vsusfructus acquiritur monasterio per totũ tẽpus vitæ ipsius patris: secũdũ Glo. Cyn. Bar. n. 42. Alber. & Rosel. in auth. ingressi. C. de sacrosã. eccles. Glo. Bal. Fulgos. Pau. Cast. & Corn. in auth. idem est. C. de bonis quæ lib. Inno. Dec. n. 256. & seq. & August. Beroũ, nu. 129. & seq. in c. in præsentia, de prob. Spec. in tit. de sta. mo. §. 1. q. 47. Imol. in l. cũ filio. ff. de leg. 1. Cæpol. conf. 32. nu. 4. & cũ opinione hac pariter cõcurrunt profitendo eam cõem esse. Alex. conf. 129. vol. 2. nu. 5. Soc. cõs. 10. vol. 1. nu. 20. Gomes. in l. 48. Tauri. nu. 8. Pinel. in l. 1. par. 1. nu. 49. C. de bo. mater. & Crotus in l. Gallus. §. & quid si tantũ. nu. 30. ff. de libe. & posth. & ita iudicatum extitit in curia parl. Delph. teste Guid. Papę decis. 595. si vsufructuarius. Cõis opin.

¶ Cum contraria vero opinione, videlicet vsũ fructum ipsum statim consolidari cum sua proprietate, reuertiq; ad filiũ, atq; in totũ extinguit: transiuere Martinus Silimanus, Cyn & Dyn. in d. auth. idẽ est. & ibi etiã Saly. & Ias. nu 48. in d. auth. ingressi, Marsil. sing. 668. Rimin. in §. 1. nu. 128. instit. per quas pers. ius nob. acquir. & Couarr. in c. 2. nu. 8. de test. vbi cum alijs relatis per eũ ostendit istam esse communem opinionem. quam, tan quam æquam, atq; optimis rationibus vallatam, per memoratos Doct. sequi non erubescam. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *PATER vsumfructum bonorum, quem in filij sui bonis habet non perdit per monachismum, vel clericatum.*

## OPINIO DCI.

1 PATER vsumfructũ bonorũ, quẽ in filii sui bonis habet, non perdit aliquo pacto per monachismũ, vel clericatũ ipsius filij. & sic vsufructus bonorũ, quæ filio familias clerico, seu monacho effecto, acquiruntur, ipsi patri cõpetit: secundùm Spec. in tit. de sta. mo. §. 1. vers. quęritur, Abb. in c. constitutus, de in integ rest. Saly. Fab. & Ias. n. 48. in auth. ingressi. C. de sacros. eccl. Imol. in c. quia ingredientibus. col. 6. de test. Dec. nu. 246. & seq. & Beroũ, nu. 525. cũ aliis seq. in c. in præsentia, de prob. & istorũ opinionẽ sequuntur etiã cum aliis signatis per eos, atq; cõem esse perhibẽt Couarr. in c. quia nos, nu. 2. de test. & Vasq. in tract. de suc cess. process. tit. qui testari nõ poss. lib. 1. §. 1. n. 41. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 *PATER iure hodierno est legitimus administrator in dote profectitia filiæ, licèt cum ea nullam communionem habeat, & ipsi patri in huiusmodi dote quæritur vsusfructus.*

## OPINIO DCII.

1 PATER est legitimus administrator iure hodierno in dote profectitia filiæ: licèt cũ ea nullã cõiõnẽ habeat. & quæritur in huiusmodi dote patri vsusfructus, & sic dicit vsufructuarius: secũdu Glo. cõiter receptã ab omnibus Doc. in l. cũ dos. ff. de pact. dot. Soc. & Moder. in l. 2. §. si in patris. ff. sol. matr. & ista est cõis, & vera conclusio: secundùm Curt. Iun. conf. 152. nu. 3. Cõis opin.

¶ Sed hoc limitatur supra in Opinio. Filiusfamilias, sub 2. limitatione.

SVMMARIVM.

1 *PATER habẽs duodecim filios excusatur tam à muneribus personalibus, seu collectis quibuscunq;, quàm etiam à patrimonialibus: nec perdit consecutam immunitatem, etiam si post aliquis ex duodecim moriatur.*

2 *Pater habens duodecim filios non excusatur à contribuendo in refectione murorum.*

3 *Pater 12. habẽs filios tenetur contribuere in subsidijs regijs, non obstãte immunitate cõsecuta ex ipsis filijs.*

4 *Numerus duodecim filiorum non prebet immunitatem ab oneribus, & pensionibus feudorum, uel emphyteosis: quia non sunt publica munera, sed priuata.*

## OPINIO DCIII.

1 PATER habens duodecim filios excusatur tã à muneribus personalibus, seu à collectis quibuscũq; quã etiam à patrimonialibus. l. si quis decurio. C. de decur. lib. 10. vbi hoc tenet Glo. Bar. And. de Barul. & Io. de Plat. & Bar. in l. semper. §. demonstratur. de iure immun. Et ista est magis communis opinio omnium Doct. in præcitatis locis: vt meminit Ana. consil. fin. col. 1. & seq. & Bologninus. in add. ibi. Couaruuias in epito. de testa. in 2. par. c. 8. num. 1. fol. par. 146. & Rolan. à Valle conf. 52. requisitus vt dicam quid sentiã, nu. 3. Cõis opin

nintendis, in d. decisione. 22. vt ibi circa hoc nihil intactum derelinquat, & Michael Cifuentes in commentarijs super leges Tauri, in l. 9. num. 1. cum alijs omnibus seq. ubi etiam num. 9. firmat ex communi opinione omnium Scribentium clericum posse tam de iure canonico, quàm ciuili filiam dotare, & præsertim de obuentionibus, & redditibus beneficiorum, vbicunque careret bonis patrimonialibus: vt concludit Guliel. Redoan. in tract. de spolijs ecclesiast. q. 3. sub num. 22. cum alijs seq.

Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *PATER interueniens, seu promittens quouis modo pro filio, non potest petere prius excuti filium principalem, sed ipse pater tenetur soluere vti principalis.*

OPINIO DCVI.

1 PATER interueniens, seu promittēs quouis modo pro filio, non potest petere prius excuti filium principalem, sed ipse pater tenetur soluere vti principalis: & per consequens non potest gaudere beneficio, & fauore auth. præsente. C. de fideiuss. quòd pater ante principalem cōueniri nō possit. vt est tex. singularis in l. 3. §. sed utrum, & ibi Bal. ff. de minoribus. & ita per illū tex. tenet Barbac. in c. peruenit, de fideiuss. num. 7. & in l. stipulationum, la. 2. §. satis acceptio, col. 5. ff. de ver. oblig. Stefa. Aufre. in add. ad decisiones Cappellę Tholosanę, in decis. 196. Boer. decis. 221. n. 6. & 14. & opinionem istam firmat etiam & asseuerat esse communem post alios iam relatos Doct. Pirrhus Englebermeus in l. 2. C. de decurionibus. lib. 10.

Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *PATER potest remittere iniuriam factam filio, etiam ex lege Cornelia descendentem, eo inuito, nec alius amplius agere potest.*

2 *Mater stante pace, seu remissione facta per patrem de iniuria, siue nece commissis filij, non potest amplius accusare, seu querelare.*

3 *Pax, seu remissio hodie in Regno debet necessariò obtineri ab omnibus offensis, qui accusare possunt.*

OPINIO DCVII.

1 PATER potest remittere iniuriam factā filio, etiam ex l. Cornelia descendentem eo inuito: & sic patri competit [1]actio iniuriarum, & remissa per eū iniuria filio facta, nō datur amplius actio eidem filio; imò ea remissio præiudicat sibi, & fratribus, qui pro tali offensa amplius agere nequeunt: vt voluerunt Gloss. Iacob. de Aret. Bar. Ang. & Alberi. in l. sed & si vnius. §. filio familias. ff. de iniurijs, per illum tex. & Cardinalis Albanus, vir præclaris animi dotibus mirificè ornatus, in lucubratio ad Bar. in l. item in potestate. sub nu. 2. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & Vrsillus in add. Afflict. in decis. 180. sub nu. 7. vbi deducit ita extitisse iudicatū in sacro Regio Concilio Neap. Et istorum opinionem approbat, dicit esse cōmunem, & limitat in quatuor casibus Bocr. decis. 120. nu. 1. 2. 3. & 6. Paris de Puteo, in tract. syndicatus, in uer. Compositio. c. fin. nu. 6. & seq. fol. par. 115. Io. de Amicis cons. 88. Hieronimus Gabriell. cons. 172. ex facto proposito plures quęstiones oriūtur. nu. 44. & seq. vol. 1. & Pet. Plaza in epit. causarum criminaliū lib. 1. c. 6. nu. 19. cum alijs seq. & Marant. in tract. iudiciorum in 6. par. prin. in tit. de inquisit num. 67. adeò quod pax, & concordia facta per pactum cum iniuriātibus filiū, ritè dicitur facta, & nocet filio, ac alijs consanguineis, à quibus omnibus rata haberi debet. pro quo facit tex. in c. Quintauallis, ibi pro offensa, quam filiæ ipsius. & inquit Bal. in prin. de iureiuran. & Ias. in l. in persona. ff. de pactis. & facit optimè decisio Cappellę Tholosa. 241. cum ibi congestis.

Cōis opin.

2 Sed aduerte, quòd si pater remisisset iniuriam factam filio: mater tunc posset accusare absque dubio aliquo: secundùm Saly. in l. vxor. C. qui accus. non poss. & Afflict. in constit. Neap. exordi ente, Summo periculo, in 9. not. & D. Follerium iuris peritissimum, & summo ingenio præditū in pract. crim. in 2. par. 2. partis, in uers. audiantur exceptiones proponendæ per eos. nu. 20. vbi asserit se ita vidisse iudicari.

¶ In cōtrariam verò partem videlicèt, quòd mater etiam vidua stante remissione antedicta facta per patrem de nece, seu iniuria filij communis accusare nequeat, inclinauit Vrsillus in add. Afflict. in d. decis. 180. nu. 9. vbi meminit ita decisum fuisse in Sacro Concilio Neapo.

3 Sed hodie aduertit ibidem promulgatam, emanatamque extitisse ad tollendum hanc difficultatem, omneuè dubium, regiam pragmaticam in Regno Neap. super hoc, vt pax, & remissio obtineri debeat ab omnibus offensis, qui accusare possent.

*SVMMARIVM.*

1 *PATRONI dicuntur non solùm qui fundāt, construunt, uel dotant, sed etiam qui præscripserunt iuspatronatus.*

2 *Iuspatronatus potest præscribi etiam per laicum cōtra alium laicum spatio 40. annorum.*

3 *Præscribens iuspatronatus debet esse in bona fide.*

4 *Patronus etiam dici potest is, qui reperitur in quasi possessione præsētationis, ac etiam ex vnica præsētatione vltima. & dicta quasi possessio acquiritur ex tribus ut explicatur infra in fine.*

Iuris-

ætę Ciuitatis Aquilanæ fulgentissimum lumen & ornamentum, D. Terentium Turcanicum mihi vti fratrem colendissimum, in causa non leuis momenti, quæ in pręsentiarùm exagitatur.

¶ Imò denique iuspatronatus transit quoque ad hæredes extraneos. ita Glo. in l. si operarum. ff. de oper. lib. Glo. & Archi. in c. considerandum. 16. q. 7. Glo. & Card. in d. Clemen. fin. de iurepat. Bal. in c. decedenti. qui feud. da poss. & in l. venia. C. de in ius vocan. & Inno. in cap. 1. de iurepatronatus.

*SVMMARIVM.*

1 *PAVPERTAS, uel diuitiæ quando sūt fundamenta agentium, tenentur fundantes se in eis illas probare tāquā causę eorū intētionis.*

2 *Paupertas probatur sufficienter per duos testes ad finē & effectum, ut expensę reseruentur in fine litis.*

3 *Paupertas probatur per uicinos.*

4 *Paupertas probatur per famam publicam, ubi agitur de paruo præiudicio: secus de magno: tunc enim hoc remittitur arbitrio iudicis.*

## OPINIO DCIX.



1 PAVPERTAS, vel diuitiæ, vbicunque sunt causæ intentionis agētis, teneretur eas agens probare. & sic fundans se in paupertate ipsa, seu diuitijs, obnoxius esset illas verificare: secūdùm Glo. & omnes Scribentes communiter in l. si verò. §. qui pro rei. ff. qui satisd. cogan. Alber. num. 8. & Florianum. col. 2. in l. ei incumbit. ff. de probat. Glo. in uer. Quero, in c. in præsentia, de probat. & ibi Bal. & in c. fin. de pręsump. Bar. Alberic. & Ias. in d. §. qui pro rei, & Francum in c. semel malus, circa medium de reg. iur. lib. 6. Bal. in l. non prius, in prin. C. quando fis. vel priuat. & cons. 404. non est nouum. col. 2. vol. 2. Castrē. Soci. & Alberi. in l. si creditores. ff. de priuileg. credit. Dec. cōs. 120. & pro tenui facultate, sub n. 3. & Afflict. decis. 377. Princeps concessit. col. fin. & ibi in add. Vrsillus cum alijs aggregatis per eum nu. 1. cum alijs seq. & ista est communis, & indubitata opinio, attestāte Alciat. in tract. de præsūp. in reg. 2. pręsump. 27. sub nu. 4. & Cornel. Benincas. in tract. de paupertate. q. 6. num. 2. *Cōis opin.*

2 Et paupertas ipsa sufficiēter probatur per duos testes ad effectum, ut reseruētur expensæ in fine litis: secundum D. meum Oradinum in decis. Rotę Rom. 271. & ita in proprijs terminis, quòd paupertas possit probari per duos testes, consuluit Alex. cons. 37. consultus sum, vol. 7.

3 Quę quidē decisio Rotę de plano, & absq; scrupulo aliquo procederet, iudicio meo, vbicunque paupertas probaretur per testes verisimiliter de ea informatos. Vndè tunc ipsi duo testes deberēt super pręsenti re instructi recipi, & admitti; & sic hoc casu paupertas tutè, si denterque probaretur per vicinos. ita Ang. in auth. in §. hinc nobis in 1. colum. in authen. de hæred. & Falcid. & Alex. in l. 1. colum. 9. ff. si cert. pet. & in l. si constante. ff. solu. matrimo.

4 Sed quotiescunque paupertas nō posset probari per testes de uisu: tunc mihi suaderē verificari, probarique eam facilè posse per famam publicā secundùm Glo. in l. 2. C. quando fis. uel priuat. & Bal. in auth. quod locum. col. fin. C. de coll. Sed Nicol. de Neap. in l. paupertas in prin. ff. de excus. tut. videtur de diametro cōtrarium affirmare. Vnde Bar. in d. l. si constante. tutius super hoc procedendo in 2. quæst. constanter concludit, quod vbicunque ageretur de modico præiudicio, tunc paupertatem ipsam probari posse per famā publicam; secus autem quando de magno præiudicio: tunc enim hoc resideret, atque remittere tur arbitrio iudicis: cui accedunt ibi Imol. Alex. & alij omnes, & præsertim Ias. num. 148. deducens etiam istam esse communem opinionem, Deci. in d. cons. 120. sub num. 3. & Cornel. Benincas. quoque in d. tract. de paupertate quęst. 6. nu. 9. & 11. & 17. *Cōis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *PECVLIVM quasi castrense dicitur propriè illud, quod aduocati, clerici, & magistri liberalium artium de publico acquirunt.*

2 *Aduocati illud etiam, quod recipiunt pro eorum stipendio, & laboribus suis priuatim à personis priuatis, & sic à clientulis adhuc dicitur quasi castrense peculiū.*

3 *Assessores non recipiunt salarium de publico, & tamē habent quasi castrense peculium.*

4 *Clerici beneficia, & eorum fructus non percipiunt ex publico, & tamen in eis dicuntur habere quasi castrense peculium.*

5 *Clerici etiam in minoribus constituti ordinibus habent peculium quasi castrense, & consequenter acquisita per eos post ordinem susceptum censentur castrensia, uel quasi.*

6 *Pater percipiendo fructus beneficiorum filij clerici tenetur ad restitutionem eorum si extant, si uerò non extant, cogitur ad pretium eorundem fructuum: quia tales fructus sunt peculium quasi castrēse filij, in quo patri nullum ius competit.*

7 *Pater præstans filio clerico alimenta dum percipit fructus beneficiorum ipsius filij, alimenta præstita potest repetere, & compensare in fructibus antedictis beneficiorum.*

8 *Pater filio clerico, qui uiuere potest ex fructibus beneficiorum, non tenetur præstare alimenta.*

OPI-

## OPINIO DCX.



1 PECVLIVM quasi castrense dicitur propriè illud, quod aduocati, clerici, & magistri liberalium artium de publico acquirũt.l fin.C. de inoff. 
2 test. Vndè si aduocati prędi-ᆞti non ex publico,sed à priuatis personis,veluti cliẽtulis aliquid recipiãt pro eorũ laboribus, & stipẽdio,adhuc dicitur esse quasi castrense peculium: secundùm Glo.in.§. 1.instit.per quas pers. nob.acquir.quam sequuntur Faber, Aret. Christoph.& alij cõmuniter inibi,Cyn.Bar.Bal Ang. Saly.& omnes in l.fori.C.de aduoc. diuers. iudiciorũ.hoc idẽ tenet Bal.& Ias.in d.l.fi & Bar.in l. fi.per illũ rex.C.de silẽt.lib.12.& D.Carauita in ritu 101. Itẽ seruat ipsa curia quòd quando venit aliquis,sub nu. 3.& seq.

Cõis opin.

¶ Et licèt Specul.& malè suadere conetur cõtrarium in §.1.nu.23.vers.item cum agit, in tit. de actore: tamẽ quicquid ipse fabuletur ibi,noli aliter recedere à communi opinione in iudicando, & consulendo. & probatur isthæc communis ex decisione tex.in l.fori, vbi tex. appellat quasi castrense uedum, quod ex professione, seu salarijs acquiritur, imò quicquid eius occasione quęritur, & sic priuatim.

3 Corroboraturque secundo loco per mentionatos Doct.quia assessores non recipiunt salarium de publico.c.statutum.§.pen.de rescrip. lib.6. & nihilominus habent quasi castrense peculium.l. velut.C.de assessorib.

4 Et quatenus superius docuimus,quòd perceptum ex fructibus beneficiorum per clericos dicatur quasi castrense peculium; dic quòd clerici beneficia, & eorum fructus ex publico non percipiunt, sed procul dubio in eis dicuntur habere quasi castrense peculiũ.l.sacrosanctæ. C. de epis. & cler.vbi Paul.& cæteri, Inuo.Hosti.Card.Ant. Imol.Ancha. Abb.Barbatius, & Couarruuias nu.1.in c.quia nos,de testamẽ.Afflict.decis. 241. quidam notarius Iacobus,nu.1.cum alijs seq.

5 Et hoc procedit quoque in clericis in minoribus ordinibus cõstitutis, quorum acquisita post ordinem susceptum cẽsentur castrẽsia,vel quasi secũdùm Doct.omnes,& ibi Couarruuias, num. 3.in d.c.quia nos,Deci. in c. in præsentia de proba.num.64.& Io.Lupi in repet.c.per vestras,super rub.§.42. num.13. de don. inter vir & uxo.

Cõis opin.

6 Vndè pater percipiendo fructus dictorum beneficiorum tenetur ad restitutionem eorũ si extant, si uerò non extant cogitur ad pretium eorundem fructuum:vt per Abb. & Cardin. Zabar. in d.c. quia nos cũ alijs plenius deductis per Afflict.decis.241.col.1.

7 Sed si pater prętitisset filio clerico alimẽta de suo dũ percipiebat fructus beneficiorum ipsius filij,posset vtique alimenta memorata repetere & compensare in fructibus prædictis receptis beneficiorum: secundùm Pau. Castren.cons. 416. q.2.vol. 2.Io. Lupi in repet. c. per vestras.§.42. col. 3. de donat. inter virum, & vxorem,Bertrã. cons.34.vol.2.& Alex.cõs.110.videtur prima cõsideratione dicendum alimẽta ,sub num.3.licèt additionator ibi in litera A. &malè asserat contrarium.

8 Et hoc nõ mirum,quia pater filio clerico, qui ex fructibus beneficiorum ecclesiasticorum viuere potest,non tenetur alimẽta præstare:ut not. Deci. cons. 576. pro resolutione casus propositi sub num.3.

### SVMMARIVM.

1 *INTERPELLATIO, seu monitio requiritur quando imponitur pœna pro facto negatiuo, seu in non faciendo:ut quia dicatur quicunque non fecerit residentiam in beneficio, uel collectas non soluerit,sit excommunicatus, uel duplum soluat, vel quid simile;secus uerò quando imponeretur pœna pro facto affirmatiuo, ut quia dicit: quicunque intrabit talem locum, uel furtum fecerit puniatur tali pœna: tunc enim statim contraueniens ex sua contrauẽtione pœnam incurreret.*

## OPINIO DCXI.

1 POENA, vbicũque ponitur pro facto affirmatiuo, vt quia lex, statutum, seu bannum dicit, disponitue: quicunque intrabit talem locum, uel furtum fecerit,puniatur tali pœna tũc quippe statim, & ipso facto cõtraueniẽs ex sua cõtrauẽtione pœnã ipsam incurreret.c. de mulcta, de præben. c.si quis suadente.17.q.4.& l.1.C.de secund.nup.

¶ Tamen quando imponeretur pœna pro facto negatiuo, seu in non faciendo consistente,vt quia disponeretur, quòd quicunque non faceret residentiam in beneficio,vel collectas non solueret,sit excommunicatus, vel duplum soluat, vel quid simile, semper intelligeretur si monitio præcesserit:vt voluit Inno.in c.extirpandæ.§.qui uerò de pręben.ubi assignat rationem diuersitatis, quem sequitur ibi Io.And.Hostien. Ant.Ancha. Imol.& cęteri omnes, & ista est communis opinio: ut dignoscitur ex allegatis per Alex.in l. ita stipulatus. *la grande*, nu.13.cũ alijs seq.ff. de ver. oblig.vbi sequitur cumulatissimè istam communem sententiam,& ait idem fuisse de mente Bar. in l.in faciendo.§.infans.ff.de furt.quãuis Doct. in d.c.extirpandę non rectè referant. & limitat eam vtiliter etiam in aliquibus casibus, & antedictam communem citat expressè Abb. in d. §. qui uerò in.2.lect.sub nu. 2.ac ei inhæret etiã Fely.cum cæteris aggregatis per eum, & limitat in nonnullis casibus in c.2.nu.4. ext.de magistris.

Cõ. opin.

SVM-

SVMMARIVM.

1 POENA committitur semel tantùm regulariter, etiam quòd offendens semel offenderet iterum, nisi dictum sit in promissione seruandæ pacis, uel in compromisso, quòd toties pœna committatur, quoties fuerit contrafactum.

2 Pœna promissa in contractu cum clausula toties, quoties, uerificatur in bina contrafactione, uel bis solummodò pœna ipsa exigatur si contrafieret.

3 Pœna adiecta in promissione, seu contractu, committitur ex sola facti contrauentione, uel contradictione licèt contrauentio, uel cōtradictio non habuerit effectū.

4 Pœnas conuentionales, contrahentes, etiam quòd clerici sint, ultra damna, & interesse petere nequeunt.

5 Pœna legalis peti potest etiam in eo, quod excedit damnum, & interesse.

OPINIO DCXII.

1 POENA adiecta in promissione seruandæ pacis, seu non faciendæ offensæ, uel in compromisso, nisi aliud expressum sit, semel tantùm cōmittitur, & sic de prima offensa, non autē de cæteris intelligitur, nisi expressè dictum fuerit, quòd pœna ipsa toties committeretur, quoties contrafactum fuerit: secundùm Io. And. in add Specul. in rub. de treug. & pace in fin. quem sequitur Roma. cons. 155. col. fin.

¶ Sed Alex. cons. 115. nu. 9. vol. 4 ait contrariæ opinioni tanquam magis ueræ, magisque cōmuni inhærendū semper legendo, consulendoque. & in effectu prædicta sententia Io. And. communiter reprobatur, & videtur periculosa nimis, ideò in actu practico noli discedere à dicta communi opinione contra Io. And. tanquam tutissima, & verissima. Cōis opin.

2 Sed vbicunque in cōtractu esset promissa pœna toties, quoties contrauentum fuerit: tūc promissio hæc verificaretur in bina contrafactione, vt bis duntaxat pœna ipsa exigatur si cōtrafieret: vt voluit Cyn & Bal. in l. si duo. §. semel. ff. de arbi. & Marsil. cū alijs relatis per eum in rub. nu. 159. ff. de fideiussorib. & Lauren. Syluanus cons. 34. num. 6.

3 Et aduerte quòd pœna hæc adiecta in promissione, est tanti momenti, quòd si pœna ista apposita foret in contractu, tunc committeretur absque dubio aliquo ex sola facti contrauentione, seu contradictione, quamuis contrauentio ipsa, vel contradictio nō habuerit effectum: secundū Corset. cū relatis per eum in sing. suo in uer. Pœna apposita in contrauentione.

4 Sed partes, etiam quòd clerici forent, petere nequirent pœnas in instrumento conuentionis appositas vltra damna, & interesse, & consequenter in eo, quod excederent extimationem damni, & interesse. & ita iudicauit Rota Rom. sub die 3. Martij 1570. teste D. meo Oradino in dec. 241.

¶ In contrariam uerò partem inclinauit Bar. in l. Lucius Titius, in fin. ff. de act. emp. vbi concludit, quòd pœna conuentionalis, etiam si excederet interesse petitum, peti nihilominus posset. Et hoc idem videtur firmare etiam Innoc. in c. suam in fin. de pœnis, asserens ibi, quòd licitè petitur tota pœna, etiam si excedat interesse: cui accedit ibi Abb. in 11. not. & alij omnes. & sic apposita in conuentione ipsa pœna non est spectandum an tanti intersit, sed etiam si non tāti intersit, quod conuenerat inter partes factum fuisse: cùm tam ciuili, quàm etiam canonico peti iure possit. l. 2. §. fin. iuncta. l. seq. vbi Glo. Bar. & alij in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerb. oblig. Glo. in. §. alteri. instit. de inut. stip. c. dilecti, ubi Abb. in 5. not. de arbit. & Iaf. cōs. 49. in prin. vol. 3. Sed ego in tam tenebroso, & disputabili articulo inhæreo opinioni prædictæ Rotæ Roma. tanquā humaniori, & æquiori.

5 Cæterùm vbicunque peteretur pœna legalis in eo quod excederet damnum, & interesse: tunc dubio procul quis petere posset pœnas ipsas legales vltra dāna, & interesse. ita Canonistæ omnes cōcorditer in c. cùm dilecti, de arbitr. & illust. D. Oradinus præceptor meus decis. 283. vbi planū facit istam esse communem sentētiam, ac ita Rotam Rom. iudicasse sub die 11. Decembris 1570. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 POENA capitalis in exilium perpetuum interpretatur: quia appellatio pœnæ capitis in dubio de pœna mortis no intelligitur. quare si iudex condemnaret reum in sententia ad mortis pœnā, non ueniret quippè plectendus pœna mortis, sed pœna exilij perpetui.

2 Iudex in sententijs capitalibus ultimi supplicij proferendis debet in eis necessariò, & cautè apponere, amputetur reo caput á spatulis, uel totaliter moriatur, ità quòd anima separetur à corpore.

OPINIO DCXIII.

1 POENA capitis appellatione in dubio de pœna mortis nō intelligitur; & sic si iudex assereret in sententia diffinitiua cōdēnatoria, Titiū condemnamus in pœna capitis, seu pœna capitali, nō ueniret plectendus pœna mortis iste reus, sed alia mitiori, ac minori pœna; & consequenter exilij perpetui: quia pœna capitalis in exilium perpetuum interpretatur: secundùm Glo. in l. vnica. C. ne Christ. mancip. post Azonem ibi in summa: quam Glo. dicit singularem Imol. in l. 2. col. 3. ff. de pub. iudic. Iaf. in l. transigere. C. de transact. nume. 9. Anan. & Fely.

Fely.in c.qualiter.il 2.§.licèt,num. 52.de accusa. & Marsil.cum aliis signatis per eum in pract. cri. §.oportunè. num.40.ubi præsupponit istam esse
Cōis opin. communem opinionem, quam sequitur etiam, citat,& latè comprobat Marcus Mantua in d.l. trāsigere.in 2.lect.sub nn.108.cum nouem aliis numeris sequentibus. Alex. conf. 104.statutum loquens,sub num.2.uol. 1. & ibi Natta in add. Iaf in l.3.§.hæc pœna. ff.quod quisque iur. Alciat. in tract.de presump.circa fi.nu.9.

2 Vndè meritò practica inoleuit, vt in sententiis capitalibus vltimi supplicij proferendis dicatur:amputetur sibi caput à spatulis, uel totaliter moriatur, ita quòd anima separetur à corpore: quam docet Alex.conf.121.col.2.uol.7.Fulgo.in l.presenti.C.de his,qui ad eccle. confu. & Marsil. in d.§.oportunè.nu.40.

*SVMMARIVM.*

1 *PERMVTATIO beneficij ecclesiastici existentis de iurepatronatus laicorum facta absque consensu patronorum, & eis non vocatis, non est ipso iure nulla, sed valet; licèt postea annullari possit agentibus ipsis patronis super contemptu infra quatuor menses: secundùm vnam communem opinionem; licèt altera sententia contraria similiter communis appareat, quòd permutatio ipsa sit ipso iure nulla.*

2 *Vnio facta de beneficio patronato sine consensu patroni est nulla.*

3 *Permutatio beneficiorum ex patronis laicis facta in curia Romana nullatenus valet non facta mentione patronatus.*

4 *Episcopus restituere nequit clericum aliàs depositum in ecclesia patronata sine patroni consensu.*

5 *Consensus patroni, qui habet interuenire in permutatione beneficij patronati facienda, potest interuenire post permutationem, infra tamen tempus datum ad præsentandum, & sufficit consensum istum tacitè, vel expressè prestari.*

## OPINIO DCXIV.



1 PERMVTATIO beneficij ecclesiastici existentis de iurepatronatus laicali, facta insciis & non vocatis patronis, ipso iure non redditur nulla, sed valeret, & teneret, quamuis postea per sententiam cassari, rescindi, & annullari posset agentibus patronis laicis super contemptu infra quatuor menses: secundùm Paulum de Leaz. in Clemen. 1. de rerū permut. Federic. de Senis in tract. permut.q.30. Rota Rom.decis.5.Item quòd permutatio facta per ordinarium, tit.de rerum permut. Panorm. in c.cum dilectus circa medium de iurepatr.Philip. Franc.in c.1.uers.ex quo infertur, quòd licèt permutatio, de rerum permut.in 6.Fely.in c. cū Bertholdus uer.5. in permutatione,de re iud. Io. de Imol.in c.exhibita,uers.3.quæritur, de rerum permut.& Rocchum de Cur. in tract. de iurepatronat. super ver. Honorificum.q. 3. vers. tertiò quæro,& Bertran. consulendo conf.9.viso,& considerato casu.nu.1.& seq. vbi perhibet istam fore magis communem opinionem, nec ab ea discedendum esse refert Couarruuias etiam in sua practica, c.36. sub nu.9. Cōis opin.

¶ In contrariam uerò partem, uidelicèt quòd huiusmodi permutatio facta absque consensu patroni ecclesiastici, uel laici sit ipso iure nulla: inclinauerunt Calderi.in conf. 2.tit. de rerum permut. Paulus de Citadinis in tract. de iurepat. in 6.par.art.9.q.52.Bellamera decis.181. Steph.Caietan.in repet.c.fin.de elect.in 6. Pet. de Vbal.in tract.de iure permu.benef.ver.An permutatio facta per episcopum, Collec.in c.cùm olim.col.1. vers.sed nūquid de permut.& Domin.in c. nemo deinceps. col.4.de elect.in 6.ubi concludit quòd si laicus patronus huiusmodi permutationem impugnet sine eius consensu factam; poterit etiam illa permutatione nō cassata, uel reuocata alium presentare. Id tamen procedere ait, quando permutantes fuerint in culpa scientes ecclesiam esse patronatam. & Lapus allegatione 96. beneficia vacātia in curia Romana,& ibi cōsumatissimus, & doctissimus D. Quintil. Mandos.in add.in litera N. vbi ex allegatis authoritatibus per eum, & ex alijs præcitatis videtur quasi ist hæc esse cōis opinio. quam sequitur etiam cum aliis signatis per eum Bertran. sibi contrarius conf. 18. multa sunt de quibus quæritur, sub num.3.& seq. vol.8. licèt ibi inuitis dentibus fateatur primam sententiam esse magis communem, & Cæsar Lambert. in tract.de iure pat.lib.2. artic. 6.q.6.part.2. sub nu. 6. cum aliis omnibus seq. vbi per distinctiones resoluit præsentem quæstionem fusissimè, prout dicta prima pars magis uera, magis tuta, & magis communis apparet, & cum ea concurro in decisiuis; ac eandem primam sententiam sequitur, & ait magis communem reuocando iudicium in melius idem Bertran.conf.322.ex processu dudum cepto.nu.15.vol.8. Cōis opin.

2 Item vnio facta de huiusmodi beneficiis sine consensu patroni minimè ualet: vt voluit Thomas Fastol.in suis dubiis in 2. causa. in 6. dubio, vbi ita ait decidisse Rotā Roma. cui consentit Fely.in suo tract. quando lit. apost.noc.patr.eccl.in prin.& Rocch.Curt.in d.tract.de iure pat.in ver. Honorificum.q.3.vers.In quantum etiam.

3 Nec etiam permutatio ecclesiarum, ad quas competit ius patronatus, facta in Romana Curia sine mentione iuris præsentandi laicorum valet: secundùm Lapum in d.alleg.96.in fi.vbi memorat ita vidisse seruari.& idem firmat Bellame.decis.179.& 181.& Calder.conf.2.in rub.de rerum permut.Couarruuias in sua pract.c.36.sub nu.9. & D.

& D. Quintil. Mand in add. Lapi in d. alleg. 96. in litera O. vbi affirmat istorũ opinionẽ cõem esse.

4 Nec deniq; Episcopus clericũ depositũ ab ec clesia patronata restituere potest sine consensu patroni: vt uoluit Gemi. affirmans istam fore cõmmunem opinionẽ in c. quãuis de rescrip. lib. 6. Cõis opin. su per Glossa pen. cũ qua concurrunt etiam Barbatius cons. 23. scripsit Propheta. col. 7. vol. 1. & Anto. de But Ab. & alij in c. trãsmissa in fi. de renũ.

5 Ideò stante, quòd ipsa permutatio beneficij Cõis opin. subsistit, nec irritatur, ac annullatur ipso iure, sequitur vtilitet iste effectus ex hoc, vt eadem permutatio ita, & taliter facta posset roborari, ac ualidari vbicunq; interuenisset ratificatio, aut consensus ex post facto: & sic ipsa permutatio valida tur ex subsequenti consensu dicti patroni: vt uoluit per aliquas non spernendas rõnes consulendo Ro. cons. 356. circa primum consultationis articulum, sub nu. 7. cum aliis seq. & ibi D. Hor. Mãdos. in add. in litera Q. & seq. & Cæsar Lambert. in tract. de iurepat. lib. 2. arti. 6. q. 5. prin. part. 2. nu. 24. & 46. ubi hoc admittit, & de plano procedere inquit post Caiet. Paul. & Rotam ibi allegatos per eum: dummodò cõsensus ipse interueniat infra tempus datum ad præsentandũ, idest infra semestre, si sunt patroni ecclesiastici, si verò patroni sunt seculares infra quadrimestre. & dũmodò etiam post permutationem factam interueniat consensus tacitus, siue expressus sufficere cõcludit, & optimis quidem rationibus, & profectò ista est ueritas.

SVMMARIVM.

1 *PIGNVS prætorium, quod in contumaciam rei non comparentis capitur, infra quantũ tempus uendi possit relinquitur iudicis arbitrio: cùm non reperiatur in iure statutum tempus quando vendi debeat.*

2 *Pignus prætorium illud dicitur, quod datur per iudicem in contumaciam rei ex primo decreto sequuta tamen immissione.*

3 *Pignus prætorium non constituitur nudo uerbo iudicis: sed requiritur immissio in possessionem: nisi quando casu, uel facto potentioris fieri nequeat.*

OPINIO DCXV.

1 PIGNVS prætoriũ, qđ capitur ob rei non cõparentis contumaciam: cùm nõ reperiatur tempus præfixũ in iure quando uendi debeat, & possit, ideò relinquitur arbitrio iudicis infra quantum tempus tale pignus vendi possit: secundùm Doct. omnes, in l. cùm proponas. C. de bo. auth. iud. pos. Bart. & alios in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dã. infec. Alex. & Ias. in l à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. Cõis opin. & Ias. in l. debitoribus. nu. 4. in fi. eod. tit. vbi commemorat istam esse communem opinionem, & Negusan. in tract. de pignor. & hypo. in 6. par. pri mi membri. nu. 8.

2 Et aduerte ꝙ pignus prætorium illud dicitur, quod datur per iudicẽ in cõtumaciam rei ex primo decreto, sequuta tamẽ immissione: vt est tex. & ibi not. Bar. in l. non est mirum. ff. de pig. actio. quo nempè casu locus est primo, & secundo decreto: vt in d. l. si finita. §. Iulianus, cum similibus, & l. eũm unus. ff. de bonis auth. iud. poss. & habetur per Paul. de Cast. in d. l. si finita. §. si plures. col. 4. uers. Secundo quia non fit adiudicatio.

3 Sed pignus hoc prætoriũ non constituitur nudo, simpliciq; iudicis uerbo: uerùmtñ requiritur immissio in possessionẽ: nisi quando per casum, uel de facto potentioris fieri nõ possit: tunc enim missio habetur pro facto. ita Bar. in l. si finita. §. illud quæritur. ff. de dã. infect. & Bal. in l. 3. in prin. C. vt in poss. leg.

SVMMARIVM.

1 *PIGNVS cõuentionale creditor potest uendere elapso biennio à tẽpore moræ debitoris, nisi aliud conuentum sit inter partes.*

2 *Pignoris conuentionalis, & prætorij ponuntur decem differentiæ remissiuè.*

3 *Pignus conuentionale constituitur inter absentes, & de nocte, & multis aliis modis, & contrahitur etiam quibuscunque uerbis, & sine scriptura.*

OPINIO DCXVI.

1 PIGNVS cõuentionale, quãdo aliud non conuenitur inter partes, creditor debet expectare bienniũ à tẽpore moræ numerãdum prius quã illud alienet: & sic elapso biennio illud uendere potest textus est in l. fi. §. sancimus. C. de iu. do. impe. & hoc firmat Glo. & omnes cõiter, in l. debitoribus. ff. de re iud. & istorum opinionẽ sequuntur, tuentur, & dicunt esse cõmunem ibi Alex. nn. 6, & 27. & Ias. nu. 5. & seq. Et licèt in aliquibus casibus inter se conueniant pignus cõuentionale, & prætoriũ: ut latè explicat, & interpretatur Negus. in tract. de pig. & hyp. in 3. pat. 2. mẽbri, nn. 29. cum multis seq. Cõis opin.

2 Tamen ibi ponit decem differentias inter pignus conuentionale & prætoriũ vtiles, ueras, & necessarias. Et potissimũ, secundũ Bar. Glo. & alios in l. 1. ff. de pig. act. pignus prętoriũ, & conuẽtionale differunt in modo cõstituendi: siquidem conuẽtionale contrahitur solo cõsensu partium: prętoriũ uerò trãsitione, nisi casu. l. unius. §. fi. cũ l. seq. ff. de bo. auth. iud. pos. & Alex. in d. l. 1. ubi similiter adijcit alteram nempè differentiam, scilicet, quòd requiritur discussio in petitorio, quę aliàs requiritur in conuentionali hypotheca. Nec non tradit postremò etiam aliam differentiam: quia creditor accipiens pignus prætorium liberatur in totum, licèt pignus nõ sit idoneum. l. à Diuo Pio. §. si pignore. ff. de re iud. secus uerò in conuentionali. l. creditor, qui nõ idoneũ. ff. si cer. pet. & l. si pro mutua. C. eod. tit.

3 Et pignus hoc conuentionale constituitur inter absentes, contrahitur quoq; quibuscunq; uerbis, etiã absq; scriptura. Item constitui potest de nocte, & in multis aliis casibus relatis, & fusissimè probatis, per Negul. in d tract. de pig. & hyp. in 3. par. 1. membri, nu. 2. cum aliis seq. & Glo. in l. more. ff. de feriis.

*SVMMARIVM.*

1 POLLICITATIO *de iure canonico non inducit actionem.*

2 *Pollicitus repetere non potest in septem casibus illud quod soluit, etiam si post solutionem pœniteat.*

OPINIO DCXVII.

1 POLLICITATIO, quę est vnius ꝓmissio, absenti nõ præsenti facta. l. pactũ. ff. de pollic. de iure canonico actionem, & obligationẽ inducit: & sic iure isto actio oritur, & conceditur ex pollicitatione. tex. est in c. iuramenti. 22. q. 5. Et conclusio hęc probatur secundũ Abb. ibi in c. qualiter de pact. quam latè tuetur Fortun. in l. 1. col. 2. & seq. ff. de pa ✝.

¶ Sed Panor. titubanter, & parũ sibi constãs, in c. cũm inter uniuersas. col. fi. de elect. soluit cõtrariũ, ꝙ iure canonico ex pollicitatione actio minimè oriatur. cuius opinionem sequuntur Ias. in l. iurisgentium. §. sed cũ nulla. ff. de pac. & in rub. ff. de uer. obl. col. 3. & seq. ibi Galliaula. fol. 12. & Alciat. nu 7. & Excellentiss. D. Io. Iac. Leonardus cons. 116. succinctè. nu. 4. posito inter consilia Albetti Bruni cu opinione hac transeunt, & explicant eã esse cõem; & ego sequor tanquã uerissimã, pro vt in eandem sentẽtiam inclinaui supra in Opinione 572. Pactorũ genera. nu 10. *Cõis opin.*

2 Sed aduerte, ꝙ si quis soluisset illud, quod mediante pollicitatione promisisset, repetere quippè tanquã indebitè solutũ per condictionem indebiti nequiret modo aliquo in septem casibus limpidè, distinctè, & utiliter positis, atque resolutis per Andream de Exea in tract. de pactis, sub nu 110. cũ aliis seq.

*SVMMARIVM.*

1 POLLVTIO *nocturna de per se sola non est peccatum mortale, nec veniale, etiam quòd procedat ab ingluuie: sed quando haberet ortũ à culpa, ratione ipsius culpę esset peccatũ mortale, uel ueniale: vt dicitur infra sub nu. 2.*

2 *Ecclesia consecrata in qua opus carnale commissum sit, eget reconciliatione, ad hoc vt possint in ea postea diuina celebrari. Quod quippè intelligitur de emissione seminis per fornicationem, aut adulterium, & non per somnum, vel per coitum cum propria vxore.*

3 *Sacerdos de concilio ea die debet abstinere a celebratione missę ob pollutionem nocturnam à culpa veniali procedentem. Sed ubi culpa foret mortalis de pręcepto teneretur ab ipsa celebratione abstinere propter reuerentiam sacramenti.*

OPINIO DCXVIII.

1 POLLVTIO nocturna dormiẽtis, & somniãtis sola & de p se, non est peccatũ mortale, nec veniale, ẽt ꝙ pcedat à crapula, & ingluuie, uel à superfluitate naturę, uel ab infirmitate: scdm Tho. de Aqui. in 2. 2. q. 154. art. 5. S. Ant. Archiep. Flor. in 2. par. eius sũmæ ti. 6. c. 5 đ pullutione in somnis.

¶ Quod facilè probatur. Nam licèt committens opus carnale in ecclesia, etiam cuiuscunque conditionis esset, magnum sacrilegium perpetraret, adeo ꝙ si ecclesia erat prius consecrata indigeret reconciliatione, ad hoc scilicet ꝙ possint postmodũ in ea diuina celebrari: vt habetur in c. ecclesiis de consec. dist. 1. Nihilominus hoc intelligitur secũdum Glo. ibi, de emissione seminis per adulterium, aut fornicationẽ, & non per somniũ, aut per coitum cum propria vxore. Et eandẽ opinionẽ approbat etiã nonnullis aliis rõnibus, & sequitur etiã copiosè Pet. à Plaza in epit. delic. cau. crim. lib. 1. c. 31. nu. 7.

2 Sed vbicunq; pollutio hęc dormientis haberet ortũ à causa, occasione, à præuia turpi cogitatione, & culpa ipsius: tunc rõne culpæ esset peccatũ mortale, uel veniale: secundũ Tho. de Aquino. in d. arti. 5. S. Ant. in d c. 5. post prin. Io. Maiorẽ in 4. sent. dist. 9. q. 3. & Tho. de Aquino ibi q. 4. S. Anto. in d. summa in 3. par. tit. 15. c. 6. 3. 10. & Theologos oẽs cõiter, & Canonistas in c. testamentũ. 6. dist. & Caiet. 2. secundæ. q. 154 vbi ait ꝙ nocturna pollutio est peccatũ, ubi quis data opera ita, & taliter dormit, ꝙ polluatur & sequitur etiã Pet. à Plaza in d. epit. delict. cau. crim. lib. 1. c. 31. sub nu me. 7. vbi testatur de communi. *Cõis opin.*

3 Et hinc est, ꝙ ob hanc pollutionẽ nocturnam à culpa veniali pcedentẽ, sacerdos debet eo die à celebratiõe missarũ de cõsilio abstinere. Sed vbi culpa esset mortalis, tũc necessariò, & de pcepto deberet ab ipsa celebratione abstinere: vt voluerũt Tho. in 3. pat. q. 80. art. 7. & in aliis locis pcit. Beatus Ant. in d. 5. 10. Palu. in d. q. 3. & ibi Tho. q. 4. Siluest. in ver. Eucharistia, ii 3. q. 10. & est text. & ibi Glo. in uer. Humiliter, in d. c. testamentum.

¶ Cæterũ Palud. in d. q. 3. declarat hoc ꝓcedere cũ grano salis, & firmat, sacerdotẽ non incurrere peccatũ mortale celebrãdo, ac se cõicãdo post pollutionẽ nocturnã; ortũ, seu principiũ habentẽ à culpa mortali, ẽt intra decẽ horas: præmissa tñ prius debita, & requisita contritione, & confessione dictæ culpę. & opinionẽ istã Palud. sequitur Siluest. in loco pręmisso, & Ioãn. Maior, in d. q. 2. Ego uerò in pręsenti casu admonerẽ sacerdotes omnes, vt si commodè fieri posset, abstinerent eo die à communione propter maximum honorem præstandum sacramento Eucharistię.

*SVMMARIVM.*

1 POSSESSIO *transfertur per traditionem clauium, si tradantur in re pręsenti iusta horrea, ita quòd determinatè sciatur, vbi res, & merces reperiantur.*

2 *Spo-*

1 *Spoliatus restituitur ante omnia, probata tamen prius possessione per eũ per traditionẽ clauium solummodo.*
2 *Possessio non transfertur per solam traditionem clauium, titulo non praecedente.*
4 *Claues in dubio praesumuntur traditę causa custodiae, si titulus non praecedat.*
5 *Possessio transfertur per contrasignum, & tunc non est necesse, ut ipsum contrasignum detur iuxta castrum, seu fortilitium: quia illud adulterari nequit.*
6 *Possessio beneficij acquiritur per traditionem clauium, vel anuli portae ecclesiae clausę.*
7 *Possessio rei emptae tradita uidetur per traditionem instrumentorum ipsius emptionis.*
8 *Possessio domus horrei transfertur traditis clauibus, etiam extra conspectum ipsius horrei.*
9 *Possessio transfertur per traditionem clauium, etiam si illę tradantur per alium nomine domini.*
10 *Possessio non transfertur non praecedente aliquo titulo.*
11 *Possessionem non habens, non potest illã alteri tradere.*
12 *Possessio non transfertur per traditionẽ clauiũ, quę nõ fuerunt traditę principales claues principalis portae.*
13 *Possessio nõ trãsfertur per traditionem clauium, ubicunq; claues ipsae traderentur ab eo, qui non posset de re solus disponere.*
14 *Possessio non transfertur columbarij, vbi essent aues, ob traditionem factam clauium illius.*
15 *Possessio non transfertur ex traditione rei, non cohęrentis rei traditę; & sic ex traditione anuli, seu bireti.*
16 *Possessio beneficij non transfertur per traditionem bireti, seu anuli extra ecclesiae, uel ipsius beneficij conspectum.*
17 *Possessio rei absentis licet non transferatur per traditionem anuli, tamen tunc uidetur tradita facultas intrandi possessionem propria authoritate.*
18 *Possessio beneficij propria authoritate capi non potest.*
19 *Possessio actualis transfertur ob traditionem factam bireti, uel anuli porta ecclesię in conspectu ipsius ecclesię, uel beneficij, dũmodò tradatur anulus, seu biretum ab habente potestatẽ; & dũmodo possessio uacua esset.*
20 *Possessio non transfert anulus, sicut claues: quia quaedam sunt nomina possessiua, ut claues, & quędam significatiua, vt anulus.*
21 *Possessio non transfertur per traditionem clauium, quãdo non essent traditae uerae claues.*
22 *Possessionis translatio non impeditur quando erratur in corpore.*
23 *Possessio rerum existentium in horreo per traditionem clauium non transfertur: quia ante mensurationem, & ponderationem ipsarum rerũ non dicitur perfectus contractus: secus autem si uenditio esset facta indeterminata: siquidem tunc non requiritur ponderatio, seu mensuratio.*

OPINIO DCXIX.

1 POSSESSIO per traditionem clauium portae domus, uel solarij, uel scrinij, in quo res recondita est, transfertur ita demum, si claues ipsae traditae, & consignatae forent in re pręsenti iuxta hoc rea, ita quòd determinatè sciatur, vbi res, & mer ces essent: vt voluit Bart. & caeteri omnes in l. 1. q. 1. ff. de acquir. pos. praesertimq; Ias. Claud. Aquẽ. & Ripa. nu. 53. & seq. qui proferunt opinionem istam Bar. communem esse. *Cõis opin.*

¶ Et quamuis Alex ibidem, & Bartholomeus Romuleus nu. 175. cum alijs seq. discrepent à dicta communi; nihilominus fatuum esset in decisis recedere à communi praemissa, tanquàm sacrosancta: quam sequitur etiam Michael Cifuen. super leges Tauri in l. 17. sub nu. 2. vbi refert non nullos alios casus, in quibus ficto modo transfertur possessio absque traditione.

2 Vndè per traditionem ipsam clauium probaretur possessio, & huiusmodi probatio absq; dubio aliquo sufficeret, vt spoliatus restitueretur: secũdùm Glo. & omnes in d. l. 1. & praesertim Alex. ibi nu. 78. & Rotam Ro. in antiquis decis. 717.

3 Caeterùm haec omnia intellige uera esse, ubicunque titulus pręcessit traditioni clauium; aliàs titulo non praecedente per solam traditionem clauium possessio non transfertur: vt per Ias. qui ita hoc explanat, & interpretatur in d. l. 1. §. si iusserim. nu. 16 ff. de acq. pos.

4 Et si titulus non pręcedit, quòd in dubio censeantur claues traditae causa custodię: firmat Bar. in l. cùm pater. §. pater pluribus, in princ. ff. de leg. 2. Dec. in d. l. 1. & ibi Illustris D. Pontanus pręceptor meus, nu. 68. & Alex. nu. 28. & 34. & Alberi. in ead. l. §. si iusserim, qui discurrunt, & determinant casum etiam, in quo non forẽt traditae uerę claues: prout resoluitur quoque alter casus, quando traditę non essent claues principales, per Old. cons. 209. in causa hospitalis Sancti Aegidij, & per Rot. Ro. decis. 153. Nota pone, quòd aliquis est inductus, & decis. 302. Nota quòd per traditionem anuli portae beneficij, in antiquis.

5 Ista itaque communis ita illustrata ampliatur primò intantum procedere, ut transferatur possessio etiam per cõtrasignum ita Afflic. decis. 299. in fin. Et tunc vtique non est de necessitate, ꝗ hoc contrasignum detur iuxta castrum, seu fortilitium. Et ratio potest esse, quia contrasignũ adulterari non potest, vt faciliter possunt claues.

6 Secundò amplificatur etiam eadem communis locum quoque obtinere in beneficialibus: tunc enim per traditionem clauium, uel anuli, uel catorfiae ipsius ecclesię acquiritur possessio beneficij: vt uoluit Ias. in l. clauibus, numero 92. ff. de contrahen. empt. Rota Roma. in d. decis. 153. & decis. 302. & 717. dic si aliquis expectans acceptat, in antiquis, & Bisignet. decis. 8. de restit. spol.

7 Tertiò ampliatur similiter procedere cõmunis isthęc in instrumentis emptionis: quia eis traditis videtur tradita possessio rei emptę. l. 1. C. de donat. & non requiritur pręsentia illius rei, vt ferouorũ. in d. l. 1. sicut requiritur in d. l. clauibus. Et ratio est, quia claues non afferunt secũ totale fundamentũ rei, & possessionis, ueluti instrumenta. ita Alber. in l. 3. §. Neratius. ff. de acq. poss.

8 Quartò ampliatur etiam vtiliter cōis prælibata, q traditis clauibus trāsferatur possessio domus horrei, ubicunq; hoc ageretur etiā nō apud domum, & horreū: quia si hoc propè ipsa horrea ageretur, clauiū traditio nihil operaretur: nā sufficeret quippè aspectus horreorū: vt d. l. 1. §. si iusserim, & l. quod meo. §. si uenditorē. ff. de acq. pos. ergò vt aliquid addat traditio clauium habet locum d. l. etiam non iuxta horrea.

9 Quintò ampliatur eadem cōis, vt locū obtineat etiā si tradantur claues per alium eo nomine. d. l. 1. §. si iusserim, & l. 1. C. de expil. hæred.

10 Sed opinionem hanc ita ampliatā limita primò, q non transferatur possessio non præcedente aliquo titulo: vt planè colligitur ex d. l. clauibus, & in §. antepen. instit. de rer. diuis. & in l. 2. C. de peric. & cōmo. rei vend. vt explanaui supra, per d. l. cùm pater. §. pater pluribus, vbi Bart. ff. de legatis 2.

11 Secundò limita etiam, q minimè locum habeat, nisi in uero possessore: quia qui possessionē non habet, non potest eam alteri tradere, seu trāsferre: arg. l. traditio. ff. de acq. rer. dom. & est text. in l. 1. §. Sceuola ff. si quis testa. lib. ess. iuss. fuer. & Rota Rom. in præcitatis decis. & Alber. in d. l. 1. §. si iusserim, & Oldra in d. cons. 209.

12 Tertio limita itidem, quando non forent traditę principales claues principalis portæ. ita Alber. in d. l. 1. §. si iusserim.

13 Quartò limita similiter quoque, qn essent plures possessores, & vnus solùmodo traderet claues, & sic vbicunq; claues traderentur ab eo, qui non posset de se solus disponere: tūc quippè possessio non transferretur. ita Alber. in d. l. 1. §. si iusserim, & Oldr. in d. cons. 209. & facit tex. in l. in concedenda. ff. de aq. plu arcen.

14 Quintò limita, vbicunq; in illa domo, cuius sunt traditę claues, essent aliquę res uacantes; qa non transfertur tūc earū possess. & facit ad hoc l. 7. §. Neratius. ff. de acq. pos. & posset vtiq; exemplificari in columbario, ubi essent aliquæ aues.

15 Sextò limita ēt non intēpestiuè, minimè procedere in traditione rei non cohærentis rei uenditę, putà si traderetur anulus aureus, uel biretū, uel quid simile ita Faber in d. §. antepen. instit. de rer. diuis. Guid. Papæ decis. 22. & 81.

16 Quodq; pcedit in rebus spiritualibus etiam: Nā possessio beneficij nō trāsfertur ullo modo p traditionē ipsius bireti, seu anuli extra rei, & sic ecclesię cōspectū. c. trāsmissā. d' elec. & ibi Io. An.

17 Sed benè tunc videt tradita potestas intrandi possessionē propria authoritate. tex. est in l. pdia. ff. de acq. pos. & ibi Bar. & alij oēs, Inno. in c. 2. de consue. Roma. sing. 137. consuetudo est, & cons. 337. quoad primū cōsultationis articulum, sub nu. 6. Alex. cū aliis aggregatis per eum in l. 3. ff. de acq. pos. Dy. in c. 1. de reg. iur. lib. 6. & Ias. in l. quoties, nu. 31. C. de rei uend.

18 Quāuis in beneficialibus regulariter, quis ppria authoritate apprehēdere possessionē beneficij nequeat. c. eū qui de præb. lib. 6. & Lapus in al leg. 127. Anastasius canonicus, sub nu. 3. & seq.

19 Et quanquā possessio beneficij non transferatur ullo modo per traditionē anuli, vel bireti, ecclesia & re non pręsenti: tū vbicunq; traditio bireti, uel anuli portæ loci beneficialis fieret in cōspectu beneficij, & sic re præsenti, operaretur nēpe actualē possessionē arg. d. l. clauibus. C. de cōtrahen. emp. & ita concludit Ro. in d. cons. 337. nu. 6. & cons. 482. in casu proposito, nu. 3. & seq. Alex. in d. l. 3. ff. de acq. pos. Abb. & Fely. col. pen. in c. cum aliquibus de re iud. & Tiraq in tract. de iur constit. in 3. par. limit. 17. nu. 2.

¶ Cęterū hoc intellige sanè procedere duobus modis. Primò quidē, vbicunq; traderetur anulus, seu biretū ab habente potestatē tradendi: vt cōcedit Ro. in d. cōs. 382. sub nu. 3. & Pet. Rebuf. in sua pract. benefi. in tit. de miss. in pos. num. 35.

¶ Secūdò hoc intellige de plano pcedere, dūmodo possessio uacua foret, & non reperiretur in ea impedimentū. ita Ripa in trac. de peste de priuileg. eo tract. cau. pest. n. 188. & Abb. Fely. & alij in d. c. cū aliquibus; & consequēter possessio per receptionē clauiū ita probat, nisi alius possideat: quia duo non possunt insolidum possidere: secundū Bartho. Soc. cons. 131. & in l. possideri. nu. 24. ff. de acquir. poss.

20 Et quare anulus, sicut claues nō transferat possessionē, dicas vt per Bal. in l. 1. C. de dona. qa quędam sunt nomina possessiua, vt claues, & similia, & quędā significatiua, ut anulus, & similia.

21 Septimò limita, ut supra docuimus, si non essent traditę veræ claues: vt concedit cōsumatissimus legalis scientia præceptor meus D. Guliel. Pontanus in d. l. 1. nu. 68. ff. de acq. pos. ex mente Bal. Nouell. & colligitur (vt ipse ibi explanat) ex verbis text. in d. l. clauibus.

¶ Ipse tū concludit esse circa hoc distinguendū, q aut hoc fuit dolo factū, & tunc nullo modo transfertur possessio: quia non concurrit animus tradentis, & accipientis. Aut errore, & eo quippè casu vr̄ trāslata possessio. & distinctio isthęc ultra eū pbatur in l. si me in vacuā, in pri. ff. d' acq. pos.

22 Nā qn non erratur in corpore haudquaquā impeditur trāslatio possessionis. ita Glo. in l. quę extrinsecus. ff. de uer. obl. & limitationē hāc uberius declarat, atq; interpretat Rota Ro. in d. dec. 302. & 353. in antiquis, & Bisig. in d. dec. 8. de re. spo.

23 Postremò limita in rebus cōsistentibus numero, pondere, vel mensura: qa ante mensurationē, & ponderationē non dicitur perfectus cōtractus; & sic non uidetur translata tunc possessio per traditionē clauiū rerū existentiū in horreis. l. 2. C. de peri. & cōm. rei uen. ubi Cast. & l. qđ sæpè. §. in iis. ff. de contrah. empt. & est decis. Affli. 285 & 399.

¶ Sed hoc nō procedit, vbicunq; uenditio illarū rerū extitisset facta indeterminata, in qua quidē tūc non requireret aliqua ponderatio, uel mēsuratio, vt in d. §. in iis. & in his casibus videtur ficta possessio, nō aūt uera. ita Glo. in l. 3. in fi. ff. eo.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *POSSESSIO unius ex pluribus fundis apprehensa non arguit apprehensionem aliorum fundorum, præsertim in rebus hæreditarijs, etiam concurrente animo acquirere uolentis, nedum si plures res forent distinctæ, & separatæ, sed etiam si essent plures sub uniuersitate iuris.*

2 *Possessio non capitur, nisi coloni eijciantur. Et hoc procedit etiã in inquilino: nec sufficit illos de domo eijcere, nisi de fundo eijciantur.*

## OPINIO DCXX.

1 Posses sio. Cõe opin. IN pluribus fundis possessio vnius apprehensa aliorũ fundorũ possessio apprehensa, nõ dicitur: secundũ Glo. in uer. quã liber, e ĩtẽr receptã ab oĩbus, in l. 3. de acq. pos. quod, & in rebus hæreditariis, ꝓsertim procedit, in quibus si apprehensa reperiatur aliquarũ rerũ possessio, cæteræ res nondum apprehensę absq; dubio aliquo possideri non dicuntur: vt voluerunt Dy. & Anch. in c. 1. de reg. iu. Alex. post alios in d. l. 3. q̃d & Ias. inibi pulchrè tradidit, dicens apprehensione possessionis vnius prædij nequaquã acquiri possessionẽ aliorũ prædiorũ, etiã concurrente animo acquirere uolentis. l. prædia, de acq. poss. allegans Bal. in l. 2. C. de seruit. & aq. & Ang. in l. licet. C. de acq. pos. subiungendo hæc ꝓcedere non solũ, quũ plures res distinctæ, separatæque forent, uerũ etiã si plures sub vniuersitate iuris, puta hæreditatis continerẽtur; nã, & eo pariter casu, ꝑ apprehensionẽ possessionis unius rei hæreditariæ, a' iarũ rerũ possessionẽ nõ contineri.

¶ In contrariã verò sententiã inclinarũt Doct. antiqui, quos recitat Andr. de Iser. qui tenuere in casu, quo plures res titulo vniuersali quæsitæ essent, unius rei apprehensione, etiã aliarũ rerũ possessionẽ apprehensam dici, exemplificando de rebus hęreditariis, per Glos. in l. restituta. ad Treb. & ita iudicatũ esse, sicut Aluar. in c. 1. uers. quæro ab extra in tit. quid sit inuestit. ex d. And. de Iser. latius tract. sup. & opinioni huic inhæret quoque Tiraq. in tract. de retract. cõsang. §. 36. Glo. 3. nu. 2. 3. & 11. in tit. seu rub. iurisdictionis in cuius territorio bonũ acquisitũ sit. Sed parũ aut nihil obstant ea, quæ Alua. & Aud. de Iser. super antiquorũ opinione tradiderũt: q̃a ipsemet And. eã opinionẽ reprobat, & ait malè secundũ eã esse iudicatũ, allegãdo. l. qui absẽti. §. fi. de acq. pos. quã antiquorum doctrinã, etiã Dy. & Anch. in d. c. 1. reprobarũt. ideoq; remoto omni dubio, tutè, & libẽter possumus sequi cõem præmissam, q̃ ex apprehẽsione aliquarũ rerũ hæreditariarũ, aliæ res, quæ non essent apprehensæ, possideri non censeãtur.

2 Nec itidẽ capitur possessio, nisi coloni eijciantur. ita Card. Put. decis. 17. de cau. pos. Et hoc idẽ ꝓcedit quoq; in inquilino, etiã finita locatiõne: scdm Ant. August. decis. 3. & 214. & Put. decis. 5. de caus. poss. Nec sufficit illos de domo eijcere, nisi de fundo eijciant. teste Put. decis. 2. d̃ cau. pos.

*SVMMARIVM.*

1 *POSSESSIONIS probatio non sufficit in decisorijs petitorij iudicij, sed tituli quoque probatio requiritur.*

2 *Titulus probatur per instrumentum.*

3 *Titulus vbicunq; non apparet, seu reperitur, instrumentum probari potest per testes deponentes se interfuisse contractui.*

4 *Titulus non probatur per instrumentum, in quo concessum alicui sit omne ius, quod habet concedens, nisi probetur de iure concedentis.*

5 *Bona fides probanda non est, probato titulo, cùm ea in dubio præsumatur.*

6 *Bona fides præsumitur etiam sine titulo, si quis diu possederit: quia bona fide dicitur possidere ille qui fuit in longa possessione.*

7 *Possessio non probatur per responsionẽ de fructibus: cũ illa nõ probetur ex sola fructuũ perceptione, stante ꝙ iure familiaritatis quis fructus percipere censetur.*

8 *Possessio nõ arguitur, neq; continuatur ex prohibitione, ne vicinus stercora, & feces proijciat in loco uicino.*

9 *Possessio non dicitur probata, ubicunque testis deponat laboratores possedisse nomine Titij, nisi deponat de eius mandato, uel ratificatione.*

10 *Testes deponentes se nomine meo posedisse non probant possessionem, nisi illud addant, me id ratũ habuisse.*

11 *Possessio non probatur, neque dominium per æstimum, seu catastrum.*

12 *Possessio ꝑ solutionẽ collectarũ, seu tributi nõ ꝓbatur.*

13 *Testes deponentes uidisse aliquem tenere, & possidere probant possessionem.*

14 *Possessio ꝓbatur ex multis actibus positis remissiuè.*

## OPINIO DCXXI.

1 POSSESSIONIS probatio non sufficit in decisoriis petitorij iudicij, sed tituli quoq; ꝓbatio requiritur: vt uoluerũt Pet. Cy. Bal. Alber. & Saly. in l. non ignorat. C. qui accus. non poss. Bar. Cy. & Bal. per tex. ibi in l. nõ nudis. C. de ꝓb. & Ias. in l. neq; possessio. C. de testa. & istorũ opinio cõis est. licet, & malè Deci. cons. 54. & Felyn. in c. per tuas. extra de probat. teneant oppositũ.

2 Sed titulus tunc facilè probari posset: nã ipse titulus probaretur dubio procul per instrumentũ: vt not. per Glo. & omnes alios in §. sunt & aliç. instit. de usucapionib. & longi temp. præscript.

3 Et si fortè tunc non appareret instrumentũ ad hoc probandum, probaretur vtique titulus ipse per testes asserentes, deponentesq; se interfuisse contractui: cùm istud sit tale, quod obijciatur sensui visus: secundùm Doct. præmemoratos.

4 Cęterũ titulus iste probaretur ꝑ instrumentũ, in quo cõcessum sit alicui omne ius, q̃d haberet concedens: nisi aliter probaretur de iure concedentis: cũ in concessione subaudiatur clausula, si quod habet. ita Bar. in l cùm res. C. de probat. & Dyn. & Bal. in l. si fic. §. si mihi. in fi. ff. de leg. 2.

5 Vndè probato titulo non venit aliter probã

dabona fides: cùm ea tunc in dubio præsumatur. l.pen.& ibi Doct.C.de euictionibus.

6 Quod equidem de plano procedit, si quis haberet titulū, & diu possedisset ét sine titulo: quia tunc bona fides ipsa absque dubio aliquo præsumeretur.ita Innocen.in c.cū venisset,de in integ. restit.Bar.& alij omnes in l.Celsus.C. de usucap. & Ang.in l.præscriptione.C. quib.non obst.longi temporis præscriptio. Quia bona fide dicitur possidere ille qui fuit in longa possessione: ex quo tunc adsunt probabiles coniecturæ iustæ possessionis.ita Illustris, & Reuer. D. Oradinus præceptor meus,lumen,& decus iuris ciuilis,& canonici,in decis.303.

7 Veruntamen possessio non ita facilè probare tur,quemadmodum & titulus: nam in omnibus casibus infrascriptis non probatur modo aliquo possessio ipsa.Et primo respōsio de fructibus,quę potest contingere ex variis,diuersisq; causis non arguit necessariò possessionis recognitionem: vt concedit Bal.cons.130.uol.3. Quia possessio non probatur ex sola fructuum perceptione: cùm possit scitè replicari,atq; responderi perceptorem ipsorum fructuū,illos familiaritatis causa percepisse. Verbi gratia, si uxor iustū titulū habuit,& vir fructus percepit, non propterea eū possedisse sequitur.l.qui inre.ff. de acq.poss.Bal.in l.ob maritorū.C.ne vxor pro marit.Soc.cons.131.vol.1.& Alciat cons.294.num.7.

8 Secundò similiter nec ex prohibitione,ne vicinus stercora, & feces proijciat, nec projicere debeat in loco vicino,arguitur possessio, nec cōtinuat.ita Paris.cōs.99 Adriano agentr.n.6.vol.4.

9 Tertiò testis deponens laboratores possedisse nomine Titij,nec pbet, & prçcisè deponat de eius mandato:non dicitur tūc probata possessio. ita Gozad.cōs.42.in casu. nn. 5. & Soc. Iun. cōs. 135.non obstantibus his.nu.23.uol.2.

10 Siquidē possessio nullatenus probatur,testibus deponentibus,se nomine meo possedisse, nisi & illud addant,me id ratū habuisse.§.ex his itaq; instit.per quas perso.l.si ego.ff.de neg.gest.& l.1. §.per pcuratorē.ff.de acq.pos.Alex.cōs.100 vol. 1.Cor.cōs.190.& cons.199.col.4.uol.1.& cōs.46. col.3.uol.3.Ias.cons.185.col.4.uol. 2.Goza.in d. cōs.42.n.5.& seq.Soc.Iun.in d.cons.135.n.23. & Grauet.cōs.5.tria sunt. num. 16.

11 Quartò per æstimū, qđ quis haberet in cōi, nō probaretur minimè possessio,neq; dnium. ita Bal.in l.si pater.C. de act.emp.Lanfrā. in c.quoniā contra de prob.in tit.de test. sub n.93. Fran. Are. in l.in illa in fi.ff.de uer.oblig.& in l.decem, eo. tit.Bar.Bal.& cęteri omnes in l.si potest.C. de act.emp.& vend.

12 Quintò per solutionē collectarum, seu tributi,nequaquā probatur etiā possessio.l.pater tuus, & ibi Bar.ff.de act.empt.

13 Vndè possessio probaretur utiq; per testes, qui deponerent vidisse Titiū tenere,& possidere. ita Corn.cons.6.vol.3.& Dec.cons.252.agitur causa magni ponderis,sub nu.3.& cons.302. et pro tenui facultate mea.n.17.& Glo.in l.stipulatio ista. §.hęc quoq; in uer.Stipuletur.ff.de uer.obl.& ista est cōis opi.teste Dec.in d.cōs.302.sub nu.17. *Cōis opin.*

14 Imò probatur ét ipsa possessio ex nonnullis aliis actibus deductis, atq; positis per Afflict. in decis.167.Gabriel,& per Vrsillū ibi in add.Spec. in tit.de peri.& pos.§.1.Bald.in l.fi. col.12. C. de edic.Diui Adri.& in l. indicia ad fi.C. de rei ven. Bar.& alios omnes in d.l.Celsus.col.pen.

*SVMMARIVM.*

1 *POSSESSOR bonæ fidei fructus suos faciēs, eos cum expensis melioramentorum compensare tenetur, etiam si quis bonę fidei possessor esset uirtute tituli iniusti, & nulli.*

2 *Possessor bonæ fidei tenetur fructus restituere quatenus effectus est locupletior.*

3 *Bona fides pręsumitur ex longa possessione, vel ex coniecturis probabilibus iustæ possessionis.*

## OPINIO DCXXII.

1 OSSESSOR bonæ fidei fructus suos faciens, eos cū expensis melioramentorū cōpensare tenetur usq; ad quantitatē cōcurrentē ipsorū fructuū. c. ad nostrā.de reb.eccle.non alie. l. sumptus.ff.de rei uend.& l.insulā.§.fructus.ff.solu.ma.& per Glo.Bar.Ang.Bal.& alios in l.in fundo.ff.de rei uend.Cast.cōs.326.viso puncto,Ang. & Bal.in d.§.fructus,Io.de Imo.cōs.112.col. pen. & seq.Bal.in l.super.C de euict.& Cor.cons.240. col.3.uol.2. ideoq; si colligeret, seu pciperet tot fructus,qui melioramētis ipsis æquiualerēt:vtiq; tunc rē restituere teneretur absq; aliquorū melioramētorū solutione: secdm iura memorata, & no. & limitat Berous,in c.1.n.41.& seq.de inte. rest.

¶ Quod quippè in tantū procedit secundùm cōiter Doc.ut si quis bonę fidei possessor esset uirtute tituli iniusti,& nulli, adhuc haberet locū dispositio d.l.sumptus, cū aliis ll. pręcitatis, uidelicet,q melioramenta ipsa cū fructibus cōpensarētur.ita declarat Fely.cū cæteris congestis per eū, in c.cū causa.col.fi.extra de re iud.& Ant.Neguś. in tra †.de pignoribus in 4.mēb.5.par. nu.12. & ita decisum extitit in Sacro Cōcilio Neapo. teste Afflict.in decis.87.nu.5.cū aliis seq.& ibi Cæsare Vrsil. in add. n.8.q cumulatissimè hoc discurrit. *Cōis opin.*

2 Et quāuis bonæ fidei possessor faciat fructus suos;nihilominus eos tenetur restituere,& pręsertim fructus industriales, quatenus locupletior effectus esset:vt uoluit Bar.in l.ex diuerso.in princ. ff.de rei uend.Alex.cons.21.repetito in causa Merici.nu.10.& seq.uol.4.& Vrsillus cū aliis aggregatis per eum in add.Afflict.in decis.240.n.4.cū aliis seq.vbi deducit istā esse cōem opin.& declarat etiam vtiliter materiam in practica. *Cōis opin.*

3 Et

3 Et aduerte quòd tunc præsumitur bona fides, & de ea constare videtur, vbicunq; interueniret longa possessio, vel adessent probabiles coniecturæ iustæ possessionis. ita Innoc. in c. 2. colum. 3. de restit. in integrum, Abb. in c. consultrationibus, de iurepat. Rolan. à Valle consil. 3. Deuenio, num. 94. uol. 1. & ista est communis opinio: vt in medium reseruauit Balbus in l. Celsus, post 2. par. num. 2. & Ripa in c. cùm ecclesia. num. 90. cum alijs seq. de caus. possess. & propriet. & ita iudicauit etiã Rota Roma. sub die 23. Februarij. 1568. attestante Illustri D. Oradino præceptore meo, decisione 150.

Cõis opin.

## SVMMARIVM.

1 *POSSIDENS prior per constitutum, præfertur secundo habẽti actualem possessionem: quia possessio est vera, licèt modus sit fictus.*

2 *Constitutum transfert naturalem, & ciuilem possessionem, non autem actualem.*

3 *Constitutum allegans, seu fundans se in eo, tenetur probare constituentem tempore constituti possedisse.*

## OPINIO DCXXIII.

1 POSSIDENS prior per cõstitutum præfertur secundo habenti actualem possessionem: quia possessio est vera, licèt modus sit fictus: secundùm Bart. & cæteros omnes communiter, in l. ab emptione. col. fin. de pact. Ias. in l. quoties. C. de rei uendic. Dec. in l. contractus. ff. de reg. iur. & Ias. cons. 6. sub num. 2. vol. 3.

Cõis opin.

2 Et tantò magis, cùm pactum constituti transferat naturalem, & ciuilem, nõ autem actualem possessionem. ita Cardin. Puteus decis. 2. de empt. & vendit.

¶ Nam possessio actualis non transfertur per clausulam constituti, nec per clausulam vendit, tradit, cessit, & concessit, quæ est eiusdem naturæ, & virtutis cum clausula prælibata constituti, qua sola licentia apprehendendi possessionem importatur. l. prędia, & ibi Bar. Alex. & alij in fi. ff. de acq. poss. Abb. in c. 2. de consue. Bald. in c. 1. colum. pen. quid sit inuest. & in l. indicia. colum. 1. C. de rei vend. & Alex. cons. 10. uol. 4.

¶ Quod equidem procedit vbicunq; res immobilis quę alienatur esset absens tempore contractus: secus uerò si esset præsens, & in conspectu: tunc enim trãsfertur etiam possessio realis, & actualis. ita Iacob. de Arct. in d. l. prædia, Cyn. Bar. & Bal. in l. 2. cod. tit. & idem Bald. in l. 1. col. 1. C. de suffra. & Lanfran. in cap. quoniam contra in ver. Testes, de probat.

3 Sed fundans se in clausula constituti, teneretur quippè tunc probare constituentem tempore ipsius constituti possedisse: secundùm Anton. August. decis. 3. & 549. Glo. & alios omnes in l. quamuis. §. si conductor. ff. de acquir. poss. Bart. Ang. & cæteros omnes in l. quędã. ff. de rei vend. Oldra. cons. 114. factum est tale, sub num. 2. Gozad. cons. 42. num. 8. & 16. Dec. nume. 14. & Cagnol. in l. contractus. ff. de reg. iur. Neuiz. cõs. 79. num. 16. Grat. cons. 117. num. 13. & seq. volum. 1. Lanfran. in repet. c. quoniam contra in ver. Testes de probat. & Alex. cons. 10. volum 4. Tiraq. in tract. constituti poss. in 3. par. in 1. limit. num. 1. & Bertran. cons. 30. lecto processu. num. 10. & seq. volum. 1. primæ par. & cons. 238. contra donationem. nu. 2. volum. 3. primæ par. & Marsil. in singul. 521. ille qui, vbi cum alijs aggregatis per eum hoc utiliter limitat locum nõ sortiri in antiquo instrumento cõtinenti constitutum, in quo propter temporis antiquitatem pręsumitur possessionem fuisse penès constituentem. Vnde aduerte amantissimè lector ne deciparis in confidendo in constitutione precarij, quæ frustratoria quippè redditur, & nullius momenti, nisi articuletur, & probetur constituentem tempore constituti possedisse. Et hisce oculis vide aliquos aduocatos nonnullis vicibus amisisse causas, & lites ex mera, & pura eorum incuria.

## SVMMARIVM.

1 *POSITIO impertinens, quæ aliàs reijcienda est, si cum alia coniuncta foret, efficeretur pertinens, & admitti deberet.*

2 *Positio pertinens quando dicatur, ponitur remissiuè.*

## OPINIO DCXXIIII.

1 POSITIO impertinens, quæ aliàs reijcienda est, si cum alia coniuncta foret, efficeretur absque dubio aliquo pertinens, & admitti deberet: secundum Ioan. And. & omnes in c. fin. de confess. in 6. Bald. in l. 2. §. quod obseruari. colum. 4. C. de iur. cal. Alber. Ias. num. 19. & Rip. nume. 22. in l. quominus. ff. de flumin. vbi explicat istorum opinionem communem esse.

2 Et positio quæ dicatur pertinens, latè discurrit Dec. cons. 162. in causa, quæ agitatur inter venerabiles fratres. num. 2.

## SVMMARIVM.

1 *PRAESCRIBI, vel vsucapi non possunt res minorum.*

2 *Præscriptio iudicialis currit aduersus minorem, ecclesiam, & alios: sed conceditur eis restitutio in integrum.*

3 *Præscriptio legalis, licèt non currat contra minorem, tamen contra eum currit præscriptio statutaria, & consuetudinaria.*

4 *Præscriptiones statutariæ currunt ipso iure contra minores post pupillarem ætatem.*

OPINIO DCXXV.

1 PRAESCRIBI, seu vsucapi non possunt res minorum: secundùm Glo. & Doct. communiter in l. vbi lex ff. de vsucap. l. alienationis, & ibi Gloss. ff. de verb. signific. l. in bonæ fidei. cum Glo. ff. de acquir. rer. domin. & Laurent. Syluan. cons. 49. consultationibus nostris, sub n. 68. notatur etiam in l. etiam si. ff. de minor. & l. 1. 2. 3. & fin. C. si quis ignor. rem min. Cõis opin.

2 Sed huiusmodi communis opinio procedit in præscriptionibus extraiudicialibus, non autem in præscriptionibus iudicialibus, quæ indistinctè currũt aduersus omnes, & præsertim ecclesiam, & minorem: vt voluit Balbus cum alijs aggregatis per eum in tract. de prescriptionibus in 1. par. 5. par. principalis. q. 6. num. 2. & seq. vbi utiliter firmat post Bar. & alios recitatos per eum, quòd datur, conceditur q; in tali casu minori, & ecclesiæ restitutio in integrum.

3 Item declaratur etiam antedicta communis sententia, quòd licèt præscriptio legalis non currat contrà minorem; curreret tamen præscriptio statutaria, & consuetudinaria aduersus ipsum minorem: vt firmat cum quodam temperamento cumulatissimè Tiraq. in tract. de præscriptionibus. §. 1. Glo. 9. Minores, per totam. quę opinio redditur non nihil dubia ex authoritatibus contrarijs signatis per eundem Tiraq. ibi.

4 Sed benè verum est, quòd præscriptio ipsa statutaria cõtra minores currit ipso iure post pupillarem ętatem: secundùm Roma. & Claud. Seysel. in princ. l. naturaliter. ff. de vsucap. & Sylnanum in d. conf. 49. sub nu. 68. vbi perhibet istam esse communem opinionem. Cõis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *PRAESCRIPTIO pacto tolli non potest, secundùm unam communem opinionem; licèt altera sententia contraria similiter communis sit, quòd per pactum præscriptio tolli valeat.*

2 *Pactum de non præscribendo confirmatur per iuramentum.*

3 *Præscriptio prorogari potest per pactum.*

4 *Præscriptioni pacto renunciari potest, vbi lex, vel statutum approbaret pactum de non præscribendo.*

OPINIO DCXXVI.

1 PRAESCRIPTIO non potest per pactum tolli, ac impediri: secundùm Oldrad. Cyn. & Bal. in l. Centurio, in fin. ff. de vulg. & pupill. Bart. col. pen. Cuma. Aret. Alex. num. 25. Ias. in prima lectura. num. 80. & in 2. lect. num. 3. Crotum. nu. 45. Rip. num. 104. & Hannib. nu. 686. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. vbi aiunt istam esse communem opinionem. Et eam sequitur quoq; Abb. col. fin. & Fely. col. 3. in rub. de prescrip. Roma. in consil. 201. & in repet. rub. ff. de arbitris. col. 20. Balb. in tract. de præscript. in 5. part. 5. partis princ. q. 6. num. 1. & seq. vbi testatur de communi, & Præposit. in c. 1. §. præterea de capit. Corra. in vsib. feud. Alciat. in d. rub. de præscrip. nu. 58. Cõis opin.

¶ In contrariam verò partẽ inclinarunt Bal. Dyn. titubanter, Angel. Imol. & Florianus in d. l. nemo potest, Ant. in d. c. cùm non liceat, de præscript. Ioan. Andr. in add. Specul. in titu. de præscript. super rub. Et istorum sententiam inquit communẽ esse Bal. in d. l. nemo potest, & Barbatius cons. 51. se scripsit, lib. 1. cons. 53. lib. 2. & cõsil. 22. clementissimum. lib. 4. colum. fin. & Ioan. Dilectus, de arte testãdi. tit. 6. in cautela 31. sub nu. 3. & cum ea sentit etiam Alciat. in d. rubr. de præscript. num. 58. vbi meminit, quòd ante tempora Bar opinio hęc tenebatur ab omnibus. Tamen in actu practico noli recedere à prima opinione negatiua, quam sequitur etiam cum alijs relatis per eum, & magis communem, magisq; ueram dicit Io. Baptista Bouius in tract. de statutaria vrbis præscriptione, Glo. 29. nume. 19. cum seq. vbi illam etiam ampliat. Cõis opin.

2 Quę quidem communis ita retenta limitatur primùm non procedere, vbicunque in huiusmodi pacto interueniret iuramentum: siquidem pactum ipsum de non præscribendo per interuentum iuramenti confirmatur secundùm communem opinionẽ omnium Scriben. vt copiosè concludunt Alex. Rip. num. 3. Hannib. num. 760. in d. l. nemo potest, Fely. nume. 15. & Alciat. num. 69. in d. rub. de præscript. & Balb. in d. q. 6. nu. 3. Et licèt Bouius vbi supra cum alijs relatis per eum, num. 29 & seq. dicat contrariam opinionem veriorem esse; nihilominus à dicta prima sententia communi tanquam sacrosancta fatuum esset in decisiuis discedere. Cõis opin.

3 Secundò limitatur similiter præcedens communis, quòd licet per pactum præscriptio tolli nequeat; nihilominus per pactum ipsum prorogari posset pręscriptio: secundùm Gloss. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. Ang. consil. 54. Bal. in rubr. de const. colum. 3. Fely. num. 12. & Alciat. num. 69. in d. rub. de præscript. & Rip. in d. l. nemo potest. num. 112. & ista est communis opinio, licèt, & ruditer Crotus ibi num. 45. & seq. senserit contrarium. Cõis opin.

4 Limitatur tertiò loco dicta communis, vt nõ procedat in casibus, quibus lex, vel statutum approbaret pactum de nõ pręscribendo. Nam per statutum fieri posset, vt præscriptioni pacto renunciari valeret: secundùm Bald. Saly. in l. 2. per text. ibi. C. de constit. pecun. Ant. & Imol. in c. cũ nobis, de pręscrip. quos sequitur, & refert Fely. in d. rub. de pręscript. & ista est communis opinio: secundùm Moder. & omnes in d. l. nemo potest. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 Servitutes aquæ ducendæ, via, ac aliæ similes seruitutes continuæ vsucapiuntur, seu præscribuntur decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes, etiam sine titulo seruitute continua.

2 Titulum seruitutis discontinuæ allegans, & probans de vsu, uel quasi possessione seruitutis decem annorum inter præsentes, & uiginti inter absentes, sciente, & patiente aduersario: præsumitur tunc titulus allegatus, etiam si non probetur; & seruitus ipsa præscribitur ex circulo, & spatio prædicto.

3 Præscriptio seruitutis incipit currere à tempore quo præscribens incipit uti iure ipsius seruitutis aduersario sciente, & incipit possidere per primum, & unicum actum.

OPINIO DCXXVII.

1 PRAESCRIPTIO seruitutis aquæ ducendę, uię, & aliarum similium seruitutum cõtinuarum impletur annis decem inter præsentes, & viginti inter absentes, etiam sine titulo in seru.tute continua: & sic seruitutes ipsę continuę vsucapiuntur decennio inter pręsentes, & 20. inter absentes. l. si quis diuturno. ff. si seru. uend. & ita voluerunt Ang. Aret. colum. 7. vers. quęro quanto tẽpore, & Io. Faber. n 17. in §. ęquè. instit de act. Fely. & alij. col. 15. in c. de quarta ex tr. de præscr. & notatur etiam in l. si aquam. C. de seruit. & aqua, & ista est communis opinio: secundùm Corasium in miscellaneis iuris ciuilis lib. 5. c. 5. num. 1. cum alijs seq. Cõis opin.

2 Imò ampliatur hoc, quòd etiam in seruitute discontinua sufficiat allegare titulum, cùm de præiudicio agatur: & sic allegans titulum ipsum seruitutis discontinuæ, atq; probans de vsu, vel quasi possessione seruitutis decem annorum inter pręsentes, & 20. inter absentes, sciente, & patiẽte aduersario: quia tunc titulus allegatus præsumitur etiam si non probetur, & seruitus ipsa discontinua præsciberetur ex curriculo prædicto: secundùm Glo. & Bar. Flor. Cast. & aliosin l. seruitutes. C. de seruit. Gloss. Pet. Butr. Bar. Bald. Fulg. & Floria in l. cùm de iu rẽ verso. ff. de vsur. Saly. Alex. & Dec. in l. si certis annis. C. de pact. Alber. in l. 2. C. de seru. & aqua, Tiraq. cum alijs aggregatis per eum in tract. de præscript. §. 1. Glo. 4. vers. & hęc quidem satis, fol. par. 24. vbi etiam refert Doct. contrarię sententię, Mart. Carrat. cons. 1. nu. 9. vbi Franc. Maria Plotus in add. super litera F. Balbus in tract. de præscript. par. 2. 4. par. princ. num. 3. & Grauet. cons. 226. num. 1. cum alijs seq. vbi istam opinionem latè probat, & omnes memorati Moder. perhibent esse communem tam Legistarum, quàm Canonistarum, & obseruari in practica, & ab ea non fore recedendum, aduertit Mart. Carratus in dicto consil. 1. nume. 9.

3 Et aduerte, quòd præscriptio ipsa seruitutis incipit currere à tempore quo præscribens incipit vti iure ipsius seruitutis aduersario sciente; & incipit possidere per primũ, ac vnicum actũ: secundùm Ang. Aret. colum 7. vers. quæro quando dicatur, & Ioan. Fabri, nu. 19. in d. §. æque.

SVMMARIVM.

1 Praescribi non possunt modo aliquo spatio decenn... vsuræ: quæ debentur tanquam interesse ob moram dotis non solutæ.

OPINIO DCXXVIII.

1 PRAESCRIBI nõ potest spatio decennij, ius petendi alimenta, vsuras, seu interesse decursas ob non solutionem dotis; & sic vsurę ipsius dotis, quæ debentur tã quàm interesse ratione sustinendorũ matrimonij onerum ob moram dotis prædictæ non solutę aliter non præscribuntur decennio, quo minus vsuræ ipsæ possint peti post decennium: secundùm Aret. colum. 5. & Ias. num. 20. in §. fuerat. instit. de act. Roma. in l. in sulam. §. usuras. colum. 5. ff. sol. matr. & consulendo cons. 517. Alex. col. 5. & Ias. n. 19. & seq. in l. quæ dotis. ff. sol. mat. & ista est magis communis opinio: vt perhibet Corn. cons. 164 vol. 3. & secũdum eam iudicauit Sacrum Regium Concilium Neap. teste Gram. decis. 70. & consuluit Corn. in d. consil. 164. Cõis opin.

¶ In contrariam vero sententiam, videlicet, quòd vsuræ, seu alimenta prædicta pro dote non soluta spatio decennali præscribantur, & quòd ex huiusmodi diuturnitate temporis censeãtur remissa: inclinauit Bald. consulendo, consil. 474. post biennium. vol. 3. per text. in l. cùm quidam. §. Diuus. ff. de vsur. cui inhæret Corn cons. 206. colum. fin. vol. 2. Alex. consil. 74. volum. 5. & Alc. in tract. de pręsumpt. lib. 3. reg. 1. pręsump. 32. & Tiraq. in tract. de pręscriptionibus. §. 1. Gloss. 4. vers. octauo istis annectẽdus est tex. fol par. 31.

¶ Sed ob authoritatem istorum noli aliquo modo discedere in practica à dicta cõmuni, quę verissima redditur ex scriptis memoratorũ Scriben. atque tutissima ex decisione Rotę Neapolitanæ, & ex consil. Nattę consil. 495. de duobus, à num. 1. vsque ad num. 12. volum. 3. vbi doctissimè consuluit pro ista parte communi, tollendo omnia contraria. Nec ei obstat text. in d. l. cùm quidam. §. Diuus, quia ad illum tex. respondent pręcitati Doct. & Roma. in d. l. quę dotis. colum. 4. Alex. cons. 55. colum. pen. & consil. 63. volum. 4. num. 16. & cons. 108. num. 10. volum. 7. Corn. consil.

consil.250.num.13. & seq.vol.2.d.consil.164.col. pen.Dec.consil.571.& Natta.d.consil.495.num.4. & vide ad materiam,quę posuimus supra in Opinione.479.Marito cui esset dos promissa.

*SVMMARIVM.*

1 *PRAESCRIBENS, si post completā praescriptionem superuenerit mala fides,non tenetur rem domino restituere;imò redditur tutus in foro tam seculari,quàm etiam conscientiae.*

## OPINIO DCXXIX.

1 PRAESCRIBENS, si post compleram prescriptionem mala fides superuenerit,non tenetur rem domino restituere; & ista est opinio magis communis. teste Sancto Bernardino protectore nostro in suis sermonibus de Euangelio ęterno in serm.32.art. 2.sub c.3. vers Sed quęri pôt an ille qui completa pręscriptione, Abb.in c. vigilanti. de pręsc.post Io.Vinc.Tãc.Goff.Host. & Io.And. in reg.possessor,de reg.iu.in 6.in mercu.& Inno. in c.cura,in fin. de iurepat.& in c. plerięq;,de im mu.eccel. ¶ Quæ quidē cōjs debet etiā obseruari in foro conscientiæ: secundùm præcitatos Doct. &ista est pura veritas. Est benè uerum,quòd Frater Gerardus de Senis,vt idem Ioan.And.refert, in d.reg. possessor in 6.q. fortè Io. Scoti ęmulus qui primam tenuit partem in 4.senten.dist. 15. sentit contrarium,quòd imò pręscribens non sit tutus in foro cōscientiæ:quam etiam nescio,quo spiritus ductus sequutus est Abb.consil.3 colum. 18.vol.2.ideò in decisiuis noli aliter recedere à dicta communi tanquam sacrosancta, &tutissima etiā in foro poli:quam sequitur, & tuetur etiā cū cæteris aggregatis per cū S. Bernard. vbi supra. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *PRAESCRIPTIO currit contra creditorem habentem hypothecariam intentandam aduersus tertium possessorem, etiam nondum discussis bonis principalis.*

## OPINIO DCXXX.

1 PRAESCRIPTIO currit contra creditorem habētem hypothecariam intentandā aduersus tertium possessorem,etiam nondum discussis bonis principalis : vt per Dec. in c. cū inter.nu. 23. de excep. & Soc.Iun.consil.17.num.13. & consil.117. pet totum.volum.1. ubi admonet communiter reprobari Alex.consil.58.vol.5.asserentem contrarium:quoniam,cùm quis impedimentum remouere potest,& non remouet,nō excusatur aliquo modo.& cum hac opinione communi concurrit quoq; Alex. sibi contrarius cōs.220.vol.6.Nam (vt ipse inquit)creditor est in culpa, cū non egerit ad discussionem principalis. Sed pro prima parte multa accumulauit Tiraq.in tract.de pręscript. §. 1. Gloss. 7. Ipse verò inhęreo sententiæ communi tanquam veriori,per ea quæ scribunt Soc.in dictis consilijs, & Dec.vbi supra. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *IVRIS error impedit præscriptionem triginta,vel quadraginta annorum,secūdum vnam communem opinionem;licet altera sententia contraria sit similiter communis, quòd error iuris non impedit præscriptionem longissimi temporis.*

2 *Error iuris non obest præscribenti, quando præscribens tractaret de damno vitando, & ecclesia,minor, mulier,miles,vel rusticus de lucro captando.*

3 *Error iuris non nocet, quando pręscriptio habet in se naturalem æquitatem; veluti quando quis pręscriberet relicta sibi in testamento minus solenni.*

## OPINIO DCXXXI.

1 PRAESCRIPTIONEM triginta vel 40. annorū error iuris impedit:secūdū Glo.iunct. tex. in c. apostolicæ, de donat. quā sequitur Abb.cōs.34. col. 1.volum.1.& consil.19.col.11. volum.2.Paul. de Castr.consil.70.colum. fin. & consil.429.volum.1.Ancha.consil. vltimo colum. pen.in quo consilio subscripsit se Card.vt ibi clarè constat,& huiuscemodi opinionem fatetur esse communem Fely. in c. de quarta.colum.8.de præscrip.quem sequitur,refertq; Curt.Iun.consil. vltimo.col.3.& eandem sententiam tenet Alex. consil.73.colum.fin.vol.2.&consil. 46.in 2.dubio lib.3.Soc.consil.29.colum.7.lib.1. & Bellamera consil.7.colum.pen.& consil.10.colum.9. & Balbus in repet.l.Celsus in princ.num.17.ff.de vsucap.vbi in d.num. 17. cum alijs sequen. limitat communem pręmissam in quinq; casibus, & d. repet.posita reperitur in fin. tract. de pręscript. eiusdem Balbi. Cōis opin.

¶ In contrariam uerò partem,quòd error iuris non impediat pręscriptionem longissimi tēporis,inclinauit titubanter Paul.de Cast.consil. 406.colum.3.vol.1.consil.3.circa finem,consil. 44.col.11.& consil.81.col 4.vol.2.& idem firmat Bal.consil.221.circa fin.lib.1.& consil.52. in fine lib.5.Roma.consil.123.col.3. idemq; videtur vel le Abb.consil.37. in 3. dubio lib. 1. idem sentit Calca. consil.68.col.2.Rota Rom.in decis. 3 to.

nota

nota quòd ex minus,in antiquis, Calder.consil. 2.vol. 2. in titu. de constit. Feder. de Senis cons. 247.Guido Papę q. 159.vbi ait quòd prælati alienatio absq; capituli consensu præbet iustam præscribendi causam.Idem concludit,& sequitur Ripa in l. 1.colum.3.ff. quorum bonorum, & Grauet.consil.166.num. 13.in quibus locis ambo asserunt,quòd spurius hęreditatem paternam pręscribit triginta annorum curriculo; licèt in iure erret, credens se capacem esse cùm non sit, post Bal.in l.nullo. C. de rei vend. & quòd iuris error non impediat longissimi temporis præscriptionem,tenet Imol.in l.nũquam.ff. de usucap.Soc. cons.33.colum.3.volum.4.nonnulliq; alij relati per Felyn.in præcitato c. de qũarta.col.11.hanc
Cõis opin. opinionem fatetur audacter esse communẽ Alexandrinus consil.75.colum.2.& consil. 154.circa finem,quamuis pręmemoratos Doct. omnes non referat.

2 Retenta itaque ista vltima opinione negatiua,tanquam frequentiori calculo approbata, & magis iuri, & ęquitati consona, dic procedere in multis casibus,præsertimq; quando pręscribens tractaret de damno vitando, & ecclesia, uel minor de lucro captando: tunc quippè error iuris nullo pacto uideretur obesse præscribenti.l.iuris Ia 2.in fin & l.error.C. de iur. & fact.ignor. facit text.in l.qui testamento.in fin.ff. de excusat.tut. ubi sententię inualidę error, quę putabatur ualere excusat à damno. & absq; dubio iste casus procedere videtur in minore, muliere,milite, & rustico,in quibus magis toleratur error iuris,quando agatur de damno vitando,per ea quę habentur per Moder.in l.si quis id quod.ff.de iurisdict. omnium iudicum,& in l.iuris ignorantia.C.qui admitti.

3 Procedit similiter dicta communis, quando præscriptio haberet in se naturalem ęquitatem: hoc enim casu iuris error non noceret, puta si quis pręscriberet relicta sibi in testamento minus solenni. & ita in hoc casu tenet Bald.consil. 179. circa finem volum.4.

## SVMMARIVM.

1 *IVS adeundi hæreditatem, quod competit extraneis, & ius immiscenti, quod competit suis, triginta annorum spatio durat.*

2 *Ius adeundi, quod præscribitur triginta annis, currit etiam ignoranti.*

3 *Restitutio in integrum ex clausula (si qua mihi causa, &c.) competit ignoranti hæreditatem sibi delatam aduersus præscriptionem triginta annorũ, vltra quos non datur ius adeundi, vel se immiscendi.*

4 *Restitutio in integrum non conceditur contra præscriptionem quadraginta annorum: quia illa plenissimam securitatem parit.*

5 *Restitutionis in integrum beneficium est vtile à principio, & non currit nisi à die scientiæ: quia tempus quadriennij concessum ad petendum restitutionem in integrum est vtile à principio.*

6 *Restitutio in integrum contra præscriptionem quadraginta annorum concedenda est ex iusta, probabilique ignorantia: secundùm unam communem opinionem; licèt altera opinio contraria, videlicèt quòd restitutio in integrum non concedatur ex capite iustæ ignorantiæ aduersus præscriptionem triginta, vel quadraginta annorum similiter communis sit.*

7 *Filius succedere potest ex capite unde liberi, & ex capite unde legitimi: & à primo exclusus præscriptione triginta annorum, potest intra alios triginta annos admitti ex secundo.*

## OPINIO DCXXXII.

1 AEREDITATEM adeũdi ius,seu potestas, quę competit extraneis, ac se immiscendi, quę suis competit,triginta annorum spatio durat.l.fi.C.de edic. Diui Adr. toll.Glo.not.in l.3.ff. de acquir.hęred.Bart.& Angel Paul.Castren.in l filio pręterito.ff.de iniusto testam.Gloss. Alex. & Ias. num.1.& 5.in l.licèt.C.de iure deliber. & in l. 1. C.quando non peten.partes,& opinio ista cõmuniter approbatur: vt per Alex.in d.l.licèt, Bolognet. in d.l.1.num.30. vbi omnes Modern. hoc idem attestantur,Hippol. Riminal.in §.1. num. 210.instit. de donat. Gram.in decis.103.nu.46. Alex.cons.163.viso processu.colum.2.volum.2. Ias. consil.19.pręsentis.uolum.1.Ruin.cons.62. num.8.& 19 lib.3.Coras. in miscell. iuris ciuilis lib.6.c.21.num.1.cum alijs seq.&Gozad.consil. 56.nu.1.& seq.& sub uu.13.& cons.80.nu.6.vbi istam communem latissimè declarat. Præscriptio. Cõis opin.

2 Et hoc quippè ampliatur non solùm procedere in hęredibus scientibus ipsis delatam esse hęreditatem,verùm etiam in ignorantibus,qui,casu quo ab obitu defuncti triginta anni fluxerint, profectò ab hęreditaria petitione caderent.tex. est in l.hęreditas.C.de pet. hæred. & ita hoc notant. & firmaut Doct. in d.l.licèt, & in d. l. filio pręterito. & ista est communis opinio:ut meminit Alex.in d.l. licèt, & Gozad. cons.68.videtur prima facie dicendum sub nu. 13. Cõis opin.

3 Interpretatur uerò istud non procedere,quãdo isti ignorantes per huiusmodi ignorantiã ex clausula (si qua mihi iusta causa,&c.) aduersus pręscriptionem in integrum restitutionem peterent, quę absq; dubio aliquo concedenda foret: vt per Fulgos.consil.64.in fin.& Bertran.cons. 1. num.6.vol.6.per doctrinam Bart.in l.1.§.si quis propter.ff.de itin actuque priuat. Et comprobatur melius hoc ex his,quæ tradit Specul. in titu. de pręscrip.§.1.vers.pone colonus,Fulgos. consil. 63.Francus.circa finem, & Alex.cons.39.col.3. uolum.2.& ita se habet communis opinio:vt asserit Cõis opin.

ferit Soc. in l. cùm filius. §. 1. ff. de uerb. oblig. col. 1. & Dec. conf. 303. in casu. col. 2.

4 Sed aduertendum est hic, quòd istud remediũ non prodesset contra præscriptionem quadraginta annorum; quoniam illa plenißimam securitatem parit. l. omnes. C. de præscrip. 30. ann. & hoc tenet Alex. conf. 172. colum. 3. volum. 2. & Soc. in l. cùm filius. §. in hac. ff. de verb. oblig. in fi. Gozad. in d. consil. 68. sub nume. 14. Dec. consil. 29. & pro tenui, & consil. 375. visa bulla, ante fin. & cons. 36. diligenter consideratis iu fi. faciunt scripta per Soc. cons. 299. circa fin.

5 Et sciendum est ad præmissorum vtilem intelligentiam, quòd beneficium hoc restitutionis in integrum est vtile à principio, & non currit nisi à die scientiæ: quia tempus quadrienni datum, concessumq; ad petendam restitutionem in integrum est utile à principio. l. fin. C. de temp. in integ. restit. vt per Bald. cons. 226. quæstio. vol. 2. quod putat esse memoriæ cõmendandum Alex. cons. 110. perspectis. lib. 5. Et tempus vtile nõ currit ignoráti. l. vtile. ff. quis ordo in bon. poss. seru.

6 Et ita remedium hoc secundùm Doct. allegatos, dabitur etiam contra præscriptionem 40. annorum, si is qui petit restitutionem iustè ignorauerit hęreditatem sibi delatam esse, & ista est cõmunis opinio. teste Gozad. cum alijs relatis per eum in cons. 56. num. 11. quam sequuntur, & citant Balbus in tract. de pręscrip. in 4. par. 4. part. princ. q. 29. nu. 1. cum alijs seq. Io. Bapt. Bouius in tract. de statutaria Vrbis præscriptione, Glo. 19. num. 1. cum alijs seq. fol. par. 45. Horat. Mandosius in add. Rom. cons. 123. in litera N. vbi admonet ita decisum extitisse in Rota Rom. & Afflict. decis. 37. nu. 1. & decis. 329. nu. 5. cum alijs seq. in quibus locis refert sic bis votatum fuisse in Sacro Regio Concilio Neapolitano. Cõis opin.

¶ In contrariam verò partem inclinarũt aliqui Doct. mentionati in locis præmisis, videlicet, quòd restitutio in integrum non concedatur etiam ex capite iustæ ignorantiæ aduersus præscriptionem triginta, vel quadraginta annorum, & sequitur Soc. Iun. consil. 54. & 145. vol. 1. & consil. 6. volum. 3. vbi prædicat istam esse magis communem opinionem, & ita iudicauit D. Alex. Trentacinque compatriota meus, uir semper honoris causa nominandus, de præsenti mense Aprilis 1573. contra aliquos meos clientulos in causa vertente inter quosdam de Oppido Cambiani, & Labareti.

¶ Tamen aduerte quòd in decisiuis fatuum foret discedere à dicta prima sententia, tãquam realiter magis communi, & pręsertim in Regno, in quo reperitur casus decisus per mentionatas decisiones Afflict. quæ in casibus dubijs succedunt, & habentur loco legis; & sic habes quadriennium non currit, nisi à die scientiæ secundũ Alex. cons. 71. num. 7. volum. 1. Dec. consil. 303. Tholomeus cons. 76. Ias. in §. rursus instit. de act. in quibus locis attestantur istam esse communẽ Cõis opin.

opinionem, & Illustris D. Restaurus Castaldus præceptor meus quoque dum publicè audiebam Perusij, qui plenißimè more suo declarabat omnia prædicta.

7 Interpretatur etiam præcitata cõclusio, quòd sui, vel extranei hæredes excluduntur à successione lapsu triginta annorum, quando filij agnoscunt hæreditatem ex capite vnde legitimi. Nã filij possunt succedere ex capite unde liberi, à quo triginta annorum præscriptione exclusi, admitti possunt intra alios triginta annos ex capite legitimorum: argum. l. 1. §. sed uidendum. ff. de succes. edic. vt per Alex. aliosq; Doct. in d. l. licet, Bart. cons. 128. quidam habuit, Corn. cons. 70. ueniunt. colum. pen. & fin. lib. 4. cum relatis per Ias. consil. 34. uol. 2. & istam scribit esse communem opinionem Alex. consil. 89. uiso puncto. colum. 2. uol. 2. & Gozad. in d. consil. 56. num. 5. & sub num. 13. qui limitat ibi huiusmodi communem cum alijs aggregatis per eum de plano procedere, nisi extarent alij filij, qui uenirent ex dicto primo capite: quia ubicunq; haberet locũ antedictum primum caput, semper secundum cessaret. tex. est in §. admonendi. instit. de hæred. quæ ab intest. ut uoluit Gloss. in l. 1. §. sed uidendum. ff. de succes. edic. communiter approbata à Scriben. in d. l. licèt. Cõis opin. Cõis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *TITVLI allegatio non esset necessaria in præscriptione tanti temporis cuius initij memoria non esset in contrarium.*

## OPINIO DCXXXIII.

1 IN præscriptione tanti temporis, cuius initii memoria non extat in contrarium, allegatio tituli non foret necessaria: secundùm Gloss. in c. super quibusdam. §. pręterea in uer. non extat, de uer. signif. quam sequitur Abb. cons. 7. colum. 4. lib. 2. Feder. de Senis cons. 234. colum. 2. Ioan. Fab. in §. æquè. instit. de act. Calder. consil. 1. in tit. de libell. obl. Gozad. cons. 8. colum. 8. Soc. cons. 127. colum. pen. uol. 1. quod est repetitum in cousil. 181. uol. 2. Ias. in l. si certis annis. colum. fin. C. de pactis, & Canonistæ omnes communiter in c. 1. de pręscript. lib. 6. de qua quidem communi attestantur Moder. ibidem. Pręscri ptio. Cõis opin.

¶ Sed tamen contrarium uidetur tenere, & concludere expresè Alex. cons. 74. colum. 3. prope fin. uol. 4. Felyn. in c. accedentes. colum. 5. de pręscript. & Curt. Iun. cons. 158. colum. 4. uidelicèt, quòd tituli allegatio in huiusmodi pręscriptione sit necessaria: siquidem secundùm eum non uidetur prodesse pręsumptio tituli, nisi allegatur. l. cùm quid. ff. si cert. pet.

¶ Cō-

¶ Cæterùm parùm obstat authoritas Alex. Felyn. aliorumque superius relata: utpotè quia præfati Doct. loquuntur in his, quæ non sunt præscriptibilia etiam per tempus cuius initij memoria in contrarium non extet. Verbi gratia, data præscribentis incapacitate circa beneficiorum collationem, uel circa decimas, iux. text. in cap. quanto de consuetud seu quando lex præscriptioni expresse resistit: vt in casu cap. accedentes de præscrip. vel in materia procurationis: quibus casibus temporis cursus nil operari potest, ut capacem reddat eum, qui sit incapax: quapropter necesse est, ut titulus exemptionis, seu priuilegij allegetur; & ad probationem huiusmodi tituli, probare opus foret temporis cursum, cuius initij memoria in contrarium non extaret. secus uerò si essemus in materia præscriptibili, & absque titulo: tunc profectò non esset necessaria allegatio tituli, & multo minus in huiusmo di casu necesse esset probare quid factū esse, tanquam ex causa alicuius tituli non necessarij: ut notat Fely. in c. causam quæ, de præscript. col. 4.

*SVMMARIVM.*

1 *IMMVNITAS, & exemptio possunt præscribi concurrente titulo, & bona fide quadraginta annorum spatio: & sic præscripta tolli non potest.*

## OPINIO DCXXXIIII.

1 PRAESCRIBI potest immunitas, & exemptio concurrente titulo & bona fide quadraginta annorum spatio. Vnde ciues omnes si soluunt gabellam, seu vectigal impositū excepto vno, qui non soluit per quadraginta annos, erit quippè in huiusmodi casu præscripta immunitas non soluendi: secundùm Bart Angel. Paul. Castren. & alios in l. licitatio. §. eorum. ff. de publican. Bald. consil. 125. quæstio vertens. volum. 1. Alex. cons. 30 ponderatis. colum. 4. volum. 5. & consil. 126. in causa colum. pen. volum. 2. Corn. consil. 44. in hac consultatione. colum. pen. vol. 2. & cons. 12. in præsenti. colum. 5. volum. 3. & cons. 199. vol. 1.
Cōis opin. & ista est communis opinio: ut per Balbum in tract. de præscript. nume. 19. & sequen. fol. 53. & Gram. in decis. 100. num. 25. Et talis immunitas, & exemptio præscripta tolli non potest: secundùm Bal in l. quod semel ff. de decret. ab ord fac. & in l. si qui, in fin. ff. de iur. immun. & per Bertach. in tract. de gabellis in 9. q. 1 part.

*SVMMARIVM.*

1 *PRINCEPS de plenitudine potestatis non potest auferre ius perfectè alteri quæsitum ministerio iuris ciuilis sine causa.*

2 *Princeps potest rescribere contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, & auferre dominium alteri acquisitum mediante tali sententia.*

3 *Princeps potest legitimare spurium post aditam hæreditatem per agnatos, dummodò possessio bonorum non dum apprehensa sit.*

4 *Papa eximendo monasterium à decimis, in consequentiam præiudicat Laicis, quibus decimæ debentur: quia non attenditur præiudicium, quod venit in consequentiam.*

5 *Princeps tollens ius quæsitum de iure gentium ex causa, requiritur quòd sit eiusmodi causa, quæ principaliter respiciat vtilitatem publicam.*

6 *Princeps potest ex causa remunerationis seruitiorum auferre dominium alterius de iure gentium quæsitū; & remuneratio ipsa est sufficiens causa Principi ad tollendum dominium alienum.*

## OPINIO DCXXXV.



1 PRINCEPS de plenitudine potestatis non potest auferre ius perfectè acquisitum alij ministerio iuris ciuilis sine causa, veluti per sententiam, præscriptionem, aut aditionem hæreditatis; quoniam licèt modus acquirendi sit de iure ciuili, nihilominus ipsum dominium est de iure gentium: secundùm Doctores communiter, in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liber. & posthum. in l fin. C. si contra ius, vel vtil. publ. & in cap. quæ in ecclesiarum, de constitut. quam communem sequitur Ias. in l. si is qui pro emptore. colum. 54. & colum. 65. ff. de vsucap. & in dicto. §. quid si tantum. num. 125. & in dicta l. fin. C. si contra ius, vel util. publ. in 7. limitatione. Fely. in dicto cap. quæ in ecclesiarum. nu. 33. Alexan. Soc. Galiaul. & Moder. Hispani in dicto. §. & quid si tantùm, Iacob. Nigri. in rubr. ff. si certum petatur. num. 15. & Ruin. consil. 95. nume. 1. & 9. volum. 1. & Bellonus consil. 2. nume. 2 & sequent. & ista est magis communis opinio: quam sequitur, & citat Paris. consil. 101. nume. 70. volum. 1. Socin. Iunior consil. 120. nume. 32. volum. 3. Aymon Grauet. consil. 172. nume. 3. consil. 103. volum. 1. consil. 135. num. 20. & sequen. consil. 172. col. 2. & cons. 7. num. 10. Cōis opin.

¶ Contrariam verò partem quòd Princeps posit auferre ius perfectè alteri acquisitum sine causa: tenuit Angel. in l. Lucius. ff. de euict. Abb. in c. ex parte, il 2. de offic. delega. Bertran. consil. 302. num. 5. vol. 3. & Ias sibi contrarius in consulendo tenet hoc idem in consil. 1. col. 7. lib. 1. vbi sequitur Bald. in l. fiu. C. sentent. rescin. non poss. vbi ait.

2 Quòd Princeps potest rescribere contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam: dicens

illud dictum Bald. esse singulare; & auferre dominium acquisitum mediante tali sententia.

4 Similiter idem Ias. conf. 127. colum. 3. lib. 4. arguit pro opinione Pauli de Castro. in l. cùm hæredes, in prin. ff. de acq. poss. & in l. 3. ff. de testam. quòd Princeps posit legitimare spurium post aditam hæreditatem per agnatos, dummodò possessio bonorum nondum apprehensa sit. Eandemque opinionem firmat idem Ias. consil. 93. lib. 1. ubi uoluit, quòd Pontifex eximendo monasterium à decimis, in consequentiam præiudicat laicis, quibus decimæ debentur: quia non attenditur præiudicium, quod venit in consequentiam.

¶ His igitur nō obstantibus, prima opinio, quod ius quæsitum per aditionem hæreditatis, aut per sententiam, uidetur magis communis, & sequenda: vt audacter asserunt Moder. in d. l. fin. C. si contra ius, vel util publ. Capic. decis. 166. num. 4. & 10. Grauet. in d. consil. 172. nume. 3. & alij quamplurimi supra relati.

5 Quæ quidem communis interpretatur non procedere quotiescunque Princeps tolleret ius quæsitum de iure gentium ex causa: & ut illud ex causa auferri posit requiritur, quòd sit huiusmodi causa, quæ principaliter respiciat vtilitatem publicam: secundum Bart. in l. quęcunque in fin. C. de fide instrum. & iure hast. fisc. lib. 10. Oldra. consil. 224. istæ sunt allegationes. colum. 7. Paul. Castren. consil. 177 consil. 229 colum. 2. consil. 287. colum. 1. lib. 1. Dec. consil. 361. col. penul. & consil. 188. colum. 3. post Fely. in d cap. quæ in ecclesiarum, Ias. in l. Barbarius. colum. 6. ff. de offic. præt. & consil. 233. colum. 7. lib. 2. & & istam scribit esse magis communem opinionem Alex. conf. 361. nu. 10. uol. 2. *Cōis opin.*

6 Limita secundo loco dictam communem opinionem non procedere, quando Princeps ex causa remunerationis seruitiorum auferret dominium alterius de iure gentium quæsitum: tunc enim certum est Principem posse id auferre. l. item si uerberatum, vbi Bartol. & Angel. ff. de rei uend. & al. j Scribē. in l. Antiochensium. ff. de priuileg. cred. & quod remuneratio sit sufficiens causa Principi ad tollendum dominium alienum, consuluit Dec. conf. 498. viso casu proposito. colum. 7. & consil. 588. viso puncto. colum. 5. post alios relatos per Gramma. decis. 66. nume. 2. & sequen.

*SVMMARIVM.*


1 *PRINCEPS reuocans facultates sub quibusuis formis, & clausulis, non reuocat ob hoc concessas recepto precio, & in vim pacti: nam reuocaret conuentionem, quod non potest.*

2 *Princeps in contractibus vtitur iure priuati.*

3 *Princeps motu proprio reuocans ea, quæ tenetur obseruare, præsumitur circumuentus, adeò quòd contrarium probari non potest, quasi hæc sit præsumptio iuris, & de iure.*

4 *Princeps concedens aliquid motu proprio alicui non potest regulariter concessio ipsa in eum retorqueri.*

## OPINIO DCXXXVI.



1 PRINCEPS reuocans facultates sub quibusuis formis, & clausulis, non reuocat ob hoc cōcessas recepto precio, & in uim pacti: nam reuocaret conuentionem, quod non posset: secundùm Bal. in l. qui se patris. col. 7. C. vnd. lib. Rom. consil. 252. num. 3. Anchara. in c. 1. nume. 8. de constit. lib. 6. Abb. in c. nouit. num. 25. ibi, quia illud transiuit in quasi contractum, quo etiam Princeps obligatur, de iud. Fely. in c. quæ in ecclesiarum num. 51. de constit. Dec. conf. 286. nume. 6. conf. 292. num. 7. & conf. 689. num. 5. & sequen. & Curt Iun. consil. 174. nu. 24 & 33. vbi commemorat istam opinionem esse communem, & Paris. quoque consil. 82. nume. 48. & sequent. & nume. 52. volum. 1. *Cōis opin.*

2 Et ratio asignatur ista. Siquidem Princeps in cōtractibus videtur uti iure priuati: ut per Paul. Castren. in l. digna uox. C. de legib. Rom. consil. 436. num. 17. & sequent. Ias. post alios in l. traditionibus. C. de pact. & Dec. in d. consil. 286.

3 Imò si Princeps ipse motu proprio reuocat ea, quæ tenetur obseruare, fingitur circumuentus, adeo quòd contrarium probari non posit, quasi sit præsumptio iuris, & de iure: ut per Dec. consil. 588. num. 19.

4 Et prædictæ communi ita comprobatæ accedit hæc altera opinio communis similis, videlicèt, quod in illis rebus, quæ motu proprio Principis apparent alicui concessa absque dubio aliquo in eum retorqueri non debent; & sic retorcutio fieri nequit, quando concessio est facta motu proprio: secundum Glo. communiter approbatam, in l. 1. in verb. decernetur. ff. quod quisq; iuris. quam sequitur, & recitat esse communem Iaffred. Laufran. in decis. 368. in his quæ motu proprio. *Cōis opin.*

¶ Sed hoc limitat, & declarat Felyn. in cap. 2. de mut. pet. vbi ponit multos casus, in quibus fit retorquutio etiam, quando concessio motu proprio esset facta; & unum casum posuit quoque Ias. in l. fin. nu. 13. C. de indic. viduit. toll.

*SVMMARIVM.*

1 *PRINCEPS vasallos suos alienare nequit eis inuitis: & per consequens alienatio alicuius Oppidi, Terræ, vel Ciuitatis per ipsum Principem fieri non debet contra voluntatem suorum subditorum; licèt de facto, & de plenitudine potestatis quotidie obseruetur contrarium.*

2 Prin-

2 *Princeps potest de iure alienare vasallos eis reluctantibus cum vniuersitate, idest cum alijs castris, in quibus sunt; & consequenter facere alienationem plurium rerum feudalium, & totius curiæ.*

## OPINIO DCXXXVII.

1 PRINCEPS nō potest alienare vasallos eis inuitis, ac reluctantibus; & sic fieri nequit alienatio alicuius oppidi, castri, seu Ciuitatis in alium per Principem contra voluntatē ipsorum subditorum: vt uoluerunt expresse Glo. in l. inuitus, ff. de fideicom. lib. Specul. in tit. de feud. §. quoniam. verf. 29. Hostien. & Ioan. Andr. in c. dilecti filij, de maiorit. & obed. Bald. Saly. Paul. Castren. Rom. Ias. & Claud. in l. debitorum. C. de pact. Oldrad. conf. 231. in fin. And. de Iser. nume. 8. & Aluar. col. 11. in c. 1. §. præterea ducatus de prohib. feud. alien. per Fed. Afflict. in prælud. constit. q. 24. in fin. Bald in cap. generali, si de feud. fuer. cont. inter dom. & agn. vasal. Papiens. in sua practica in for. libel. ad reuo. feud. in verf. nec super stitibus. nume. 21. Abb. in c. auditis. num. 20. de præscript. Fab. de Monte in tract. de emp. & vendit. in 3. q. princ. num. 17. Dec. consil. 564. num. 9. & consil. 689. in fin. Capicius in inuestitura feudali incip. feudum dant. fol. 150. conclus. 24. quarta declaratione, & decis. 162. nume. 1. Rolan. à Valle consil. 1. num. 34. cum alijs sequent. vol. 1. Bossius in pract. crimin. in tit. de Principe, & priuilegijs eius. nume. 290. & Ias. in 1. lect. nu. 45. Crot. col. 11. & Soc. Iun. num. 77. in l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de leg. 1. Alexan. in l. 2. num. 29. ff. solut. matrim. vbi etiam Franc. Ripa. num. 46. Cōis opin. qui fatetur istam esse communem opinionem, prout testatur etiam inhærendo eidem sententiæ Curt. Iun. consil. 174. num. 17. Alciat. consil. 7. nume. 1. & cum alijs sequent. incip. quia casus præsentis controuersiæ, tomo 3. lib. 1. fol. 44. qui hoc probat, & ait non habere difficultatem, D. Horatius Mandosius in scholijs ad Rom. in consil. 26. super litera Q. & Iacob. Philip. Port. seu potius Ant. Gabriel. in conclus. 21. lib. 5. & Cæsar Vrsillus in add. Afflict. in decis. 265. num. 36. qui hoc limitat cum alijs relatis per eum in casu necessitatis domini. Et huic opinioni accedit etiam D. Vincentius de Franchis, ingenio, doctrina, ac probitate illustris, & profunda memoria, & integritate laudatissimus, in decis. 17. sub nu. 2. ubi planum facit aliàs obtinuisse in facti contingentia, facta alienatione per vtiles Dominos feudorum, seu terrarum cum vasallis fuisse vasallos admissos, etiam in contradictorio iudicio ad demanium, soluto pretio emptori vnà cum interesse, compensatis in eo fructibus ex terra perceptis pro concurrenti summa. refertque etiam ibi, sub num. 3. aliàs Regiam Cameram iudicasse in Sacro Regio Collaterali Concilio, vniuersitates posse admitti ad emptionem iuris ponderum, & mensurarum, & cognitionis secundarum causarum, non obstante venditione facta per Regem vniuersitatibus præmemoratis de ipsis iuribus.

¶ Sed contrarium videlicet, quòd alienatio uasallorum fieri possit, etiam eis renitentibus: voluit Philip. Dec. in d. l. debitorum, vbi audacter asserit ita consuetudine seruari, ac istam esse generalem consuetudinem aiunt Guid. Papæ decis. 485. Paris. consil. 22. nume. 77. volum. 1. & Soc. Iunior. cons. 94. colum. fin. vol. 2. & in d. §. Diui, sub num. 77. & Cęsar Vrsillus in d. add. Affl. in decis. 265. sub nume. 36. & in effectu fatentur ueritatem ipsam, & ita obseruatur quotidie, sed de facto, & de plenitudine potestatis potius, quā de iure: ut per Bossiū in dicto tit. de Principe, & priuilegijs eius, sub num. 290. Sed retenta dicta communi tanquàm verissima approbatur pluribus efficacissimis rationibus per Capic. in dicta inuestit. feud. cap. feudum dant. conclus. 24. declaratione 4.

2 Quæ quidem communis sententia limitatur non procedere vbicunq; alienatio vasallorum esset facta cū vniuersitate, idest cum aliis castris in quibus sunt; & sic fieret alienatio plurium rerum feudalium, ac totius curię: tunc enim inuitis ipsis uasallis ualeret, & teneret de iure: secundùm Bald. colum. fin. & Martin. Lauden. colum. 1. in cap. 1. §. præterea, de prohib. feud. alien. per Feder. Abb. in cap. auditis. nume. 31. de præscript. Fabianum in d. 3. princ. quæst. sui tract. de empt. sub nume. 18. Alexan. in l. 2. nume. 29. ff. solut. matrim. & Anto. Gabriel. in dicta conclus. 21. in 1. limitatione. Roman. d. consil. 26. sub nu. 11. vbi in add. in fin. doctissimus Dominus Horatius Mandosius cum alijs relatis per eum, qui affirmat ibi istam esse communem opiuionem, Cōis opin. & Roland. à Valle in consil. 1. nume 88. volum. 1. & sequitur Capicius in d. inuestitu. c. feudum dant. conclus. 24. in 1. ampliatio. ubi tradit quinque alias utilissimas limitationes, & duas alias limitationes adducit etiam Rolan. à Valle in dicto cons. 1. num. 81. & 90.

## SVMMARIVM.

1 IVDEX vsque ad triginta dies tenetur differre, ac supersedere in exequendo mandatum, uel rescriptum Principis de decapitando, uel furca suspendendo aliquem sine processu, & illegitimè.

2 *Piso adeò iracundus, et crudelis tyrannus fuit, ut ob innocentiam vnius hominis tres homines innocentissimos iussit occidi, & neci tradi.*

3 *Ira valde aduersatur, & inimicatur proximo.*

4 *Iudex existens in ira neminem tunc debet iudicare, eo quòd iudicium rationis in eo est obscuratum: sed tene*

*tur expectare quòd mens prius per iram concitata ad tranquillitatem redierit. & ita obseruauit Imperator quidam dum condemnauerat aliquem ad ultimi supplicij pœnā in ira, qui appellauit; & eo interrogato ad quem appellaret, respondisse legitur, appello de Cæsare irato ad Cæsarē trāquillū & pacatum. & Imperator ob hoc iussit reseruari in crastinū, & interim se data ira eius fuit reuocata cōdēnatio: ut ponit sub n. 5.*

5 *Iratus homo commotionis tempore iniustum putat omne quod facit.*

6 *Ira est refrenanda, & vitanda.*

7 *Iudices, seu officiales assentientes, & cōplacentes Principibus contra veritatem & iustitiam, incurrunt irā Dei: & Deus possit omnes tales dissipare.*

8 *Princeps mandans Iudici aliquem torqueri potestate absoluta, & absq; causa, & non praecedentibus legitimis indicijs mortaliter peccat: & Iudex ipse huiusmodi rescripto non debet assentire.*

9 *Cōsiliarij Sacri Regij Cōcilij Neap. officiales Regię Camera Summaria, & Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ obtinent in practica primum locum inter caeteros officiales totius orbis, & consueuere plus obedire Deo, et eius iustitiæ, quàm hominibus, & Principibus.*

10 *Iudex fieri noli, nisi valeas veritate irrumpere iniquitates; ne forte extimescas faciem potentis, & propterea deuies à recto iudicij tramite.*

11 *Iudex bonus non debet timere homines, sed Deum, cuius minister est magis, quàm Principis terreni: vt probatur exemplo.*

12 *Iudex tenetur cuncta rimari: quia non exercet hominis iudicium, sed Dei; & quicquid iudicat in eum redundat: & probatur exemplo cuiusdam iudicis mortui sine cognitione verae fidei, qui in vita sua nunquam protulerat iniquam sententiam. ob quod Deus misericordia motus post eius mortem reseruauit animam in lingua eius quousq; baptismum reciperet.*

13 *Principis geminatum rescriptum, & iussio facta iudici vt quis vltimo supplicio afficiatur, non patitur moram in exequutione.*

## OPINIO DCXXXVIII.

1 PRINCEPS rescribens, pręcipiensq; aliquem decapitari, puniri, uel suspendi, & nō appareat causa: tunc iudex debet supersedere per triginta dies in exequendo ipsius Principis uoluntatem, inspiciendi tamen causa si Princeps pœnam relaxaret, vel perseueraret in eadem uoluntate: & sic iudex usq; ad triginta dies debet differre exequutionem in huiusmodi casu, ac secundam iussionem expectare. text. est in l. si vindicari. C. de pœnis. cui concordat c. si quando. ext. de rescrip. & c. cùm apud. 11. q. 3. Et d. l. si vindicari pingendam esse auro scribit Ias. in l. debitoribus. nu. 15. ff. de de re iudic. & vnicam dicit Marsil. in l. 1. §. fin. nume. 52. ff. de quaestionibus. & multum extollit Dec. in d. cap. si quando. nume. 5. ubi similiter aduertit istam sanctissimam. l. conditam extitisse à Theodosio ad requisitionem Diui Ambrosij: prout latè, & vtiliter etiam ponit Petrus Messias in uitis Imperatorum traductis per Alfonsum Vlloam, in uita Theodosij circa finem. quam simul cum not. per Barbat. in dicto cap. si quando. nume. 1. cum alijs sequent. & per Ioan. de Neuizanis in sua sylua nuptiali lib. 6. nume. 49. cum alijs sequen. in hoc proposito non solùm quotidie inspicere, & præ manibus habere deberent omnes iudices, tam seculares, quàm etiā ecclesiastici pro eorum animæ salute, sed memoriæ demandare, etiam ipsis, & toto uniuerso satis atque satis profiguum foret: quia discerent ipsi iudices non errare, nec peccare, nec alteri præiudicium inferre in rebus, & in vita in exequendo iniusta rescripta Principis. Et istorum opinionem, quòd Iudex debeat supersedere in exequendo mandatum Principis de decapitando, vel furca suspendendo aliquem absque processu, & illegitimè, sequitur etiam, & communem vocat Carrerius in pract. crimin. in §. circa. nume. 110. & Ioan. de Neuiz. cum alijs glomeratis per eum in loco præcitato num. 49. Cōm. opin.

2 Sed Iulius Clarus in pract. crimin. lib. 5. §. fin. quæst. 60. sub vers. Solet dubitari. non degustando, seu olfaciendo aliter decisionem d. l. si uindicari, & referendo opinionem Cyn. contrariam, iniquam. & contra casum legis, ac denique perorrescendo maximoperè Principis indignationem, fatetur, quòd hoc nunquam suaderet, seu consuleret amicis suis, quando Princeps ipse reperiretur iratus, forsitan quòd viderat Senecam in lib. 2. de ira ad Nouatium, scribentem ac referentem ibi de Pisone homine iracundo supra humanum modum, dicentemque quòd in impetu animi iussit quendam de seruis suis occidi, eo quòd redierat de foris sine socio sibi dato: imputabat enim illi quòd ipsum occidisset, cum que plectendus esset morte, & lictor iam euaginatum teneret gladium, superuenit tunc socius eius sanus, quo viso lictor dimisit eum intactū. quo audito crudelis tyrannus Piso iussit utrosque occidi. Te (inquit ad primum) iam ad mortem condemnaui, ideò morieris. deinde ad secundum ait, te etiā iubeo mori: quia causa mortis socij tui tu es. postremò tertio ait, te similiter necesse est nunc mori: quia voci meæ non paruisti, sed à me condemnatum morti liberare uoluisti. Ecce quomodò ob innocentiam vnius hominis tres neci traditi sunt.

3 Ex quo patet quod ira valde inimicatur, & aduersatur proximo.

4 Propterea disponitur in c. illa. 11. q. 3. quod cùm rector est in ira, neminē tunc debeat iudicare, eo quod iudicium rationis in eo est obscuratum, sed habet expectare quòd mens prius per iram cōcitata ad tranquillitatem redierit*. Sed si animaduertisset text. in c. ira. 11. q. 3. aliter suasisset, ubi

5 recitatur quod homo iratus commotionis tempore iustum

iustum putat omne quòd facit. Vnde legitur quòd cùm quidam Imperator condemnasset in iram quēdam ad mortem, ait reus: appello.cumque interrogaretur ad quem appellaret, respondit dicens: appello de Cæsare irato ad Cæsarem tranquillum, & pacatum. hunc ergo iussit Imperator vsq; in crastinum reseruari: sed interim sedata ira eius, ipsi reo donata vita est, si tamen reus dici merebatur. Ideò secundùm Gregorium magnum lib.8. Epistola 51. ad Leontium.

6 Quoties ira animū inuadit, mentem edoma, vince te ipsum, differ tempus furoris: cùm tranquilla mēs fuerit, quod placet vindica. ira enim in vindicta malorum sequi debet rationem animi, non præire, vt quasi ancilla iustitiæ post tergum veniat, & non lasciua ante faciem prorumpat. aliquando verò ostendenda est, & non exhibenda. aliquando exhibenda est, & nunquam sequenda: quando enim in exequutione iustitiæ placata mente irascimur, iracundiam non sequimur, & exhibemus. Ira enim quæ animum perturbat, quanta consideratione cauenda est, mostratur; de qua scriptum est Iacob. 1. Sit omnis homo velox ad audiendū, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Ira enim viri, iustitiam Dei non operatur. Hinc rursum scriptum est Prouer. 18. Quis potest habitare cū homine, cuius spiritus est facilis ad irascendum? melius est aūt, secūdùm Salomonem Prouer. 16. qui iracundiam continet, quàm qui orbem capit: quia ira etiam fortes decipit. cauere igitur debemus, secundùm Ambrosium lib. 1. officiorum cap. 21. ne in perturbationes prius incidamus, quàm animos nostros ratio componat. exanimat enim mentem plerumque aut ira, aut dolor, aut formido mortis, & improuiso percellit ictu. ideò præuenire pulchrum est cogitatione, quæ voluendo mentem exerceat, ne repentinis excitetur commotionibus, sed iugo quodam rationis, & habitus constricta mitescat.

7 Sed cōtra applaudentes iniustis rescriptis, mādatisq; Principū obijci possent omnia, quę scribit Neuiz. vbi supra.nu.49.& sequen.& illud etiam quòd scribit Andr de Iser. in cap. 1. de capit. qui cur. uend in additione fin. videlicèt, vt Deus omnipotens dissipare posset omnes istos iudices, & officiales assentientes, ac complacentes Principi contra veritatem & iustitiam.

¶ Et hoc nimirum vendicat sibi locum, non solùm in Principe seculari: sed etiam in Papa aliquid irrationabile mandante, cui iudex rescribere debet, atq; tenetur de iuris censura. c. si quando de rescrip. Anchara cons. 213. nisi legibus, & canonibus, sub n. 1. & est tex. in §. deinde in auth. de manda. princ. vbi Glo. inuehit non immeritò contra miseros prælatos, qui intantum timent literas Papæ, vt non audeant illi contradicere, & sequitur etiam Gramm. cons. crim. 45. nu. 39.

8 Ideò retenta dicta communi tanquàm sacrosancta ampliatur similiter ubi Princeps rescribe ret, seu mandaret iudici, vt aliquem apponeret torturæ non præcedentibus legitimis indicijs: quia tunc Princeps mandare non posset quem torqueri absque indicijs, ac uti potestate absoluta absque causa; & si aliter ageret vtique mortaliter peccaret: vt uoluerunt And. de Iser. & Grāmat. nu. 19. in constit. prosequentes. lib. 2. Andr. de Iser. & Afflict. in const. diram. & duram, & pro fert magnum, & vtile quidem verbum semel respondisse Regi Federico Aragoneo eum interroganti, quòd neq; etiam de authoritate regia poterat mandare hominem torqueri contra quem non extabant indicia sufficientia. quem refert, & sequitur Gramm. in d. constit. prosequentes. nu. 19. in cons. crim. 45. sub nu. 32. cum alijs sequen. & in voto 33. in quibus locis dicit idem respondisse in contingentia facti Cardinali Columnæ tunc proregi Neapol. prout assistendo Iudex eo tempore Magnę Curiæ Vicariæ, atque recipiendo mandatū à dicto Cardinali Columnæ, vt absque indicijs apponere deberet quæstionibus, & tormentis Paulum Pudericum, ex quo habebat conscientiam informatam ipsum Paulum cōmisisse homicidiū, replicauit semel, & bis audacter hoc non posse fieri, ac agi de iure; & ostensis dictis iuribus & rationibus dicto Cardinali acquieuit non absq; excrescentia amoris erga eundem Gram. atq; prædictum Paulum liberauit à carceribus, in quibus detinebatur, associarique fecit per Ciuitatem Neapolis per Illustriss. DD. Principem Salerni, & Marchionem Vallis Sicilianæ, ac reduci ad eius domum ita, & taliter honorifice vt nihil supra. Et eandem sententiam sequitur cum alijs aggregatis per eum, lateq; probat Io. Ant. de Nigris super capitulis Regni in c. sub ditorum nostrorum. num. 118. cum alijs seq. vbi eam vocat, appellatq; communem, ac veriorem, tutioremq; in foro fori, & conscientiæ. Cōis opin.

9 Et sic Illustres Doct. regnicolę, id est Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, & consiliarij Sacri Cōcilij, & Regię Camerę Summariæ, si vera loqui fas est, viros solertissimos, & integerrimos, opere, & sermone potētissimos, charos, & magnę authoritatis apud Catholicū Regem nostrum, & maximæ practicę, & scientię toti orbi terrarū apparere nemo est qui ignoret. Imò in ipsa practica primum locū obtinent inter cæteros officiales, & iurecon sultos totius uniuersi, qui ubi agitur de vita hominis remoto, spretoq; omni timore, optimo zelo cōscientiæ, & honoris proprij adducti semper consueuere plus obedire Deo, & eius iustitiæ, quā hominibus, seu Principibus. quique etiam non faciunt, vt Pilatus, qui ob timorem Christum iniustè damnauit: & per hoc instruuntur postponere omnem humanum timorem, ubi est quæstio de honore Dei, & optimè quidem agunt. Nam vt habetur. C. unde ui. l. si quis in tantam, audacia circa licita approbatur, quæ uerò circa illicita est, reprobatur.

10 Et ad ꝓpositū faciūt aurea uerba Grego. metu pote-

potestatis alicuius loqui pertimescimus? propter quod salubriter consuluit Sapiens Eccle. 7. dicens: Noli quærere fieri iudex, nisi ualeas ueritate irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, & propter hoc supple, deuies à
11 recto tramite iudicij *. Debet ergò bonus Iudex non homines timere, sed Deum, cuius minister est magis, quàm Principis terreni. exẽplo illius præsidis supremę Curię parlamenti Paris. ad quẽ cùm mandasset Rex, ꝙ sub pœna priuationis ab officio suo sententiam proferret ad eius voluntatem circa aliquam materiam, cui inordinatè afficiebatur, respondisse fertur: malo officium perdere, quàm scienter Deum offendere; sicque officio, & regno priuatus extitit, sed postmodum
12 reuocatus, & honoratus *. Propterea legitur 2. paralip. 19. quòd Iosaphat Rex Iuda constitués Iudices in cunctis Ciuitatibus Iuda, dixit illis: videte quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, sed Dei; & quodcunque iudicaueritis in uos redundabit, sit timor Domini vobiscũ, & cum diligentia cuncta facite. Ad hoc autem propositum multum facit hoc exemplum. Legitur enim quòd cùm in Francia quidam agricola foderet in agro suo inuenit humanam linguam uiuam, & loquentem, super qua nouitate ille admiratus interrogauit quis esset, tunc respondit se fuisse linguam hominis pagani, qui iudex fuerat proximæ Ciuitatis; & quamuis mortuus fuisset sine uera fide: quia tamen nunquam protulerat iniquam sententiam: ideò Deus reseruauerat animam eius in lingua eius quousque baptismum reciperet. propter quod rogauit dictum agricolam, vt hoc significaret Episcopo Ciuitatis, rogans ut ueniret ad baptizandum eum: & hoc (inquit) erit signum, quia uera dico, si percepto sacro baptismate lingua mea in puluerẽ conuertatur: factum est ergo vt postulauit, & statim prædicta lingua cunctis uidentibus qui aderant, in puluerem redacta est.

13 Et hoc de plano procederet, & verum esset, nisi interueniret secundum rescriptum, & iussio ipsius Principis. d.c. si quando, ubi omnes Canonistæ, præsertimque Barbat. nume. 1. cum aliis sequen. Felyn. colum. fin. Dec. num. 9. & sequen. & Ripa sub num. 17. Cępolla in tract. cautelarum in cautela secunda. num. 5. Ias. in l. puniri in fin. C. si contra ius, vel utilit. pub. & sic geminata Principis iussio, vt quis ultimo supplicio afficiatur, non patitur moram in exequutione; & ista est communis opinio: vt per Doctor. in d.c. si quando, vbi Dec num. 9. & seq. reddit rationem huius dicti communis. *Cõis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *PRINCIPIS assertio, atque narratio est sufficiens probatio delicti: nam verbis Narratiuis Principis credendum est, vbicunque in eis se fundat.*

2 *Principis verbis, seu literis narrantibus factum proprium regulariter creditur: sed regula hæc ampliatur, & limitatur pluribus modis remissiuè.*

3 *Narratiua rebellionis in magnum præiudicium tertij non probat.*

4 *Narratiua Papæ alicuius delicti in præiudicium tertij non probat, nisi in antiquis, & cum adminiculis.*

5 *Papæ verbis assertiuis in materia beneficiali standum non est, & ipsa verba nemini præiudicium inferrent.*

## OPINIO DCXXXIX.

1 PRINCIPIS literis, ac priuilegijs continentibus, seu attestantibus aliquem commisisse delictum, super quibus se fundat, postea donando bona illius, standum est; & sic ista assertio, atq; narratio Principis est sufficiens probatio delicti: secundùm Tancred. Io. And. & Abb. in c. cũ oporteat, ext. de accus. & in add. Specul. in tit. de inquisitione. §. nunc tractemus, ver. hoc autem notandum, & Barbat. cons. 46. col. 23. vol. 1.

¶ In contrariam verò partem, videlicet, quòd assertioni Principis non stetur, siue fides adhibeatur super crimine commisso: inclinauit consulendo Dec. cum alijs signatis per eum consil. 410. sub nu. 8. cum alijs seq. & cons. 544. & Curt. Senior cons. 49. sub nu. 94. Grauet. cons. 48. Gigas in tract. de crim. læsæ maiestatis lib. 2. quęst. 19. & lib. 3. quęst. 14. præclarissimus D. Restaurus Castaldus præceptor meus in tract. de Imperatore. quæst. 110. casu 248. & Cardin. Put. decis. 130. vbi concludit, quòd narratiuæ Papę, etiam quòd in ea se fundet non statur ad probandum crimen, & confessionem.

¶ Sed primã opinionem mihi sequendã fore cõstitui, cui inhęret quoq; Bossius in pract. crim. in tit. de Principe, & priuilegijs eius. n. 80. & seq. fol. 248. vbi ostendit istam opinionem Tancr. & aliorum uerissimã, & cõem fore; quoniã verbis narratiuis ipsius Principis credendum est, vbicũque in eis Princeps se fundat. Clemẽ. 1. de prob. Alex. cons. 15. vol. 5. Aret. cons. anteuen. col. 3. & seq. & Fely. in c. cùm in iure, de off. deleg. & in c. nonnulli. §. 1. de rescr. col. 4. & hoc casu statur nẽ pè verbis Imperatoris, vt Papæ. ita Moheda. decis. 278. & decis. 280. & Gomes. in d. decis. 38. *Cõis opin.*

2 Sed aduerte ꝙ Imperatori, Papę, vel Principi, seu eorũ verbis in literis narrantibus factũ propriũ regulariter creditur: vt tradit pro regula cũ ampliationibus, & limitationibus D. meus Restaurus in d.q. 110. casu 248.

3 Attamen pręmissa autumarem non procedere in pręiudiciũ tertij: vt explicat amplè cũ alijs congestis per eũ Ferretus. cons. 249. sub n. 8. vol. 2. Nam narratiua rebellionis in magnũ præiudicium tertij nullatenus probaret. ita Crescen. decis. 49. & Gomes. decis. 38.

4 Imò

4 Imò tunc ipsa narratiua minimè probaret etiam si illa esset Papæ, nisi essemus in antiquis, & cum adminiculis: secundùm Crescent. decis. 89. Moheda. decis. 271. & seq. Gomes. in d. decis. 38. Ant. August. decis. 410. & Io. Bapt. Ferret. cõsil. 249. in facto. nu. 3. uol. 2. vbi admonet istam esse communem opinionem: *Cõis opin.* tunc enim etiam in præiudicium tertij statur assertioni principis: vt tradit quoque Grauet. in tract. de antiq. tem poris. in 1. par. num. 33.

5 Postremò choarctantur prędicta itidem pro cedere, iudicio meo, de iure ciuili; secus uerò de iure canonico: quia vt supra ostensum extitit nõ solùm uerbis assertiuis Papæ super rebellione, homicidio, vel aliquo alio delicto standum non esset: sed in materia beneficiali etiam minimè staretur uerbis narratiuis ipsius Papæ; imò illa verba in præsenti casu nemini præiudicarent: cæterùm ueritas narratorum per testes, seu aliundè legitimè per publica instrumenta probari de beret: vt decisum fuit in concilio Basilien. in c. fi. 23. sessio. licèt in apostolicis, & in concilio nouissimo Lateranen. per Leonem Papam X. in 11. sessi.

*SVMMARIVM.*

1 *PRIVILEGIVM concessum alicui, & suis descendentibus tam masculis, quàm fœminis, non extenditur ad fœminas maritatas: quia mutant statum, & sequuntur forum viri.*

## OPINIO DCXL.

1 PRIVILEGIVM concessum alicui simul ac omnibus suis descendentibus, tam masculis, quàm fœminis, nõ extenditur ad fœminas maritatas: & sic filiæ possunt gaudere huiusmodi priuilegio si sunt virgines, aut viduę; secus si essent maritatæ: quoniam mutant statum, & sequuntur forum uiri: vt tradit Bar. in l. quoties. C. de priuileg. scholar. lib. 12. & latè Ias. in l. 1. num. 18. ff. de const. Princ. Marsil. in rub. de fideiuss. num. 113. & in l. 1. nume. 200. C. de rapt. virg. & Ripa in lib. 2. responsorum. c. 3. nu. 2. & ista est communis opi- *Cõis opin.* nio. teste Hierony. Chucalon, in add. ad Dec. in l. fœminæ. nu. 95. in litera L. ff. de reg. iur. quamuis Dec. & malè in c. nouit. num. 4. extra de iudiciis, affirmauerit contrarium, quòd mulier nupta retinet omnia priuilegia, & omnes prærogatiuas, ex quibus non distrahitur à seruitio mariti. & hoc idem tenet Alex. in l. cùm quædam. nume. 14. ff. de iurisd. omn. iud. & dicam aliquid infra in Opinione 643. Priuilegium concessum patri.

*SVMMARIVM.*

1 *PAPA potest concedere priuilegium, vt religiosi eximantur à decimarum pręstatione.*

2 *Papa per priuilegium potest eximere religiosos à pra stations decimarum.*

3 *Priuilegium ne ad decimas, tributa, seu collectas teneatur quis pro pradys, extenditur etiam ad prædia futura, & sic post priuilegium, & immunitatem con cessam quæsita.*

4 *Clausula, non obstantibus quibuscunque priuilegiis, & gratiis in contrarium facientibus, etiam si de eis esset facta mentio specialis, non operatur ad reuocationem priuilegij concessi religiosis, ne teneantur ad collectas aliquas: licèt posteà Papa destinet legatum pro collectis cum bullis habentibus dictam clausulam.*

5 *Priuilegium tollitur, & perditur per actum, vsum, & consuetudinem contrariam.*

6 *Priuilegium quando actum reiterabilem continet, ei nullo pacto præiudicari potest, nisi spatio triginta, vel quadraginta annorum.*

## OPINIO DCXLI.

1 PRIVILEGIVM potest concedere Pontifex, per quod religiosi à decimarum pręstatione eximantur. text. est in c. ad audiẽtiam. c. ex parte, *il primo, & il secondo.* c. ex multiplici. c. dilecti, & c. super. de decim. Et cõsequenter summus ipse Pontifex potest concedere aliquibus locis priuilegium immunitatis à decimis. ita Deci. in c. cùm ordinem in prin. de rescript. & Grauet. cons. 21. num. 11. & Io. Bapt. Ferret. consil. 249. in facto. nu. 2. vol. 2. & docuimus supra in Opinione. Consuetudo non soluendi decimas. circa fin.

2 Et potest Pontifex per huiusmodi priuilegia eximere eos, liberareque à pręstatione ipsa decimarum, etiam ab aliis possessarum, dummodò de hoc mentionem faciat. tex. est clarus, & apertus. in c. dudum. de priuil. & ibi Inno. Cardi. Ant. Abb. & alij, & Oldrad. cons. 268.

3 Imò priuilegium hoc ne quis teneatur ad decimas, tributa, vel collectas pro prædiis, extenditur etiam ad prędia futura: & sic ad prædia post priuilegium, & immunitatem concessam quæsita. ita Bar. in l. damni. §. si is, qui ædes uicinas. ff. de dam. infect. in vlti. quęst. dum allegat c. quia circa de priuileg. & est text. etiam in c. ex parte, & in c. pen. de decim. & firmant Doct. omnes in l. 1. ff. de leg. 1. Imol. & alij in d. l. damni. §. si is, qui ædes, Alex. conf. 178. vol. 2. & Ias. conf. 170. nu. 6. uol. 2. & in l. si stipulatus fuero. §. cùm stipulamur. ff. de ver. oblig.

4 Imò etiam priuilegium concessum religiosis ne teneantur ad vllas collectas, minimè intelligitur reuocari per potestatem concessam legato de

to de latere de collectis imponendis cōtra quoscunque, non obstantibus quibuscunque priuilegiis, & gratiis contrariis, etiam si de eis esset facta mentio specialis: secundùm Cyn. in l. 1. quando Imper. inter pupil. & Alex. cons. 91. vol. 1. & cons. 103. uol. 4. & ita vidi iudicatum in Regia Camera Summariæ ad fauorem Vniuersitatis, & hominum oppidi Prætorij olim comitatus Ciuitatis nostræ Aquilæ sub die 27. Ianuarij 1575. mediante patrocinio D. Terentij Turcanici ciuis mei, uirtute, memoria, & integritate laudatissimi. qui quidem homines licèt reperirentur immunes à solutione regię fidæ, seu doghanellę pro ouibus suis ex decreto aliàs promulgato ad eorundem fauorem per Illustrissimum D. Doghanerium Regiæ Doghanę: & dum eodem anno extitisset destinatus Commissarius ab ipsomet D. Doghanerio in prouincia nostra Aprutina cum authoritate, & commisione, ut exigere deberet regiam fidam ex ouibus, etiam non accedentibus ad Apuleam à quibusuis hominibus, & personis, non obstantibus quibuscūque priuilegiis, exemptionibus, & decretis; & coegisset homines præmemoratos ad soluēdum regiam fidam pro suis pecudibus: nihilominus tamen eadem Regia Camera vigore ipsius decreti prolati sub die, & anno mentionatis ordinauit, ut per prædictum Commissarium restitueretur quicquid pro tali causa exactū fuerat, prout re ipsa ipsam pecuniam restitutam vidi.

5 Sed si priuilegium hoc per 30. vel 40. annos continuè, pacificè, & absque lite aliqua seruatum non sit; & sic decimę post impetrationem priuilegij huius solutæ sint in dicto tempore, & spatio: tunc per actum, consuetudinem, ac vsum contrarium perditur, & omninò extinguitur prædictum priuilegium concessum. tex. est in c. accedentibus. de priuileg. & ibi Glos. quæ alias opiniones contrarias, tanquàm erroneas reprobat, & Glo. ipsam sequuntur Inno. Card. Ant. & alij communiter ibi in c. cùm accessissent. de cōstit. vbi Fely. col. 15. multa congerit. *Cōis opin.*

6 Et hoc idem uoluit Alex. cons. 33. in princ. vol. 5. qui ex mente And. de Barulo. in l. 2. C. de his qui mu. spon. sub lib. 10. determinat, quòd quando priuilegium actum reiterabilem continet, ei nullo pacto præiudicari potest, nisi spatio triginta, uel quadraginta annorum: & sic opinio ista communis est, & indubitata quidem, tam ex relatis authoritatibus, quàm ex omnibus Docto. vtriusque iuris consulentibus, & iudicantibus variis in locis, & ita fuit conclusum, licèt in alio proposito in Rota Bononiensi. attestante Petro de Benintendis decis. 13. sub nu. 9. *Cōis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *IMMVNITAS concessa propter paupertatem cessat superuenientibus diuitijs.*

2 *Vsusfructus vxori legatus, donec filius in furore permanserit, finitur eo tempore, quo filius resipuerit.*

3 *Prohibitum ad tempus, post illud tempus permissum videtur, & econtra.*

4 *Immunitas concessa alicui quandiu reipublicæ causa absfuerit, cessat illicò cessante absentia.*

5 *Mulieres radijs virorum suorum corruscāt, etiam post illorum mortem, donec alijs non nupserint.*

6 *Dictio donec, quousque, quandiu, quoad, & similia sunt determinatiua temporis, & significant dispositionem fieri posted.*

7 *Dictio quoad, donec, quandiu, quousque, & similia denotant tempus, non autem conditionem.*

## OPINIO DCXLII.

1 PRIVILEGIVM, seu immunitas concessa, aut concessum propter paupertatem, cessat superuenientibus diuitiis: & sic cessante causa paupertatis: secundū cōplures Docto. relatos per Ias. in l. sciēdum. §. si fundum. n. 6. ff. qui sat. cog. qui quidem Scrib. mouentur ad ita decidēdum per tex. in l. cura. §. deficientium. ff. de mun. & hon. vbi deficientium facultatibus ad munera, quæ indicuntur excusatio non perpetua est, sed temporalis: nam si ex uoto honestis rationibus patrimonium auctum fuerit, cessabit excusatio munerum. cuius l. hęc uerba sunt, auctis post appellationem medio tēpore facultatibus, paupertatis obtentu non excusantur: vt per tex. expressum in l. non tantum. §. eos qui. ff. de excu. tut. vbi immunitas concessa ob paupertatem cessat auctis facultatibus. & hoc idem notant, & firmant per illum tex. ibi Iacob. Aret. Nicol. de Mata. in lect. Bar. Bal. Alber. & Alex. in l. si cum dotem. §. si maritus. nu. 6. ff. solut. mat. Tiraq. in tract. de causa cessante in 1. par. prin. num. 193. Rom. cons. 404. in casu propositæ consultationis. nu. 5. Rolan. à Valle. cons. 52. requisitus, vt dicam quid sentiam. nu. 41. vol. 2. & istam scribit esse communem opinionem Ias. in d. §. si fundū. nu. 6. & seq. vbi eam ab omnibus ferè contrariis efficacissimis responsionibus, & rationibus tuetur. & probatur etiam in l. his oneribus. §. 1. ff. de uaca. mune. *Cōis opin.*

2 Ita etiam, si uxori testator vsumfructum legauerit, donec filius suus in furore permanserit: vsusfructus ipse nempè finitur eo tempore, quo filius resipuerit. l. ambiguitatem. C. de vsufruct.

3 Nec non interdictum ad tempus, illo finito censetur quippè permissum. l. Imperator. ff. de postulan. & l. pater filium. §. fundum. ff. de leg. 3. & traduut Gozad. cons. 37. num. 7. & Tiraq. de retractu consang. §. 1. Glos. 10. nume. 19. Sicut econtra permissum ad tempus, post illud dicitur prohibitum. l. statu liberum. §. stichum. ff. de leg. 2. & ibi Bar. & l. 3. in prin. vbi Glo. ff. de seruit. & Bal.

Bal.in l.si auus.C.de liber.præter.c. 1. de eo qui sibi,& hæred.& c.1.de duob. fratr.à capit. inuestit. vbi per dictionem quandiu, id quod erat infra certum tempus permissibile, posteà fit permissibile.

4 Similiterque si immuuitas alicui concessa sit, quandiu causa reipublicę abfuerit, illicò ea cessat,quando abesse desierit.l.1.C.de profess.& med. lib. 10.

5 Et facit quoque text.in l. fœminæ.ff.de senator.ubi mulieres coruscant radiis maritorum, etiam post illorum mortem, donec & quandiu alij inferioris conditionis, & gradus non nupserint;& statim quòd inferiori nuptæ fuerunt, dignitatem priorem amittunt.

6 Nam uerba hęc donec, quousque, quandiu, quoad & similia, non sunt perpetuò exclusiua, sed suspensiua ad tempus incertum: & consequenter sunt determinatiua temporis, & significant dispositionem fieri posteà.ita Bar.in l.fi.circa princ.ff.ad Tertul.& Fran.de Aret.in l.si quis posthumos.§.si filium.ff.de lib.& posthu.

7 Et sic illa uerba donec & similia,solùm denotant tempus,non autem conditionem,quæ ex dictione.Si.significari solet.vt ita consuluit Natta cons.459.num.14 & seq.uol.2.post Bal.ab eo relatum. & ita uoluit etiam Bart. in l.1.nu. 15.de condit.& demonst.

*SVMMARIVM.*

1 P*RIVILEGIVM concessum patri pro se,& suis filijs & filiabus, non competit filię nuptæ.*

OPINIO DCXLIII.

1 PRIVILEGIVM concessum patri pro se suisque filiis, & filiabus non competit filiæ nuptę; & sic priuilegio hoc filia nupta gaudere nequit: secundùm Bar.Ang.Ioan.de Platea, & cæteros in l.quoties. C. de priuileg. schol. lib. 12.Fely.in c.nouit.col.1.de iud.Corsetum,in sin gu.in verb.Priuilegium,Barba in c. proposuisti. col. fin. de foro comp.Roma.& Ias.in l.cùm quædam puella.ff.de iurisd.om. iud. & Ripam in respon.2. lib. 2.de ref. nu.2.vbi perhibet istorum sententiam communem esse. idemque firmat Hierony.Cuchalon.in add ad Dec.in l.fœminę. ff.de reg.iur.quamuis ibi Deci.& malè.nu.83.& seq.contrariam partem sustineat. vt latius docuimus supra in Opinione. Priuilegium concessum alicui. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 P*RIVILEGIVM concessum militibus occasione benemeritorum,& prærogatiuæ,extenditur ad Doctores,& aduocatos. Et consequenter priuilegium militibus elargitum,vt non teneantur vltra quàm facere possint,competit etiam aduocatis.*

2 *Aduocati strenuè militant, & non minus prouident humano generi, quàm si patriam armis defenderent.*

3 *Testamenta aduocatorum,& Doctorum ratione præteritionis non possunt contratabulari, sicut testamenta militum armatæ militiæ.*

4 *Priuilegium concessum militibus gratia simplicitatis, & præsumptæ iuris ignorantiæ, uel angustiæ temporis,non extenditur ad Doctores,& aduocatos.*

OPINIO DCXLIV.

1 
RIVILEGIA concessa militibus ratione,& occasione benemeritorum, & prærogatiuæ, trahuntur & extenduntur ad Doctores, & aduocatos. Et consequenter priuilegium concessum militibus, vt non teneantur vltra quàm facere posint, competit etiam aduocatis: secundùm Glo.Bar.Ang.Alex.Ias. Ripam, & alios omnes, præsertimque Zasi.nu.8 in l.miles.ff.de re iudic. Alex.num.6.cum aliis seq.& Galliaul.nu.42. in l.Centurio.ff.de vulg.& pupil.substir.Cyn. & Saly.in l.1.C.de iur.& fact. ignor. And. Sicul. in c. Odoardus.col.2.de solu.& Corasi.in l. precibus. nu.20.C.de impub. & aliis subst. qui omnes prędicant istam esse communem opinionem: quæ comprobatur. Cōis opin.

2 Nam non minus prouident aduocati humano generi, quàm si patriam armis defenderent. l.aduocati.C. de aduoc. diuers. iud. Glo. in c. ex multa.de voto,& Guid. Papæ deci.88.sed quæro. numero 2.

3 Et hinc dixit Glo. in l. 1. §. est & alius.ff. de his qui à parent.ma.quòd testamenta aduocatorum, & Doctorum ratione præteritionis non possunt contratabulari, sicut testamenta militum armatæ militiæ.quod sequitur Cyn.in l. 1. C. de iur.& fact.ignor.& Ioan.Lupi in rub.de dona.inter uir.& vx.§.37.nu.15.

4 Sed ista opinio cōmunis ita approbata,quippè non procederet,nec aliquo modo haberet locum in priuilegiis cōcessis militibus gratia simplicitatis,seu pręsumptæ iuris ignorantiæ,seu angustię temporis: tunc enim huiusmodi priuilegia non extenderentur ad ipsos Doctores, & aduocatos,& non habet difficultatem aliquam, & admittunt omnes vno ore absque scrupulo, & præcipuè Barth Soc.in d.l.miles. nu. 9. & Alex. in d.l.Centurio.nu.7.& omnes alij inibi. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 P*ROCVRATOR constitutus ad recipiendum pecuniam mutuo, & confitens habuisse,& rece-*

*recepisse in instrumento, nec apparendo aliter realem numerationem esse factam, non obligat dominum.*

2 *Procurator habens simplex mandatum à domino ad aliquid vendendum, transferre non potest possessionem per constitutum, precarium, aliumque fictum actũ: secus autem quando ille procurator haberet ad constituendum speciale mandatum.*

## OPINIO DCXLV.

1 ROCVRATOR constitutus ad recipiendum pecuniam muruo confitendo habuisse, & recepisse in instrumẽto, nec aliter apparendo realem numerationem esse factam, non obligaret ob hoc dominum; & sic eius confessio non grauaret dominum, vt teneretur mutuum ipsum restituere, & ex huiusmodi confessione durante biennio, & post biennium conueniri non posset aliquo modo: secundùm Bartol. in l. 2. §. mutui autem datione. num. 6. ff. si cert. pet. Ias. nu. 20. Deci. nume. 14. & Bolognetrum. nume. 44. cum aliis seq. in §. credirum, eiusdem. l. 2. qui ostendunt istam esse communem opinionẽ: *Cõis opin.* quam latè tuetur Bolognettus ibi, & ita consuluit Mart. Lauden. cons. 50. cui se subscripserunt nonnulli Illustres Doctores, & sequitur etiam ibi, in add. Ioan. Maria de Plotis. nu. 26. & communem dicit.

2 Nec non procurator habens etiam mandatum simpliciter à domino ad aliquid uendendũ, tunc profectò per constitutum, precarium, vel per alium actum fictum possessionem transferre nequiret modo aliquo: vt concedit Bar. in l. 1. *Cõis opin.* ff. de acq. poss. cui ibi omnes alij inhærent vnanimiter, & concorditer. secus uerò ubicunque ille procurator haberet quippè ad cõstituendum speciale mandatum; vt amplè explicat, atq; declarat Tiraq. in tract. constit. poss.

## SVMMARIVM.

1 PROCVRATOR *accedens de partibus valdè remotis in aliquod iudicium cum instrumento mandati, petensque creditum sui principalis, atque exhibens mandatum ipsum, admittitur: licèt aduersarius excipiendo opponeret de procuratore incognito, ac non esse illum in mandato descriptum.*

## OPINIO DCXLVI.

1 ROCVRATOR accendens de parribus ualdè remotis in aliquod iudicium cum instrumento mandati, petensq; creditum sui principalis, atque exhibens mandatum ipsum in iudicio prædicto; licèt aduersarius excipiendo opponeret de procuratore incognito, ac non esse illum in mandato descriptum, nihilominus præsumitur: secundùm Cyn. Bal. & Salyc. in l. si qua per calumniam. C. de epis. & cleri. Ang. in l. comparationes in fi. C. de proba. Abb. in c. coram. de offic. deleg. Imol. in Clem. 1. col. 7. de procur. Fely. in c. 2. col. 8. de testib. Alciar. in tract. de præsump. reg. 1. præsumpt. 33. nn. 2. & Marsil. cum aliis accumulatis per eum. in l. si quis ne quæstio. num. 143. ff. de quæst. & ista est communis opinio, præcipueque ad præsumptionem inducendam pro producente, vt onus probandi transferatur in aduersarium opponentem non esse illum, de quo in mandaro fit assertio; quamuis Fely. in d. c. coram. col. fin. ab hac communi sententia, & verissima recedere non erubescat. *Cõis opin.*

## SVMMARIVM.

1 PROCVRATORIS, *vel notarij officium vilissimum est, & similiter non publicum, sed priuatum est.*

2 *Procurator Principis est in dignitate constitutus, & eius officium nobile censetur.*

3 *Procurator seu notarius quod acquirit mediante officio suo procuratoris non dicitur peculium quasi castrense, sed aduentitium. sed concluditur contrarium.*

4 *Notarij, & procuratores hodie in Regno inter nobiles connumerantur: cùm in eo officium tabellionatus vile non sit, sed nobile.*

5 *Notarius in Regno non potest creari villanus, angarius, bastardus, & spurius.*

6 *Notarius hodie in Regno nõ creatur, nisi sit idoneus in officio notariatus, fidelis Regis, absq; crimine aliquo, bonisque ornatus moribus, & ex legitimo matrimonio natus.*

7 *Notarius ante quã incipiat exercere officium tabellionatus tenetur iurare fideliter officium suum exercere.*

8 *Notariatus non est dignitas, sed quodam munus.*

9 *Notarius potest esse infamis: cùm spurij possint creari tabelliones, & conficere instrumenta.*

10 *Clericus, vel monachus potest esse notarius in causa hæresis, qui tenetur iurare fideliter se gerere; & potest etiam recipere mercedem ab inquisito.*

11 *Notarius dicitur iudex, habetque voluntariam iurisdictionem, & præcipit guarentigiam.*

12 *Notarius est nobilis.*

13 *Laudes collegij notariorum Ciuitatis Aquilæ, & infra etiam sub num. 14.*

14 *Notarius exercens officium actuariatus ad banchum iuris habet dignitatem.*

## OPINIO DCXLVII.

1 ROCVRATORIS, ac notarij officium vilissimũ est, & similiter non publicum, sed priuatum discernitur. §. fi. & ibi latè Aret. instit. de except. & Cassane. cons. 64. nu. 34.

nu.34 & probatur expresse in l. si quis procuratorem,& ibi Bar.C.de decur.lib.10.

2 Sed hoc fallit in procuratore Principis: quia esse procuratorem Principis est dignitas, & officium nobile.l.nemo præfectus.C.de dignit. lib. 12.per quem tex.ita concludit Roma.sing.814. tu habes quod officium procuratoris, & Nicolaus Pignola. cum aliis signatis ibi per eum in additionibus.

3 Meritò procurator ipse illud quod acquirit mediante officio suo procurationis non dicitur, nec dici potest peculium quasi castrense,sed adnentitium.ita voluit Bal.& Aret. in l. fori. C. de aduoc.diuers.iud.& Bal.in l.cùm oportet.col. penult.C.de bon.quæ lib.quorum opinio communem asserunt esse Doct. passim, præsertimque Riminal.in §.1.instit.per quas pers. ius nobis acquir.num.61.& seq. licèt ipse ibi per pulcherrima fundamenta conetur suadere contrarium,& ante eum ibi Port.num.4.& Ioan.Fabr.num. 1. & seq.& Ang.Aret.in §.fin.num.4.instit.de mil. testam. Et quòd notarij habeant peculium quasi castrense.tex.est iuncta Glo.in l.fin.C.de inof. testa.n.Franc.in c.licèt. §. quamuis de sepult. in 6.Guid.Papę decis.90. similiter & Capell. Tholos.decis.10.& ibi Aufrer.in addit. qui ad lucem adducit istam sententiã magis cõmunem fore.

Cõis opin.

Cõis opin.

4 Sed autumarem huiuscemodi opinionem posse facilè sustineri in Regno:cùm officium procuratoris, & notarij uile in ipso Regno nullatenus quidem sit: sed ipsi procuratores, & notarij inter nobiles connumerari consueuere: vt hoc enodatè,aperteque probatur in prag.1.exordiẽte.Officium notariatus,in antiquis in tit. de notariis, ibi quandoque pro rebus, quę Præposito per notarios electo tractandæ uidentur pro honore eorum officij congregentur semel singulo semestri in Ciuitate Neapolis, & in præsentia vnius ex iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, & in aliis locis in præsentia Capitanei, uel Assessoris, & inter eos præponant de eis, quæ ad honestatẽ eorum officij pertinent.

5 Et eò magis dicuntur notarij nobiles in Regno:cùm in eo per constit.incip.præsenti. in fin. in 3.lib.in tit.de honore militari, notarius creari nequeat modo aliquo,qui vilianus, angarius, bastardus,aut denique spurius sit.

6 Imò notarius non creatur in Regno, nisi vtique sit idoneus in sua facultate, & officio notariatus,fidelis Regis,& bonis moribus ornatus.

¶ Imò etiam in approbatione notarij in Regno coram iudice delegato interuenire consueuere Doctores,qui tanquàm testes deponere solẽt,atque tenentur, ueritate duce, Titium repertum fuisse idoneum,& peritum in his omnibus, quæ pertinent ad officium notarij;aliàs non cõstito de bona fama, qualitate, & conditione, de ætate legitima,de peritia, & fidelitate erga Regem ipsius notarij, & quòd sit immunis à quolibet etiam minimo crimine, & quòd ortus sit ex legitimo matrimonio, non conceduntur per Illustrem D.Protonotarium,Præsidentemque Sacri Concilij priuilegia notariatus.

7 Et postremò notarius in Regno ante quàm incipiat exercere officium tabellionatus tenetur pro forma, & necessariò iurare exercere fideliter officium suum: prout de iure huiusmodi iuramentum in principio sui officij notarius præstare tenetur. c. ad audientiam , & ibi Doct. de pręscript.& c.ego N.de iureiurã.& Spec. de fide instru.§.3.

8 Et quamuis regulariter notariatus dignitas nimirum non sit, sed quodam munus .l. fin. in prin.& ibi Glo.C.qui milit.non poss.lib. 12. & l. vniuersas.C.de dignit.lib.12.& Bart. notat in l. 1.C.de man.princip. & in cons. incip. Ser Ioannes de Castro Diruti, Abb.in c. uenerabilem.colum. 2.de elec.Bart.& Alex.in l.eadem.ff. ad legem Iul.rep.

9 Et de hoc certè mirandum non est: vtpote quia notarius regulariter potest esse infamis: vt instit.de excep.in fi.& Ang. cons. 284. præmitto ad euidentiam,ubi firmat spurios creari posse tabelliones,& instrumenta conficere;nihilominus tamen cùm in Regno infames, & spurij notarij creari nequeant: sequitur vt notariatus dubio procul dignitas sit.

10 Nam clericus, uel monachus quamuis in dignitate constituti dicantur, & nobiles meritò nuncupentur:tamen possunt esse notarij inquisitoris, & sic in causa hæresis, & tenentur iurare fideliter se gerere, possuntque etiam licitè recipere mercedem ab inquisito. Clem. 1.§.notarij, & ibi Card. de hæret. & c. vt officium. de hęret. lib.6.Bart.in l.seruus.ff.de test.& Bal.in l. si quis col.1.C.de restib.

11 Et hinc est,quòd notarius dicitur fieri iudex ordinarius statim, quòd creatur notarius: ita Glo.& Pau.Castren.in l.1.ff.de iud.Grauet.consil.196.& si abundè . nume. 7. & Mantua etiam cons.25.in facto proponitur.nu.11.& Inno.in c. cùm à nobis.de testib.vbi concludit, quòd de iure communi notarij dicuntur iudices; & quòd similiter habent voluntariam iurisdictionem, cuius vigore præcipiunt quarentigiam.

12 Vndè non mirum est si notarios ipsos meritò,& rationabiliter nobiles appellarunt Alciat. in l.mercis appellatione.ff.de ver.signifi. Tiraq. in tract.de nobilitate.cap.30.sub num.9.& Illustris D. Iacob. Menoch. cum aliis signatis per eum.in cõs.18.proposita iuris consultatio. n.17.

13 Prout etiam nobiles reputantur notarij ipsi in patria mea Aquilana. Nã in ea reperiť uenerabile, antiquissimum, & celeberrimum collegium notariorũ uerè patriæ inter alia decus perpetuum;in quo collegialiter, continueque residenr ferè quadraginta notarij magna quidem virtute præditi, & defensores causarum: adeò quòd exclamari potest ò fœlix, & plusquam fœlix Aquilana Ciuitas præclarissima, & tuorum ciuium

ciuium ſplendore, rerum vſu, & omni uirtutum genere illuſtrata. Vndè in ipſo nunquàm ſatis laudato, incōtaminatoque collegio creatur quo libet ſemeſtri Rector; in eoque reperitur etiam, atque conſeruatur ſcripturarum omnium ciuilium Curiæ ipſius Ciuitatis archiuium per duos deputatos notarios: intantùm quòd proceſſus ciuiles in illo archiuio vti theſaurus cuſtodiuntur. Necnon in eodem collegio eliguntur tres Actuarij ſingulis ſex menſibus, qui aſsidere debeant in Curia Aquilana in officio actuariatus ciuilium cauſarum, ſpectante ab immemorabili tēpore ad illudmet collegium.

14 Vndè cùm notarij de ipſo collegio tanquàm idonei, & periti aſsideant ad banchum iuris, uidentur ſine ſcrupulo aliquo habere dignitatem: vt conſtanter firmauit Alex. conſ. 80. ſub. nu. 2. & ſeq. vol. 2. Marſil. ſing. 273. in fi. & D. Menoch. cum cæteris aggregatis per eum in d. conſ. 18. numero 18.

¶ Et denique in eodem collegio viuitur tali nobilitate, ſinceritate & exemplo, vt plerique ex ipſis notariis non ſolùm uerſentur in officio notariatus maxima cum fidelitate, ſed in tuendis cauſis ciuilibus & criminalibus etiam, tāquàm ſtrenui deſenſores in iudiciis ſeſe quotidie oſtendunt. taliter quòd in celebratione inſtrumentorum, in actitando, & in defendendo inter primarios notarios, & procuratores Regni meritò connumerari poſſent. Et eo magis cùm hac noſtra tempeſtate nouerim quamplures propè notarios in ipſomet collegio inſignis quippè eruditionis, & potiſsimum Ioannem Baptiſtam Philaurum, qui ita pręclaris animi dotibus mirificè ornatus apparebat, ut in arte poetica fons eloquētiæ uberrimus nuncupabatur: prout teſtantur ſua complurima carmina admiranda in variis, diuerſiſque materiis edita, & alię etiam ſuę lucubrationes elatę in ſoluta oratione compoſitæ. ac etiam Marcum Antonium Stellam, qui non modò in tuendis clientibus erat potens opere, & ſermone, ſed etiam tempore belli armis vacabat: prout ductorem militum aliàs creatum per Catholicam Maieſtatem fuiſſe exploratiſsima res extat. Et denique noui, & hiſce oculis vidi Ioannem Dominicum Viuium patruum meum recolendæ memoriæ, Veſpeſianum Graſsiam, Ioannem Chriſoſtomum de Labareto, Paulum Foſſam, & Paulum Verterium accuratiſsimos deſenſores cauſarum ciuilium, & criminalium erga ſuos clientes.

## *SVMMARIVM.*

1 *PROCVRATOR fines mandati diligenter cuſtodire tenetur.*

2 *Procurator, tutor, vel curator promittentes nomine proprio tantùm, & vltra nomen officij, obligantur & perpetuò tenentur ex huiuſmodi obligatione.*

## OPINIO DCXLVIII.

1 PROCVRATOR diligenter fines mandati cuſtodire tenetur. l. diligenter. ff. mand. quod latè declarat Iaſ. in l. 1. nu. 37. ff. de offic. eius. in l. ſi mora. numer. 25. ff. ſolu. matri. in l. 1. §. ſi procurator. nu. 3. ff. ſi quis ius dicen. non obtēp. & l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid. ff. de acq. hære.

2 Sed quotieſcunque procurator, tutor, uel curator promitterent nomine proprio tantùm, & vltra nomen officij, indubitanter obligarentur; quoniam præſumūtur egreſsi officij naturam, proinde ex huiuſmodi obligatione perpetuò tenentur. l. procurator qui de euictione. ff. de procur. vbi Bar. fatetur eſſe vnum ex caſibus in quibus ſtamus certo, & cum eo ſentiunt cęteri communiter ibi: vt omnes Doct. teſtantur in dicto loco, & Soc. conſ. 2. uol. 2. Cōis opin.

## *SVMMARIVM.*

1 *PROCVRATOR in capitalibus cauſis non auditur, nec admittitur; & ſi reus vocatus nō compareat per ſe, ſed per procuratorem inſtructum in ipſis cauſis; nihilominus reputandus eſt contumax.*

2 *Procurator admittitur in cauſis capitalibus ad allegandum iniuſtitiam ſeu nullitatem banni, quę ventilatur ſeorſum à negocio, ſeu a delicto principali, & ſuper informatione.*

3 *Procurator in cauſa capitali admitti poteſt, quando ſententia contra abſentem ferri poſſet.*

4 *Procurator in cauſa criminali, in qua venit imponenda pœna relegationis, vel minor, interuenire poteſt.*

5 *Procurator vbicunque in cauſa criminali admittitur, ſi dubitatur de mandato, habet caueri de rato per ipſum procuratorem, tam rei, quàm actoris.*

6 *Procurator licèt in capitalibus cauſis non admittatur: tamen ſi admiſſus ſit, & ei nullatenus oppoſitum, ſententia valet.*

## OPINIO DCXLIX.

1 PROCVRATOR in capitalibus cauſis nō auditur, nec admittitur. l. pen. §. ad crimen. de pub. iud. & l. ſeruum quoq; §. publicè. ff. de procur. & dato quòd non compareat per ſe delinquens, ſed per procuratorem in cauſis prædictis ſpecialiter conſtitutum, & plenariè inſtructum, reputandus eſt contumax: ſecundùm Ioā. And. in c. fi. de iur. cal. Ang. in l. ſi actor. ff. de procur. & in l. fin. eod. tit. vbi ait quòd in palatiis ita ſeruatur. & hoc idem teſtatur Auguſt. in add. ad Aret. in tract. malef. in ver. qui iudex uidens ꝙ inquiſiti. col. 8. & ita iudicaui reputando inſiutos delinquentes contumaces caſibus euenientibus

ribus dum eram Iudex criminalis in Ciuitate Te rami, anno Domini 1560.

2 Tamen limita prędicta ꝙ admittēdus eſt ꝓcurator ad allegandũ iniuſtitiã, ſeu nullitatē bãni, quæ ventilatur ſeorſum à negocio, ſeu delicto principali. ita not. Ang. ibi. & idē uidetur concludere Io. de Imol. in c. veniēs. extra de accuſ. & Io. de Ana. ibi. col. 7. vbi aiunt omnes Doct. cõiter hoc tenere ibidem, ꝙ procurator ſeu informator de defenſionibus abſentis poteſt in cauſa criminali audiri: & ad hoc ſubdit Imol. loco de quo ſupra ſe aliàs feciſſe porrigi capitula iudici per procuratorem, ac nominari teſtes, qui ſupra eis poſſent iudicem informare cũ proteſtatione ꝙ vellet ſuper eis ueritatē inueſtigare: cũ ad id nemine petente, & ex ſe ipſo teneatur; aliter imputandus foret in ſyndicatu. Et propter hoc aſſerit idē Imol. magnum uerbũ, videlicet, ſe euaſiſſe vnum delinquentē à ſententia banni, & refert Ana. in d. c. veniens. col. 7. & ſequit. cõſulēdo Marſi. cõſ. 6. nu. 24. & iſtorum opinionē ſequitur quoq;, approbat, & inquit cōem Grãm. conſ. ciuili 37. nume. 10. cum aliis ſeq. & ita conſuluit Alex. de Neuo. conſ. 90. per totum.

Cõis opin.

3 Item limita 2. quòd procurator admittitur quoq; in cauſa capitali, quando ſententia contra abſentem ferri poſſet. text. eſt in d. ſ. publicè, & not. Butr. & Abb. in d. c. ueniens, & iſta eſt communis opinio Doct. utriuſque cenſurę. teſte Alex. de Neuo. in d. conſ. 90. nu. 3.

Cõis opin.

4 Et quamuis, vt ſuperius docuimus, procurator in capitalibus interuenire nequeat: tamen poteſt interuenire in cauſa criminali, in qua uenit imponenda pœna relegationis, vel minor: vt ſentit Glo. in d. ſ. publicè, & in d. ſ. ad crimen, & in c. ueniens, & iſtã opinionē recitant eſſe cõmunem, & obſeruari in practica Moder. in ſ. ad crimen, & Berous. in d. c. ueniens. nu. 35. & 39.

Cõis opin.

¶ In contrariam verò ſententiã præcipitanter inclinauit Glo. in auth. hoc ius. C. de procur. Bar. in d. ſ. ad crimen, & Saly. in l. reos. C. de pub. iud. Quicquid ob hoc iſti celebres Doct. ſuadeãt non diſcedo à prædicta communi; quam ſequitur, & tuetur ab omnibus contrariis Berous in d. c. veniens.

5 Et his vtiliter accedit ad præmiſſorum declarationem, quòd vbicunq; in cauſa criminali admittitur procurator, ſi dubitatur de mandato, debet caueri de rato per procuratorem rei: ſecundùm Bal. in l. non ſolùm. ſ. fi. ff. de procur. Et hoc idem dicendum eſt in procuratore accuſatoris per eandem, & fortiorem rationem, per not. per Bar. in d. ſ. ad crimē. Et alios caſus ferè infinitos, in quibus procurator in cauſis criminalibus admittatur, ponit plenè, ac diſtinctè Bertachi. in 2. part. ſui repertorij, in uerb. Procurator in criminalibus cauſis: ſub nu. 40. cum aliis ſeq.

6 Et quanquàm denique procurator in criminibus capitalibus admittendus nõ ſit, vt in principio oſtendimus: nihilominus tamen ſi admiſſus extitiſſet, atque ei nullatenus oppoſitum foret ſententia utrique, & abſque dubio aliquo ualeret, & teneret. ita Gloſſ. in l. quamuis dubitari de adulter. Ioan. And. in c. 1. de iud. in 6. Bald. in l. ita demum. C. de procura. & in cap. ex conqueſtione. de reſtit. ſpol. Iaſ. conſil. 168. in princ. vol. 2. Dec. conſ. 469. col. fin. & Grauet. conſ. 220. nume. 4. & iſta eſt concors, communis ſententia, contra Bartol. in d. l. penult. ſ. ad crimen. ff. de pub. iud.

Cõis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *SYNDICVS, vel procurator Vniuerſitatis tenetur accuſare proprio nomine ad vtilitatem ſuæ dominæ principalis cõſtituentis, & non nomine Vniuerſitatis.*

2 *Mandatum Vniuerſitatis de querulando, vel accuſando debet continere omnes ſolemnitates, quas debet continere querela; & ſic in mandato ad accuſandum requiritur ſpecificatio criminum.*

3 *Mandatum procurationis in cauſa criminali non debet continere ſpecificationem criminum, & perſonas contra quas accuſandum ſit.*

## OPINIO DCL.

1 PROCVRATOR, ſeu ſyndicus Vniuerſitatis tenetur, & debet accuſare, vel querelas proponere contra offenſores ſuę dominę, & principalis ꝓprio nomine ad utilitatē Vniuerſitatis, & nõ nomine Vniuerſitatis: ſecdm Bar. in l. 2. ſ. 1. ff. de acc. & Doc. oēs in l. 1. C. q. accu. nõ poſ. & Ang. Aret. in tract. maleſi. in uer. Et ad querelã Titij infraſcripti. nume. 20. & iſta eſt cõis opinio, atteſtante ibi Auguſt. in add. & Io. And. in c. dilectus. de ſimo.

2 Sed aduerte ꝙ quãdo Vniuerſitas uellet querelare, vel accuſare criminaliter, requireretur neceſſario, ꝙ tunc in mandato forent expreſſa omnia ea, de quibus intenderetur querelare cũ omnibus ſolennitatibus legis libellorũ. ff. de accu. & cũ omnibus, & ſingulis ſolēnitatibus, quæ requirerentur in libello criminali; aliàs mandatũ non valeret: vt conſuluit Ro. cõſ. 60. mãdatũ mihi oſtenſum inſufficiēs. cui inhæret eruditiſsimus, & grauiſsimus D. Pet. Folletius in pract. cri. in ver. Audiantur exceptiones proponēdę p reos. n. 63.

3 Cæterùm arbitror quòd opinio hæc falſiſsima ſit. Nam procurator habens generale mandatum ad opponendum crimina, & defectus, poteſt illa opponere, quamuis in mandato ſpecificata non fuerint: & conſequenter in procuratore conſtituto in cauſis criminalibus, & in eius mandato non requiritur expreſsio perſonarum contra quas veniat querulandum, & proponendum querelas: nec requiritur expreſsio cauſæ, ſeu cau-

sarum super quibus accusandum sit:vt firmauere Specul.in tit.de procuratore. in §.1.sub nu.14. & seq.vers. Sed nunquid sufficit habere mandatum.Bal.in l.vnica.C.etiam per procur.Rota Roma.decis.254.procurator habens mandatum in nouis,& Imol.in Clem. 2. de procur. ubi admonet istam esse communem opinioné: Et medianCõis opin. te huiusmodi cõmuni superioribus annis iudicaui vti consultor assumptus in causa Excellentis D. Petri de Santillano Hispano, uertente coram Magnificis Dominis syndicatoribus Ciuitatis nostræ,cõtra doctrinam Romani præmemoratã. Et sic etiam iudicaui contra eandẽ doctrinã Romani de mense Nouẽbris 1574.in causa Excell. D.Iosue Scorpionis mihi cõmissa per Magnificos Dominos syndicatores Ciuitatis Ducalis.

*SVMMARIVM.*

1 *PROCVRATORIS excommunicati constitutio non valet ipso iure.*
2 *Procuratorem constituens excommunicatum scienter sibi imputandum est: sed si ignoranter eligeret procuratorem,posset agere ad interesse contra procuratorem ipsum: cùm ingesserit se officio sibi interdicto á iure.*
3 *Ignoranti parcitur, non autem scienti.*
4 *Procurator si euaderet excommunicatus post mandatum,valent gesta per eum, si non opponeretur de ipsius procuratoris excommunicatione.*
5 *Ignorantia præsumitur,nisi scientia probetur.*
6 *Ignorantiam allegans non tenetur eam probare.*
7 *Procurator excommunicatus,seu laborans aliqua alia inhabilitate,habensque in mandato potestatem substituendi & substituens,non valet eius substitutio.*
8 *Procurator nulliter constitutus agendo in iudicio, licèt haberet aliud mandatum validum nihil ageret: & ita etiam si substitueret vigore mandati nul.i, licèt habeat mandatum bonum frustra ageret.*
9 *Excommunicatus constituere potest ad negocia sua procuratorem.*

OPINIO DCLI.

1 PROCVRATORIS excommunicati constitutio nõ valet ipso iure à principio:ita quòd opus tunc aliter non est, quòd procurator iste reiiciatur exceptione aliqua: vt suadet communis schola omnium in iure Scribentium, pro cuius veritate,& testimonio plura effundit Abb. Fely.& Dec.in c.post cessionem.num.50.cum aliis seq.de probat. Cõis opin.

2 Et de hoc utique mirandum nõ est.Nam procuratorem constituẽs,si sciebat cum excommunicatum,sibi imputandum esset, qui talem elegisset incapacẽ,& legibus exosum:vt in d.c. post cessionem.sed si ignorabat,posset certè agere cõtra procuratorem ad interesse,cùm ingessisset se officio sibi interdicto à iure.ita Abb.in c. consuluit.de procurat.

3 Et rario est, quia parcitur ignoranti, & non scienti.l.fideiussor.ff.mãd.& l.si fundũ.C.de euict.

4 Et quanquàm gesta per procuratorem excõmunicatũ à principio tempore mandati non ualeant etiam parte nõ opponente,vt firmant omnes indifferenter. in d.c.post cessionem, & præsertim ibi Dec.nu.60.tamẽ si procurator postea excõicatus sit, & pars de excõmunicatione hac ita subsecuta nullatenus opponeret, gesta per ipsum procuratorẽ tunc absque dubio aliquo valerent,atq; tenerẽt.ita Cresçẽ.decis.283.Maranta in trac.de iud.in 4.par.principali.16.dis.n.24. Cõis opin.

5 Et eo sanè casu ignorantia præsumeretur,iudicio meo,nisi scientia probaretur.l.uerius, cum ibi not.ff.de prob. & in c. ad audientiam nostrã. extra de rescript.

6 Et sic ignorantiã allegans non tenetur eam vtique probare.l.fi. C.de sponsa. & not. Alex. in l.2.col.6.ff.solut.matri.

7 Cæterũ vbicunq; procurator ipse excõicatus habens potestatẽ in mandato substituendi,eo casu,quo ualeret eius constitutio, posset indubitanter facere substitutionẽ: si verò ipso iure inhabilis foret,substitutio nequaquã ualeret,& vana,inutilis, & frustratoria redderetur: vt per Glos. in Clem.si religiosus de proc.Bar.Alex. & alios oẽs in l.1.§.itẽ acquirimus.ff.de acq.pos. & Canonistas communiter in d.c.post cessionem,& potissimum ibi Dec.num. 62. Cõis opin.

8 Imò nulliter constitutus si ageret vt talis,licẽt haberet aliud validũ,bonumq; mandatũ,nihil ageret.ita Moheda.decis. 101. Prout hoc idẽ procederet ẽt vbicunq; substitueret idẽ procurator vigore mandati nulli:tunc enim uigore istius inualidi mandati,cũ bonũ haberet mandatũ, penitus incassum,& inaniter ageret:secundũ Moheda decis.204.Ant.August.decis. 3.& 349.& Cardi.Put.decis.9.de procur.

9 Et licẽt excõicatus procurator constitui nequeat ex allegatis;nihilominus tñ excõicatus ipse potest ad negocia sua procuratorẽ cõstituere: vt cõcedunt Inno.in c.cum dilectus. in Glo. sua, in ver.suspensis de consue.Bal.in Marg.in ver.excommunicatus uers.9. & Doct. in c. cùm dilecti de dolo,& contum.

*SVMMARIVM.*

1 *PROCVRATOR litem contestando,ipse tunc citandus est, & non dominus, & si aliter fieret processus non ualeret.*
2 *Procurator post lit. contest. tenetur causam prosequi.*
3 *Procurator post litem contestatam cum ipso potest contradicere domino, ne liti se immisceat: secus si patiatur dominum comparere ad litem, & non contradicat, & tunc valet processus.*
4 *Procuratore absente, vel impedito post litis contestationem potest citari dominus.*

5 *Procurator, & dominus, quando ambo eorum sunt domini instantię: quia cum vtroque processus formatus est. potest vterque, vel alter tantùm citari ad sententiam.*

6 *Procurator post litis contestationem citandus est, non autem dominus: & si citatur tunc dominus nequaquam valet actus factus cum ipso domino.*

## OPINIO DCLII.

1 ROCVRATOR litem contestando, eùm dominus litis effectus sit, ipse tunc non autem dominus citãdus esset: & si aliter fieret processus non ualeret. secundùm Abb. Fely. & alios in c. 2. de test. Bart. in l. procuratoribus. C. de procurat. Bal. in l. si quando. in 7. quæst C de testib Soc. in cap. ueniens. in 2. quęst. princ. de accus. Ioan. Bapt. Ferret. cons 83. deducitur prima nullitas. num. 3 volu. 1. & Boer. cum magna Doctorum catherua relata per eum in decis. 285. num. 1. cum aliis seq. vbi ad lucem adducit istam esse communem opi- Cõis opin. nionem: cui accedit etiam Marant. in tract. de iudiciis. in 4. part. princ. 16. distin. sub num. 35. licèt contrarium obseruetur de iure canonico, attestante Vant. in tract. de nullitatib. in tit. de nullitate ex defectu citationis, & vnde, ac quibus modis regulariter proueniat, sub nu. 85. & seq. vbi planè deducit ita obseruari in Curia Romana, præterquàm in foro Capitolino, quamuis tutius fore asserat ibi ad euitandum Doctorũ controuersias, vt ambo citarentur procurator, & dominus, & ita semper obseruaui in causis meorũ clientulorũ, taliter quod nunquàm (Deo annuente) audiui exceptionem aliquam propositam contra sententias promulgatas, in quibus dominus, & procurator fuerint citati.

2 Nam procurator post litẽ contestatam cogitur pręcisè causam prosequi. ita Bar. & Pau. Cast. in l. mutari. ff. de procu.

3 Imò procurator post lit. contest. cũ ipso posset cõtradicere domino, ne liti se immisceret: secundũ Bar. in l. procuratoribus. C. de procu. vbi concludit contrariũ, si dominũ patiatur procurator cõparere ad litẽ, & nullatenus contradicat: tunc nempè valeret processus. teste Bar. & Alexã. in l. furioso ff. de re iud. & Abb. in c. in nomine Domini. col. fi. de test. & est tex. expressus, & ibi Glo. in ver. post litem in c. siquidem. de procurat. in 6.

4 Sed hoc non procederet, vbicunq; procurator constitutus reperiretur absens: nã procuratore à loco iudicij absente, vel impedito, post litis contestationẽ, posset & deberet tunc absque dubio aliquo citari dominus. ita Gemi. in c. siquidẽ. §. secus de procurat. in 6. Marant. in d. dis. 16. sub nu. 35. & Vant. in d. tit. de nullitate ex defectu citationis, & vnde, & quibus modis regulariter proueniat. sub num. 85.

5 Claudicatq; hoc etiam quotiescunq; dominus, & procurator essent effecti domini instantię, ex quo cũ vtroq; eorum extitisset formatus processus, tunc enim vterq;, vel alter tantũ arbitrio iudicis citari ad sententiã posset: secundũ Bal. in l. 1. col 3. C. de sen. & interlo. om. iud cui consulendo inhæret Ioã. Bãpt. Ferret. in d. cõs. 83. n. 5.

6 Benè tamen uerum est, quod regulariter post lit. contestationẽ factam cũ procuratore, ipse tanquàm dominus litis deberet citari non autẽ dominus. & si citaretur fortè tunc ipse dominus, minimè geutiũ valeret actus factus cũ domino contumace: vt firmarunt Bar. in d l. procuratoribus. C. de procur. Bal. in l. 1. C. de sen. col. 2. & Alex. in l. furioso. col. 3. ff. de re iud.

### SVMMARIVM.

1 *PRODIGO etiam notorio non est ipso iure per legem bonis interdictum, sed requiritur sententia iudicis declaratoria.*

## OPINIO DCLIII.

1 PRODIGO etiam notorio nõ est ipso iure per legem bonis interdictum, sed requiritur interdictio, vel sententia iudicis declaratoria: secundùm Glo. Bar. Bal. & Paul. de Cast. in l. is cui bonis. ff. de uer. obl. Imol. in l. is cui. ff. de testam. & Bar. in l. tutores, per illum tex. in fi. de adminis. tut. & istam opinionem scribit esse cõmunẽ Cõis opin. Boer. decis. 33. nu. 37. Alex. Paul. Castr. Aret. in d. l. is cui bonis, quos refert Ias. ibi col. 4. Et de dicta communi audacter mentionẽ fecit etiã Hieron. Butigella ibidẽ nu. 2. & 15. vbi latè eam declarat, & Fabianus de Monte in tract. de emp. & vend in 4. q. princ. 22. seu fin. q. nu. 30. & seq. ubi sequitur atque tuetur, & Ripa etiam. in d. l. is cui bonis. nu. 4. & seq. ff. de uerb. oblig.

### SVMMARIVM.

1 *PRODIGVS, & furiosus in omnibus, & per omnia non conueniunt: quia furioso statim per legem est interdicta administratio, sed prodigo mediante sententia iudicis declaratoria fit interdictio.*

2 *Prodigus, & furiosus æquiparantur pupillo.*

## OPINIO DCLIV.

1 PRODIGVS, & furiosus in omnibus, & per omnia non cõueniunt: quia furioso statim per legem est interdicta administratio, sed prodigo etiã notoriè, & manifestè non interdicitur administratio per legem, sed per iudicem:

secundùm Glo.in l.1.de cur.fur.& Glo.Bar. Ange.& Paul.Castr.in l.is cui bonis.ff.de uerb.obl. Dyn.Bar.Bal.Ang.& Imol.in l.is cui, de testam.
Cõis opin. & ista est communis opinio: vt per Moder. in dictis locis,& Boer.decis.33.num.35.& seq.& diximus supra.

2 Benè verum est, quòd prodigus, & furiosus æquiparãtur pupillo:secundùm Bar.in l.Imperatores.ff.de re iud.& Fely.in c.cùm non liceat.nume.9.de præscript.vbi hoc laté probat.

*SVMMARIVM.*

1 *PRODIGVS citandus est in datione curatoris.*

## OPINIO DCLV.



1 RODIGVS citandus est in datione cũratoris: secundùm Ang. Paul.de Castr.Alexan. Imol. & Moder. in l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. & ista opinio est cõmunis: vt audacter asserit Claud. Aquen. ibidem.col.4.& Cagnolus.in l.furiosi.circa fi. ff. de reg.iur.& in praxi obseruari asseuerat inibi in add.ad Dec.apostillator. Cõis opin.

¶ In contrariam uerò sententiam inclinauit Deci.consi.274.col.fi.& in d.l.furiosi,& Hierony. Cuchalon,ibi in add.& Rum.consi.89.nume. 13. & seq.vol.5.& Vasqui.in tract.de success.process. lib.1.§.1.num.71.

¶ Quicquid isti tamen dicant, suadeantque nonob hoc discedendum arbitror ab opinione affirmatiua,quæ videtur communis, obseruatur que in practica, vt supra docuimus, & oibus ferè fundamentis Dec.& aliorum, quàmoptimè respondet Aquen. in d. l. is cui bonis,& Cagnolus vbi supra,& ei inhæret quoque Tiraq. in tracta.res inter alios ac.limit.41.fol.pat.24. & Ripa.in d.l.is cui bonis.nu.26.& seq.Et ita vidi iudicari in facti contingentia in Sacro Concilio in anno 1559.in causa Magnifici Alexandri Iacobi Antonij Saluati ciuis mei cum aliquibus de oppido Luculi Comitatus Aquilæ me patrocinãte.

*SVMMARIVM.*

1 *PRODIGVS notoriè ad sanos rediens mores ipso iure desinit esse sub cura absque facto iudicis; aliàs opus est sententia.*

2 *Furiosus rediens ad sanos mores ipso iure desinit esse furiosus.*

3 *Prodigus, vel furiosus, qui per biennium, seu triennium non fecerit aliquem actum prodigalitatis, præsumitur emendatus.*

## OPINIO DCLVI.



1 RODIGVS notoriè rediens ad sanos mores, ipso iure desinit esse sub cura absque iudicis facto:& præsertim vbicunque notorium sit eum pristinam sanitatem recuperasse;aliàs opus est sententia declaratoria; secundùm Iacob.de Aret.& Bar.in l. is cui bonis. ff. de uer. oblig.& Fely.in c.Rodulphus.num.37.de rescri. quorum opinionem sequuntur asseuerantes esse magis communem,Ias.ibidem.nume.16. & Hierony.Butigella.nume.33.& Ripa.num.41. Dec. consil.274.viso decreto baliæ supremi magistratus Senarum.sub nume.1.& Iaffred.decis.62.& Doct.post Bald. in l. 1. C. de curato. furiosi. per textum ibi. Cõis opin.

2 Et hoc idem dicendum est in furioso qui ipso iure desinit esse furiosus postquàm ad bonam frugem,& ad sanos peruenerit mores.d.l.1.C.de cur.fur.& ibi Bal.post Pet.de Bellaper.& in l.humanitatis, & ibi Doct. C. de impube. & Guido. Papæ.decis.260.

3 Hoc intelligens procedere,quando biennio, aut triennio post stetit prudens,& discretus:quicquid voluerit Bart.in d.l.is cui bonis,quem plures Doct.ibidem sequuntur,& Dec.cõs. 274.col. 2.nihilominus dicta Bart. opinio verior& cõmunis videtur per d.l.1.C.de cur.fur.vt referũt Scriben. in d.l. is cui bonis, & præsertim. ibi Ripa. numero 43. Cõis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *PRODIGVS notorius, & manifestus ante interdictiam bonorum administrationem per iudicem, potest contrahere, obligare, & alienare: ideo traditur cautela ad impediendam dissipationem ipsorum bonorum.*

2 *Prodigi exemplum vtile, & saluti animæ necessarium traditur hic.*

## OPINIO DCLVII.



1 RODIGVS notorius,& manifestus potest cõtrahere,obligare, & alienare antequàm sibi expresse interdicatur à iudice administratio bonorũ; & sic prodigus ipse notoriè ante interdictã bonorũ administrationẽ contrahere valet:secundũ Glo.Bar.Bal.Ang.Paul.Castrẽ.& Rom.in l.is cui bonis.ff.de uer.obl.Bal.in c.ex parte.col.2.de cõsuet.Imol.Anch.& cęteros oẽs Canonistas.in c.2.de test.Bar.Bal.Ang.Imol. & Aret. in l.is cui lege. ff. de testam. & ista est communis opinio: vt referunt Paul. Castren. Alex.Are.& Ias.in d.l.is cui bonis.nu.9.& magis communẽ inquit Boet. in consuet. Bitur.§.8.in fin.& Cõis opin.

fin. & Aufret. in addit. ad quęst. Tholos. 362. & apostilla ad Dec. in l. furiosi super litera E. ff. de reg. iur. & ipsam communem opinionem tanquàm sacrosanctam sequuntur etiam, citant, & limitant Ias.nume.9.& sequen. & Ripa. num. 4. cum aliis seq.in dicta l.is cui bonis.Ideò optimè, atque tutissimè quidem agerent consanguinei ipsius prodigi, si statim post incursam prodigalitatem recurrerent ad iudicem impetrando in fauorem dicti prodigi prohibitionem administrationis bonorum per ipsum aliter non faciendæ, ne in paruo tempore totam eius substantiam dissipet diu congregatam, & postmodum ad magnam miseriam, & inconuenientiam deueniat in sui,& totius familiæ prçiudicium.

2 Vndè ad propositum nostrum nullatenus tradas obliuioni:quia non posset esse vtilius,pulchriusque, quod legitur de miraculis Virginis Mariæ, de quodam milite & diuite, qui cùm bona sua prodigè in conuiuiis, & muneribus, aliisque vanitatibus sua omnia bona consumpsisset cœpit egere, nec potens aliter sustinere pompam illam, & expensas solitas superfluas: quod reputans sibi ad maximam uerecundiam,desperatione ductus iuit in desertum inuocans apertè diabolum, vt adiuuaret eum, & sustineret. cui dæmon apparens quęsiuit quid uellet, qui respondidit, quòd pecuniam,& diuitias sibi procuraret vt solitus erat,& ipse daret sibi,seu faceret quicquid vellet. qui duo tantùm petiit, abnegationem fidei, secundò, vt duceret inde ad annum vxorem suam ad eum in illum locum: quod totum promisit, & docuit modum habendi diuitias, scilicet, vt foderet in certo loco domus suæ, & inueniret thesaurum: quod totum euenit, & tunc incœpit similiter expendere prodigè,& uiuere more solito. sed inde ad annum dixit vxori quòd oportebat eam secum ad certum locum proficisci sub specie alicuius deuotionis. Surgens ergò manè æquitauit cum ea,(erat autem deuotissima mulier ista Beatæ Virginis) & in via inueniens ecclesiam rogauit maritum, vt permitteret loco missæ introire in eam, & aliquantulum orare,quod & fecit;& cùm oraret ante imaginem Virginis Mariæ, vt eam iuuaret ab omni malo euentu,incipiebat enim timere,dormitauit in oratione, & Beata Virgo Maria sumpta forma eius egressa est ecclesiam, & dixit viro expectanti: prosequamur iter, & ascendens equum secuta est eum, qui credebat eam esse vxorem suam:cùm autem applicuisset ad locum destinatum,designatumuè,cœpit uocare diabolum, qui statim apparuit, & uidens mulierem, quam cognouit esse Virginem Mariam, cœpit fremere,& totus contribulatus conturbari, & clamare contra militem dicens:ò proditor male dicte quare decepisti me? miratur ille dicens quo decepi, non ne duxi ad te vxorem meam vt promisi,ecce adest, ista est vxor mea; respondit diabolus non est hæc vxor tua, sed illa quam maximè odi, quæ maximè persequitur me, & destruit toto conamine opera mea;hęc est mater illius IESV NAZARENI, qui per crucem suam cum sociis meis me debellauit, & de manibus nostris genus humanum eripuit: hæc est quę Maria vocatur. ad quem sermonem miles exterritus,& tremebundus subitò proiecit se ad pedes Virginis veniam petens. Verùm illa terribiliter arguit diabolum dicens:ò maledicte Dei, non sufficit tibi perditio tua, nisi & tecum quæras habere socios pœnarum?quo ausus es petere,& nocere velle mihi deuotis, vade sathana, nunquàm alicui ex mihi deuotis amplius nociturus. qui in continenti cum magno ululatu disparuit,& militem Virgo reprehendit dicens: ò miser quare ob modicum pecuniæ, ita permisisti te decipi, & ad huiusmodi scelus deduci, vt fidem abnegares, & vxorem tuam diabolo exponeres, age pœnitentiam de peccato tuo, & Deus tibi ignoscet tantum crimen, reuertere ad illam Ecclesiam, ubi uxor tua descendit ad adorandum,& ibi eam inuenies. domum autem reuertens illum thesaurum repone, vbi inuenisti, & Deo cum vxore tua fideliter seruias in futurum confessus peccatum tuum, & sic disparuit, & miles reuersus inuenit vxorem suam in illa Ecclesia, & omnia relinquentes pro Deo laudabiliter vixerũt deuotissimi facti Virginis Marię.

*SVMMARIVM.*

1 *PRODIGVS delinquens postquàm ei bonis interdictum est, non obligatur delinquendo: secundùm vnam communem opinionem: sed altera sententia contraria similiter communis est, vt prodigus ipse delinquendo condemnari possit, sicut qui libet alius delinquens.*

2 *Prodigus delinquens potest etiam condemnari ad mortis pœnam.*

3 *Prodigum quem esse quomodo probetur, & quomodo formandi ueniant articuli ad hoc probandum, ponitur remissiuè.*

4 *Prodigus quis dicatur, & quotuplex sit prodigalitas remissiuè.*

## OPINIO DCLVIII.

PRODIGVS delinquẽs postquàm ei bonis interdictum fuit, puniri ob tale delictum commissum non potest; & sic ad mortem naturalem propter facinus commissum damnari nequit aliquo pacto post bonorum interdictionem:secundùm communem opinionem relatam per apostillam ad Dec. in l. furiosi. super litera A. ff. de reg. iur. *Cõis opin.*

¶ In contrariam uerò sententiã videlicet, ut prodigus ipse delinquendo habeat pœnas à lege definitas, sicut quilibet alius delinquens: inclinauere Glo. Bar. n. 14. Bald. nu. 7. & Saly. num. 5.

in l. si quis in tãtam. C. unde vi. Tiraq. post leges connub. Glo. 3. num. 147. Barr. num. 6. Ripa nume. 53. & seq. & Ias. nu. 17. in l. is cui bonis. ff. de
Cõis opin. verb. oblig. vbi firmat istorum opinionem communem fore.
2 Adeò quòd prodigus ipse, etiam ad mortem condemnari posset: vt voluerunt Bald. in l. furiosum. circa finem. C. qui testam. facere poss. Ang. in l. Fulcinius. §. adeo. ff. ex quib. caus. maior. Aret. in d. l. is cui bonis. in fin. Dec. num. 6. & Ca-
Cõis opin. gnolus. nu. 13. in d l. furiosi, vbi scribit istam esse communem opinionem.
3 Et quomodo probetur quem esse prodigum, & de modo articulandi quòd quis dicatur prodigus, docet Dec. cons. 274. viso decreto baliæ. nume. 4. & Guido. Papæ. in sing. 869. si non fuerit appellatum.
4 Et quis dicatur prodigus, & quotuplex sit prodigalitas, ostendit Ias. nu. 2. & Ripa. nu. 2. & seq. in d. l. is cui bonis, & Dec. in d. cons. 274. n. 2.

*SVMMARIVM.*

1 *PRODIGI contractus non firmatur iuramento modo aliquo.*

## OPINIO DCLIX.

1 PRODIGVS, qui contractum iurauit in foro contentioso, non obstante tali iuramento aliter nõ obligatur; & sic huiusmodi contractus non firmatur iuramento: se-
Cõis opin. cundum communem opinionem. quam quidem communem aiunt Alex. & Ias. in l. is cui bonis. ff. de uerb. oblig. & Alciat. in c. cùm contingat. de iureiur. licèt ibi, & malè Aur. & Imol. sentiant contrarium, & Roma. etiã, & Are. in d. l. is cui bonis, eodem spiritu ducti, sed ipsam communem cum aliis relatis per eum attestatur, sequitur, & tuetur doctissimè Ripa. in d. l. is cui bonis. nu. 57. & seq.

*SVMMARIVM.*

1 *PRAESCRIPTIO non currit contra prodigum, & furiosum; & sic eorum res præscribi non possunt.*

## OPINIO DCLX.

1 PRODIGI, ac furiosi res præscribi non possunt; & sic seruãtur illæsi, & contra eos non currit præscriptio aliquo modo: secundùm Glo. in l. 2. C. de cur. fur. quę concludit quòd l. fin. C. in quib. cau. in integrum rest. non est necess. disponens quòd hodie res minorum non præscribuntur, procedat quoque in furiosis, & prodigis. & illam Glo. sequitur Bar. in l. 1. ff. de bon. poss. in fan. Bal. in l. infantis. q. 3. C. qui admitti, & in d. l. fin. in 1. q. & ibi Castren. in princ & Bal. in d. l. 2. vbi dicta Glo. extendit ad omnia beneficia minoribus competentia, & cùm ea concurrunt cæteri omnes ibi, & in effectu huiusmodi opinio Cõis
non habet contradictorem, & est communis. opin.

*SVMMARIVM.*

1 *PROHIBITIO alienationis per patrem facta filiis non extenditur ad nepotes, sed procedit solummodò in ipsis filijs.*

## OPINIO DCLXI.

1 PROHIBITIO facta filiis de non alienando, non debet extendi ad nepotes; & sic prohibitio alienationis per patrem facta filiis duntaxat in ipso filio procedit, & non trahitur ad nepotes: secundum tex. in §. nos igitur, & ibi Glo. in auth de restit. fideicommiss. Bart. colum. fin. Alex. & Ias. num. 106. in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. 1. vbi ait
istam esse communem opinionem, & sequitur Cõis
Dec. cum relatis per eum consil. 218. num. 13. & opin.
cons. 377. num. 5. & Dilectus in tract. de arte restandi tit. 8. de variis testatorum pręceptis. cautela 2. vbi meminit de prædicta communi, Cur. Iun. cons. 3. nu. 1. Alciat. cons. 35. nu. 3. 18. & 20. tomo. 3. lib. 9. & Laurẽ. Syluanus. cons. 6. nu. 25. Mantua cons. 194. nu. 18. uol. 1. & Soc. Iun. cons. 13. num. 10. vol. 4.

*SVMMARIVM.*

1 *PROHIBITIO alienandi extra familiam, causata etiam ex causa sonante in perpetuu, & graduale fideicommissum, non inducit fideicommissum successiuum de vno ad aliud gradatim, sed fideicommissum casuale in euentum contrauentionis. Et hoc procedit etiam si testator addidisset expressam rationem: quia uolebat semper remanere in masculos descendentes.*

## OPINIO DCLXII.

1 PROHIBITIO alienandi res extra familiam quantumcunq; causata, etiam causa sonante in perpetuũ, & graduale fideicommissum, nõ inducit fideicommissum, nisi in casum contrauentionis, idest non inducit fideicõmissum successiuũ de vno ad aliud gradatim, sed fideicommissum casuale in euentum conditionis dictæ contrauentionis duntaxat: secundùm Glo. Dyn. Iacob. de Aret.

de Aret.& Bar.in l.peto.§.fratre.ff.de leg.2.Bal. Ang.Imol.Castren.&Franc.Aret.in l.si ita quis. §.ea lege.ff. de verb. oblig. Imol. & Cuma. cum alijs signatis per eos in l.cùm pater.§.cùm inter. ff.de leg. 2.Alex. & alios communiter in l.filiusfam.§.Diui.ff.de leg.1.& in l.qui Romæ.§.cohæredes.colum.3.vbi etiam Soc.de uerb.oblig Ripam in d.§.Diui. num.119. cum alijs seq. & Albanus.num.137.Ias.col.3.& seq. & Dec. consil. 218.num.14.& seq.cons.322.num.6.& sequen. cons.422.num.7.& cons.613.num.5.Soc. in l.si cognatis de reb.dub.Curt.Iun.cons.22.Ias.cons. 96.vol.4.& Dilectus in tract.de arte testandi tit. 8.de uarijs testatorum præceptis. caut.6.nume. 1.vbi meminit de huiusmodi communi,& Iaco. Mandellus.cons.54.num.1.& seq.

Cōis opin.

¶ Et hoc procedit etiam si testator addiderit expressam rationem,quia volebat semper remanere in masculos descendentes: secundùm Soc. cons.257.col.1.vol.2.Ruin.cons.227.nu.12.uol. 1.cons.96.num.14.cons.190.nu.20.&cons.134. num.3.& 16.vol.2.& Dec.d.cons.327.num.7.& Lauren. Syluanus d.cons.6. vbi sub nu. 6. refert istam esse communem opinionem,& Lauren.Syluanus cum alijs infinitis relatis per eum consil. 6.nu.26.ubi ita consuluit, & expresit istam esse magis communem opinionem, ac obseruari in practica.

Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *PROHIBITIO facta per contractum alienandi in casibus, in quibus impeditur dominij translatio, est adeò efficax, vt res ipsa prohibita minimè pro dote alienari queat.*

OPINIO DCLXIII.

1 PROHIBITIO facta per contractum alienādi in casibus, quibus impedit dominij translatio, est adeò efficax, vt res ipsa prohibita nec etiā pro dote alienari posset: vt est Glo. in l.nulla, circa finem. C.de iur. dot. quæ communiter ibi approbatur, & secundùm Alex. in l.filiusfamilias. §. Diui. ff. de leg.1.nou reperitur alibi. & secundùm Boer. decis.129.sub num.4. & sequen.non habet contradictorem.& secundùm Moder. omnes expressius in d.§.Diui.communis est.

Cōis opin.


SVMMARIVM.

1 *PROHIBITIO alienationis non impedit rem prohibitam dari in causam dotis, & donationis propter nuptias pro matrimonio carnali.*

2 *Grauatus de restituendo, potest bona fideicommissi pro eius redemptione ab hostibus alienari in præiudicium substitutorum.*

3 *Prohibita res alienari; sicut pro matrimonio carnali in causam dotis dari potest, ita etiàm pro matrimonio spirituali,& pro ingressu monasterij.*

OPINIO DCLXIV.



1 PROHIBITIO alienationis, licèt ualidè facta sit,nihilominus non impedit rem prohibitā dari in causam dotis, & donationis ꝓpter nuptias: & sic res ipsa prohibita alienari vt supra, in causam dotis pro matrimonio carnali dari potest:secundùm Cyn.Bal.& Salyc.in l. voluntas.C.de fideicom.& Bar.num.10.in l. filiusfamilias.§.Diui.ff.de leg.1.cum quibus transeūt omnes Scriben.magis communiter: ut scribunt ibi Ias.Crot.& omnes Moder.& Boer.decis.129. num.4. & Couarr. cum alijs signatis per eum in suis resolutionibus lib.3.c.6.nu.10.in 2. casu, & Capra cons.92.nu.12.

Cōis opin.

2 Vbi tenet hoc idem procedere in alienatione facta rei prohibitę pro redemprione ab hostibus personæ prohibitæ alienare.& idem firmat Bellonus.cons.29.num.8.qui hoc limitat ibi.

3 Quam quidem communem ampliant Doct. etiam procedere in matrimonio spirituali, scilicet si mulier uellet dare dotem religioni, in quā ingrederetur :tunc quippè res prohibita alienari,sicut pro matrimonio carnali in causam dotis dari potest: ita pro matrimonio spirituali,scilicet si mulier velit dare dotem monasterio:vt cōcludunt Bar.Saly. & alij omnes in auth. res quæ. C. communia de leg.Crot. & cęteri Moder. in d. §. Diui. qui exclamant istam esse communem opinionem,prout communis est,& verissima.

Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *PROHIBITA res alienari non potest publicari,& confiscari; & sic publicatis bonis hæredis prohibiti alienare,res ipsa prohibita alienari non transit in fiscum, etiam durante vita prohibiti:secundùm vnam communem opinionem, licèt altera sententia contraria similiter communis sit, quòd ob alienationem prohibitam non censeatur prohibita confiscatio.*

OPINIO DCLXV.



1 PROHIBITA res aliqua alienari,vtiq; non potest,nec debet publicari, nec venit in generali publicatione, seu confiscatione bonorum, etiam durante vita prohibiti alienare:& sic publicatis bonis hæredis prohibiti alienare, res ipsa alienari prohibira non transit

transit in fiscum etiam durante vita prohibiti: vt voluerunt Bartol.& cæteri per illum textum, in l.Imperator.ff.de fideicom.liber.Bal.in l.Papinianus.§.meminisse,per illum tex.in 2.nor.ff. de inoff.testam.Ias.in l. si duobus.§. sed quia nostra in 1.not.C.communia de leg. Roma. & alij omnes in l.si finita.§.si de vectigalibus.ff. de damn. infect.Alex.cons.23.volum.1.Soc.cons.121.col. 4.vol.4. Dec. cum alijs signatis per eum, consil. 442.in causa,in qua.colum.5. & Curt.Iun.cons. 120.præsupponitur in facto.col.4. qui docet istã esse communem opinionem, & sequitur etiam cum allegatis per eum,& citat quoque Cotta in memorali in uer. Testamentum in quo pater,'il 2.colum.2.& Ruin.etiam consulendo.cons.129. num.4.& seq.volum.2. & cons.25.num. 10.uol. 5.Boet.decis.268.num.6.& Soc.Iun.consil. 49. num.8.vol.3.Pro qua faciunt multæ rationes ad ductæ per Alexan.in d.cons.23.Et facit quoque; quoniam qui non potest alienare, non potest similiter delinquendo facere, vt sequatur alienatio: prout ita firmando arguit Cępoll.consil.55. casus qui oritur in 2.dubio.inter ciuilia. Cõis opin.

¶ In contrariam verò partem,videlicet,quòd ob prohibitionem alienationis cõfiscatio bonorum non impediatur; & sic quòd prohibitio alienationis fisco non videatur nocere: inclinauit Alciat.consulendo per aliquas leuissimas, & frigidissimas rationes.cons.211.in testamento Magnifici Ioannis Francisci. tomo 3.lib. 9. nume. 3. vbi affirmat ex semetipso, & falsò quidem istam esse magis communem opinionem.qua reiecta,tanquàm in aere fundata,noli autem in decisiuis recedere à dicta prima sententia communi tanquàm in iure verissima, & optimis quidem fundamentis roborata. Cõis opin.

## SVMMARIVM.

1  *ROHIBITVS alienare extra familiam si non foret de liberis testatoris, filias dotare nequiret: sed quando filius sit, posset bona prohibita alienare ex causa necessaria non solùm in dote propriæ filiæ, verùm in dote neptis etiam.*

2 *Alienari non possunt pro dote bona feudalia, seu bona prohibita alienari per testatorem pro dotibus: quia prohibitio ipsa testatoris de non alienando præiudicat fœminæ dotandæ, etiam si illæ essent de liberis, & de descendentibus eiusdem testatoris.*

3 *Vasallus non potest dare feudum in dotem filiæ.*


4 *Frater in Regno Neapolitano non habens bona mobilia, vel hæreditaria sufficientia ad dotem competentẽ, potest dare feudum in dotem sorori.*

5 *Pater in Regno Neapolitano carens bonis sufficientibus ad dotem competentem, potest dare feudum in dotem filiæ suæ.*

6 *Prohibitus alienare extra familiam, potest instituere filias, ac eis ab intestato relinquere.*

7 *Prohibitus alienare nõ impeditur alienare ꝑ alimẽtis.*

## OPINIO DCLXVI.

1  ROHIBITVS extra familiam alienare, si non esset de testatoris liberis, vtiq; filias dotare nõ posset; & sic ex necessaria causa dotis nedum in dote propriæ filiæ, sed etiã in dote nepotis possent ipsa bona prohibita alienari: secundùm Bar. Bal. col. 3.Castren. & omnes communiter in authen.res quæ.C.cõmunia de leg.Fabian.de Monte in tracta.de empt.& vend.in 4.q.prin.nu.41.Couarr. cum alijs signatis per eum, vbi meminit etiam de communi in suis resolutionibus lib. 3.cap.6. nu.10.in 1. casu. Crot.nu.66.& Rip.nu.75.in l. filiusfa.§.Diui.ff.de leg.1. Cõis opin.

2 Sed hoc non procedit in re feudali, vel quando ex expressa testatoris dispositione res illa esset prohibita alienari,etiam pro dote:tunc enim alienari, seu in dotem dari res ipsæ prohibitæ in huiusmodi casibus non possunt: secundùm Bald. in c.1.§.donare.1.not.per illum tex.in tit. qualiter feud.alien.poss.& sequitur Alex.in d.authen. res quæ.& cons. 56.col.1.volum.1. Soc. in l.3.§. res quæ.colum.4.ff.ad Trebell. & consil. 49. col. fin.volum.1.& col.penul.fallen.6.& Boer. decis. 129.sub nu.4.& Couuarru. cum relatis per eum in suis resolutionibus lib.3.cap.6.num.10. in 3. casu. in quibus apparet istam esse communem opinionem. Cõis opin.

¶ In cõtrariam verò partem,videlicet,quòd bona prohibita alienari possint contra mentem testatoris expressam alienari, & obligari pro dote; & sic dicta expressa testatoris prohibitio de non alienando non præiudicaret fœminæ dotandæ, si illę essent de liberis, & de descendẽtibus ipsius testatoris: iuit Castr. consil.80.vol.1.quem sequitur Ias.in d.auth.res quæ circa finem,& latè disputando tuetur hanc sententiam,& ei inhęret quoq; Berous in suis quæst.q.110. Verùm bona subiecta fideicommisso.

3 Et licèt Ias.in d.auth. res quæ.num.26. communem esse opinionem asserat, ꝙ vasallus feudũ non possit dare in dotem filię,& in secundo casu quando testator prohibeat expressè, & specificè alienationem etiam ex causa dotis non valere; nihilominus idem Ias. sibi contrarius in l. filiusfamilias.§. Diui. col.9.& 11. ff. de leg. 1. inhęsit dictæ primæ opinioni communi,etiam in secundo casu, quòd res prohibitæ ex expressa mente testatoris alienari pro dotibus non possint aliter alienari, nec in dotem consignari: & secundùm istam communem opinionem tanquàm tutissimam, atque verissimam in decisiuis transeundum est. Cõis opin.

4 Sed benè verùm est,quòd in Regno Neapolitano frater potest, non habens bona mobilia, vel hæreditaria sufficientia ad dotem competentem, feudum dare in dotem sorori: secundùm constitu-

constitutionem Fratribus lib. 3. rubrica 14. vbi Afflict. & alij Scrib.

5 Quam constitutionem consulendo vtiliter ampliat procedere etiam in patre, Lofr. cons. si. idest 52. num. 61.

6 Item prohibitus alienare extra familiam, posset instituere filias, ac eis ab intestato relinquere; & sic iste prohibitus non impeditur instituere sibi uenientes ab intestato; licèt non sint de familia, sicut ipsa successio ab intestato non prohibetur: secundùm Glo. communiter receptam in l. pater filiam. §. Iulius Agrippa. ff. de leg. 3. cui inhærent Bar. & alij in l. cùm pater. §. cùm inter. ff. de leg. 2. Alex. cons. 56. volum. 1. colum. fin. & cons. 13. volum. 2. ubi perhibent istam esse communem sententiam, & Dilectus quoq; cum alijs citatis per eum in tract. de arte testandi tit. 8. de varijs testatorum præceptis. cautel. 6. num. 2. & seq. Soc. Iun. cons. 30 num. 11. volum. 4. & Ruin. cons. 143. nu. 2. & seq. volum. 3. & cons. 203. nu. 3. 15. & 17. volum. 2. Cōis opin.

¶ Pro contraria uerò parte, videlicèt prohibitum de non alienando non posse relinquere eisdem filiabus ex testamento uel ab intestato, cōsuluit Raph. Fulg. consil. 117. & Dec. consil. 23. vbi consuluit contra matrem, & Crotus in d. §. Diui, ait hanc opinionem uerissimam esse in pūcto iuris, & quòd ita consuleret & iudicaret, & ibi quoque Rip. num. 96. & seq. dicit hanc. q. esse pro amico. Tamē reor non fore tutum in iudicādo recedere à communi prædicta, ob rationes memoratorum consulentium, quorum rationibus, & fundamentis uolens sequi communem facilè responsum accomodare posset.

7 Item pro alimentis quoque: vt consuluit Bal. consil. 50. uiso testamento. col. fin. uol. ultimo.

*SVMMARIVM.*

1 *OFFICIALIS, ac Iudex prohibitus exigere, & accipere aliquid in officio, durante ipso officio non potest quicquam capere etiam à sponte soluentibus, & tradentibus.*

2 *Officiales in Regno Neapolitano non possunt recipere munera cuiuscunque generis nec per se, nec per interpositas personas, nec etiam res comestibiles magnas, nec paruas, etiam à sponte dantibus.*

3 *Officiales non solùm manus à lucro pecuniæ, sed etiam oculos à libidinoso aspectu continentes habere debent.*

4 *Auari similitudo.*

5 *Auaritia, & amor pecuniarum peior est omni peccato.*

6 *Cupiditas omnium criminum materia est, & omnium malorum radix, & ipsa cupiditas Christum vendidit.*

7 *Officiales impij magis alienum panem manducant, quàm suum.*

8 *Thesauri iniusti nihil prosunt.*

9 *Cupiditatis dæmoniacę, ferreum, & intolerandum imperium.*

OPINIO DCLXVII.



1 PROHIBITVS officialis principaliter ob bonum publicum, ac fauore reipublicæ exigere, vel accipere, nō potest quicquam capere etiam à sponte soluentibus, tradentibus, vel præstantibus: secundùm Glo. in c. exigit de censib. in 6. in ver. volente. per text. ibi, Bartol. Dec. & Cagnol. nu. 2. cum alijs signatis per eum in l. inuitus nemo. §. fi. ff. de reg. iur. Glo. in l. 2. in ver. sed prę̄stari. ff. de orig. iur. & Couarru. copiosè in c. quamuis pactum de pactis in 2. parte. §. 3. in fin. & ista est communis opinio, quam latè, & vtiliter declarat Couarruuias ibi. Cōis opin.

2 Et ita in Regno Neapolitano determinat pragmatica Caroli Quinti, in choāte, Quis nescit munera, & pragmatica sequen. Gubernatores, in quibus mandatur expresse, ut officiales recipere nequeant munera cuiuscunque generis, nec per se, nec per interpositas personas, nec res comestibiles magnas, nec paruas etiam à sponte dantibus.

3 Imò officiales non tantùm manus à lucro pecuniæ, uerùm oculos etiam à libidinoso aspectu continentes habere debent: attestante Bocrio cum alijs aggregatis per eum decis. 153. nu. 1. & seq. sed quis est hic, & laudabimus illum?

4 Ideò ò officiales, & iudices omnes cauete sicut ab igne, & peste ab omni auaritia: quia ut dicitur Lucæ 12. Non in abundantia cuiusquam vita eius est, ex his quæ possidet. Dixit autem similitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiusdam diuitis huberes fructus ager attulit: & cogitabat intra se dicens, quid faciam: quia non habeo quò congregem fructus meos? Et dixit, Hoc faciā, Destruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autē illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autē parasti, cuius erunt? sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues.

5 Et ut ait Isidorus lib. 2. de summo bono cap. 41. omni peccato peior est auaritia, & amor pecuniarum. Vnde & per Salomonē dicitur Eccle. 10. Nihil est scelestius, quàm amare pecuniam: hic enim animam suam venalem facit: quoniam in vita sua proiecit intima sua.

6 Cupiditas omnium criminū materia est. Vnde Apostolus 1. Timot. 6. Radix omniū malorū cupiditas est: quam quidam appetentes, errauerunt à fide: si ergò succiditur radix criminum, non pullulant cęterę soboles peccatorum. Multi causa cupiditati terrenæ, etiam ipsam fidem abnegauerunt. Cupiditas enim Christum vendidit. nam & plerisq; tātùm in rebus alienis est de-

est desiderium, vt etiam homicidium perpetrare non vereantur, sicut Achab, qui appetitu cupiditatis suæ, sanguinis expleuit effusionem. Sæpe iniqui mala quę concupiscunt assequuntur, quatenus de affectu mali desiderij fortius puniantur.

7 Et ex quo uidi aliquos officiales, qui magis alienum panem manducant, quàm suum, & raptu uiuunt, & rapinis sumptum exercent suum: ideò hoc scribo, vt cognoscatis uindicem esse Dei iustitiam, quæ lachrymas pauperum uestro ulciscatur ieiunio.

8 Et aduertite quòd nihil prosunt thesauri iniusti, iustitia autem liberat à morte: meritò clamat Propheta Psal. 61. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. quid enim mihi prosunt, si me à morte liberare nō possūt? quid mihi prosunt, si mecū post mortē esse non possuut? hic acquirūtur. sōm niū igitur loquimur, non patrimoniū, ideò fit iusto Dei iudicio: secundùm Prosperum lib. 2. de vita contemplatiua. c. 15. vt qui cupiditati resistere noluimus ingressuræ, iam resistere nequeamus ingressæ.

9 O intolerandum dœmoniacæ cupiditatis imperium, vt ex hostibus suis, quos potest vincere, victores faciat suos. promittit ingētia, & bonorū temporalium pollicitatione deceptos, impellit iam miseros, & miserandos in turpia. tenet nos lucrorum pœnaliter dulcium catenis addictos, & in sua ditione captiuos: nec trahit inuitos, sed quod est deterius quocunque voluerit, uolentes ducit. vastat in nobis quicquid verecundiæ, aut pudoris inuenerit; & quos suis triumphis addixit, adhuc tanquam relipiscendi suspectos omnibus uiribus honestatis exarmat, ne quando contra eam, qui bellare noluimus rebellemus, rapit nos, ac passim per omnia acquisitionum genera cupidos acquirendi dispergit.

## *SVMMARIVM.*

1 *PROMISSIO facta per verba generalia, & adulatoria non inducit aliquam obligationem.*

2 *Promissionibus Magnatum consueuere Aduocati nullam adhibere fidem.*

3 *Confidendum non est in Principibus, neq; in filijs hominum, in quibus non est salus.*

4 *Prouerbium triuiale,* Cortesia di bocca, molto vale, & poco costa.

5 *Simplices sunt illi, qui suasionibus credunt.*

6 *Iurans iocosè obligatur saltem ad veniale peccatum.*

7 *Iurans temerariè an obligetur ad veniale, vel mortale peccatum remißiuè.*

8 *Verba adulatoria ad honoratum relata dispositionem inducunt fauore libertatis, & illamet verba habent vim etiam dispositionis in omnibus pijs causis.*

## OPINIO DCLXVIII.

1 PROMISSIO facta per verba generalia, & adulatoria non inducit obligationem aliquam: secūdùm Io. And. Cardin. Ant. Ioan. de Imol. Abb. & cęteros omnes, in c. cùm venissent, per text. ibi de instit. & Bauerium in §. planè, circa fin. instit. de test. milit. per illum tex. & Tiraq. cum alijs aggregatis per eum in tract. de priuilegijs piæ causę. priuilegio 51. quia uerba hęc non sunt appicci catoria. Cùm licitum sit seruire de uento: ut per præcitatos Doct. & Alexan. in l. ita stipulatus. *la grande.* ff. de uerb. oblig. nu. 5. & seq. Ias. in l. Titia. num. 33. eod. tit. & Affl. in tract. de iure protomiseos. §. 1. nu. 9. fol. par. 85. Et hinc est, quod si postulo à Titio, uis dare, seu donare mihi talē rem, & ipse respondeat non modò rem istam, sed etiam quęcunque habeo, & quicquid tibi placebit: tunc profectò ex istis uerbis generalibus nō nascitur obligatio; & petens ex huiusmodi respōsione non posset se fundare aliquo pacto, etiam ad petendam illam rem solam: cùm promissio prædicta per illa uerba nulla reddatur. d. c. cùm uenissent. per quem text. ita uoluit Bald. in conclusionibus iuris. Rom. in rub. ff. de arb. & Alex. in d. l. ita stipulatus nu. 5. cum alijs signatis ibi per eum, & Franc. Curt. Iun. in l. ea quæ commendandi. ff. de contrahen. empt. & And. ab Exea, in tract. de pactis in 1. par. numc. 271. fol. par. 228. ubi scribit istam esse communem opinionem. *Cōis* Et quòd hæc communis sit, constat pariter aperti ssimè ex congestis per Alexan. in d. l. ita stipu- *opin.* tus. num. 5.

2 Ideò ob hoc cautè agunt aduocati, qui nullam fidem adhibēt promissionibus Magnatum: ut eis suadent Io. And. in add. Spec. in tit. de Aduoc. §. hic dicendum.

3 Et refert Afflict. in d. §. 5. nume. 9. & Psalmus 147. dicens: Nolite cōfidere in Principibus, neq; in filijs hominum, in quibus non est salus, exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam, in die illa peribunt omnes cogitationes eorum.

4 Et illud quoq; quod uulgari prouerbio dicitur. *Cortesia di bocca, molto vale, & poco costa.* & deniq; scripta per Neuiz. profusius in Sylua nupt. lib. 4. sub num. 41. & Guil. Pepin. in sermonib. quadrages. super Epistola: Hæc dicit Dominus Deus, Maledictus homo, qui confidit in homine. feria 5. post 2. Dominicam quadragesimæ. fol. par. 36.

5 Quoniam plusquam simplices censentur illi, qui suasionibus credunt: secundùm Bald. in l. 1. in prin. C. ne filius pro patre.

6 Et licèt uerba animo iocandi prolata, nō sint in consideratione, nec obligent; nihilominus iuramentum iocosè prolatum obligat, saltem ad veniale peccatum. Glo. in c. nam. §. fin. 25. distin.

7 An autem iuramentum temerarium obliget venia-

venialiter, vel mortaliter. Et dic vt per Glo. Archid. in c. Archidiaconum Florentinum. 85. dist. & per Abb. in cap. 1. de his quæ fiunt à maiori part. capit.

8 Fallit etiam antedicta communis secundò locum non obtinere, ubicunque adulatoria verba relata reperirentur ad honoratum: tunc quippè fauore libertatis dispositionem inducerent. Et sic si testator diceret seruo suo: scio, quòd filius meus tibi gratiam conferet. hæc quidem verba absque dubio aliquo uim relictæ libertatis haberent, inducerentq; libertatem ipsam, tenereturque filius seruum prædictum manumittere: vt firmant Bal. & Benedict. Plum. per text. ibi in l. Paulus respondit. §. Paulus. ff. de fideicom. liber. quem promit propagare radices suas, & consequenter extendere etiam propriam uim, & virtutem ad omnem piam causam, Rom. in rub. ff. de arbit. in 26. speciali, & Tiraq. in tract. de priui legijs piæ causæ priuilegio 51. in fin.

*SVMMARIVM.*

9 *PROMITTENS dare scacchum mattũ cum pedina, non censetur satisfecisse suæ promißioni si daret ipsum scacchum cum pedina facta Regina: secundum vnam communem opinionẽ, licèt altera sententia contraria similiter communis sit, quòd promissor iste videatur suæ promißioni adimpleuisse, & vicisse dando scacchum mattum cum pedina effecta Regina.*

OPINIO DCLXIX.

1 PROMITTENS dare scacchum mattum cũ pedina, si tunc daret cũ pedina facta Regina, non impleretur, seu verificaretur eius promissio: & sic non censetur satisfecisse eius promissioni: cùm aliter de ducatur pedina, quam Regina: secundùm Bar. in l. legatis. §. si ex officio in fin ff. de leg. 3. Cyn. in l. 2. de suspect. tut. Bald. Imol. Castren. Soc. in l. falsa. §. 1. ff. de cond. & demonst. Ang. in l. si longius. §. fin. ff. de iud Alber. in l. clam possidere. ff. de acquir. poss. eundem Bar. in l. pen. ff. de senat. num. 2. Lauren. Fauen. de cap. di. in prin. Puteũ in tracta. de Indo. sub n. 60. Dec. in c. quoniã, ubi Abb. num. 70. & seq. de offic. deleg. vbi ait istam opinionem esse ueriorem, & Card. Albanus, illustris doctrina, & sanctitate in Incubrat. ad Bart. in d. l. pen. num. 2. & seq. ff. de senat. & ita extitit Paduę determinatum: teste Steph. Costa in tract. de ludo. in §. succedit modo uidere. num. 31. & seq. ex quibus quidem patet istam esse magis commu- *Cõis opin.* nem opinionem, & ita etiam meminit expressissimè de huiusmodi magis communi sententia, eiq; similiter inhærendo Franc. Marzarius cons. 25. super controuersias inter Illustrissimos, & Excellentissimos Alfonsum Ferrariæ, & Cosmum Florentiæ Duces. fol. 144. vers. Sed nec omittenda est decisio notabilis ad propositum.

¶ In contrariã verò partem inclinauit Iacob. de Aret. in d. l. pen. ff. de senat. & Imol. in d. l. falsa. §. 1. ff. de cond. & demonst. ubi perhibet istam esse communem, & sequitur etiam Abb. in d. c. *Cõis opin* quoniam, cum quadam distinctione, videlicèt, quòd si promisisset quis dare scacchũ mattum de aliqua certa pedina: tunc censeretur satisfecisse eius promissioni: si verò simpliciter, & indefinitè cum pedina, non diceretur adimpleuisse conuenta. Nihilominus reiecta opinione Iacobi de Aret. Abb. & aliorum, in decisiuis noli recedere à dicta sententia Bar. & sequacium, tanquam realiter receptiori & ueriori, quòd indistinctè promittens dare scacchum mattum cũ pedina non videatur eius promissionem adimpleuisse, & vicisse si dederit cum pedina effecta Regina: prout & hoc firmat etiam in casu simili Portius in §. singulorum sub num. 9. institut. de rerum diuis.

*SVMMARIVM.*

1 *PROMITTENS se facturum, & curaturum factum alienum, si fecerit quicquid potuit, non tenetur ad principale factum, nec ad interesse, dato etiam si promiserit se facturum, & curaturum cum effectu.*

2 *Promittens factum alienum sub pœna, non tenetur ad pœnam vbi fecit quicquid potuit, vt impleretur factum.*

3 *Promittens factum alienum cum iuramento non tenetur de periurio, si fecerit quantum potuit.*

4 *Promittens se facturum & curaturum, si non fecit id ad quod tenetur quamprimum potuit, constituitur in mora absque interpellatione aliqua.*

5 *Promittens factum alienum & interesse, & quòd non vult posse excusari fecisse omnem suum conatũ, quòd principalis obseruabit, sed vult teneri de suo proprio soluere, & obseruare promissa, tenetur ad interesse pro missum, etiam quòd fecerit posse suum.*

OPINIO DCLXX.

1 PROMITTENS se facturum & curaturum &c. factum alienũ, si fecerit quicquid potuit non tenetur ad principale factum, nec ad interesse: secundùm Glo. in c. ex rescripto de iureiuran. Ant. de Butr. & Abb. in c. gemma de spons. Aret. in l. si ita stipulatus. §. possum. ff. de verb. oblig. & cons. 142. col. 4. Abb. consil 90. col. 1. vol. 1. Affl. dec. 295. Ferra. in caut. 43. Fely. in c. ex rescripto. nu. 17. extr. de iureiur. Gomes. in §. in personam. nu. 27.

num.27.instit.de act.Grammat.decis.102.Dec. conf.313. vbi meminit istam esse communẽ opinionem, ac ita in practica obseruari, vbi respondet Soc. contrarium consulẽti. Idem tradit Dec. cons.323.col.2.& concludit disputando per pulcherrima fundamẽta Maranta in suis quæst.quę reperiuntur in fine sui tractatus de iudicijs in q. 7.per totum, & Ruin.cons.67.vol.4. ubi consuluit in fortioribus terminis, quòd promittens se facturum, & curaturum cum effectu similiter excusari debeat, si adhibuit omnem conatum, quãuis nullus sequatur effectus. huicq; opinioni inhæret quoque consulendo Io.Baptista Ferrettus cons.128.uol.1. & hoc sequitur etiam Maranta in d.q.7.num.20. Cõis opin.

2 Item promittens factum alienum sub pœna, si omnem diligentiam adhibuerit excusatur ab hac pœna, eamque penitus euadit: secundùm Feder.de Senis cons.122.Ant.de Butr.Abb.col. pen.& omnes in d.c.gemma.Alex. in l.qui autẽ, in apost.ad Bart.ff.de const.pecun.& ista est communis opinio, attestante Aret.in d.§. possum, & Ias.in l.stipulatio ista.num.10.ff. de uerb.oblig. licèt ipsi, & malè contrarium asseuerent, & communem præmissam sequitur quoq;, & citat Cassadorus decis.unica, sub num.2.in tit.de mutuis petitionibus. Maranta in d.q.7.nu.11. cum alijs signatis per eum, & Natta consil.450. lecto & diligenter considerato processu per summarium exhibito.n.42. uo.2. & ita cõsuluit Franc.Aret. cons.80.col.6.& in d.consil.142. Cõis opin.

3 Item promissor facti alieni cum iuramento nõ tenetur si fecerit quantum potuit de periurio: secundùm Glo.in d.c.ex rescripto, & ista est ueritas: vt desputando deduxit Maranta in d. quæst. 7.num.1.& 10. Cõis opin.

4 Verùm promittens iste se facturum, & curaturum &c. si hoc non fecit quàmprimù potuit, in mora constituitur absque nulla interpellatione: secundùm Bal.in c.1.§.ad hæc in tit. hic finitur lex Corrad.Aret.in l. si ita stipulatus. §. possum.ff.de uerb.oblig.& Alex.in l.quod te. col.6. ff.si cert.pet.& ibi etiam Cagnolus.nume.96. & Bolognett.nu.62. cum alijs aggregatis per eos, & Ruin.cons.42.num.26.vol.1.& cons.136.nu. 11.vol.5.& ista est communis opinio: teste Curt. Iun.cons.74.nu.6.& Grauett.cons.64.nu.1.cõs. 192.num.17.& cons.246.nume.1.in quibus locis post Soc.Sen.& Gozad.conciliat opinionem Dec.qui in d.l.quòd te in 1.lect.num.11.tenerat contra Bal.& communem opinionem memoratam, quam quidem conciliationem, concordiam, seu distinctionem tradidit ante eũ Bauer. in tract.de mora, par.2.num.29. qui de eius ueritate non nihil dubitat, & Bolognettus etiam in d l.quod te, sub nu.62. Cõis opin.

5 Ad tollendum itaq; omne dubium circa premissa traditur istud optimum remedium per Doct.quòd quis promittat in instrumento factũ & interesse, & quòd nõ vult posse excusari fecisse omne suum conamen, quòd principalis obseruabit, sed vult teneri de suo proprio soluere, & obseruare contenta in ipso instrumento: tunc quippè promissor iste tenetur ad interesse, dato quòd fecerit posse suum: secũdùm Dec.in d.cons. 323. cons.330.col.2.& cons.345.colum. fin. vbi post Abb.Aret.Soc.& Cuman.in aliquibus consilijs, vt ibi per eum hoc expresse firmat, & Maranta etiam elegantissimè in d.q.7.nu.25. & sequent. vbi respondet Afflicto contrarium innuenti, seu asseueranti in d.decis.295.& opinio ista Dec. & sequacium videtur communis, & secundùm eã consului, & obtinui in actu practico in causa magni momenti, non obstante decis. Afflict. 295. præcitata, quæ intelligi debet secundùm doctrinas & leges, quas allegat. & in effectu mouetur per cons. Aret.142. & nonnullas alias doctrinas quæ duntaxat loquuntur, quando quis promisit se facturum & curaturum absque adiectione illorum verborum, vt non excusetur promissor se fecisse omne suum conamen: ideò ostensis his, & alijs quamplurimis, quæ omisimus &c. iudici causæ prædictæ, non dubitauit spreta opinione Affl. secundùm Dec. sententiam iudicare.

*SUMMARIUM.*

1 *PROMITTENS stare diffinitioni offensi circa æstimationem iniuriæ eidem illatæ, non ob id tenetur stare offenso, sed erit locus arbitrio boni viri.*

2 *Arbitrium boni viri importat vbicunque aliquid remissum est conscientiæ, & discretioni alienæ.*

3 *Dos promissa arbitratu soceri, vel alterius promissoris nulla expressa quantitate, debet solui arbitrio boni uiri, detracto ipso arbitrio promissoris.*

## OPINIO DCLXXI.

1 PROMITTENS stare diffinitioni offensi circa ęstimationem iniuriæ eidem illatæ, tunc erit locus arbitrio boni viri, nec præcisè mandabitur exequutioni, quod offenso visum fuerit: secundum Alex.post Accursium in l.1.col.7.ff.sol.matrim.Gerar.in singul.6.Abb.& Fely.in c.contingit, de senten.excommun. idem Abb. in c. quintauallis.col.3.de iureiu.& ista est communis opinio: quam sequuntur Lanfran.in tract.de arbitr. col.11.& Baptista de Sancto Blasio. q.24.de arbitr. & in specie quò ad æstimationem damnorum, expensarum & interesse hoc idem tenet Afflict.decis.91.num.10. Cõis opin.

2 Item remissum conscientię, & discretioni alicuius similiter importat boni viri arbitrium: vt firmauere eum aggregatis per eos Paris. consil. 45.num.24.volum.3.& Grammat.consil. ciuili 29. nume. 3. & est textus expressus in dote in l.

cùm

cum post diuortium.§.in domum absentis, vers. gener.ff.de iur. dot.

3 Vbi disponit, quod vbicunque est promissa dos pro soceru genero, arbitratu ipsius soceri, nulla demõstrata re, vel quantitate, stipulationẽ ualere arbitrio quoque detracto. Et ita in causa propria de anno 1572. obtinui per istũ tex. in curia nostra Aquilana assidẽte ibi Iudice D. Barthol. de Gorioftriola Hyspano, qui pronũciauit, dũ extiterat mihi promissa bona mobilia per Magnificũ Gasparẽ Casellã socerũ meũ pro dote, & in parte dotis suo arbitratu, & discretione, quod mihi soluenda forẽt sin qualitatẽ, & nobilitatẽ vtriusque partis bona ascẽdentia ad summam ducatorum ducentorũ, nõ obstante quod idẽ Gaspar soluere vellet minorẽ quantitatẽ ipsorũ.

*SVMMARIVM.*

1 *PROROGARE iurisdictionem idem est, quod augere, & extendere qualitatẽ, & potentiam ei de qua fit prorogatio.*

2 *Prorogatio non alterat primum actum, sed potius extendit, & prorogatio ipsa censetur id quod prorogatur cum eo, quod primo erat.*

3 *Prorogatio iurisdictionis iudicis incõpetẽtis nũquam fit in iud.c.o inquisitionis: et consequẽter prorogatio non habet locũ ubi per inquisitionẽ ex mero officio proceditur.*

4 *Statutũ quod iudex non possit suã iurisdictionẽ excedere, efficit ut iurisdictio prorogari non possit, etiã si iudex pronunciet se iudicem competentem ne appelletur.*

## OPINIO DCLXXII.

1 PROROGARE iurisdictionẽ idẽ est, quod augere, extẽdere que qualitatẽ, seu potentiã rei, de qua fit prorogatio: ut facilẽ colligitur ex text. in c.p.& g. de off. dele. & in l.1. & 2. ff. de iud. & facit etiã tex. in c. significasti. de foro cõpet. & tradit Spec. in tit. de dila. §. nũc uidendũ. §. hic sunt, & Inno. in c. prudẽtiam de offic. deleg.

2 Et hinc est, quod per prorogationẽ nõ alteratur primus actus; imò cẽsetur id quod prorogatur cũ eo, quod primo erat: ut notant Doct. & Dec. in c. de causis. de off. deleg. & Cast. cons. 359. si considere mus tenorẽ prorogationis. uol. 1. sed potius extẽdit: ut firmat Glo. in l. interueniẽtes. ff. ad municip.

3 Vnde infero ex prædictis, quod si corã incõpetenti iudice, nõ vetito de crimine, inquisitus cõfessus delictũ fuisset, ex huiusmodi quippe confessione damnari nequiret vllo modo, etiã quod iudex ille alias cognitionẽ criminaliũ causarũ haberet. siquidẽ in iudicio inquisitionis iurisdictio iudicis incõpetẽtis nũquã prorogat: & sic vbi procedit per inquisitionẽ ex mero officio, nõ habet locũ prorogatio ipsius iurisdictionis: ut firmat Bal. in l. 1. C. ad l. Corn. de fica. & in l. 1. in fi. C. vbi de crimine agi oportet. quẽ sequũt Soc. Sen. in c. significasti, in 5. art. prin. q. 8. de foro cõp. Berous in c. at si clerici. nu. 40. de iud. Nell. in trac. de bannitis in 2. q. 2 par. primi tẽporis, fol. par. 10 Soc. cõs. 108. supposito statuto in fi. vol. 4. vbi etiã admonet opinion. hãc cõem fore: put ei inhæret quoque illust. D. Pet. Caspharus præceptor & promotor meus in l. 1. n. 86. cũ alijs seq. ff. de iud. vbi apertè demonstrat eandem sententiam magis verã magisque cõem esse. *opin. Cõis*

4 Et de hoc nõ est quippe mirandũ. Nã statutũ disponens, quod iudex excedere nequeat iurisdictionẽ suã, similiter operatur, vt iurisdictio prorogari uõ possit, etiã si iudex se cõpetẽtẽ pronũciaret, ne appellaretur: ut tradit Dec. cons. 18. viso puncto col. 2. & seq. & in l. fin. num. 17. ff. de iurisdict. om. iud. Ias. nu. 16. & Curt. Iun. nu. 22. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ier.

*SVMMARIVM.*

1 *PROROGATIO termini ad soluẽdũ facta per creditorẽ suo debitori fideiussorẽ nõ liberat: sm unã cõẽ opinion. licèt altera opinio contraria similiter cõis sit.*

2 *Prorogatio termini non liberat fideiussorem datum per Castellanum de custodienda arce vsque ad certum tempus, quando Castellanus promisisset non solùm custodire, verùm etiam castrum saluum reddere domino.*

## OPINIO DCLXXIII.

1 PROROGATIO termini ad soluẽdũ facta per creditorẽ principali debitori nõ liberat fideiussorẽ: sm vnã Scrib. opinionẽ, per tex. in l. si cũ dies. ff. de arb. in prin. & in l. si vnus. §. si cũ reo ff. de pact. & ibi Bal. & in l. sed si manẽte. ff. de prc. & in l. fin. C. de usur. rei iud. in quibus iuribus uidetur per nouationẽ factã, seu alterationẽ de obligatione inter creditorem & debitorẽ nõ liberari fideiussorẽ. & sententiæ huic accedit etiã cũ alijs aggregatis per eum Ant. Gabriel. in suis conclu. lib. 3. in tit. de fideiuss. conclus. 3. vbi ad lucẽ adducit illam magis communem esse. *Cõis opin.*

¶ Contraria verò Doct. sententia, cũ quadã tñ federis distinctione receptior, & cõior est, quæ se habet, quod si principalis creditor cũ eius debitore aliquo modo alteraret obligationẽ, vel mutat pretiũ, per qua interessesit fideiussor sine nouo cõsensu ipsius fideiussoris, eo casu dictus fideiussor liberat' intelligitur: ea ratione. Nã quoties res ipsa alteratur, vel pretiũ mutat: tũc nouus videtur cõtractus. tex. est in l. pacta cõuẽta. §. Paulus. ff. de contr. emp. & in l. aliã. ff. de nouat. & in l. Labeo, la 2. ff. de arb. & in l. itẽ quæritur. §. qui impleto. ff. locati. & in l. si cũ Hermes, & ibi Scrib. C. eod. Bal. in l. stipulatus. n. 1. ff. de ver. obl. Spec. in tit. de fideius. §. 1. ver. illud aũt, & ibi Io. And. & Bal. in add. Alex. cõs. 72. lib. 6. n. 4. cũ seq. & cõs. 66. n. 7. lib. 7. in quibus locis firmat cõem esse opinionẽ, quod si fideiussor intercedit pro aliquo cũ certo limitato termino, quo prorogato fideiussor ipse est liberat': sec' si sine præfinitione tẽporis esset obligat', & sic simpliciter fideiussisset. Et in idẽ recidũt ea, quæ congerũt Can. in c. constitutus, ext. de fideiuss. & cõiter *Cõis opin.*

Legist in l. nouationē. C. eod. & in l. Titius. ff. de excus. tut. & in l. Valerianus. ff. de pręt. stip. Fulg. cons. 130. vbi art. post longā ad vtrāq; partē discep tationē optimē tract. Guid. Pap. deca. 17. Tiraq. latiss. in trac. de vtroq; retract. de retr. couent. §. 1. Glo. 7. num. 34. cum seq. & in eadem opin. fuit Dec. cōs. 107. in causa, quæ nomine hęredum, sub nu. 1. & & Gramm. cons. ciuili. 66. num. 61. & Recentiores in l. 1. C. de iud. & Curt. Iun. in præall. l. si vnus. §. si cum reo testatur de communi; & dicit ita Veronæ fuisse consultum, & iudicatum Hippol. in rub. ff. de fideiuss. nu. 89. & in pluribus locis ibi de d. cōmuni testatur. & Affl. decis. 130. non obstante iuramento, quod semper intelligitur rebus sic stantibus, in eodem statu permanē tibus, & nihilo de nouo superueniente: prout voluit Oldrad. cons. 241. Dec. & Scrib. in rub. C. qui admitti. Hipp. in d. rub. nu. 151. Guid. Pap. decis. 274. Alc. in tract. de præsump. præs. 17. reg. 2. Tiraq. in tract. caus. cess. vers. promissionis causa. n. 218. Et ita in causa commissa, & delegata Excellenti D. Paschali Turcanico conterraneo meo superioribus annis per D. Baronem Terrę Nauel lorum, tunc inibi vertente inter Magnificum Fe dericum de Federicis Florentinum, & Angelum eiusdem Terræ, post magnum certamen inter Doctores vtriusque partis occursum iudicauit per prædicta religiose more suo idem D. Iudex.

Et hoc ait esse nōt. etiam Alex. in l. si vnus. §. 1. ff. de pact. pro castellanis dantibus, præstantibus que fideiussores de custodienda arce vsq; ad cer tum tempus. Quòd tamen explanat, explicatq; procedere, nisi castellani promisissent non solùm custodire, verùm etiam castrum saluum reddere principali: vt per Ias. sub num. 8. & alios Moder. omnes in l. lecta. ff. si cer. pet.

*SVMMARIVM.*

1 PVBERTATI *proximus dicitur ille, qui annum decimum & dimidium peregerit si sit masculus & nonum cum dimidio si sit fæmina, tàm in delictis, quàm in alijs actibus.*

2 *Arbitrio iudicis relinquitur, quis dicatur proximus pubertati.*

## OPINIO DCLXXIV.

1 PVBERTATI proximus dicitur ille, qui annum deci mum, & dimidium peregerit, si sit masculus. Fœmina verò proxima est pubertati, si nonum annum cum di midio compleuerit: secundum Glo. not. & singularem, in §. pupillus, in ver. infantię, inst. de inut. stip. & in l. pupillū. ff. de reg. iur. quas asseuerat esse cōiter approbatas Ias. in l. properandū. §. & si quidem. nume. 1. C. de iud. Soc. in l. 1. §. adipiscimur. ff. de acq. poss. Aretin. in memorato. §. pupillus. Dec. & Cagnol. nu. 2. in d. l. pupillū, & Coras. in miscell. iur. ciuil. lib. 6. c. 23. n. 3. & Natta. cons. 434. quędā puella. n. 16. vol. 2. *opin. Cōis*

¶ In contrariā verò sententiā inclinauerunt cōplures Doct. qui quò ad delicta illū esse proximū pubertati opinātur, cui ad ætatē perfectā sex tantū menses deficiūt. ita nor. Bal. per illū tex. in l. excipiuntur. ff. ad Syllan. quē sequit ibi Igneus, Corn. cons. 147. nu. 25. vol. 1. Ias. in auth. sacramē ta puberū. nu. 15. C. si aducr. vend. Affl. in const. minorū iura sub num. 7. lib. 2. rub. 38. & Cotta in memorali, in ver. Pupillus. il 1. Nōnulli verò Scri ben. opinionē istā sequuntur, non solū in delictis, sed alijs quibuscūq; actibus. pro quibus est Glo. in l. non tantū. ff. de excus. tut. in c. cōtinebatur, & in c. attestationes, de despons. impub. & abun dè not. Io. Ignens in l. 1. §. impubetes, & in l. excipiuntur. ff. ad Syllan.

2 Sed his omissis puto hoc relinquendum esse iudicis arbitrio, quis dicatur proximus puberrati: siquidem hoc iudex debet arbitrari ex pueri discretione, & ex alijs circūstantijs contingētibus. ita tenet Io. Faber, in d. §. pupillus, Saly. in l. impu nitas. C. de pœnis Anan. in c. 1. num. 4. de delict. puer. Ant. de Butr. in memorato. c. attestationes, in fi. Abb. & Præpos. in d. c. continebatur, Dec. & Cagn. nu. 3. in d. l. pupillum, Zasius in tract. de Iu dæis in q. 11. & Coras. in d. c. 23. sub num. 6. cum alijs seq. & Natta in d. cons. 434. in fin.

¶ Quod intellige procedere, vt declarat accu ratissimè Couar. in sua epit. de sponsal. in. 2. par. cap. 5. num. 5.

*SVMMARIVM.*

1 BONA *damnatorum ad mortem naturalem etiam hodie confiscantur, & publicantur.*

## OPINIO DCLXXV.

1 PVBLICANTVR etiam hodie bona damnatorū ad mortem naturalem: secundū Glo. Bartol. & alios in l. eius qui §. si cui. ff. de test. Alex. Corn. Dec. & reliquos omnes in l. 2. C. qui test. fac. poss. Bar. in l. 1. ff. de bon. dam. & ista est cōis opi. secundū Igneū in l. 1. §. quę sibi. n. 93. ff. ad Syllan. Soc. in l. si cognatis. ff. de reb. dub. Dec. & Cagno. in l. seruitutē. ff. de reg. iur. & Cephalū copiosè. cons. 79. nu. 4. vol. 1. vbi cum cæteris signatis per eum, num. 8. cum alijs seq. videtur respondere contrarium. *Cōis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 PVPILLVS *doli capax contrahens, & alienans cum iuramento, sine tutoris authoritate, non ualidat suā alienationē: secundū unā cōem opinionē: licèt altera sententia contraria similiter cōis sit, vt impubes obligari queat mediante iuramento.*

2 *Pupillus doli capax per interuentū iuramenti cogitur stare contractui summi præiuditij, qualis est contractus matrimonij.*

3 *Pupillus vt ligetur iuramento, necessariò requiritur, vt sit*

*vt sit pubertati proximus, & doli capax, nec vnum ex his sufficeret.*

4 *Pupillus pubertati proximus præsumitur doli capax.*

5 *Pupillus, & sic proximus pubertati, ut teneatur ex delicto, duo de necessitate copulatiuè exiguntur, ut sit doli capax, & proximus pubertati; aliàs vnum ex illis non sufficeret.*

6 *Dolus regulariter non præsumitur.*

7 *Dolum allegans illum probare tenetur.*

8 *Dolus vbi apparet interueniße, & non ostendatur, præsumitur nullo pacto interueniße.*

## OPINIO DCLXXVI.

1 PVPILLVS doli capax alienando absq; tutoris authoritate, talis alienatio non valet, nec firmatur etiam per interuentũ iuramenti: secundùm Glo. Guil. de Cun. Pet. Cyn. Odofr. Butr. Bal. Ang. Alber. Fulg. & Ias. in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. Glo. in c. 1. §. itẽ sacramenta de pace iur. firm. in vsib. feud. & ibi Bald. Iacob. Alber. & Prępos. & sequitur, aitq; communẽ esse Alciat. in c. cùm contingat. nu. 141. de iureiur. & dicunt pariter communem. & sequuntur quoque Alex. Ias. in l. is cui bonis. ff. de uerb. oblig. *Cōis opin.*

¶ In contrariá uerò partẽ, videlicèt, ut talis impubes obligari posit mediante iuramento, inclinarunt Host. Io. And. & Imol. in d. c. cũ cõtingat Arch. in c. quis pactũ de pact. in 6. Abb. cõs. 39. in prin. Saly. Cast. & Alex. in l. qui iuraste. ff. de iureiu. Dec. qui firmat hanc esse cõem opin. in l. pupillũ. ff. de reg. iur. Rom. in d. l. is cui, And. de Iser. & Iac. de Belu. in d. §. itẽ sacramenta. Saly. Castr. Aret. & Corn. in d. auth. sacramẽta puberũ, & sic opinio istorum in actu pract. sectanda venit tanquá magis cõmunis, magis tuta, & magis vera. *Cõis opin.*

2 Quia si pupillus doli capax per interuentũ iuramenti cõpellitur stare contractui summi præiudicij, qualis est contractus matrimonij. tex. est in c. ex literis extra de spõs. ergò multo fortius, & facilius cõpelleretur stare cæteris contractibus. per quem tex. nemo recedere deberet à d. opinione tanquam verisima, & tutisima: ut dixi latè supra in Opinio. 506. Minoris 14. annis.

3 Sed ista opinio, vt pupillus ligetur iuramento, intelligitur cum grano salis, ut aduertit Cagn. in in l. pupillũ. n. 10. ff. de reg. iur. procedere ubicunque reperitur pubertati proximus, & doli capax.

4 Cæterũ si hoc uerum esset, in practica quippè nõ solũ utile, sed etiam mirabile verbũ foret. Et licèt huic interpretationi Cagn. aduersari uideátur decisio tex. in l. apud Celsum. §. quę in tutore. ff. de doli exceptione, & not. p Doct. in Clem. 1. de homic. & in c. 1. de delic. puer. & p Io. Igneũ in l. excipiuntur. n. 35. ff. ad Syllan. videlicèt, ꝙ ille dicatur doli capax, qui est ꝓximus pubertati. Tamẽ re ipsa his parũ, aut nihil obstãtibus reor opinionẽ Cagnoli verá esse, & obseruari debere in actu practico: ꝓut ita obtinui in praxi de pręsenti mẽse Iunij 1577. penès integerrimũ, & mitisimũ D. Alphonsum de Hoyo Auditoré Sereniss. Margaritę de Austria in causa corá eo uertẽte inter Sariũ, & germanos fratres, & Bernardinũ Zimelliũ de terra Montis Regalis.

5 Et hoc ꝓcedit nedũ in causis ciuilibus, verùm etiam in criminalibus: vt firmat Anan. in d. c. 1. col. 4. de delict. puer. referendo Ang. vbi concludit, quòd ad hoc vt proximus pubertati teneatur de delicto requirũtur duo copulatiuè, videlicet, quòd sit doli capax, & proximus pubertati; aliàs vnum ex his nullatenus sufficeret.

6 Et de hoc non mirandum est. Nam dolus regulariter non præsumitur. l. dolum, & ibi Bart. & alij. C. de dolo, & l. merito. ff. pro socio.

7 Et hinc est, quòd dolum allegans, illum probare tenetur: secundùm Glo. Bar. nu. 3. 4. & 6. & alios in l. si creditor. ff. de pign. act.

8 Et tantò magis hoc procedit, quantò, ꝙ vbi discernitur, apparetq; dolum interuenisse, & non ostendatur, pręsumitur nempè nullo modo interuenisse: vt firmat Bar. per text. ibi in l. si alterius sub nu. 1. ff. si minor se maiorem dixerit.

## *SVMMARIVM.*

1 *PVPILLVS sine tutoris authoritate intra 14. anniũ non põt contrahere societatem nedũ expreßè, sed nec etiã tacitè, nisi post finitam pupillarem ætatem ratificaret talem societatem.*

2 *Pupillus non potest facere testamentum.*

3 *Pupillus etiam miles testari non potest.*

4 *Statutum si disponat, quòd pupillus poßit facere testamentum non valet.*

5 *Pupillus etiam doli capax testamentũ condere nequit: quia malitia quò ad hoc non supplet ætatem.*

6 *Pupillus non potest condere testamentum, etiam si uellet ad pias causas testari.*

7 *Pupillus existens doli capax potest testari de licentia Principis: quia Princeps potest ipsi pupillo doli capaci concedere testamenti factionem.*

8 *Pupillus doli capax potest disponere in euẽtũ mortis donãdo de bonis suis sub cõditione (si ipse decesserit in pupillari ętate) et talẽ dispositionẽ cõfirmaret iuramẽto.*

9 *Pupillus astringitur religione iuramenti.*

10 *Pupillus non potest esse Notarius.*

11 *Pupillus non potest esse Iudex.*

12 *Pupillus regulariter accusare nequit propter carentiam rationis, & intellectus.*

13 *Accusatio facta à pupillo, & alijs inhabilibus est nulla, si excipiatur.*

14 *Minor 25. annis potest accusare.*

15 *Pupillus potest accusare in crimine læsæ Maiestatis, adulterij, & fraudatæ annonæ.*

16 *Pupillus non habet legitimã personam stãdi in iudicio.*

17 *Infans minor duorum, vel triũ annorũ non potest cum authoritate tutoris acquirere possessionem: quia cùm omnino careat intellectu non potest per tutorem*

*suppleri;secus in infante quinq;,uel sex annorũ,qui fari,& loqui poßit.& hoc idem concluditur in fu. iofo.*

18 *Pupillus pubertati proximus sine tutoris authoritate apprehendere possessionem potest.*

## OPINIO DCLXXVII.

1 VPILLVS sine tutoris authoritate infra 14. annum non pōt contrahere societatem:vt habetur in l. 1.C. pro socio, & not.Capra.cons.17.nu.3. quia quicquid audit ignorat.l.fi.circa fi.ff.rē pupil.sal.fore.l.fi.ff.de iur.&fact.ignor. &l. 1. ad fin. C.de fals.monet.

¶Et hoc habet locum non solùm in societate expressa,verùm etiã in tacita:vt deducit Graue. cons.286.num.1.

¶Idq; interpretatur non procedere vbicũq; pupillus post finitã ætatem pupillarem ratificaret talem societatē: tũc enim validatur societas ista interueniēte ratihabitione:secũdùm Bal.in add. ad Bar.in trac. de duobus fratribus simul habit. quem sequitur Alex. cons.49.col.2. & seq.vol.1. & Grauet.in d.cons.286.nu.1.

2 Amplia primùm istã conclusionem ita declaratam, ꝙ pupillus ipse minimè potest facere testamentum.l.qua ætate.ff.de testam.

3 Imò nec pupillus miles pōt testari: vt est tex. mirabilis,& formalis in l.fin.C.de testam. milit.

4 Per quē tex.determinauit eleganter, & doctè Ang.in l.si quæramus.ff.de test. ꝙ si statutum disponat, ꝙ pupillus posit facere testamentũ:huiusmodi statutũ non ualeat,per d.l.fi.&eũ sequitur ibi Imol.licèt aliter dixerit Bart.& malè.

5 Et malitia quò ad hoc nõ supplet ætatē:adeò ꝙ pupillus etiã doli capax nõ potest condere testamentũ.l.fi.C.de rest.minor.& ibi per Doct. & per Barbat.in c.Raynutius.col.28.de testam.

6 Istudq; procedit, etiã si pupillus velit ad pias causas testari : vt per Bar.in l. 1.q.2.C.de sacros. eccl.Ias.in l.rescripta.C. de precib.Imp.offeren. col.fi.& Dec. post alios ibi congestos per eũ,in l. pupillũ.n.5.ff.de reg.iur.& hãc ait esse cōem opinionē,& Abb.in rub.nu.9.de test.& Iul.Clar.cũ cæteris signatis per eum,in tract.de testam. q.5. Cōis opin.

7 Sed hoc fallit, quando pupillus doli capax ex Principis licentia, seu indulgentia faceret testamētũ: quippè quia Princeps pupillo doli capaci potest dare,pariter ac cōcedere testamēti factionē:vt per Bar.in l.si quęramus. ff.de test.Alex.in memorata.l.fi.cum allegatis per Ias.in d.l.rescripta in fin.Dec.in d l.pupillum,circa fin.

8 Fallit etiam quotiescunq; pupillus doli capax in euentũ mortis donando disponeret de bonis suis sub conditione, si ipse decesserit in pupillari ætate , & similiter confirmaret talē dispositionē iuramento. tunc quidē exploratũ est talē dispositionē valere:vt per Bar. Alex.cæterosq; Doct. in l.qui iurasse.ff.de iureiu.& Ias.post Bart.in auth. sacramenta puberum.C.si aduer.uend.& ista est communis opinio, & scribit Dec.in d.l. pupillũ. Cōis opin.

9 Quę ꝓfectò cōis cōprobat̃ ista rōne;qm̃ altrin git etiã talis impubes religione iuramēti.l.fi.ff.d lib.cau.c.paruuli.22.q.5.Ab.cōs.108. Barb.in c. q2 ingrediētib.col.5.de test.& Cast.cōs.23.lib.1.

10 Ampliat̃ secundo loco,ꝙ pupillus,neq;pōt esse Notarius : secundùm Bald. in d. l. impuberem. in prin.& Dec.in l.itē impuberes.n.9.de reg.iur.

11 Ampliatur tertiò,ꝙ impubes neq; iudex esse pōt.l.cũ pretor.§.non aũt.ff.de iud.& not.Marã. in trac.iudiciorũ in 6.par.nu.98.fol.158.&Dec. in l.fœminę.§.impuberes.n.2.ff.de reg.iur.

12 Ampliat̃ quartò,ꝙ pupillus ipse regulariter accusare nõ pōt ꝓpter carentiã rationis, & intellectus:vt l.1.& 2.ff.de accus.not.Bar.in l.2.§.pupillus,in prin.& in l.qui accusare.num.4. de accus.

13 Ideò accusatio facta ab isto pupillo,& alijs ꝑsonis inhabilibus est nulla si excipiat̃.vt p Bar.in l. 1.§.accusationē.ff.ad Turp.Alex.in l.in ꝓuincia li.§.fi.ff. de nou.ope.nunc.Aret.in c.i.de iud.vbi Abb.Imol.& Saly.in l.clarum.C.de autho.præs.

14 Sed hoc fallit nõ habere locũ in adulto,& minore viginti annis:tũc licet sit minor 25.pōt accusare: voluit Bar. in l.2.ff.de accus.cuius opinionē asserũt esse cōem,Abb.&Berous.in c.1.de acc. n.50.& seq.vbi eã cōprobãt optimis rationibus. Cōis opin.

15 Fallit etiam ꝙ pupilli accusatio non est prohibita in criminę læsæ Maiestatis , adulterij, & defraudatæ annonæ:secundùm Ang.in trac.de malefic. in verb. Ad quærelam Titij.nu.39.

16 Ampliatur quintò ꝙ pupillus minimè habet legitimam personam standi in iudicio : ut latè per Abb.in c.fin.col.2.de confess.

17 Ampliatur sexto,& ultimo loco,ꝙ pupillus, & infans qui caret omni intellectu,vt quia sit duorũ,vel triũ annorũ,nõ pōt cũ authoritate tutoris acquirere possessionē:nã furioso æquiparat̃.l.1.ff. de bon.poss.infan.fur.mu. Et ratio est:quia,cùm omnino careat intellectu,nõ pōt per tutorē suppleri.l.sed &si manente.ff.prec.Idēq; videtur cōcludendũ in furioso, qui non pōt cum authoritate curatoris,sed debet ipse solus tutor , siue solus curator gerere,& acquirere possessionē.Si aũt sit pupillus,qui nõ careat omninò intellectu,uel infans,ut quia sit quinq;,uel sex annorũ,& p consequēs fari,& loqui posit:tũc iste benè pōt acquirere possessionē cũ tutoris authoritate:qa habet aliqualē intellectũ, qui pōt p tutorē suppleri.ita loquit̃ l.quãuis.§.infans.ff.de acq.poss.& ad hoc benè facit tex.in §.pupillus.inst.de inutil.stip. & istud cōiter tenet̃ p Bar.Ang.Imo.Rom.Cast. & Moder.in l.1.ff.de acq.poss.&ita etiã tenet Cast. in l.pupillus, p Glo.ibi.ff.de acq.hęred.&Ias.attestatur de cōi in l.1.§.1.nu.17.ff.de acq.poss. Cōis opin.

18 Sed aduerte,ꝙ pupillus pubertati ꝓximus sine tutore capere , apprehendereque possessionem posset,quando esset perfecti intellectus.l.1.§. adipiscimur,& ibi Bart.& reliqui omnes. ff. de acq. poss.& Cad.Puteus decis.18.de restit.spoliat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 PRAECEPTVM iudicis cum clausula, si senseris te grauatum, habet uim simplicis citationis.
2 Praeceptum iudicis cũ clausula, si senseris te grauatũ, habet vim pręcepti, si citatus nõ cõpareat: sed si cõpareret haberet tunc vim simplicis citationis.
3 Praeceptum de soluendo, vel de cõparendo, si senseris te grauatũ, non arctat ad soluẽdũ, si citatus compareat.
4 Praeceptum factum cum clausula, si senseris te grauatum, resoluitur in vim simplicis citationis.
5 Pręceptũ cũ clausula, si senseris te grauatũ, resoluitur in vim simplicis citationis, si citatus tũc possidebat: et non obstante iudicis inhibitione potest perseuerare in sua possessione, & non censetur innouare, nec spoliare, nec turbare, nec facere de facto.
6 Praeceptum cũ clausula iustificatoria iustũ apparens: putà quia citatus non possidebat, per comparitionem non resoluitur in vim simplicis citationis; & citatus tunc non comparens mulctatur.
7 Poena spreti mandati, seu mulcta in Regno taxatur ad vnum tarenum, vel duos pro qualibet vncia.
8 Poena spreti mãdati, seu mulcta in causis ciuilibus non incurritur instãte procuratore fiscali, cui applicatur, sed solummodò instante parte.
9 Praeceptum expeditum sine causae cognitione, & sine clausula iustificatoria est ipso iure nullum.
10 Praeceptum iudicis ex abrupto, & ex causa non cognita factũ non valet, & illud nunquã transit in rẽ iudicatã. Quod pcedit in contẽtiosis, nõ aũt in volũtarijs.
11 Appellari potest á mandato ex abrupto, & causa non cognita factum, etiam transactis decem diebus; secus verò si esset concessum causa cognita: tunc enim illud mandatum transiret in rem iudicatam.
12 Mandatum factum causa cognita habet vim sententiae, & reuocari non potest.
13 Praeceptum factum confessio in causis ciuilibus reuocari non potest.
14 Praeceptum factum confesso in causis ciuilibus dicitur executio, non autem sententia.
15 Praeceptum requiritur in confessum in ciuilibus causis, non autem sententia.
16 Pręceptũ factũ cõfesso ante causę cognitionẽ; et sic ante litẽ cõtestatã habet vĩ interlocutorię, nõ diffinitiuę.
17 Praeceptum iudicis factum confesso non dicitur sententia, vbi emanauit libello non praecedente: sed quando libellus, et litis cõtestatio praecederet, tũc pręceptũ hoc esset decretũ interlocutorium, habens uim diffinitiui.
18 Pręceptũ iudicis fertur cõtra confessũ verè, et nõ fictè.
19 Confessus fictè dicitur, qui contumax est in respondendo positionibus.
20 Contumax dicitur etiã ille, qui contumax est in iurãdo.
21 Praeceptum non exigitur, sed sententia declaratoria in confessum fictè.
22 Contumax in respondendo positionibus, & in iurando, non dicitur ipso iure confessus: hoc est, quòd habeatur pro confesso ipso iure.
23 Praeceptum de discombrando de iure fieri potest.
24 Praeceptum de discombrando executio, & non sententia diffinitiua dicitur.
25 Appellari non potest á sententia discombrationis, & exfractationis: cùm ea executionem paratam habeat
26 Appellari non potest á praecepto, seu sententia de soluen do pensionẽ, & affictũ locatori, & praeceptũ similiter factũ de soluẽdo pẽsionẽ ipsam reuocari minimè põt.

## OPINIO DCLXXVIII.

1 PRAECEPTVM iudicis cum clausula. Si senseris te grauatum compareas, & caetera, habet ex sui natura vim simplicis citationis. ita Gloss. in c. ex parte de ver. sig. l. de pupillo. §. meminisse, & l. nõ solùm. §. sed ut probari in fi. & ibi Bar. col. 1. Imol. & omnes alij. ff. de oper. nou. nunc. Card. in Clem. 2. q. 23. de iud. & in c. 1. de rest. spol. Bal. in l. 2. C. de seru. & in l. actione. col. 2. C. de transact. Bar. in 2. not. & caeteri omnes in l. 1. C. de execut. rei iud.

2 Quod quippè absq; scrupulo aliquo procederet, si mandatũ hoc fieret comparenti; aliàs haberet vim pręcepti: secũdũ Bal. in rub. C. cõminationes, vel epistol. col. 1. & in l. perẽptoriũ. ff. re iud.

3 Et ideò praeceptum hoc de soluendo, vel de comparendo, si senserit se grauatũ, non arctat ad soluendum vllo modo, si citatus compareat. ita Ang. Aret. in §. curare. instit. de act. Bal. in l. ea. C. si manc. ita fu. ali. & in c. 1. in tit. de mili. vasal. qui contu. est, Paul. Castr. cons. 183. in causa quę vertitur corã domino uicario. vol. 1. Fran. Aret. in l. actione. C. de test. & Inno. in c. tua nos. col. 3. de cohabitat. cler. & mulier.

4 Vnde praeceptum factum cum clausula, si senserit se grauatum compareat, resoluitur per comparitionem in vim simplicis citationis: vt concedunt Bar. & alij oẽs in d. l. de pupillo. §. meminisse. ff. de ope. nou. nunc. Ang. in l. 1. C. de exec. rei iud. & Ripa in d. §. meminisse, vbi in medium reseruauit istam esse communem opinionem. *Cõis opin.*

5 Et tunc stante nullitate ipsius mandati de facto relaxati, si citatus possidebat, nõ obstante iudicis inhibitione, posset equidẽ perseuerare ĩ sua possessione, nec ob hoc censeretur innouare, nec spoliare, nec turbare, nec deniq; facere de facto: secundùm Dec. cons. 460. viso, nu. 20. & Io. Bapt. Plotum in l. si quando. nu. 105. C. vnde vi, ubi ad lucem adducit istam esse communem opinionẽ. *Cõis opin.*

6 Sed si pręceptum iustum quippè sit, puta quia citatus nõ possidebat, & tunc per comparitionẽ pręceptũ hoc nullatenus resolueretur in vim simplicis citationis: verùm citatus inobediens, etiã si cõpareat mulctatur. l. 1. & ibi omnes Scrib. ff. si quis iusd. non obtemp. & d. l. de pupillo. §. meminisse, & ibi Castren. & Ripa. nu. 23. & Io. Bapt. Plot. in d. l. si quando, sub nu. 105.

7 Sed tamen in Regno pęna spreti mandati taxatur, reduciturq; ad vnũ tarenũ, vel duos tarenos pro qualibet vncia: vt meminit Paris de Pur. in

 tract.

tract. syndicatus in ver. an potestas, & Gramm. conf. ciuili. 73. super dubio pridie transmisso, sub nu. 1. Et ego in practica in Regno per viginti an nos semper vidi ipsam pœnam spreti mandati taxatam ad rationem unius tareni pro vncia.

8 Hincq; aduerte vtiliter, quòd mulcta ipsa nul latenus incurritur ad nutum, instantiamq; procuratoris Curię, nisi instāte parte. Vnde mulcta hæc nunquam fisco acquiritur, nisi actoris intersit. l. 2. & ibi Glo. & omnes alij. ff. si quis in ins voca. non ierit, & And. de Isern. Lallus de Tuscia, num. 19. Afflict. sub nu. 30. & cęteri omnes Regnicolæ in const. In pecuniarijs. lib. 2. rub. 29.

9 Cęterùm vbicunq; pręceptū emanatū, relaxatumq; sit sine causæ cognitione, vel absq; clausula iustificatoria foret indubitāter ipso iure nullū: vt planè probatur in l. nec quicquā. §. vbi decretū. ff. de off. procons. secundùm intellectū Iac. de Aren. qui cōis est. cui accedūt Bar. & alij oēs, vt amplè ibi refert Ias. col. 3. & sequitur etiā Castren. cons. 321. visis actis, & actitatis in captura Thomasij. nu. 2. vol. 1. Idemq; probatur etiā in l. 1. C. de exec. rei iud. ubi not. Bar. Bal. Saly. & cæteri omnes concorditer allegantes rationem huiusmodi communis intellectus.

*Cōis opin.*

10 Nā pręceptū iudicis ex abrupto, & ex causa nō cognita factū, non tenet neq; valet, & vllo vnquā tēpore transit in rē iudicatā. ita Inno. in c. cū venissent. col. 3. de rest. in integ. Quod de plano quidem procederet, secundùm eum ibi, in contentiosis, non autem in voluntarijs. & sequitur Bal. in Marg. in ver. Mandatum. vers. 11.

11 Et hinc est, ꝙ post decē dies cōcessos ad appellandū, ab huiusmodi mādato appellari posset: vt firmarūt oēs Doct. & pręsertim Phi. in c. cessante de appell. secus verò si mandatū extitisset relaxatū causa cognita: tūc enim trāsactis decē diebus transiret vtiq; in rē iudicatā, & ei teneretur indubitanter, & omni prorsus exceptione remota parere citatus: ut cōsuluit Cast. in d. cōs. 183. vol. 1.

12 Itaq; omnia præmissa explanata choarctarēt primò nō sortiri locū, vbicunq; mandatū factū extitisset causa cognita: tunc enim illud haberet indubitāter vim sentētię: secundū Spec. de act. & petit. §. 5. exordiente, Petitionib. vers. Cæterū, in fin. Et ideò non mirùm est si mandatum relaxatum causa cognita non reuocatur modo aliquo: pront ita uidi semper obseruari, & practicari.

13 Secundò etiam claudicant pręmemorata omnia, vt præceptum de soluendo factum debitori confitenti debitum reuocari non possit: vt concludit Bar. in l. si plures. ff. de accus.

14 Et hoc præceptum factum confesso dicitur executio, non autem sententia. Bar. in l. 1. de confess. & Ant. de But. in c. fin. col. 41. de confess.

15 Vtpotè quia præceptū requiritur in confessū, non aūt sentētia, quæ ferri debet partibus litigātibus. Bal. in auth. hoc amplius. col. 1. C. de fideic.

16 Et hinc est, ꝙ si pręceptū factū cōfesso fieret ante causę cognitionē, & cōsequēter ante litē cōtestatā: haberet tunc vim interlocutorię, & nō diffinitiuę: vt uoluit Alex. cōs. 50. & cōs. 134 super pmisso dubio. n. 2. & seq. vol. 7. & hoc firmant etiā Glos. in §. illud in ver. Decreto. col. 1. auth. de hæred. & Falcid. Abb. in rub. de re iud. col fin. Fely. in c. quærenti. nu. 7. & 9. de off. deleg. & Ang. in l. certum. §. fin. ff. de confess.

17 Vbi determinat præceptū hoc nō fore sententiā, vbicūq; emanauerit pręceptū iudicis libello nō pręcedēte. sed quādo libellus, & litis cōtestatio pręcederet pręceptū: tūc nimirū istud præceptū esset sentētia interlocutoria, habēs vim sententię diffinitiuę: vt efficax testimoniū est Ang. in d. §. illud, Bald. in l. hi qui. col. 2. C. de appellat. Ant. de But. Abb. & alij in rub. de re iud. & Fely. in d. c. quærenti circa fin.

18 Attamen aduerte, quòd licèt contra confessū in causa ciuili non feratur sententia, sed præceptum: nihilominus tamen hoc intelligitur sanè, & cum grano salis de confesso verè, & non fictè.

19 Fictus enim cōfessus ille dicitur, qui cōtumax foret in respōdēdo positionib. c. 2. de cōfes. in 6.

20 Nec non dicitur etiam contumax ille qui contumax esset in iurando: secundùm Bar. in l. manifestę. ff. de iureiur. in fin.

21 Vnde in memoratis confessionibus non sufficeret modo aliquo præceptum, sed exigeretur necessariò sententia declaratoria: vt per Bart. in l. eius, qui delatorem. ff. de iure fisci, & in d. l. manifestæ in fi. & Fely. in d. c. quærenti. nu. 8.

22 Et de hoc mirandum non foret: quoniam cōtumax in respondendo positionibus, & in iurando, nō diceretur ipso iure confessus, hoc est ꝙ habeatur pro cōfesso ipso iure: ut per Bar. in d. l. manifestè in fin. Bal. in l. 1. C. de confess. col. 21. & Angel. in l. transfigere. col. fin. C. de transact.

23 Postremò explanantur etiā prædicta non obtinere locum in præcepto de discōbrando, quod de iure certè fieri posset: vt firmauit Bart. in l. sicut. §. superuacuam. col. 2. uers. redeo ad ordinē. ff. quib. mo. pig. soluit. & Io. de Plat. in l. non cogendum. §. si procuratori. ff. de procur.

24 Et id mandatum cùm executio, & non sententia diffinitiua dicatur: secundùm Glo. in l. fin. §. necessitatem. C. de bon. quæ lib. Bart. in l. 1. & in l. non fatetur de cōfess. & in l. error de iur. & facti ignoran. & Alex. conf. 10. col. 2. vol. 2.

25 Concludendum est nō posse reuocari. Nam à sententia discombrationis, seu exfractationis appelari non potest: cùm ea executionem paratam habeat: ut voluit Bar. in l. 1. ff. de fer. Alex. Ias. & alij in l. 1. ff. sol. matr. & Gram. decis. 58. Magnifica Margarita. nu. 15.

26 Itidem præceptū etiā de soluendo pensionem, & affictū domus, fundi, vel alterius rei similis, reuocari minimè potest: cùm decretū ipsum de soluendo pensionem locatori habeat executionem paratā. text. est aureus in l. Præses prouincię. ff. de locat. & conduct. ubi iudex ea quę ex locatione debentur sine mora debet executioni demandare. Et

re. Et ita extitit iudicatū in Sacro Cōcilio in facti cōtingentia Magnifici Fabij Viuij fratris mei in anno 1561. patrocināte pro eo Excelienti D. Nicolao Interuerio ciue meo, in causa uertente, tunc inter ipsum Fabium, & Ioannem Vincentium de Colage de Castro Pizoli Comitatus Aquilæ.

*SVMMARIVM.*

1 *RAPTOR honestæ mulieris tenetur pœna capitali; & in fragranti crimine deprehensus potest à coniunctis personis occidi, quando cā carnaliter cognouisset, vel libidinis causa rapuisset.*

2 *Meretricem rapiens non punitur pœna capitis de iure: quia leges abhorrent uitam inhonestam mulierum.*

3 *Meretrix dicitur illa, quæ licèt non prostituat se publicè in lupanari, tamē alibi, & in quacunq; domo pudori suo non parcit, & quemcunq; causa quæstus admittit.*

4 *Meretrix illa dicitur, quæ duos, & non plures ad coitum admisit causa quæstus.*

5 *Meretrix ab honestis locis est expellenda, & in lupanari releganda.*

6 *Meretricibus vim inferentibus contra earum uoluntatem in Regno Neapolitano pœna vltimi supplicij imponitur.*

7 *Matrimonium inter raptam, & raptorem esse nequit de iure ciuili, & regio; secus autem de iure canonico; & eo iure raptor, & omnes eius fautores, auxiliatores, & consultores sunt ipso iure excommunicati, & perpetuò infames, & omnium dignitatum incapaces: & tenetur raptor raptam siue in vxorem duxerit, siue non eam dotare arbitrio iudicis.*

## OPINIO DCLXXIX.

1 RAPTOR honestæ mulieris punitur pœna capitali: & in fragranti crimine deprehensus potest à coniunctis personis impunè occidi. l. 1. C. de raptu uirg. & constit. Regni Capitalem pœnam. & not. S. Ant. in sua Summa. in 2. par. c. 7. de raptu col. 2. sub uers. De pœna raptoris, & Iacob. Nouell. post alios complures signatos per eum, in tract. ad defensam. in rub. 1. nume. 3. & profusius Neuiz. in Sylua nuptiali, libr. 4. nume. 46. vbi ampliat in duobus casibus.

¶ Et hoc procedit quando raptor carnaliter cognouisset mulierem raptam, uel rapuisset libidinis causa: secundùm Dec. consil. 234. num. 8. Marsil. in d. l. 1. num. 145. & ista est magis cōis opinio. teste Boer. decis. 306. n. 4. & Mod. in alle. l. 1. & licèt de ea dubitet Neuiza. ubi supra. tamē ab ea tanquàm tutissima, uerissima, & magis communi in decisiuis nolite aliter discedere. *Cōis opin.*

2 Sed prædicta non habent locum in meretrice rapta: tunc quippè non sortitur effectum dicta pœna capitis: secundùm Doct. in l. raptores. C. de epis. & cleric. & in d. l. 1. S. Anto. in d. c. 7. colum. 1. uers. Illæ autem quæ non sunt desponsatæ aliis, & Neuiz. in loco præcitato, vbi alias limitationes refert: quia leges abhorrent vitam inhonestam mulierum.

3 Et quæ sint meretrices, vide Alex. latè declarantem. consi. 99. visa inquisitione cōtra Arram, lib. 6. vbi ait eam esse meretricem, quęlicèt non prostituat se publicè in lupanari: tamen alibi, & in quacunque domo pudori suo non parcit, & quemcunque causa quęstus admittit.

4 Et illa quoque dicitur meretrix, quæ duos, & non plures ad coitum admisit causa quęstus: secundùm Abb. & Pręposit. in c. inter opera. de sponsa. Io. Lupi. in rub. de donat. inter uirum, & vx. §. 40. & in l. 62. Tau. Ang. cōs. 10. in causa prædicta est hoc ordine procedendum. col. 1. versic. Sic, nec dicitur publica meretrix. & Abb. in c. cū decorem, de vita, & honest. cleric. per tex. in l. palā. ff. de rit. nup. Et in hoc allucinari reor Afflict. post Lucam de Penna, in constit. Neap. tit. 43. rubric. 3. dicentem eam meretricem esse, quæ causa quæstus unum tantùm ad coitum admisit, & pariter ex hoc à uicinia expellandā fore, per tex. in l. mariti. §. qui quęstum. ff. de adult.

5 Est benè uerum, quòd ipsa meretrix est expellenda, & in lupanari releganda: vt firmat Lucas de Penna, in l. si qua. col. 2. C. de spectacul. libro 11. Platea per tex. ibi in l. cùm supra. C. de re militari. Bal. in l. 2. in fi. C. de iu. emph. Paul. Cast. in l. nullus. C. de sum. Trinit. & Afflict. in d. rubr. seu tit. 43.

6 Sed vtē semita in viam redeamus, concludendum est quòd in Regno Neapolitano per cōstit. Omnes nostri regiminis, vim inferentibus meretricibus contra earum voluntates causa libidinis pœna ultimi supplicij imponitur, dummodò sint conuicti & confessi, & meretrices intra dies octo clamorem emiserint de ipsa uiolentia; aliàs eis non censetur illata, nisi probetur, quod per illos octo dies fuerunt detentæ.

7 Aduertendumque est similiter, quòd de iure ciuili, & regio, rapta suo raptori nubere nequit; & sic inter eos matrimonium esse non potest. l. 1. §. nec si facultas. C. de rapt. virg. & d. constit. Capitalem pœnam. De iure uerò canonico rapta cum raptore contrahere potest, si prior dissensus transeat in consensum. c. accedens. extra de rap. c. 1. extr. de adult. c. raptus, & c. placuit, quæ sunt contra. & notat, & apertius, vtiliusuè hoc explicat S. Anto. in d. c. 7. col. 1. uers. Illæ autem quæ nōsunt desponsatę aliis. Et hoc approbat quoq; Concil. Trident. sess. 24. c. 6. decernit Sancta Synodus, dùmmodò rapta à raptore separata sit, & constituta in loco tuto, liberoque, & nihilominus sequuto matrimonio in huiusmodi casu eadem constitutione dicti Concilij Tridentini raptor, omnesque fautores ipsius, auxiliatores, consultoresuè sunt ipso iure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces,

capaces, & tenetur raptor raptam, siue in uxorem duxerit siue non, eã iudicis arbitrio dotare.

*SVMMARIVM.*

1 *RATIFICATIO actus absente parte fieri potest, & absenti prodest: quia pendet duntaxat à uoluntate ratificantis: licèt ex huiusmodi ratificatione ratificans obligetur.*

2 *Filius præteritus approbans testamentum, in quo præteritus fuit, prodest ex tali approbatione testamenti hæredi instituto etiam absenti: quia actus approbationis dependet à sola uoluntate approbantis.*

## OPINIO DCLXXX.

1 RATIFICATIO actus fieri potest absente parte, & absenti prodest: quia pendet duntaxat à uoluntate ratificantis: licèt ex huiusmodi ratificatione ratificãs obligetur, quæ certè præsentia partis hic non requiritur aliquo modo: secundùm Cyn. in l. in fraudẽ. in fin. C. ne quis in frau. pat. vbi refert hoc idem tenere Iacob. de Aret. & Petr. Eandemque opinionem tenet, & sequitur Bar. in l. Pomponius. nu. 1. ff. de neg. gest. & in l. quo enim. in fi. ff. rem rat. hab. Alexã. conf. 126. in fin. uol. 5. Dec. in conf. 281. col. 2. & conf. 297. col. 2. & in l. semper, qui non prohibet. nu. 10. ff. de reg. iur. Io. de Ana. conf. 85. col. 2. & ista est cõ munis opinio, prout scribit Grauet. in tract. de antiquitate temporum. in 1. part. num. 123. in uer. Absenti. Cõis opin.

2 Et circa hoc posset in medium proferri vnũ exemplum antedictæ communi consonum, vide licet in approbatione testamenti facta per filiũ præteritum, quæ absque dubio aliquo prodest hæredi instituto etiam absenti. siquidem actus approbationis, vt supra docuimus, dependent à sola voluntate approbãtis. & exemplum hoc refert Ang. in §. si uerò expresſim. col. 4. in anth. de hær. & Falcid. & duo alia exempla similia, ac mentionatæ communi concernentia recensuit Bar. in d. l. Pomponius. num. 1.

*SVMMARIVM.*

1 *RATIFICATIO, quę fit tempore, quo actus nihil operatur propter lapsum temporis nõ valet: quia inuenit obstaculum in medio, quod impedit ne extrema coniungantur.*

## OPINIO DCLXXXI.

1 RATIFICATIO, quæ fit tempore, quo actus nihil operatur propter lapsum temporis, nõ valet: quia inuenit obstaculũ in medio, quod quippè impedit ne tempora seu extrema coniungantur: secundùm doctrinam Bal. in l. fi. C. ad Macedo. communiter approbatam ibi à Dd. & ab Alex. cum cæteris citatis per eum. in l. 1. C. qui admit. & à Gomesio. in reg. cancellariæ super regul. de annali possessore. q. 46. in prin. vbi meminit de ista communi sententia: & sic ratificatio ipsa debet fieri tempore habili, ad hoc vt valeat: vt per Doct. præcit. Cõis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *RECONVENTIONI non est locus quoad effectum simultanei processus aliquo pacto, quotiescunque vna ca usa reperitur summaria, altera uerò plenaria.*

2 *Reconuentio quoad effectum simultanei processus fieri debet ante litem contestatam, & tunc dicitur uera reconuentio, & pari passu procedit cum ipsa conuentione, & eadem sententia terminatur causa conuentionis, & reconuentionis: sed quoad effectum prorogationis iudicis potest fieri reconuentio ipsa vsque ad sententiam coram eo.*

3 *Reconuentio in quibus causis, & rebus fieri non posit remisſiuè.*

## OPINIO DCLXXXII.

1 RECONVENTIONI nõ est locus quoad effectum simultanei processus aliquo pacto, quã do una causa reperitur summaria, altera uerò plenaria: vt per Inno. & cõmuniter Canonistas omnes in cap. 1. de mut. pet. & Legistas in anth. & consequenter. C. de senten. Ang. in l. sed & hæ. §. non solùm. ff. de procur. Marant. in tract. iudiciorum. in 4 par. primæ quæst. prin. iudiciorum. 6. distin. num. 28. & seq. in quibus locis plerique Scriben. admonent istam esse communem opinionem Doct. vtriusque censuræ. Cõis opin.

2 Et adnerte, quòd quòad effectus simultanei processus, reconuentio ipsa fieri debet ante litem contestatam: & tunc dicitur vera reconuentio, & pari passu procedit cùm ipsa conuentione: secundùm mentionatos Doct. & Marant. ubi supra sub numer. 5. ubi admittit istam esse communem opinionem; secus autem quòad effectum prorogationis iudicis: quia usque ad sentẽtiam fieri potest reconuentio coram eo. c. dispendiosa. c. reus quoque, & ibi Ioan. And. de rescript. lib. 6. & in d. c. 1. & Alciat. in sua practi. vtriusque iuris, in tit. quando sit reconuentio facienda. Cõis opin.

3 Alios uerò casus, in quibus reconnentio ipsa locum non habeat, discurrit, & ad saturitatem vsque discutit Maranta in d. tract. iudic. in 4. part. princ. in 1. quæst. in 6. distin. nume. 11. cum aliis seq. & Alciat. in d. sua pract. in tit. in quibus causis vel rebus non posit fieri reconuentio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 ANNVI redditus perpetui inter immobilia connumerantur: quia de huiusmodi reddito perpetuo, seu ad longum tempus super re immobili non indicatur tanquã de pecunia, sed sicut de re immobili. & sub numero 10.

2 Annui redditus temporales ad modicum, breueq; tempus duraturi inter mobilia computantur. & sub nume. 10.

3 Pecunia posita in montibus inter mobilia bona connumerantur.

4 Pecunia emptioni prædiorum destinata dicitur mobilis, & inter bona mobilia computatur.

5 Pecunia venit in legato mobilium.

6 Animalia dicuntur mobilia.

7 Boues aratorij inter mobilia computantur.

8 Legato fundo ueniunt boues, si erant destinati tanquàm instrumenta ad illum cultiuandum.

9 Episcopus resignans episcopatum in manibus Papæ, licèt ei donata sint spolia, & bona &c. tamen non posset amouere de episcopatu boues aratorios, tanquàm instrumenta fundorum, pro quibus cultiuandis empti fuerant. Nam animal deputatum ad vtilitatem ecclesiæ sanctum sanctorum efficitur.

OPINIO DCLXXXIII.

1 REDDITVS, seu census annui si perpetui sint, computãtur & connumerantur inter bona immobilia: secundùm Bal. in l. hac edictali. §. his illud. col. 2. C. de secund. nup. & in auth. ingressi. num. 19. & in l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccles. per l. fin. ff. quorum bonorum, Afflict. in tract. de iur. prothomis. in prin. nu. 6. & Rolan à Valle cons. 54. num. 6. & 28. uol. 2. Bello nũ cõs. 23. proponitur in facto quòd anno 1513. num. 9. & Menochium cons. 29. non parùm substiti in hac causa. nume. 16. uol. 1. quia de huiusmodi redditu perpetuo, seu ad longum tempus super re immobili, non iudicatur tanquàm de pecunia, sed vti de re immobili. d. l. hac edictali. §. his illud in uer. Immobilium. & l. iubemus nulli. in uer. Annuas ciuiles. C. de sacrosan. eccle. & ibi Doct. Et ita intelligitur etiam Clem. exiui de paradiso. §. cumque annui redditus. de uer. signific. vt per Feder. de Senis. cons. 12. Fratres prædicatores. & ista est concors, & communis Doct. sententia: vt per Tiraq. in tract. de vtroque retract. §. 1. Glos. 6. num. 3. Ant. Gabriel. in suis conclusionibus in tit. de verb. signif. conclus. 8. & Benedictum Bouium in tract. de censib. art. 5. Cõis opin.

2 Si uerò ipsi annui redditus essent temporales ad modicum tempus duraturi: tunc profectò connumerarentur inter bona mobilia, & uenirent appellatione mobilium: vt firmauere Bal. in d. §. his illud, Tiraq. in d. tracta. de retract. §. 1. Glo. 6. nu. 7. & in Glos. 14. nu. 119. Ant. Gabriel. in d. conclus. 8. limit. 2. num. 3. Barbat. cons. 22. col. 3. lib. 3. Cassan. super consuetud. Burgundiæ. fol. 203. rub. 5. §. 1. sub nu. 4. Iacob. Menoch. de arbitrariis lib. 2. centuria 3. casu 233. & insignis Dominus meus Follerius in tract. de censib. fol. 163. num. 32. & Afflict. in d. tract. de iur. prothomis. in prin. sub num. 6. & ista est communis opinio: vt per Benedict. Boui. artic. 15. in fin. d. tract. de censibus. & ita consuluit Boer. in cons. 2. & vltimo. col. 3. & seq. ver. Venio ad tertium, an præfata mater, posito post lecturam Dyn. de reg. iur. in fi. Et ita vidi similiter consultum in istis propriis terminis de præsenti mense Aprilis 1573. et doctissimè, & copiosissimè quidem per disertum, & doctum D. Valẽtem Carlutium de Ciuitate Ducali vti fratrem colendissimnm, super quadam controuersia uertẽte inter monasterium, seu hospitale Sancti Hieronymi de eadem Ciuitate Ducali, & Magnificam D. Martham, olim uxorem Capitanei Pandulphi, cui cõsilio à partibus ipsis requisitus tanquàm optimis iuribus, & realissimis fundamentis vallato me subscripsi, vnà cum præclarissimo D. Marco Antonio Burghensi Senensi Sacræ Aulæ concistorialis aduocato decano, & ita iudex præsentis causæ Reuerẽdissimus D. Pamphilius Pyrotta Episcopus Ciuitatis Ducalis iudicauit, mediante diffinitiua sententia promulgata sub die 13. mensis Nouẽbris 1574. ad fauorem prædictæ Dominæ Marthæ, quòd cẽsus super quibus controuertebatur, pertinebant ad ipsam D. Martham, cui omnia bona mobilia donata fuerant. Cõis opin.

3 Item pecuniæ quæ ponuntur in montibus cõnumerantur etiam inter prædicta bona mobilia: vt per Ruin. cons. 82. vol. 2. & Ant. Gabriel. in d. conclus. 8. in fi.

4 Nec non pecuniæ destinatæ ad emẽdum fundum vel redditum, computantur quoque inter bona mobilia: secundùm magis communem opinionem citatam, & relatam pet Boer. decis. 209. Tiraq. in tract. de retract. §. 1. Glo. 7. num. 103. & 106. & Ant. Gabriel. in suis conclus. in tit. de præsumpt. conclus. 12. nu. 19. per Illustrem D. Hippolytum Rimiual. cons. 55. num. 81. vol. 1. Soc. Iun. cons. 120. nu. 18. vol. 1. & Pinel. in l. 1. part. 2. num. 44. C. de bon. mat. & per Ang. de Clauasio in sua Summa Angelica in uer. Alienatio. nu. 6. uers. Vtrum pecunia, ubi limitat cõem istam. Cõis opin.

5 Similiterque in legato mobilium ueniunt etiam pecuniæ. Specul. in tit. de fruct. & inter. uer sic. Sed pone prælatos. Dec. cons. 381. & Tiraq. testatur istam esse communem opinionẽ in d. tracta. de retract. §. 1. Glos. 7. nu. 105. per tex. in authen. de nuptiis. §. & quia parum, & Doct. in l. ea demum. C. de collat. Cõis opin.

6 Itidem animalia sunt etiam mobilia. l. 1. & seq. C. de uer. signifi. Tiraq. in d. §. 1. Glos. 7. nume. 118. & Dec. in d. cons. 381.

7 Et licèt boues aratorij similiter inter mobilia bo-

lia bona computentur: vt per Bal.& Saly.in l.1. C. de ser.fug.nihilominus censentur instrumenta fundi.

8 Et ideò fundo legato veniunt ipsi boues, tanquàm instrumentum, si in fundo erant & ad eũ cultiuandum parati.l. item si fundus. §. seminarios.ff.de vsufruct.ubi Ang.& Flo. & not. Barth. Cepol.in tract.de seruit.in tit.de vsufruct. & Bertachi.in suo repert.in uer.Bos.

9 Et hinc ego dicebam in facti contingentia, quòd si resignanti episcopatum in manibus Papæ fuerint donata spolia, & bona &c. quòd non poterit amouere de episcopatu boues aratorios, qui censentur instrumentum fundorum, pro quibus cultiuandis empti fuerant:argumen.d.§.seminarios, & quod ibi notatur. Nam beneficiatus,& episcopus æquiparantur vsufructuario: vt per Glos.in c. præsenti. de offic. ord. in 6. in ver. Reseruari.Et sicuti vsufructuarius prefertur hæredi in bobus aratoriis: ita & in casu proposito successor præfertur illi,qui renũciauit. Et ad hoc benè facit text. in c. nulli liceat. 12.q.2.in uer. Reseruari.cum ibi notatis per Archid. Nam animal deputatum ad vtilitatem ecclesiæ sanctum sanctorum efficitur.

10 Sed in specie præmissa census, de quibus supra longo sermone pertractauimus,& multiplici contentione disputauimus,concludendum est non comprehendi sub donatione,de qua agitur: nam tunc dubitatur, vtrum sub mobilibus, an sub immobilibus contineantur, quando necesse est cẽsus, & annuos redditus huiusmodi speciei, vel mobilium, vel immobilium applicari. quo nempè casu vera, & communis distinctio est, ut quãdo sunt impositi super aliqua re stabili, tametsi redimi possint à domino rei,cui inhærent,applicentur species immobilium: quia cohærentia facit, vt habeantur in omnibus pro immobilibus.Bal.in c.1.col.2.num.5. de contr. int. vasal. & epis.& in c.1.§.sciendum. de feud. cogno. vbi etiam Aluar.num.5.Alber.Alex.& Soc.in l.sciẽdum.in prin.qui satisd. cogã. & propterea datur pro eis remedium,etiam possessoriũ: vt ait Bald. & alij Doct.prædicti,quamuis pro iuribus incorporalibus non detur.l.fin.ff.quor. bonor. Quando autem non sunt super aliqua re stabili impositi,sed debentur solùm ratione obligationis personalis:tũc si sint duraturi ad modicum tempus, applicantur speciei mobilium: & in his potest procedere cons. Boerij.3. & notatur à Cassan. in consuet.Burgund.rub.5.§.1.*Des rentes vidues*, qui loquuntur in dispositionibus, in quibus necesse est,census speciei mobilium,vel immobilium applicare, non autem in eis, quę subsistunt per se absque eo,quòd census comprehendant.Si uerò sint perpetui, vel ad longum tempus, applicantur speciei mobilium.Clemen.exiui de paradiso. de ver.signifi.& §.hæc ergò.auth. de non alie. Feder.de Senis cons.12.Abb.in c.nulli.de reb.ecc. non alien.nume.9.Matian.Soc.Sen.in tracta. de oblat.in 8.lib ell.nume.5.Sed si dispositio sit huiusmodi,quæ per se subsistat absque eo, quòd cõprehendat census,& iura:tunc vtique dispositio loquens de mobilibus,clarum est, quod nunquã comprehendit annuos redditus cuiuscunque generis sint:quia tangi nequeunt,nec uideri, & cõsequenter,nec moneri. Cæterùm si loqnatur de immobilibus,& mobilibus, uel de immobilibus tantùm:tunc de eo controuertunt Doctores, vtrùm contineantur appellatione immobilium, vel potius intelligantur non comprehendi, sed manere extra dispositionem in tertia specie iurium,& actionum.& eo casu, quo concluditur, eos non contineri sub immobilibus, receptissimum est non uenire in dispositionem, at cessare dispositionem in ipsis, tanquàm in tertia specie.

*Còis opin.*

Et ita intelligendi sunt omnes,qui in dispositione,quæ per se subsistit, scribunt census appellatione immobilium non contineri, nidelicet, quòd non contineantur sub immobilibus, sed neque etiam sub mobilibus, verùm remaneant sub tertia specie extra dispositionem: nam asserere hoc casu illos comprehendi sub specie mobilium est absurdissimum,& contra leges ipsas,& omnium Doctorum mentem in d.c.nulli.& in d.c.1.§.sciẽdum, & in d.l.sciendum in prin.qui satisd.cogã. & aliis in locis signatis per Tiraq.de retract. consan.§.1.Glo.6.nu.3.& seq.

¶ Et licèt aliqui Doctores per transcursum in eis casibus, in quibus dispositio per se subsistebat absque eo,quòd comprehenderet census, & de eo dubitabatur, vtrum continerentur sub immobilibus, scripserint contineri sub mobilibus: vt Barbat. cons. 22. nolu.3. tamen eorum mens fuit ostendere,quòd non continebantur sub immobilibus:quia de hoc quærebatur, non autem decidere, quid comprehenderetur sub mobilibus,quod iuri repugnat. Nec enim refert, quòd pecunia,etiam emptioni parata,cõtineatur sub mobilibus:quoniam hęc pecunia tangi,& uideri potest,sed census longè distant à pecunia,uideri que,& tangi nequeunt. Iccircò quando dispositio subsistit absque eo,quòd census comprehendat,faciunt tertiam speciem, si qua ratio persuadet,ne sub immobilibus contineantur.

## *SVMMARIVM.*

1 RELEGATIO *non est pœna capitalis, & tam ipsa relegatio,quàm omnis pœna, qua corpus acriter affligitur dicitur de mero imperio paruo, & minimo.*

2 *Fur pro leuibus furtis non est torquendus.*

3 *Furtum ubi excedit augustalem, posset torqueri in Regno Neapolitano fur, & puniri pœna abscisionis manus.*

4 *Pœna mutilationis alicuius membri æquiparatur pœnæ mortis.*

5 *Pœna abscisionis membri est de mero imperio maiori.*

6 *Pœna abscisionis membri ex dispositione iuris municipalis*

*cipalis commutari potest, stante, & concurrente pace, & remissione offensi.*

## OPINIO DCLXXXIV.

1 RELEGATIO non est pœna capitalis; & relegatio ipsa, ac omnis pœna, qua mediante corpus acriter affligitur, dicitur de mero imperio paruo, & minimo; secundùm Bar. num. 10. & alios omnes in l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. cuius opinionem sequuntur etiam Ias. sub nu. 24. Dec. & Bolognet. num. 78. & Cagnolus cum aliis aggregatis per eum. nume. 131. cum aliis seq. & Ioã. Ant. de Nigris in capitulis Regni, in c. 10. Ad hoc vt nostrorum bona fidelium. nu. 140. vbi fatetur post Mod. in d. l. Imperium, istorum opinionem etiam communem. Cõis opin.

2 Et hinc prædicti Doct. in locis pmissis cõcludunt pro leuibus furtis furem non fore torquendum: prout ita tenet copiosè Io. Ant. de Nigris in loco superius citato, vbi doctissimè more suo respondet omnibus contrariis; & ita aliàs consului, & obtinui, per rationes, & authoritates hic non positas.

3 Sed ubicunque furtum excederet augustalem, eo casu quippè fur secundùm dispositionẽ dicti capituli Regni ad hoc, ueniret puniendus pœna abscissionis manus, & posset torqueri: prout ita semper iudicaui, & obseruaui.

4 Et hoc non mirùm est: quia pœna mutilationis alicuius mẽbri æquiparatur pœnæ mortis. §. prohibemus. in auth. de collato. Alexã. cons. 55. ante fin. vol. 7.

5 Et ista pœna abscisionis membri censetur de mero imperio maiori: secundùm Bart. col. 3. & alios omnes in d. l. imperium, & D. Follerium in pract. crim. in 4. par. in uer. Pœnis debitis feriantur. nume. 46. ubi ostendit istam esse communem opinionem, & in uer. Si confitebuntur. nume. 79. Cõis opin.

6 Sed in casu præmisso legis municipalis, statuti, seu d. c. Ad hoc, pœna ipsa abscisionis manus per concordiam, & pacem offensi commutatur; & sic fauore concordiæ dicta pœna commutari potest. ut consuluit Cyn. de Pistorio. consil. 13. nu. 6. posito inter consilia diuersorum collecta per Zilettum. in primo vol. ipsorum cons.

### SVMMARIVM.

1 *REGNVM alteri vnitum, uel prouincia, seu territorium incorporatum Regno, siue castrum unitum Comitatui regulatur secundùm regulas primi cui accedit.*

## OPINIO DCLXXXV.

1 REGNVM alteri vnitum, uel prouincia vnita Regno, uel castrum vnitum Comitatui, regulatur secundùm regulas primi cui accedit; & sic prouincia aucta, & augmentata accessoriè Comitatui vel Regno, ita vt sit vnum Regnum cum primo, vel vnus Comitatus, regulatur secundùm statuta, & regulas ipsius Regni vel Comitatus, cui incorporatur, & eisdem statutis, legibus, & priuilegiis est gubernanda, quibus gubernatur Regnum ipsum, & Comitatus: secundùm Bar. in l. si conuenerit. la 2. §. si nuda ff. de pigno. act. quem sequuntur omnes inibi, & Roma. cons. 275. quoad primum. col. 2. Alex. cons. 151. num. 5. uol. 2. & cons. 114. col. fin. vol. 4. & cons. 47. volum. 6. Afflic in c. 1. §. & si clericus col. 10. de capit. Corra. Cale. cons. 2. col. 19. Barbat. in c. translato. col. 7. & Fely. col. 3. de constit. Ias. in §. in personam. col. 4. instit. de actionibus, Bertran. cons. 67. vt oportunè consulerem. num. 6. uol. 8. Ripa in 1. par. responsorum, respon. 21. Cur. Sen. cons. 56. col. 6. vbi perhibet istam esse communem opinionem, & Moder. in d. §. si nuda, Natta cons. 636. multa sunt, sub num. 88. & seq. uol. 3. & Ioan. Baptista Ferrettus cons. 242. super puncto quæstionis de quo quæritur. num. 5. cum aliis omnibus sequen. vol. 2. vbi ita consuluit in casu simili, deditque diligentissimè responsiones contrariis quibuscunque.

### SVMMARIVM.

1 *RENVNCIANS liti, videtur renunciare liti, causæ, & iuri.*
2 *Renunciare causæ est renunciare liti.*
3 *Renuncians liti non potest amplius pœnitere, & ad litem redire.*
4 *Renuncians liti censetur renunciare liti, causæ, & iuri in prophanis, non autem in beneficialibus.*
5 *Renunciatio liti, & iuri differt. Nam renuncians liti, et causæ, non dicitur renunciare iuri.*
6 *Renuncians liti, causæ, & beneficio: nisi de facto dimiserit possessionem, tenetur ad fructus perceptos.*
7 *Renunciatio litis sine causa expressa valet: quia sufficit præsumpta.*
8 *Renunciatio litis facta per administratorem, tutorem, vel curatorem nulla expressa causa in ea, non valet: quia in ipsa renunciatione debet inseri causa.*
9 *Renunciatio litis, & causæ facta absenti non prodest, nisi secuta ratificatione.*
10 *Renunciatio litis facta super beneficiali causa, recepta pecunia non valet.*
11 *Renunciatio non videtur facta iuri, quod quis ignorat sibi competere, etiam quod de tali iure in genere cogitare potuerit.*
12 *Renunciatio litis non inducitur per cessionem inualidam.*

13 *Renuncians liti statim cogi non potest per iudicem ad satisfaciendum aduersario.*

## OPINIO DCLXXXVI.



1 RENVNCIANS liti censetur renunciare liti, causæ, & iuri. iuxtà communem assertionē Glo. Bar. & aliorū omnium Scribētium. in l. postquàm liti. C. de pactis. quam accuratissimè in pluribus casibus ampliat, & simul limitat Dec. ibi numer. 1. cum aliis sequen. & Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 106. & seq. ff. de acq. pos. Cōis opin

2 Nam renunciare causæ est renunciare liti. ita Inno. in c. in nostra. in Glo sua in uer. Recepti de rescrip. Bal. in Marg. in ver. Renuncians, uers. 3. Bar. Bal. colum. 1. & cæteri omnes in d. l. postquàm liti.

3 Taliter quòd renuncians liti non potest amplius in posterum pœnitere, & ad litem redire, d. l. postquàm liti, & ibi Bal. in 3. not. & alij omnes, & Barto. in l. si maritus. §. si neganerit. ff. de adult. & Rebuf. in pract. benefi. Glof. 7. de commenda. num. 13.

4 Quæ quidem communis opinio procedit absque scrupulo in profanis; secus verò in beneficialibus: vt firmat Cassad. decis. 2. sub num. 6. & seq. de appel. & Rebuf. in pract. benefic. Gloss. 7. de commenda. num. 13. & Rota decis. 306. si actor in nouis.

5 Vbi constituit differentiam inter renunciationem factam liti, & inter renunciationem factam iuri. Et sic concludit, quòd renunciare liti, & iuri differant. Nam renūcians liti & causæ, nō dicitur renunciare iuri: secundùm Rotam ibi.

6 Vndè renuncians liti, causæ, & beneficio in præsenti casu, nisi de facto dimiserit possessionem, teneretur vtique ad fructus perceptos. ita Rota determinat decis. 158. licèt reus, in nonis, & Inno. in c. quod in dubiis, extra de renun. & in c. super. hoc eod. tit.

7 Et quamuis renunciatio litis sine causa expressa ualeat: quia sufficeret præsumpta. teste Bal. in d. l. postquàm liti. col. 5. ver. Extra quæritur, vtrum renunciatio.

8 Tamen hoc nullatenus procederet in renunciatione litis facta ab aliquo administratore, tutore, vel curatore: quoniam tunc deberet necessariò inseri causa; aliàs illa renunciatio non teneret: quia administrator ipse, tutor, seu curator sine causa renunciare, refutatèque non potest. ita Bar. & Ang. in l. 1. C. de apochis pub. libr. 10. & Ias. in d. l. postquàm liti. in fin.

9 Cæterùm hæc omnia ita explanata claudicant primò non procedere in renunciatione litis, & causæ facta absenti: nam licèt talis renunciatio litis fieri queat absente parte: secundùm Inno. in c. cùm pridem de pact. in Glo. sua in uer sic. Resignauit, Bar. col. 2. uers. quæro utrum, & Bal. col. 4. vers. Tertiò quæro in d. l. postquàm liti: tamen ipsa renunciatio non prodest absenti, nisi secuta ratificatione: vt firmant Bart. Bal. & alij omnes ibi, & Bero. in c. in præsentia. num. 77. de probationibus.

10 Secundò claudicat etiam eadem communis sibi locum non uendicare, ubicunque renunciatio litis facta foret super beneficiali causa recepta pecunia: tunc enim ea non ualeret vllo modò. ita Bero. in c. non sine multa de arbit. nu. 31.

11 Tertiò choarctatur communis prelibata, quod iuri, quod quis ignorat sibi competere non censetur renunciare, etiam quòd de huiusmodi iure in genere cogitare potuerit: secūdum Card. Put. decis. 73. & Peregri. decis. 323.

12 Quartò itidem limitatur, vt renunciatio litis minimè inducatur per cessionem inualidā. l. lite. 2. respon. & ibi Bal. C. de litig.

13 Postremò restringitur etiam ipsa communis, vt renunciās liti statim cogi per iudicem ad satisfaciendum aduersario nequeat: vt concedūt Innoc. in c. accepta de restit. spoliat. & Ang. in l. destitisse de iud.

## SVMMARIVM.

1 REPRESALIAE concessæ, putà Bononiæ contra Perusinos, non possunt exequi contra Perusinum habitantem Bononiæ, qui non subeat munera Perusina per se, vel per alium: quoniam tunc non potest appellari.

2 *Represaliæ inductæ contra Aquilanos extendi non debent ad Aquilanos habentes alibi domicilium.*

3 *Represaliæ sunt odiosissimæ.*

4 *Represaliæ, cùm odiosæ sint, debent strictè quantum potest intelligi.*

## OPINIO DCLXXXVII.

1 REPRESALIAE concessæ, putà Bononiæ contra Perusinos, non possunt exequi contra Perusinum habitātem Bononiæ, qui non subeat munera Perusina per se, vel per alium; quoniam tunc non potest appellari municeps; & consequenter non sequitur, talis vocatur Perusinus, ergò est de Perusio. l. 1. ff. ad municip. & per Bar. cum quo sentiunt omnes, in rub. ff. solut. matr. & Alex. pariter. ibi. num. 9. cum aliis seq. ubi asseuerat istam esse communem opinionem, & Illustris D. Pontanus Perusinus præceptor meus. nu. 35. cum aliis seq. Cōis opin.

2 Nec non vbicunque represaliæ forent inductæ contra Aquilanos non deberent vtique extendi ad Aquilanos habentes alibi incolatum, & domicilium, puta Capuę: quia licèt sint de populo

populo Aquilano ratione domicilij, seu originis: nihilominus cùm materia represaliarum penitus odiosa sit, deberet ea necessariò intelligi de populo Aquilano duntaxat. ita Bar. in l. prouinciales. ff. de uer. sig. & in tract. represaliarum, Ripa in rubri. ff. solut. mat. n. 13. & Abb. in c. quoniam. col. 1. de offi. ord

¶ Et hinc est, quod si concederentur represaliæ cõtra Aquilanos, possent tunc capi etiã & Hispani, Florentini, & alij similes ibi habitantes: vt firmat Ripa cum aliis aggregatis per eum in d. rubr. ff. solut. matt num. 12.

5 Imò non solũ repræsaliæ odiosæ quippè sunt, sed etiam odiosissimæ: secundùm Bal. in l. ciues. C. de appel. in uet. & facit.

4 Et ideò hac ratione, cùm odiosæ sint apertissimè ipsę represaliæ, meritò intelligũtur, & intelligi debent strictè quantum potest. ita Bal. in authen. & omninò. col. 6. uers. In ista ergò materia. C. ne vxor pro ma.

*SVMMARIVM.*

1 *RESCRIPTVM secundum debet facere specialiter mentionem de primo rescripto, aliter redditur subreptitium, & subreptionis uitio annullatur.*

2 *Rescriptum primum quotiescunque nullum, uel non nullum foret, sed posset per exceptionem elidi, ualeret secundum rescriptum non faciens mentionem de primo rescripto.*

3 *Rescriptum secundum ad lites subreptitium, uel obreptitium non faciens mentionem de primo, & uitio subreptionis, uel obreptionis laborans, non foret ipso iure nullum, sed veniret annullandum, & deberet opponi exceptio.*

4 *Rescripta gratiæ ob uitium obreptionis, & subreptionis, ipso iure irritantur, & uitiantur.*

OPINIO DCLXXXVIII.

1 RESCRIPTVM secundum debet specialiter facere mentionem de primo rescripto; aliter subreptitiũ redditur, & subreptionis uitio annullatur: ut uoluerũt Abb. Fely. Dec. nu. 9. & seq. & omnes in c. cæterùm, & in c. ex tenore de rescrip. & in c. inter monasterium de re ind.

2 Tamen vbicunq; primum rescriptũ esset nullum, uel non esset nullum, sed posset per exceptionẽ elidi, ualeret secundũ rescriptum non faciens mentionẽ de primo rescripto: secundũ Glos. pen. in c. ex tenore de rescrip. per tex. ibi. Gloss. in c. cũ in nostris, ubi Fely. ext. de concess. præb. Rota Ro. dec. 178. in antiq. in ti. de resc. ri. Ab. cons. 38. n. 5. vol. 1. in c. sugestũ. nu. 2. de iurepat. & in c. oblatę. nu. 8. de appel. Barb. n. 22. Dec. n. 12. & alios in d. c. cæterùm, & Dec. in d. c. ex tenore. ubi. num. 15. perhibet istam esse cõem opi. & latè eam tuetur. Cõis opin.
Et ita obtinui coram Episcopo Aquilano de præsenti anno 1568. in facti contingentia.

3 Sed rescriptum ipsum secundũ ad lites subreptitium, uel obreptitium, non faciens mentionẽ de primo, & uitio subreptionis, & obreptionis laborans, non foret ipso iure nullum, sed ope exceptionis veniret annullandum; & sic deberet opponi exceptio: secundũ Glos. & omnes in c. ad audientiam. de rescrip. Ant. de But Abb. nu. 5. Barbat. cum aliis relatis per eum. sub nu. 10. cũ aliis seq. Fely. col. 6. in d. c. cæterùm, & Cassad. in decis. 1. nu. 1. in tit. de rescript. ubi eam utiliter limitat, & communẽ aiunt Abb. & Barba. ubi supra, & sequitur quoque, cõmunẽm dicit, atq; tuetur Dec. in d. c. cæterùm. nu. 24. cum aliis seq. Ias. in l. præscriptione. nu. 3. C. si contra ius, uel util. publ. Paris. cons. 51. nn. 27. vol. 4. & Vantius in tract. nullitatum. in tit. de nullitate ex defectu iurisd. de leg. nume. 60. Cõis opin.

4 Rescripta uerò gratiæ ob uitium obreptionis, & subreptionis ipso iure irritantur, ac uitiantur: secundùm Soci. cum aliis glomeratis per eum cõsil. 13. col. 3. & cons. 169. in prin. vol. 1. Soc. Iun. cõsil. 77. nu. 83. & 84. uol. 1. Paris. cons. 31. nũ. 22. & Grauet. cons. 68. nu. 2.

*SVMMARIVM.*

1 *RESCRIPTVM Principis quando fisco dãnosum est non ualet.*

2 *Rescriptum Principis geminatum, vbicunque fisco damnosum sit, valet & tenet.*

OPINIO DCLXXXIX.

1 RESCRIPTVM Principis vbicũque fisco damnosum est, non ualet. l. neq; damnosa. C. de precib. imper. offer.

2 Tamẽ si rescriptum hoc geminatum sit: vtiq; valeret, vt probatur in auth. ut nulli iudicum. §. & hoc uerò iubemus. secundùm Bal. in d. l. neque damnosa, & ista est cõis opi. vt per Doc. uariis in locis iuris nostri. opin. Cõis

*SVMMARIVM.*

1 *RESTITVTIO in integrum ex ignorantia probabili nedum minoribus, sed etiam maioribus concedenda est.*

OPINIO DCXC.

1 RESTITVTIO in integrum ex ignorantia probabili, etiam maioribus concedenda est: secundùm Glos. fina. & cęteros, præsertimque Ias. in lege secunda. C. de iu. emphy. Spec. in tit. de lo-

de locat.§.nunc aliqua.q.15.& seq.Bar.in l.Aemilius.col.2.de minoribus.Dec.cõs.564.n.19.Fely. in c.uigilanti.col.2.de pręscri.Afflic.decis.37.in prin.& 329.per totã,Bar.cæterosq; cõiter,in l.cũ filius.§.in hac.col.1.ff.de uer.oblig.Grauet.cõs. 204.nu.22.& cõs.225.nu.7.Ruin.cõs.139.n.14. & 17.vol.2.consi.26.n.19.& 32.uol.3.& Balb.in tract.de præscri.in 4.par.5.par.prin.q.29.vbi cũ aliis copiosè relatis per eum perhibet istã cõem opinionem fore;& Grãmat.quoq; decis.52.nu.5. & seq.Et sic non tantùm minoribus,ex iusta ignorantia, uerùm etiam maioribus, vt supra docuimus,ipsa in integrum restitutio ex clausula generali uenit concedenda. Cõis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *REX non recognoscens superiorem in suo Regno est Imperator in suo Regno, & potest quicquid Imperator in suo Imperio.*

2 *Rex in suo Regno non habet minorem potestatem,quàm Imperator in suo Imperio.*

3 *Rex est monarcha in suo Regno, & habet plus iuris, quàm Imperator in suo Imperio.*

4 *Rex,& Imperator æquiparantur.*

5 *Rex,& Dominus noster Siciliæ est liber ab Imperio,& est monarcha in Regno.*

6 *Regis persona intelligitur exempta in iuramento fidelitatis,sicuti persona Imperatoris.*

7 *Donatio per Imperatorem facta priuato sine insinuatione ultra 500. aureos valet, & non eget insinuatione: quia insinuatum dicitur,quod agitur coram ipso Imperatore.*

8 *Donatio facta priuato per Regem, vel alium Dominum non recognoscentem superiorem vltra quingentos aureos,non requirit insinuationem.*

9 *Regis in suo Regno, & Imperatoris in suo Imperio par est potestas in multis casibus positis remissiuè.*

10 *Emens rem etiam alienam à fisco,statim redditur securus,& dominus rei contra fiscum habet regressum intra quadriennium,quo elapso amplius non auditur.*

11 *L. benè à Zenone.C.de quadrien.præscrip.habet locum non solùm in Imperatore,sed etiam in quocunq; Principe superiorem non recognoscente.*

12 *L. benè à Zenone procedit etiam in Duce Mediolani,et Ciuitate qualibet superiorem non recognoscente.*

13 *L. benè à Zenone habet locum in quocunque Principe non recognoscente superiorem.*

14 *L. benè à Zenone procedit in quolibet Duce, Marchione,Comite,& hisce similibus.*

15 *Publicatis bonis ob crimen lesæ maiestatis in pręsenti Regno Neap. conceditur annus ad agendum, & absenti biennium;aliàs de cętero non audiuntur:& sic in Regno ipso uidetur coharctatum tempus prefixum in l. benè à Zenone.*

16 *L. benè à Zenone non obseruatur Mediolani, & eius dominio.*

17 *Lex benè à Zenone ampliatur, & limitatur pluribus modis remissiuè.*

18 *Dux Mediolani habet eandem potestatem in suo Ducatu,quàm Imperator in suo Imperio.*

19 *Marchio Mantuæ habet eandem potestatem in suo Marchionatu,quam Imperator in suo Imperio.*

20 *Dux Vrbini non habet in suo Ducatu eandem potestatem,quam habet Imperator in suo Imperio.*

21 *Dux Ferrariæ non habet eandem potestatem in suo Ducatu,quàm Imperator in suo Imperio.*

## OPINIO DCXCI.

1 REX & Dominus non recognoscẽs superiorem in suo Regno, est Imperator in suo Regno,uel Principatu; & potest quicquid Imperator in suo Imperio: secũdùm cõem opinionẽ, ac scholã omniũ Scriben.citatã per Curt.Iun.cons.61.nu. 9.& cons.100.nu.3.& per Bertran.cons.38.ex casu,seu consultationis themate.nn.3.uol.6.& cõs. 227.prout dicit Oldra.nu.2.uol.3.& ita concludit Oldra.cons.79.& cons.231.& plures cumulat Ripa in rub.de const.ponit Abb.in rub.de appel. & Ruin.cons.32.nu.5.uol.1.Affli.super constitutionibus in prȩludijs,seu prin.q.1.sub n.5.Bertrã. cons.181.processum causæ.nu.11.& seq.uol.3. Cõis opin.

2 Et Dec.cons.390.nu.10.ubi inquit,ꝙ Rex in suo Regno non habet minorem potestatem,quã Imperator in suo Imperio.& idem dicit cons.221. & 229.nu.3.& sub nu.6.& idem firmat Alex.consil.20.vol.1.

3 Et Soci.dicit cons.67.& cons.169.ꝙ Rex est monarcha in suo Regno,& habet plus iuris, quã Imperator in suo Imperio;& firmat etiã Afflic.in dictis prȩludiis constitutionũ.q.13.nu.1.ubi reddit efficacissimas rõnes,& Curt.Iun.cons.1.n.30.

4 Rexque,& Imperator ȩquiparantur. c. super quibusdam.§.1.de uer.signif.

5 Et not.Afflic.in d.q.1.sub n.5.& seq.ubi hoc ait procedere in Rege libero ab Imperio. prout est Dominus Rex noster Siciliæ, qui est liber, & monarcha in Regno:secundũ Afflict.ibi,& in decis.128.fuit dubitatum.sub nu.4.& Ioan.de Amicis.cons.22.nu.10.

6 Et quẽadmodum in iuramẽto fidelitatis Imperatoris persona intelligitur exẽpta, ita & Regis: vt tradit Ias.cũ cæteris signatis per eũ in vsi. feu.n.107.Barba.in l.cũ acutissimi col.49.& 97. C.de fideic.& in tract.de pstant.Card.1.q.1.par. col.9.& Cotta in memoralibus suis,in memorali in uer.Imperator orbis Princeps est,post prin.

7 Et sic donatio per Imperatorẽ alicui priuato facta sine insinuatione vltra 500.aureos ualet, & tenet:nec eget insinuatione l.sancimus.§.exceptis.C.de dona.vbi Bal.& hoc quoq; ante eũ uoluit Oldra.in d.cõs.231.col 1.Mar.Land.in trac. de prin.q.14.Imperator,& Tiraq. cum cæteris signatis per eũ in tract.de nobilit.c.37.nu.53. Et ratio est secundũ Bal.in d.l.sancimus.qa nihil occultè fieri potest coram Principe,qui semper multos habet nobiles pręsentes.l.omniũ,& ibi,Glos. & Ias.C.de testam. Et quia insinuatum dicitur quod

quòd agitur coram tãto Principe: secundùm Saly. in l. illud. C. de sacrosan. eccles.

8 Ita donatio priuato facta per Regem, uel alium dominũ non recognoscentem superiorem, ultra 500. aureos, minimè requirit insinuationẽ: secundùm Io. And. in add. Specul. de instr. ed. §. porrò, uers. Subscribebat in fi. Oldr. in d. cõs. 231. Roma. in l. Modestinus. ff. de donat. Imol. in c. cũ contingat. col. pen. de iureiur. Alber. in d. l. illud, Fely. in c. cùm non liceat. sub nu. 10. de pręscript. & Corset. in tract. de potesta. ac excell. reg. q. 59. & Soc. Iun. cons. 92. nu. 10. uol. 4.

9 Alius uerò casus, & omnes quidem utiles, in quibus appareat par potestas Imperatoris in suo Imperio, & Regis in suo Regno, ponit Afflic. in d. q. 13. nu. 1. cum aliis seq. in prælud. constit.

10 Et sicut emens rem aliquã à fisco statim redditur securus, etiam si res aliena appareat, sed do minus rei habet regressum contra fiscum intra quadriennĩũ, quo elapso amplius non auditur. l. benè à Zenone. C. de quadrien pręscrip.

11 Ita lex ista non solùm habet locum in Imperatore, sed etiam in quocunque Principe superio rem non recognoscente: secundùm Bal. cõs. 127. circa fi. vol. 3. Ruin. cons. 31. sub nu. 18. vol. 5. qui loquitur de Rege Galliæ. Bal. cons. 363. uol. 1. & cons. 359. vol. 3. & Corn. cons. 299. nu. 6. uol. 1. & Beroum in c. quę in ecclesiarum. nu. 158 de cõst.

12 Qui dicunt ꝓcedere quoq; in Duce Mediolani, ac ꝓcedere similiter in Ciuitate superiorẽ nõ recognoscẽte: uoluit Rom. cõs. 310. Soc. cons. 121. nu. 25. uol. 4. Curt. Iun. in l. hęres habens. n. 17. ff. de iud. & Mart. Lauden. in d. tract. de Princ. q. 11.

13 Et quòd dicta lex extendatur ad Principes quoscunque non recognoscentes superiorem, tenuerunt Ro. sing. 618. Paris. cons. 1. nu. 122. uol. 1. & Ruin. cons. 48. in fin. uol. 4.

14 Vbi etiam dicit istam legẽ benè à Zenone procedere etiã in quolibet Duce, Marchione, Comite, & similibus. & eandem opinionẽ sequitur etiam Bellonus. cons. 51. nu. 2. & seq. vbi peribet communem esse, & citat Doct. contrariũ sentientes; & plusquã communẽ appellat eã similiter amplectẽdo Pet. Duẽ. in reg. 238. Emẽs. n. 5. *Cõis opin.*

15 Et sequitur etiam Afflict. in d. q. 13. sub nu. 4. & seq. vbi ait hoc procedere absque aliqua controuersia in Regno, ob capitulum eiusdẽ Regni 17. Et si frequenter. §. si quem verò, ubi Ioan. Anto. de Nigris. num. 23. in quo disponitur, quòd in bonis publicatis propter crimẽ læsæ maiestatis, præsenti detur concedaturq; annus ad agendũ, absenti uerò biennium; & sic in Regno in bonis, quę deuenerunt ad fiscum ob crimen læsæ maiestatis, videtur coharctatum tempus præfixum in d. l. benè à Zenone, vt concedatur curriculum anni præsenti, absentique biennium; aliàs de cætero non audiuntur.

16 Mediolani verò, ac eius dominio non obseruatur d. l. benè à Zenone, ob decretũ dicti dominij Mediolanẽsis, in quo reseruatur ius tertij, præsertim in cõcessionibus, & gestis per Principem: vt refert Bossius in pract. crim. in tit. de Principe, & priuilegijs eius. n. 86. Et d. l. benè à Zenone dispo nẽs, quòd priuatus recipiẽs rẽ ab Imperatore, seu fisco, licèt alienã, titulo donationis, emptionis, vel alio titulo, nõ pòt molestari ab eo, q dñium eius dẽ rei pṫederet, sed debet ad Principẽ recurrere.

17 Limitatur vtiliter non ꝓcedere in vndecim casibus, quos ponit Balb. in tract. de præscript. in 2. par. 5. par. prin. q. 8. nu. 1. cũ alijs seq. & Io. Ant. de Nigris in d. c. & si frequenter. nu. 24. & seq. & sex alios casus refert Berous in d. c. quæ in ecclesiarũ. nu. 152. cũ alijs seq. & 14. copiose ponit, & resoluit Rim. in §. 1. n. 56. cũ alijs seq. instit. quib. alien. lice. vel non, & vnũ aliũ casum refert Rom. in d. sing. 608. quẽ cõem ait Nicol. Pign. in addit. 161. & Affl. decis. 361. monasterij Sanctę Marię, sub nu. 17. & 42. & in prælud. constitutionum. q. 14. n. 1. cũ alijs seq. & alterũ casũ, ponit idẽ Rom. sing. 744. anno præterito, cũ alijs signatis per Nicol. Pignol. in add. ibi. Et d. l. benè à Zenone ampliat in 2. casibus, & in 20. alijs limitat Iac. Philip. Port. seu potius Ant. Gabriel. in conc. us. 42. habes causam lib. 2. & limitat in 13. casibus Petrus Duennas in d. reg. 238. *Cõis opin.*

18 Quæ omnia ampliantur vtiliter procedere etiã in Duce Mediolani, qui habet eandẽ potestatẽ in suo Ducatu, quã Imperator in suo Imperio: secũdu Affl. cu alijs multis Doc. Illust. signatis per eum in d. q. 13. n. 11. vbi refert ita aliàs cõsuluisse.

19 Ampliatur quoq; & fortius habere locũ in Marchione Mantuæ, etiã quòd nulli dubiũ sit eũ Imperatorem recognoscere: secũdũ Bal. in d. l. sancimus, Alex. cons. 156. col. 2. vol. 2. Curt. Iun. cons. 61. sub nu. 8. & seq. & Barbat. in add. ad Bal. in d. l. sancimus, qui asserit ibi ita consuluisse.

20 Est benè verum, quod contrarium in Duce Vrbini tradit Soc. Iun. cons. 69. nu. 41. vol. 1. cùm Papam recognoscat.

21 Et contrariũ quoq; firmat consulendo in Duce Ferrariæ idem Soc. Iun. in cons. 92. nu. 7. cum alijs sequen. cùm in superiorem similiter Sedem Apostolicam recognoscat.

*SVMMARIVM.*

1 *PRAESCRIBI possunt regalia seu Principi reseruata, sicuti vectigalia legitimare spurios, creare notarios, famæ restituere, & cætera huiusmodi per præscriptionem tanti tẽporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.*

2 *Pręscriptio tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium habetur pro veritate.*

3 *Præscriptio cuius memoria non extat in contrarium æquipollet veritati.*

4 *Præscribuntur tanto tẽpore, cuius memoria non existit in contrariũ, etiã impræscriptibilia: cũ tanti temporis uetustas tantum possit, quantũ Imperator cum causa.*

5 *Præsumitur bona fides ex vsu longissimi temporis excedentis uiuentium memoriam.*

6 *Scientia Principis non requiritur in præscriptione regalium, & Principi reseruatarum rerum ex communi opinione: licèt aliqui sentiant contrarium.*

7 *Præscribitur merum imperium, etiam ignorante superiore, præscriptione tanti temporis, cuius memoria in contrarium non existit.*

8 *Restitutioni in integrum locus non est in præscriptione centum annorum.*

9 *Consuetudo tanti temporis, cuius memoria non extat, habet vim priuilegij, etiam in his quæ Principi sunt reseruata.*

10 *Consuetudo antiquissima habet effectum publici instrumenti*

11 *Præscriptio ordinaria 30. uel 40. annorum in regalibus, uel Principi reseruatis sufficeret, ubicunque ea competerent alicui priuato.*

12 *Præscribitur 40. annorum spatio ius non præstandi iuramentum fidelitatis domino.*

13 *Præscribi potest 40. annorum spatio ius non soluendi censum, etiam ecclesiæ.*

## OPINIO DCXCII.



1 REGALIA, seu Principi reseruata, puta vectigalia, legitimare spurios, creare notarios, famamq; restituere & cętera huiusmodi possunt acquiri per præscriptionē tanti tēporis, cuius initij memoria non extat in contrarium. c. super quibusdam. §. præterea, & ibi Abb. de verb. sig. & in c. cùm nobis. col. 1. de præscrip. post Bar. in l. si publicanus. §. fin. ff. de publicia. Bal. conf. 340. colum. 2. uol. 5. Aret. conf. 30. in 3. dubio, Alex. in l. more. col. 3. ff. de acq. hæred. & conf. 6. col. 2. vol. 1. Ias. in l. de quibus. col. 12. ff. de legib. in l. imperium. col. 9. ff. de iurisd. om. iud. & in l. is qui putat. col. 2. ff. de acq. hæred. & Dec. conf. 341. col. pen. conf. 403. col. 2. conf. 468. conf 496. col. 2. in 2. dubio. consil. 534. conf. 586. & consil. 638. in principio.

2 Nam præscriptio ipsa tanti temporis cuius initij in cōtrarium memoria non extaret, pro ueritate vtiq; haberetur: secundū Glo. in l. 1. C. de seruit. Bal. in c. cùm causam. col. 3 de prob. Bello. conf. 55. in proposito casu, sub nu. 5. & Curt. Iun. conf. 158. nu. 12. uol. 1.

3 Imò præscriptio ipsa ęquipolleret tunc ueritati. l. 1. vbi Glo. de ser. & Alex. in d. conf. 6.

4 Vndè non mirum quippè est, si per tantum tempus, cuius memoria non extet in contrariū, præscriberentur etiam impræscriptibilia. c. 1. §. fin. de præscrip. in 6.

¶ Esto quòd uetustas tanti temporis tantum potest, quantū Imperator cum causa. ita And. de Iser. in c. 1 in uer. Flumina publica. col. 3. quę sint regalia, & Ias. in l. quominus. col. 8. uer. 2. ratio. ff. de flumi. & bonus tex. in l. fi. ff. de aqua plu. arcē. ibi quibus uetustas authoritatem daret, quamuis ius non probaret.

5 Siquidem ex usu ipso longissimi temporis excedentis viuentium omnium memoriam præsumeretur bona fides. teste Dec. conf. 85. col. 2.

6 Imò in præscriptione huiusmodi regalium, aut Principi reseruatorum non esset necessaria ipsius Principis scientia: vt per Alex. in d. conf. 6. col. 3. uol. 1. & conf. 24. colum. 5. uol. 5. Ias. in d. l. imperium. col. 9. Fely. in c. de quarta, & in d. c. cū nobis. col. 2. de præscrip. Dec. conf. 85. col. 2. consil. 271. col. pen. & conf. 496. col. 2. Cur. Iun. cōs. 61. col. 2. & Ant. Rub. Alex. conf. 21. col. 3. Rolan. à Valle conf. 59. quia articulus. nume. 23. & sequen. vol. 4.

7 Et ista est cōmunis opinio, quod præscriptione tanti temporis, cuius in cōtrarium memoria nō extat, etiā ignorante superiore, merum quoq; imperium præscribatur. ita Glo. 1. & ibi Ang. in l. 1. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. Bal. in §. 1. quæ sint regal. Ant. But. in c. peruenit. col. 23. de censib. Alex. d conf. 6. vol. 1. Fely. in d. c. cum nobis. col. 2. in c. cùm ex officio. col. 3. in c. si diligenti. col. pen. & in c. de quarta. col. pen. de præscrip. & Cur. Iun. in d. conf. 61. nu. 3. & Natta cōs. 636. multa sunt. nu. 5. uol. 3. prout istam fore communé sententiā apertissimè ostendūt pleriq; ex memoratis Doct. Et ratio est, quia authoritate Principis hoc introductū reperitur. ita Bal. conf. 439. col. 4. vol. 3. & Crauet. conf. 10. nu. 11. *Cōis opin.*

¶ In contrariā uerò partē inclinanit Bal. cōs. 401. uol. 5. vbi planè deducit, quod cōmunis opinio est, quod in feudis Principum præscribendis requiratur eorum scientia, & Bal. inibi loquitur generaliter: adeò quod eius uerba uidentur trahi facilè posse etiam ad præscriptionē tanti tēporis, cuius initij memoria non extat in cōtrarium, necnon Oldra. in consil. 254 quia tota colum. 3. requirit. & exigit scientiam superioris in consuetudine iuri contraria. Et quòd in hac præscriptione reseruatorum Principi exigatur eius scientia, uel eius procuratorum, seu officialium, uoluit Boer. decis. 264. nume. 19 ubi tamen simpliciter loquitur, nulla aliter facta mentione Doct. asserentium contrarium. & scientiam ipsam superioris requirit denique etiam Abb. in d. c. cùm nobis. Cęterùm quicquid fabulentur præmemorati Doct. noli aliter à priori opinione in actu practico recedere. *Cōis opin.*

8 Cùm præscriptione ipsa centum annorum non solùm feuda præscribuntur, sed etiam aduersus eam restitutioni in integrum nullus est locus: secundùm Glos. in §. de cæterò in auth. vt de cæterò com. Bald. in l. 1. C. de annal. except. Curt. consilio pen. & Alciat. consilio 199. numero 55.

9 Et opinio ista ita explanata procedit etiam in consuetudine: cùm exploratum quippè sit, quòd consuetudo tanti temporis, cuius initij memoria non existit, habeat & habere absque dubio aliquo uideatur vim priuilegij, etiam in his, quæ Principi sunt reseruata. cap. super quibusdam.

busdam.§.prętereà.de uerb. signifi. & ibi not.& habetur in c.1.de rescript. in 6. & firmat Bel-
Cōis lcn.in d.consi.55. nume.3. ubi ad lucem adducit
opin. istam esse communem opinionem.
10 Nec non consuetudo hęc habet etiam effe-ctum publici instrumenti.ita Afflict.decis.239. In usu autem tanti temporis non procedit regu-la.l.quod in initio.ff.de reg.iur. prout Dec. expri mit ibi in 1.fallent.
11 Sed omnia præmemorata limitantur utili-ter quidem non sortiri aliter locum, ubicunque huiusmodi Principi reseruata competerent ali-cui priuato:tunc enim contra eum sufficeret pręscriptio ordinaria 30.uel 40. annorum: secundū Bal.consi.370.col.2.uol.3.& in c.1.quę sint rega. & Fely.in d.c.cùm nobis.col.2.de præscrip.
12 Similiterque pręscribitur triginta annorum curriculo ius non iurandi,præstandiq; dño iuramentum fidelitatis:vt per Granet.eleganter. cō sil.27.nu.6.Neuiz.consi.11.nu.8.& 16.
13 Itidem pręscribi 40.annorum circulo potest etiam ius non soluendi censum, etiam ecclesiæ. teste Paul.Castren consi.213.col.1.uol.2.& Granet.consi.57.num.8.

*SVMMARIVM.*

1 *Reus potest iuramentum deferre accusatori contra se, & si is iuraret, ob tale iuramentum confiteretur esse uerum.*
2 *Reus pati potest se cōueniri sine actione.*
3 *Periculum amans peribit in eo.*
4 *Reus in casu dubio est absoluendus.*
5 *Reus absoluendus est, ubicunque actor minus plenè probauerit.*
6 *Reus dicitur à re, quæ petitur: qui etsi conscius sceleris non sit, adhuc dicitur tamen reus quandiu in iudicio pro re ipsa uexatur.*
7 *Reus excipiens non uidetur ad probandum se astringere, nisi actor probaret: ex quo actori incumbit onus probandi.*
8 *Reus in decisione causæ magis fauēdus est, quàm actor; secus uerò in ordinatione, & formatione processus: tunc enim magis actori, quàm reo fauendum est.*

OPINIO DCXCIII.

1 REVS potest iuramentū accusatori deferre,& si instigator tunc iuraret, ob tale iuramentum crimen confiteretur esse verum: iuxta magis communem omnium in
Cōis opin. iure Scribentium sententiā variis in locis iuris nostri.cum qua concordat, & concurrit Ias.in l.ait prætor.col.fi.ff.de iureiu. & Boer.in decis.86.sub nu. 7. vbi meminit de præsenti communi opinione.
2 Quæ quidem confirmari posset vltra alias rationes adductas per pręcitatos Doct. hac etiam ratione. Nam reus ipse similiter pati potest se cōueniri sine actione:vt uoluit Bar.& Alex.in l. si Titius de ucr.oblig.& in l.si quis, aliàs Iulianus. §. quantum.ad exhibendum, & l. ubi pactum.ff. ff.de transaction.Cyn. & Bartol. in l. cùm mota. C. eodem titu.
3 Sed reus hoc casu maximo, euidentissimoque periculo se exponit:& sic cantari posset contra eum illud ecclesiastici 3. Qui amat periculum perhibit in eo.
4 Estò quòd indiscriminatim absque delatione iuramenti accusatori,reus in casu dubio foret absoluendus.l.Arrianus.ff.de act. & oblig. c. ex literis.de probat.l.qui accusare.C.de eden.& Io. Cephal.consil. 218. numero 4. & consi. 298. numer.18.uol.2.
5 Vndè caueat reus tanquàm ab igne à tali oblatione iuramenti : cùm ipse absoluendus quippè ueniat, cùm actor minus plenè probauerit.§.commodum instit.de interdi.d. c.ex literis, & d.l.qui accusare,& idem Cephal.consi.250. nume.1.uol.2.
6 Et quamuis reus dicatur à re, quę petitur, qui licèt conscius sceleris non sit: tamen dicitur reus quandiu in iudicio pro re aliqua petitur. c. forus.de uer.sig.
7 Nihilominus etiam reus excipiens non videtur ad probandum se astringere, nisi actor probaret.ita Bald.in l.alia.colum. 1. uers. Quæro nunquid.C.de his qui.vt indig.& in l. exceptionem. colum.pen.vers.Modo sequitur videre.C.de probat.quia actori incumbit onus probandi.d.l.qui accusare.
8 Quare ex his reus tanquàm prudens non debet ullo periculo se exponere,quantumuis minimo:cùm in decisione causæ interpretatio fieri cō sueuerit potius ad fauorem rei, quàm actoris prout in ordinatione,& formatione processus, & iudicij magis fauendum sit ipsi actori, quàm reo:secundùm Glo.Bart.nume.2.& alios in l. de die.ff. qui satisd. cogan. & Claud. de Battandier in pract.crim. in reg. 152. vbi ad lucem adducit istam distinctionem communem fore omnium Cōis
in iure Scribentium. opin.

*SVMMARIVM.*



1 *VASALLVS sciens malesficium committi contra personam Principis sui, uel contra patriam, & non propalans, seu reuelans, incidit in crimen lesæ maiestatis, & punitur ut rebellis. Quia scientia sola in crimine lesæ maiestatis ob delicti atrocitatem, & immanitatem non sequuto aliquo consensu, & consilio, est punib lis.*
2 *Filius sciens aliquem occisurum patrem suum, & non reuelans, licèt non sit delicti particeps, punitur vt parricida.*

## OPINIO DCXCIV.

1 CIENTIA sola in crimine læsæ maiestatis ob delicti atrocitatem, & immanitatem non sequuto aliquo consensu, consilio, & facto, est punibilis. Ideo vasallus sciens maleficium committi contra personam Principis sui, vel contra patriam, & id nō propalans, incidit in crimen læsæ maiestatis, & punitur vti rebellis: secundùm Bar. in l. vtrum. nu. 3. ff. ad leg. Pomp. de Parric. Ang. & ibi August. in add. in tracta. malefic. in uer. *Tu hai tradito la tua patria.* in uers. Quod crimen. num. 10. Salyc. in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. Ang. in §. publica. in fi. inst. de publ. iud. Afflict. in c. 1. §. & bona committentium. nu. 103. in tit. quæ sint regal. in vsibus feudorum, Calca. cons. 2. quòd autem. col. 4. Dec. in l. culpa caret. nu. 9. ff. de reg. iur. Marti. Landen. in tract. de crim. læs. maiest. q. 13. Abb. & Fely. in c. 1. de offic. deleg. Et in practica opinionem istā seruari dicit ibi Fely. & Ang. in locis præcitatis, & sequitur Bertachi. in suo reper. in uer. Scire. in ver. 14. vbi meminit se fecisse decapitari quosdā ex sola scientia tractatus non reuelati contra Summum Pontificem, & Augu. in d. add. ad Ang. refert quoq; aliàs se fecisse vnum potentem Dominum decapitari hac de causa, & Dec. in d. c. 1. nu. 35. asseuerat quòd ita obseruatū extitit Florentiæ, dum ipse legebat Pisis contra Renatum de Patiis, qui ob non reuelationem factam coniurationis contra rempublicā fuit decapitatus; & infinitos decapitari vidit Bononiæ Barbat. per istam Bar. sententiā, & ipse testatur in d. c. 1. nu. 26. Et eandē opinionē declarat Ioā. Cephal. consil. 75. nu. 6. 28. cum aliis seq. & consil. seq. nu. 60. cum cæteris seq. vol. 1.

¶ Sed contrariā partem tenuerunt nonnulli Doct. congesti per Fely. in c. quanto, de sent. excom. & in c. de cętero. col. fi. de re iud. vbi titubāter fatetur opinionem Bar. in praxi non obseruari, & nimis rigorosam esse ait Gigas, in trac. læsæ maiest. lib. 3. in tit. de pluribus & variis quęstionibus. q. 2. & Cassane. in consuet. Burgūdiæ. rub. 1. nu. 32. & iniquissimā appellat Marti. in sing. 164. nemo debet se submictere. & crudelē cōmemorat Barbat. in d. c. 1. nu. 26. & Bal. cons. suo incip. cùm quædā allegata sint. qui originaliter reprobauit cōsulendo Bart. & protulit ibi quędam fatua verba, quòd iudices sequentes Bar. doctrinam omnes sunt homicidæ, & quod anima Bar. ob hoc sepulta est in inferno.

¶ Nihilominus spretis uerbis. Bal. tanquàm vanis, & mordacibus, ipse sequor opinionē. Bart. quem tueri non posse ob temporis angustiā multum crucior. Cęterùm, iudicio meo, eius fœlix, benedictaque anima ob huiusmodi opinionem nō patitur detrimentum, nec afflictionem aliquam apud inferos, at quiescit in pace, & quiescet in æterna sæcula: pront in hoc proposito attestatur, & cōmemorat Franc. Coscius Decanus Senensis in c. 1. n. 39. de offi. deleg. Et opiniones istas conatur concordare distinguendo August. Berous in d. c. 1. & Claud. Aquen. & Bolog. in l. vt vim, sub nu. 85. ff. de iust. & iur. sed opinio ipsa Bar. est cōmunis. teste Alciat. licèt sub dubiis uerbis, in l. bona fides. nu. 20. ff. depositi, & in l. 4. §. Cato. nu. 25. ff. de uer. oblig. & in effectu communis, & verissima est, obseruaturque in practica: vt patet ex relatis apertissimè. *Cōis opin.*

2 Quæ quidem cōmunis procedit quoque in filio, qui sciens aliquem occisurū patrem suum, & non reuelans, licèt non sit delicti particeps, punitur vt parricida: secundùm Bar. in d. l. vtrum.

¶ Et quare anima Bar. crucietur apud inferos, non video rationem: cùm ex sententia Philosophi. Diis, & parentibus non possumus reddere ęquiualens; imò in fundamentis naturę Deus per potentiam suā non posset producere Socratem, vel Platonem non cōcurrentibus patre, & matre: vt habetur 2. phisicorū tex. cōmen. 26. quāuis Theologi putent Deum gloriosum supplere vices causarū particulariū, vt patuit in Adam. Nec obstat ratio Bal. in d. conf. q non reperitur lex, quæ dicat quòd quis propter solā scientiam mori debeat: quia respondeo, quòd transcendūtur fines legū criminis atrocitate, ex deductis per Bar. in d. l. utrū, & hoc in terminis tenent Ab. in c. 1. de rest. spo. & Dom. in c. negligere. 11. q. 7.

### SVMMARIVM.

1 SCIENTIA, *cognitio, & notitia eorum, quę publicè fiunt præsumitur apud eos, qui in loco conuersantur.*

2 *Præsumitur quis scire omnia quæ communiter sciuntur: & sic id, de quo est publica uox, & fama.*

3 *Ignorantia non probatur iuramento, vbicunque extaret publica uox, & fama de re ignorata.*

4 *Receptans famosum malefactorē per iuramentum prætendendo ignorantiam, id non excusat dolum suum.*

5 *Præsumitur sciri quod publicè fit: sed potest probari contrarium.*

6 *Bannū publicè emanatū præsumitur sciri ab omnibus.*

7 *Bannū præsumitur ad omniū notitiā peruenisse, vbicunque illud publicatū fuerit in locis solitis, & consuetis.*

8 *Bannum licèt non comprehendat alienigenas: tamen comprehendit subditos loci, ubi illud publicatum fuit.*

9 *Scientia præsumitur, ubicunque aliquid publicatum est in ualuis ecclesiæ, uel in alio loco publico: & allegans tunc ignorantiam non auditur.*

## OPINIO DCXCV.

1 CIENTIA seu cognitio eorum, quę publicè fiunt de iure præsumitur, & sic notitia apud eos, qui loco conuersantur faciliè, & absq; dubio aliquo præsumeretur: vt uoluerūt Glo. in c. 1. de postul. prelat.

prela.in verb. Allegans;& ibi omnes,Glo.in uer. Cognouerűt, in.§. qui anrem excusare se uolunt. instit.de excus.tut vbi Ang.Aret.& Port.num.7. Glo.in ver.Ostenderis in l. si tutor petitus.C. de peric.tut.vbi Bart.Bald.Ang.Saly. & omnes alij communiter,Soc.Iun.etiam cons. 31.nu. 36.& seq.uol.2.vbi istorum opinionem approbat,& affirmat esse communem.

Cöis opin.

2 Vnde præsumitur scire quis omnia, quæ communiter sciuntur,& consequenter id,de quo extat publica uox & fama,publicum notorium, & manifestum:secundum Glo. in d. l. si tutor petitus in uer. Ostenderis.

3 Et tunc si extaret publica uox & fama de re ignorata,ignorantia utiq; non probaretur iuramento.ita Glo.in c.nulli de elect.in 6.Glo.& Bal. in c.conuenticulas.col. 1. de pace iuram.firman.

4 Qui loquitur de receptāte famosū malefactorē, vt etiam per iuramentum non excuset dolū suū.

5 Et quanquam præsumatur sciri,quod publicè fieret;nihilominus tamen posset probari contrarium: vt firmauit Card.in Clemen.1.in 13.not. de foro competen.

6 Et hinc est, quòd proclama publicè emanatum,omnes scire illud præsumuntur.c.1.de postulat.prælat.c.fin.qui.matrim.accus.poss.c.1.§. fin.de concess.præben.l.sed & si pupillus.§. proscribere.ff.de institor.actio.l.si tutor: vbi Glo. & Bart. C. de pericul.tutor.Gloss. & Bartol. in l. 1. ff.de recepr.arbit. & Gloss.in c.exceptionem.§. fin.de exceptionibus.

7 Et eo magis bannum ipsum præsumitur peruenisse ad omnium notitiam, vbicunque illud promulgatum,publicatumque fuerit in locis solitis,& consuetis: vt explicat,& demonstrat Vrsill.in add. Affl.in decis.200.nu.7.

8 Et licèt bannum hoc non comprehendat alienigenas extra territorium iudicis bannientis cōmorantes,illudque edictum ignorantes: tamen dubio procul comprehenderet subditos loci, vbi bannum extitisset publicatum.l.fin.ff. de decret. ab ord.facien.Bar.in l.cunctos populos.num. 21. C.de summa Trin.& fid.catho.Bald.in l.1.col.3. C.de hæred.instit.Alex.cons.90.vol.7.Ias.consil. 183.col.2.vol.1.Marsil. cons.121.& Paris.cons. 171.sub num.6.& seq.vol.4.

9 Itaq; publicatum in valuis ecclesię,vel in alio loco publico, illud,quod ignorari allegatur, non excusat allegantem ignorantiam,sed übi imputatur,si non sciuerit: quia hoc casu facilè præsumitur scientia. Clement. vnica de concess. præben.& ibi Glo. & Dec. consil. 160. in causa monasterij, sub num. 5.

*SVMMARIVM.*

1 *SCRIPTVRAM producens minus solennem in iudicio contra aliquem, non potest acceptare in parte, & in parte non, etiam si capitula sint separata: sed ipse contra quem producitur debet eam in totum acceptare, aut in totum repudiare. quod equidem vtiliter, & fusissimæ declaratur.*

## OPINIO DCXCVI.

1 SCRIPTVRAM minus solennem contra Titium productam per Semproniū,non potest ipse Titius acceptare in parte,& in parte nō,etiam quando capitula sint separata:secundùm Corn.cons. 81. col.penul.vol.4. sed debet fieri acceptatio in totum,aut in totum repudiari.

¶ Contrarium verò sentit Bar.in l.quædam. §.nummularios.ff.de edendo,& l.Aurelius.§. itē quæsijt in fin.ff.de lib.leg.& in l.publica.§. fin.ff. depositi. vbi ipse docet modum quando sit vnū capitulum,& quando diuersa. Et istam opinionē Bar.sequitur Abb.in c.2.de fide instrum.& cons. 36.colum.fin.vol.2.Ant.de Butr.& Imol.in c.bonæ il 2.extr.de postul.prælat. & in c.ex parte decani extr.de rescrip.Roma.consil.346.colum.1. Ias.in repet.l.admonendi. colum.50. ff. de iureiur.& ibidem Ripa.num.123.idem Ias.in l.non solùm.§.morte.colum.14. ff. de oper.nou.nunc. vbi rationem adducit: quia approbatio scripturæ dependet à potestate approbantis, seu acceptantis. Et huiusmodi sententiam sequitur etiā Guido Papæ.q.503.& pleriq; ex prętitatis Doct. asserunt eam esse communem, & Bellon. consil. 46.num. 11.& sequen. Cöis opin.

¶ Quæ communis ita retenta tanquam verissima limitatur nō habere locū in scriptura alicuius administrationis, vt putà in libro rationis tutoris: nam si aduersarius vellet acceptare in parte, tenebitur stare in toto propter vnitatem officij sui.l. cùm quæritur.ff. de admin. tut. & in istis terminis loquuntur Corn. in d.consil.81. & Ang.in l.sumptus.C.de admin.tut.vbi ait quòd excepto libro rationum administratoris, & in alijs scripturis potest fieri acceptatio in parte tātùm,quando capitula reperiuntur separata.

¶ Choarctatur similiter isthæc communis non procedere in priuata scriptura facta manu alicuius tertij: illa quippe non potest in parte acceptari, etiam in capitulis separatis:secundùm Ias.in d.l.admonendi.col.50.

¶ Limitatur postremò ista communis non procedere quando iudici aliud causa cognita uideretur,& ex verisimilitudine,ac qualitate personæ scribentis, quòd etiam contineat in alijs partibus liber veritatem. Verbi gratia, si ageretur de modica summa, & scribens ipse sit bonæ famæ. ita Bald.consil.156.colum.2.volum.3. & sic secundùm Bald. hoc videtur residere in iudicis arbitrio: & sequitur Dec. in cap.2.colum.6. de fid.instr.& in l.1.colum.2.C.de eden. Et circa materiam scripturæ aliqua scrips:mus infra in verb. Testes in scriptura priuata &c. 1

SVM-

SVMMARIVM.

1 DOCTORES veniunt appellatione scholarium, & professorum.
2 Scriptores non ueniunt appellatione scholarium, aut studentium.
3 Scholares comprehendunt etiam iura loquentia de socijs; & sic iura de socijs loquentia possent adaptari ad scholares, et alios socios in eodem cœnaculo habitātes.
4 Scholares stantes in eadem domo possunt dici socij: nec unus eorum potest esse iudex in causa alterius.

OPINIO DCXCVII.

1 SCHOLARIVM, vel professorū appellatione veniunt Doctores: vt latè per Abb. col. 2. & seq. & Fely. in proœ. Gregor. Barbat. in c. ex literis. num. 9. de constit. & Iacob. Mandell. cons. 27. num. 6.

2 Sed appellatione ipsorum scholarium, aut studentium, vtique non veniunt scriptores aliquo modo: secundum Glo. singul. in Clem. 1. de elect. Ant. cæterosq; omnes, & præsertim Barbat. nu. 13. in c. ex rescripto. de locat. vbi istam esse communem opinionem existimat. Cōis opin.

3 Vnde iura loquētia de socijs adaptari possent ad scholares, & alios etiam in eodem cœnaculo habitantes. ita Abb. in c. inter dilectos in fin. sub num. 18. de fide instrum. vbi allegat Azonem in l. præscriptione. ff. de his, qui deiec. vel effud. & Specul. in tit. de iud. in §. 2. in ver. circa hoc quæritur. & explanat hoc procedere in fauorabilibus, non autem in odiosis.

4 Nam scholares commorantes in eadem domo possunt dici socij: nec vnus eorum potest esse iudex in causa alterius: secundùm Abb. in c. cum R. canonicus de offic. delegi

SVMMARIVM.

1 SENEX ætatis decrepitæ torqueri non potest; & si tortus confiteatur, & ratificet etiam ad banchum iuris, non ei præiudicat confessio.
2 Senex dicitur ab ætate quinquaginta annorum vsque ad septuaginta, & consequenter senes dicuntur, qui sunt septuaginta annorum.

OPINIO DCXCVIII.

1 SENEX ætatis decrepitæ torqueri non pōt. l. 3. §. igno scitur. ff. ad Syllan. vbi Bar. hoc expressè firmat, & in l. de minore. ff. de quæstion. in princip. Brunus in tract. de indic. & tort. in 4. q. nu. 18. post Odofred. & Gozadin. ibi relatos per eum, & Grammat. decis. 34. num. 5. vbi tenet, quòd senex non excusatur à tortura, sed decrepitus, qui est post annos senectutis, & ista est cōmunis opinio: ut asserit Pau. Grilan. in trac. de quæst. & tor. Cōis opin. in quæst. incip. Sextò quæro, an omnes pœnæ in distinctè. nu. 2. fol. 407. licèt ibi teneat expressè contrarium. Quicquid ipse dicat, ac suadeat ob hoc à præfata communi non esse recedendū duxi: quam approbat per plures rationes Tiraq. in tract. de pœnis remittendis, aut temperandis. causa. 8. num. 1. cum seq.

¶ Imò retenta communi opinione, dic fortius, quòd confessio emanata à prædicto sene, ac etiā ratificata, nulla videtur, nec eidem in aliquo præiudicat: ut uoluit Glo. Bar. & alij in l. pcnul. ff. de quæst. Gandin. in tract. maleficiorum, in rubr. de quæst. Marsil. in l. 1. ff. de quæst. num. 24. & cons. 14. colum. 2. Alex. cons. 5. uolum. 1. Gram. consil. crim. 37. colum. 2. & seq. voto 6. colum. 2. & Capicius decis. 145. Et istam Bart. opinionem in d. l. pen. communiter intelligunt Docto. passim in Cōis opin. confessione expressè ratificata etiam ad banchum iuris, & in expressa perseueratione dictę cōfessionis. ita tenet Alex. consil. 52. colum. 2. uol. 3. Marsil. in d. l. 1. Ang. Aret. & ibi latius August. de Arim. in tract. de malefic. in verb. fama publica. num. 36. & Marsil. in d. l. pen. quia quousque personaliter detinetur, idem metus durare præsumitur, & ibi latius per eum, qui dicit plures liberasse à pœna mortis; & plures alios citat Grammat. consil. crim. 37. nume. 8. Ias. consil. 78. verb. pari ratione, lib. 6. nec confessio. idem tenet Alciat. in c. 1. nume. 52. de offic. ordin. & Paris. cons. 63. in fin. uolum. 4. ex quibus apparet istam esse communem opinionem, vt Doct. supra relati audacter attestantur, & alij passim. Cōis opin.

2 Et his accedit, quòd senex dicitur ab ętate quinquaginta annorum usque ad septuaginta: & consequenter senes dicuntur, qui sunt septuaginta annorum: vt per Glo. magistram in proœm. 6. & ibi plenè Ioan. And. & Grammat. in allegata decis. 34. & Lallus de Tuscia in constitut. Regni, In pecuniarijs. num. 10. lib. 2.

¶ Sed Astrologi, secundum astra, quæ corpora nostra regunt, & tanquam periti in arte, procedendo sentiunt contrariū, videlicèt, quòd homo non dicitur senex, nisi ab anno quinquagesimo septimo; & sic senectus venit inchoāte ipso anno quinquagesimo septimo: vt resoluit, & egregiè discurrit Vincētius Maxilla in consuetudinibus ciuitatis Bari in consuet. Inter milites. num. 56. in tit. de immun. no. ciui. fol. 29.

SVMMARIVM.

1 SENTENTIA iudicis, quæ transiuit in rem iudicatam habet præsumptionem pro se, siue lata fuerit in præsentem, siue in absentem, & contumacem verum uel fictum. Nā sententia cuiuscunque iudicis postquam transiuit in rem iudicatam habetur

*betur pro veritate, & ex ea resultat præsumptio iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio, nisi per confessionem partis, maximè si esset lata de antiquo.*

2 *Sententia ad hoc vt dicatur lata de antiquo, vt pro ea præsumatur, etiam in ea non facta mentione solenniũ, & actorũ, relinquitur iudicis arbitrio, attenta qualitate eius qui ipsam sententiam tulit.*

3 *Præsumitur in dubio magis pro sententia vnius iudicis maioris, quàm inferioris.*

4 *Laudum arbitratoris habet præsumptionem pro se, pendente etiam reductione ad arbitrium boni viri.*

5 *Decretum iudicis habet præsumptionem pro se, vt præsumatur adhibitum causa cognita, etiam quòd in specie non exprimantur solennia requisita ad ipsum actum super quo decretum interponitur.*

6 *Sententia habet præsumptionem pro se postquam transiuit in rem iudicatam, etiam si pæna iuris alterata reperiretur.*

7 *Processus habet præsumptionem pro se, & sic præsumitur pro rectitudine ipsius processus, siue fabricatus sit contra præsentem, & non reluctantem, siue etiam contumacem verum, vel fictum.*

8 *Processus non habet præsumptionem pro se vbicunque fabricatus foret contra absentem, de cuius contumacia non appareat, utputà quia nõ constet de citatione, & alijs ad contumaciam necessarijs.*

9 *Executio rei iudicatæ pertinet ad eundem iudicem, qui sententiam promulgauit, & sic ad primum iudicem à quo, ubicunq; infra legitima tempora non appellatur, vel interposita appellatio non prosequatur.*

## OPINIO DCIC.



1 SENTENTIA iudicis, quæ transiuit in rem iudicatam habet præsumptionem pro se, siue lata fuerit in præsentem, siue in absentem, & contumacem verum, vel fictum: secundùm Specul. Io. And. in §. vt autem de sentent. prol. Ioan. Cald. & Abb. in c. quoniam contra, de prob. & alios communiter ibi, Marcum Antonium Blanchum in tract. de compromissis. q. 9. de effectu sententiæ. num. 10. Imol. & Ant. de Butr. in c. in præsentia, de renunc. vbi subdit ipse Imol. hanc esse communem opinionem, & in c. in iure, de off. delega. colum. 12. & in c. in præsentia, de remiss. & latissimè Roma. in l. sciendum. colum. 24. ff. de verb. oblig. Grammat. decis. 24. num. 5. & 13. & Moder. in d. c. quoniam contra. Et ratio est: quia sententia postquam transiuit in rem iudicatam cuiuscunque iudicis fuerit, habetur pro veritate. l. res indicata. ff. de re iud. c. cùm inter, de re iud. & ex ea resultat præsumptio iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrariũ, nisi propter confessionem partis. vt not. Bart. in l. Iulianus verum debitorem. ff. de condic. indeb. & Bald. in l. filium quem habentem. C. famil. ercisc. & in l. cùm quis. C. de iur. & fact. ignor. & Cepol. in caut. 23. — *Cōis opin.*

¶ Et præsertim hoc procedit vbicunque sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, lata esset non de recenti, sed antiquo, vel longinquo, & tùc præsumitur pro sententia etiam si in ea non esset facta mentio solennium, aut actorum: secundùm Hostien. in c. cùm inter, de re iud. Inno. in c. cùm in iure de offic. deleg. Bart. & Curt. Iun. in l. admonendi. num. 250. ff. de iureiuran. & Aret. cons. 36. colum. fin.

¶ Paul. verò Castr. sibi parùm constans cons. 76. colum. 2. lib. 2. tenuit contrarium, vbi ait, quòd non præsumitur pro sententia in antiquis, etiam quò ad acta, nisi de eis fiat mentio in sententia. idem uoluit Bal. cons. 204 col. 2. vol. 3. Idemque videtur tenere Alex. consil. 123. col. 2. vol. 2. Sed prima opinio Innoc. videtur magis communis: vt scribit Curt. Iun. in d. l. admonendi. nu. 250. *Cōis op. n.*

2 Et prædictis accedit vtiliter, quòd antiquum tempus, quò ad hoc, dicitur viginti annorum: argumento. c. cùm venerabilis, de except. & facit tot. tit. C. de præscript. long. temp. 10. vel. 20 annorum, & ita tenet Calder. in d. c. quoniam contra. quem sequitur Abb. cons. 61. col. pen. lib. 1. & Calca. cons. 8. col 4.

¶ Sed opinio illorum mihi parùm satisfacit, ex quo alteram sententiam huic de directo contrariam reperio, & forsan veriorem, quòd in præmissis tempus dicitur antiquum, quando post latam sententiam esset lapsum bienniun: vt tradit Bal. in l. vnica. C. ne lic. in vna, eademq; causa ter. prouoc. post Hostien. in d. c. in præsentia, idemque voluit Ioan. Andr. in nouella, Ang. in l. quæcunque. §. fin. ff. de public. Bal in c. 1. de milite vasa. qui contumax est, Bertach. in 3. part. sui repert. in vers. Sententia præsumitur, aut et si. Alexan. in l. fi. §. illud. ff. quando appellan. sit, in add. ad Bar. ante fin. & Gramm. post alios relatos ibi per eum, in decis. 24. nume. 7. & seq. subdens ibi istam esse verissimam opinionem.

¶ In contrariam uerò partem videtur inclinare Bal. in d. c. 1. citans Inno. in cap. Albericus, extr. de testib. & idem Bald. in c. 1. quo tempore miles, quòd imò requiratur, vt sit lata sententia ipsa multum de antiquo. Cæterùm neutram ex istis duabus opinionibus sequor: cùm ambæ erroneæ appareant: vt infra apertissimè ostenditur.

¶ Tertiam opinionem circa præmissa reperio quòd ad hoc, vt dicatur sententia antiqua, sufficit tempus decem annorum: secundũ Host. in d. c. Albericus. quē sequitur Ang. in d. c. quoniam contra. Alexan. cons. 123. colum. 2. lib. 2. Gozadin. consil. 130. vel 137. colum. fin. & Veronen. cons. 26. colum. 4.

¶ Quarta etiam affertur sentẽtia, quòd antiquum tempus circa hoc tunc dicatur, quando fluxi, elapsiq; discernantur centum anni: quæ cõmuniter per Doct. approbatur, attestante Dec. cons. 321. colum. 3. Alex. in l. cum aliquibus. C. de iure *Cōis opin.*

de iure deliber. & Marco Antonio B'ancho in dicto tract. de compromissis in 9. quæst. de effectu sententiæ, sub nume. 11. versic. primo casu.

¶ Quintam vltimo loco reperio opinionem, iudicio meo, magis tutam & æquam, & sequendam fore suadeo. quæ quidem est ista, quòd totũ hoc committi, & relinqui debeat iudicis arbitrio, quando sententia ipsa dicatur lata de antiquo, vt pro ea præsumatur, etiam in ea non facta mentione solennium, & actorum: & istam opinionem sequitur, & tenet Ioan. Calder. in d. c. in præsentia, Alex. cons. 219. colum. 4. lib. 6. consil. 17. colum. 3. lib. 4. Aret. cons. 36. col. fin. & istam

Cõis opin. ponit esse communem opinionem August. Ber. in d. c. quoniam contra num. 252. & alij Modet. ibi, qui quidem iudex variè arbitrari posset secundùm qualitates iudicũ, qui pronunciarunt.

3 Quia magis absque dubio præsumeretur pro sententia vnius iudicis maioris, quàm inferioris in dubio. l. 1. ff. de offi. præfe. præto. nor. Bald. in l. tutores. ff. de confirm. tut. Ias. in l. pacta nouissima, in 3. notab. C. de pactis, & in rub. C. qui admitt. colum. 2.

¶ Et hoc procedit, quando iudicis maioris qualitas non esset nota iudici arbitranti: si enim manifesta esset, & iudicem sciret imperitum, præcipitem, aut minus integrè, arbitrium eius considerabit tempus longius, quàm in iudice recto, integro, perito æquè, & inculpato. Vbi verò tempus exactum esset annorum 30. illud sine dubio videtur sufficere: secundùm Veronen. consil. 63. colum. 2.

4 Ampliatur prædicta communis, quòd sicut pro sententia præsumitur, ita pro laudo præsumendum est: secundùm Alex. in l. sciendum. ff. de uerb. oblig. Bald. in l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbitr. & Doctor. in cap. quoniam contra falsam, de probationibus.

¶ Quod procedit de plano in laudo arbitratoris, vt habeat præsumptionem pro se: secundũ

Cõis opin. communem opinionem omnium: Scriben. quã celebrat, & citat Dec. in d. c. quoniam contra. nu. 184. Lanfranc. de Oriano, Parif. & Berous ibid.

¶ Similiter hoc procedit in laudo, quod in dubio pro eo præsumitur etiam pendente reductione ad arbitrium boni viri: vt concludunt omnes

Cõis opin. indifferenter in cap. quoniam contra, præsertim que Dec. ibi nu. 186.

5 Ampliatur quoque ista communis, quæ habet, quòd præsumatur pro sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, nõ solùm procedere in sententia, verùm etiam in quolibet decreto iudicis;

Cõis opin. imò Doct. in d. c. quoniam, communiter conueniunt quòd præsumatur adhibitum causa cognita, etiam quòd in specie non exprimãtur solennia requisita ad ipsum actum, super quo decretum interponitur. & loquuntur Doct. etiam in actu, in quo tales solennitates remitti non poterant, vt in alienatione bonorum ecclesiæ, vel minoris, & illa exempla, & alia similia ponunt Doctor. In l. cùm hi. §. si prætor. ff. de transaction. vbi Bald. & Paul de Cast.

6 Itidem antedicta communis, quòd præsumatur pro sententia, postquam transiuit in rem iudicatam, ampliatur etiam, si pœnam iuris alteratam esse reperiremus: vt tradit Dec. in c. consuluit ad fin. de appel.. post Bar. in l. quid ergo. §. pœna grauior, de infam. col. 11. Cõis opin.

7 Sic etiam præsumitur pro rectitudine processus, siue sit fabricatus contra præsentem, & non reluctantem, siue etiam cõtumacem verum, vel fictum: vt per Felyn. copiosè, qui hanc dicit esse communem opinionem in d. c. quoniam contra. colum. 16. vers. quarta conclusio, vbi quoque qui vult dicere solennitates non fuisse seruatas, producat acta &c.

8 Quod tamen limita, vt non procedat, quando fuisset lata sententia, & fabricatus processus contra absentem, de cuius contumacia non appareat, vt quia non constet de citatione, uel alijs ad contumaciã necessarijs. ita in terminis Cor. cons. 17. vol. 1. litera L. & seq. Et ita habui in facto in curia nostra seculari, & obtinui de anno 1570. existente iudice D. Thoma de Sico de Ciuitate Capaniæ, viro summi ingenij, & ita etiam obtinui superioribus annis in Regia Aprutina Audientia, dum erat ibi Auditor dignissimus, & celebratissimus D. Leonardus Ansantus Neapolitanus.

9 Et aduerte, quòd executio rei iudicatæ; & sic postquam sententia transiuit in rem iudicatam, spectat, & pertinet ad eundem iudicem qui sententiam promulgauit, & sic ad primum iudicem à quo, vbicunq; infra legitima statuta tempora non appelletur, vel interposita appellatio non prosequatur: secundùm Bart. Bald. & alios in l. si contra. C. de appell. & l. præcipimus. §. officijs. C. de iudic. & Marant. qui ponit hoc pro regula cum 4. limitat. in tract. iudic. in 6. part. actu 3. & vltimo. num. 2. cum alijs seq. fol. par. 193. & sequitur etiam, nonnihilq; declarat Octau. Vestr. in sua pract. lib. 8. titu. seu rub. de executione rei iudicatæ, expensarum taxatione, & fructuum liquidatione, ver. Si dices, fol. par. 153. vbi prædicat istam esse communem theoricam. opin. Cõis

## SVMMARIVM.

1 SENTENTIA lata per iudicem finita instantia est nulla.

2 Sententia lata pro mortuo non valet.

3 Instantia litis non finitæ non transit in hæredem ipso iure, sed debet citari ad uidendum translationem iudicij in ipsum faciendam.

## OPINIO DCC.

1 SENTENTIA lata per iudicẽ, finita instantia, est nulla: secundùm Bal. in l. obseruare. §. proficisci, in 3. q. ff. de offic. procon. & in c. 1. si de inuest. inter domi. & vasal. lis ori. in vsib. feud. & in l. properandum. col. 3. C.

3.C.de iudicijs, Abb.in cap.venerabilis, de iud. Fely.post eundem Abb.in c.de causis de off.deleg.Rom.consil.425.& 427.Paul.de Cast.consil. 324.videtur dicendum. Facit tex.in auth. ei qui. C.de temp. appell.Grammat.consil.ciuili 165. num.4.& firmat Paris de Put. in tract.syndic.in ver.Sententia in prin.vbi dicit instantiæ lapsum non suppleri per c.detestantes in Regno, & ista Côis opin. est communis opinio: vt per Moder.in dicto cap. de causis.

2 Nec sententia lata pro mortuo valet: vt ex cõmuni opinione tradit Ioachimus in obseru.85. nu.1.cent.1.Imò tunc sententia ipsa etiam contra hæredem, & contra procuratorem defuncti nihil operabitur: ideo talis sententia exequi nequiret modo aliquo contra hæredem. l. in summa.§.fin.ff.de re iudic.& ibi Doct.

3 Sed vt instantia ipsa cœpta cũ defuncto transferatur in hæredem, debet necessariò de nouo citari hæres, vt compareat ad declarandum si sit filius, & hæres, & ad videndum translationem, & transfusionem iudicij in eum faciendam: qua citatione expedita, & notificata hæredi, iudex profert decretum, quòd iudicium in eum transferatur, & ita proceditur ad ulteriora in causa vsque ad sententiam vno verbo repetendo omnia acta, & agitata superioris agitati iudicij. nec instituitur nouus processus cum hærede: secũdùm Bar.in l.Lucius.§.rogatus.ff.ad Trebell.& ita seruatur in magna Curia Vicariæ, & in omnibus alijs curijs: attestante Carauita in ritu 234. nu. 6.& sic multoties vidi obseruari, & practicari, in curia nostra Aquilana. Sed contrarium ait obseruari in Camera Imperiali Ioachimus d.obseruatione 85.num.2.quòd sententia lata pro mortuo non sit nulla, verùm pro ualida habeatur, & constito de morte principalis post latam sententiam transfertur iudicium, & instantia in hæredem, & subsistit sententia ipsa.

*SVMMARIVM.*

1 *SENTENTIA transfert dominium in rei vendicatione, & consequenter agens rei vendicatione, & per iniuriam iudicis dominus declaratus sit, transiret dominium in eum tunc eius rei, de qua ageretur.*

## OPINIO DCCI.

1 SENTENTIA transfert dominium in rei vẽdicatione: & sic Titius agens rei vendicatione contra Mœuium, & per iniuriam iudicis dominus declaratus sit: tunc vtique in eum transiret dominium eius rei, de qua ageretur: secundùm Gloss. Dyn.Iacob.de Arena, Guil.Rayner.Oldrad.Ias. num.43.& alios in l.ex hoc iure.ff.de iust. & iur. Cyn.& Iac.de Arena in l.1.C.communia vtriusque iud.Glo.Bar.Imol.Alex.Ang.& reliquos cõmuniter in l.Pomponius.§.si instit.ff. de acquir. poss.Glo.in §.fi.instit.de offic.iud.Calder.& Cardin.in c. proposuit per text.ibi, de concess.præb. & ista est communis opinio: secundùm plerosque Côis opin. ex citatis Scrib. & venit amplectenda tanquam verissima, non obstante quòd aliqui tenuerint contrarium.

*SVMMARIVM.*

1 *LAVDVM, seu sententia nulla, licèt regulariter non valeat, nihilominus potest confirmari consensu partium, & ipsa sententia non valeret in vim sententiæ, sed in vim pacti.*

## OPINIO DCCII.

1 LAVDVM, seu sententia lata à iudice in competente, & sic nulla, quomodocunque sit: licèt regulariter non ualeat, potest tamen partium consensu confirmari. Sed advertendum quòd hoc casu non ualeret sententia ipsa in vim sententiæ, cæterùm in vim pacti: ut est tex.cum Glo. communiter approbata in l.2.C.comm.vtr.iud. quam sequitur Roma.cons.173.in fin.& cons.175.nu.4.Afflict. decis.117.promissio in fin. & Cæsar Vrsillus in add.ibi.nu.1.& Dec.cons.475. in causa.colum. penul.& in c.ex parte, il 2.nu.72. de offic.deleg. & in cap.significante sub num.17. & sequen. de appellat. & Soc. consil. 220. visis compromisso, num.3.volum.2. Sen. tẽtia. Côis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *SENTENTIA lata de nocte, quasi extra tẽpus statutum à lege prolata, & quando potestas iudicis suspensa videtur, non valet, nisi ambæ partes essent præsẽtes, & non contradicerent, nisi vltima dies instantiæ, & iurisdictionis esset inspiratura; & nisi expressus partiũ consensus accederet; & nisi quando iudex multitudine negotiorum impeditus de die pronuntiare non potuisset, & nisi consuetudo in loco vigeret, vt nocturno tempore sententia feratur, quo casu debent esse tria luminaria accensa.*

2 *Laudum prolatum per arbitros de nocte non valet.*

3 *Sententia arbitratoris assumpti de iure, & de facto pro lata de nocte non valet, neque tenet.*

4 *Nox dicitur quando tenebræ sunt super terram, et quã do quis de facili non cognoscitur.*

5 *Iudices, seu officiales, causas audientes, matutino, mox, meridie, & demum vespere, idest ante noctem sedere debent de iure cõmuni, et de iure Regni Neapolitani.*

6 *Appellari ita potest noctu à sententia, quẽadmodũ etiã permissũ est die feriata appellationẽ ipsã interponi.*

OPI-

## OPINIO DCCIII.

1 ENTENTIA lata de nocte, quasi extra tempus statutū à lege prolata, & quā do potestas iudicis suspensa videtur, non valet: secū dùm Glo. Bart. Abb. Bald. Ang. Paul. de Cast. Alex. & Ias. qui asseruit opinionem

Cōis opin. istam esse communem, in l. non minorem C. de transact. & in l. more, vbi Gloss. & alij ff. de fer. & Iaffredus in decis. 412. vbi scribit quoque istorū sententiam esse communem: & sequitur Ferrar. in sua pract. Papiens. in forma sententiæ diffinitiuæ. §. 1. num. 37. Glo. Ang. & omnes in §. omnis instit. de verb. oblig. vbi ipse Ang. inquit opinionem præmissam Bart. seruandam fore, & quòd recedens ab ea litem suam faceret; & inquit cōmunem, declarat, & sequitur pariter subtilissimus, & celeberrimus in legendo, & consulendo hac tempestate D. Thobias Nonius Perusinus in d. §. omnis. num. 22. & seq. Maranta in tract. iudiciorum in 6. par 3. & vltimæ partis, in 1. actu. n. 92. fol. par. 158. & Cauens. in pragmat. 20. odia, quæ inter coniunctos. nu. 60.

2 Vbi cum alijs citatis per eum ampliat hoc procedere etiam in laudo per arbitros prolato de nocte.

3 Sed vtique non procederet in sententia arbitratoris assumpti de iure, & de facto: quæ cum sit quædam transactio, prolata de nocte valet, & tenet: secundùm Ferrarien. in d. pract. Papien. in forma sententiæ diffinitiuæ. §. 1. sub num. 37. Paul. Castren. in d. l. more in fin. & Marcum Antonium Blanchum in tract. de compromissis quæst. 1. num. 26.

¶ In contrariam verò partem inclinauit Hostien. in summa de iud. §. qualiter, & Glo. & Butr. in c. consuluit ext. de offic. delega. Quorum opinio procederet absque dubio, quando ambæ partes essent præsentes, & non contradicerent, quādo vltima dies instantiæ, & iurisdictionis expiratura esset, aut quando accederet expressus partium consensus, siue quando negociorum multitudine iudex impeditus de die pronunciare non potuisset, aut quando consuetudo in loco vigeret, vt nocturno tempore sententia feratur; & sic in omnibus istis casibus prædicta Hostien. opinio procederet, & sententia lata de nocte valeret, & teneret: prout communiter declarant Do-

Cōis opin. ctores in locis præcitatis, & Canonist. in d. c. cōsuluit, vbi Fely. Ioan. And. in add. Specul. de senten. §. iusta colum. 4. in ver. de nocte, Ias. in d. l. non minor. m, & Iaffred. in d. decis. 412. vbi meminit de ista communi. Et prædictas limitationes, seu declarationes, & alias quamplures posuit vberius, vtilius, ac distinctius, quàm alius quem hucusque uiderim D. Thobias, in d. §. omnis.

4 Et aduerte ad præmissorum declarationem, quòd nox dicitur quando tenebræ sunt super terram: adeò quòd homo de facili non cognoscitur. c. si perfodiens, extr. de homic. quem text. ad hoc citat Ang. in l. 1. C. de cust. reor. declarat Bal. in d. l. more, in prin. & refert Dec. cons. 354. in casu, in fi. Et aduerte etiā, quòd qñ sententia ipsa fertur de nocte in dictis casibus, tria luminaria adesse debent: secundùm Bar. Ang. & omnes in d. §. omnis. & ego tam in causis ciuilibus, quàm criminalibus multoties in Regno dum eram in iudicandi potestate constitutus, impeditus de die, nocte protuli sententias, tribus tamen luminaribus accensis. & ita vidi obseruari multis nicibus me patrocinante.

5 Quāuis iudices non teneantur, nec cogi aliquo modo possint ad pronunciandū de nocte de iure communi. Nam magistratibus, temporibus vespertinis in publicum esse non conuenit. l. 2. §. deinde cùm esset. ff. de orig. iur. sed causas audiēres matutino, mox meridie, & demum uespere, idest ante noctem, sedere debent. §. sedebunt in auth. de iudic. & hoc idem in Regno sancitum reperio in constitutione, Baiulos, disponente, quòd omnes iudices à mane vsque ad vesperas præter necessarias horas comestionis, & somni, sui copiam omnibus præstare teneantur.

6 Et quanquam sententia noctu ferri nequeat: nihilominus tamen ab ea benè noctu posset appellari: secundùm Bal. in auth. hodie, colum. fin. C. de appell. sicut etiam die feriata potest similiter appellatio interponi. l. 1. & ibi Bart. C. de ferijs, & l. Diuus circa fin. ff. eod. tit.

### *SVMMARIVM.*

1 *SENTENTIA expertorum, & peritorum in arte, qui de credulitate iurant, & non de veritate, nunquam transit in rem iudicatam: ita quod perpetuò ab ea potest appellari, & potest retractari post tempus datum ad appellandum si superueniret dictum aliorum magis peritorum, qui contrarium dicerent, quàm primi periti æstimauerunt, & iudicauerunt.*

2 *Sententia expertorum, vel peritorum à qua extitit appellatum, perempta instantia appellationis per anni cursum, prout in cæteris causis mandatur executioni.*

3 *Sententia peritorum, & expertorum accedente ambarum partium consensu assumptorum non potest retractari.*

## OPINIO DCCIIII.

1 SENTENTIA expertorū, peritorumq; in arte, vt sunt medici, obstetrices, æstimatores & similes, qui de credulitate iurāt, & nō de veritate, nūquā transit in rē iudicatā: ita q perpetuò ab ea potest appellari, ac potest retractari, reuocatique ipsa senten-

sententia post tempus datum ad appellandum si superueniret dictum aliorum magis peritorū, qui contrarium dicerent, quod prædicti imperitè æstimauerunt, & iudicauerunt: secūdùm Io. And. in add Specul in tit. de homic. §. fin. vers. sed pone, Bald. in l. si ab hostibus §. si vir. ff. solut. matr. Ang. in l. quòd si mancipium. ff. de ędil. edic. Anton. & omnes in c. proposuisti, de probat. Ias. in l. admonendi. ff. de iureiur. Barbat. & Dec. nume. 42. cum alijs seq. in d. c. proposuisti. Maranta in tract. iudiciorum, in 6. par. in 1. actu. nume. 131. fol. par. 159. & Marsil. in l. 1. §. fin. alias, si quis vltro. ff de quæstionibus nu. 55. vbi scribunt istam esse communem opinionem: & ita consuluit Io. de Amicis, consil. 102. vbi, nume. 5. pariter dixit istam communem sententiam fore: prout asseruit quoque Grammat consil ciuili 118. num. 2. & Cagnol. in reg. consilij ff de reg. iur. nume. 32. Et sic secundùm memoratam communem opinionem si iudex tulisset sententiam suam, secundùm dicta aliquorum peritorum asserentium aliquod vulnus esse lætale, ob quod iudex condemnasset vulnerantem ad mortem, & alij postea peritiores recognito vulnere deponerent cōtrarium eius, quod deposuerant primi, scilicet, uulnus non esse mortale: tunc quippè, vt supra ostendimus, deberet retractari, & annullari. Cōis opin.

2 Sed si appellatio interposita ab hac sententia expertorum vtique curreret, & periret instantia appellationis unius anni circulo, quemadmodū in cæteris iudicijs, & posset ipsa sentētia exequi: ut in cap. ex ratione de appellat. & ita consuluit Gram nat. in d. cons. ciuili 118.

3 Item interpretatur dicta communis non habere locum vbicunque experti assumpti forent accedente ambarum partium consensu: tunc quippè sententia istorum retractari nequit: secundùm Ias. in d. l. admonendi. colum. 22. & Maranta vbi supra.

*SVMMARIVM.*

1 *ENTENTIA quā iudex simpliciter pronunciauit, prout in consilio sapientis, seu consultoris continetur, valet & tenet propter relationem factam ad illud consilium.*

2 *Sententia in qua iudex dicit pronuncio in omnibus, & per omnia, sicut pronunciauit talis iudex in tali causa non valet: quia certificatio nulla fit per relationem ad acta eiusdem instantiæ.*

3 *Sententia in qua iudex formaliter asserit, pronuncio ab solutionem vt in consilio, non valet: quia futuri temporis verbis vtitur. & sic sententia non potest ferri per verbum gerundium, vt dicimus talem absoluendum: ex quo illud verbum habet tractum de futuro, quod non est in potestate iudicis.*

4 *Sententia in qua iudex dicit, condemno si est probatum, aliter absoluo, valet.*

## OPINIO DCCV.

1 ENTENTIA, qua iudex simpliciter pronunciauit, prout in consilio sapiētis, seu consultoris continetur, qui in eo retulerat Titium condemnandum, valet & tenet propter relationem factam ad illud consilium: secundùm Petr. Cyn. & Bald. in l. 1. C. si aduer. lib. Ang. in l. qui se dicit. ff. de iudic. Abb. & Dec. in c. cùm venerabilis, de except. num. 142. & Maranta in tract. de iud. in 6. par. 3. part. num. 126. super primo actu, in quibus locis recitāt istā esse communem opinionem. Cōis opin.

2 Hoc verò limitatur non procedere vbicunque iudex diceret in sentētia, pronuncio in omnibus, & per omnia, sicut pronunciauit talis iudex in tali causa: tunc profectò huiusmodi sententia nō valeret aliquo pacto: siquidem certificatio nulla fit per relationem ad acta eiusdem instantiæ: secundùm Ang. & Imol in l. si conuenerit. ff. de re iud Specul. in tit. de sentent. prol. §. qualiter. ver. sed si iudex, vbi pariter Ioan. And. in add. hoc firmat. Ang. & Ias. in §. curare nu. 37. instit. de act. vbi scribit istam esse communem opinionem. Cōis opin.

3 Fallitq; similiter præmissa communis non habere locum, quando iudex formaliter assereret pronuncio absolutionem vt in consilio: hoc enim casu, cùm iudex ipse futuri temporis verbis vtatur, non ualet sententia: secundum Bart. in d. l. 1. C. si aduer. lib. & Dec. in d. c. cùm venerabilis. vbi nu. 144. præsupponit istam esse communem opinionem: quam sequitur cum alijs relatis per eū, & limitat Vantius in tract. de nullitatibus in tit. de nullitate ex defectu processus. num. 91. Cōis opin.


4 Sed si iudex diceret in sententia condemno, si est probatum, aliter absoluo. hoc casu absque dubio valet sententia ista: secundum Ang. in d. §. curare, & ibi Ias. num. 39. qui explicat opinionem hanc communem fore. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *SENTENTIA lata ex probationibus priuilegiatis, sicuti si fertur ex testimonio partis aduersæ in supplementū semiplenæ probationis, et similibus, nunquam transit in rē iudicatā: ita quod perpetuò, sēperq; apparētib. veris probationib. reuocari pōt.*

2 *Sententia non transit in rem iudicatam in viginti quatuor casibus remissiuè.*

## OPINIO DCCVI.

1 ENTENTIA lata ex probationibus priuilegiatis, sicuti si fertur ex testimonio partis aduersæ in supplementum semiplenæ probationis, & in multis alijs casibus, quod est contra. l. omnibus C. de testibus, nunquam transit in rem iudic. intātum quod perpetuò, semper-

semperq; apparentibus veris probationibus reuocari potest: secundùm Innoc. in c. tua nos, ext. de cohab. cleric. & mul. Bart. Roma. Alex. Ias. & omnes, in l. admonendi. ff. de iureiu. Ang. in l. sub specie. C. de re iudic. Ant. Imol. cæterosq; Cano. in c. proposuisti, de probat. Panor. in c. ex tuarum de purg. cano. Dec. in d.c. proposuisti. num. 44. & Ioan. de Amicis. consil. 102. num. 4. vbi exprimit istam esse communem sententiam. Côis opin.

2 Et sequitur, ac limitat Maranta in tract. iudicior. in 6. par. in 1. actu. nume. 146. fol par. 159. vbi nu. 130. cum alijs seq. refert 24. casus, in quibus sententia non transit in rem iudicatam.

SVMMARIVM.

1 SENTENTIA ex præsumptionibus prolata non transit in rem iudicatam ullo modo.

## OPINIO DCCVII.

1 
ENTENTIA lata ex præsumptionibus nunquã transit in rem iudicatam, quin possit ex contrarijs probationibus, vel præsũptionibus melioribus retractari. vt est text. singularis in l. si qui adulterij. C. de adult. secundùm communem intellectum, de quo per Fely. post alios in c. proposuisti extra de probat. quem quidem intellectum approbat etiam Iacob. Butr. Bart. Ang. & alij in dicta l. qui adulterij. Côis opin.

SVMMARIVM.

1 SENTENTIA arbitri prolata non citata parte non tenet, nec valet: etiam si in compromisso dictum fuerit, quòd arbiter ferre sententiam ipsam possit absentibus partibus.

2 Sententia arbitri prolata partibus absentibus & non citatis, vbicunque in compromisso adsit clausula, quòd arbitri possint laudare, ferreque sententiam partibus absentibus & non citatis, valet & tenet: nec citatio, vel partis præsentia requiritur, si partes ipsæ auditæ fuerint plenè super discussione contentorum in compromisso.

## OPINIO DCCVIII.

1 
ENTENTIA arbitri prolata non citata parte nõ tenet, nec valet, etiam si in cõpromisso dictum sit q̃ arbiter ferre sententiam ipsam possit absentibus partibus: secundùm Spec. in tit. de arbitr. in §. excipitur in fin. quem sequitur Imol. in c. cùm dilectus ext. de arb. Alex. in l. si quis arbitratu. col. 5. ff. de ver. oblig. & Fely. inc. olim col. 9. de iud. & istorum opinionẽ scribit Boer. decis. 283. nu. 38. non habere dubitationem aliquam. Côis opin.

2 Sed hoc limitatur, seu interpretatur non procedere, si in compromisso essent adiecta illa verba, quòd arbitri possent laudare, ferreque sententiam partibus absentibus, & non citatis: tunc enim benè valebit sententia non citatis aliter partibus: secundùm Guil. Cu. in l. episcopale. vltima quæst. C. de episcop. audien. quem sequitur Bald. in l. si quis ex consensu. colum. 11. eodem titu. Paul. de Cast. Alexan. Soc. & Ias. in 3. q. in d. l. si quis arbitratu. Et opinionem istam Boer. fatetur esse communem in d. decis. 283. nume. 34. cum quatuor seq. contra Bart. in d. l. si quis arbitratu contrarium asseuerantem. nume. 7. Et in practica refert obseruari Mars. in sing. 173. fiunt quotidie compromissa. & hanc partem sequitur etiam consulendo Bald. consil. 262. in Christi nomine. nunquid arbiter. volum. 1. Barbat. consil. 18. num. 17. volum. 1. Ioan. de Imol. consil. vltimo, Ioan. de Anan. consil. 83. visis his. colum. 11. Anchar. consil. 270. & Roma consil. 61. vbi concludit quòd Pisis seruatur antedicta opinio Guiliel. de Cu. & sequacium. Côis opin.

¶ Et ipsam communem intelligunt mentionati Doct. procedere, si partes auditæ fuerint plenè super discussione contentorum in compromisso. tunc certè in prolatione sententiæ non requireretur præsentia partis, nec alia citatio: secus si partes auditæ non fuerint.

SVMMARIVM.

1 SENTENTIA non potest ferri parte non citata, & lata non præiudicat: quia citatio est fundamẽtũ iudicij: nec valet etiã lata in fauorẽ absentis non citati.

2 Sententia lata contra absentem non citatum non valet, etiam quãdo esset lata in fauorem absentis non citati. Et nedum procedit hoc in diffinitiua, sed etiam in interlocutoria requirente causæ cognitionem.

3 Sententia lata à Principe sine citatione dicitur nulla.

4 Citationem negans, videtur negare defensionem.

5 Citatio est de iure diuino inuenta.

6 Citatio requiritur nedum in diffinitiua, sed etiam in interlocutoria exigente causæ cognitionem.

7 Causa cognitio est de iure diuino.

8 Citatio non solùm requiritur in interlocutoria sententia, sed etiam peremptorium.


9 Sententia diffinitiua nulla redditur si pars citetur ad audiendum iudicis voluntatem: quia debet citari ad audiendam sententiam, etiam in summarijs.

10 Sententia lata super citatione facta de domino, cùm iudicium non fuerit agitatum cum ipso, sed cum procuratore, licèt ipse non compareat, non valet.

11 Sententia lata sexta die post citationem facta de reo ad fauorem actoris sine alia noua citatione non valet.

12 Statutum non valet disponens, quòd sententia possit ferri parte non citata.

## OPINIO DCCIX.



1 SENTENTIA nō potest ferri parte non citata, & per consequens lata non præiudicat:secundùm Doctores in l.de unoquoq;.ff. de re iud. vbi Marsil.& Doctores in l. nec quiquam, vbi Iaf.num. 20.ff.de offic. procon.& legati,& Bernar.de Luco,in reg. 673. per tex.in c. Deus omnipotens. 2.q. 1. & in c. 1. de cauf.possess.& propriet. quia citatio est fundamentum iudicij:vt inquit Specul.in tit.de citat.in princ.Abb.& alij in cap.qu oniam contra falsam, in ver.Citationes,de probat & ibi tradit Philip.Dec.colum. 10. Et dicit Bart. in l. prolatam.C. de sententijs, & interloc. omnium iudicum post antiquos per eum relatos, quòd citatio dicitur de substantia iudicij, saltem eo respectu: quia omissa sententia contra absentem non citatum erit nullius momenti,& cum Bar.transeunt omnes communiter ibi. Cōis opin.

2 Ampliatur primò ista conclusio,vt in tantum procedat,quòd si sententia fuerit lata contra absentem non citatum,non ualeat,nec teneat,etiā quando esset lata in fauorem absentis non citati:vt uoluit Salyc.Glo.& Bart.in l.eos qui.C.quo modo,& quando iudex,& in l.furioso.ff. de re iud.vbi Alex nume. 3.scribit istam esse communem opinionem: & Iaf. in d. l. nec quicquam. nu. 48. quam ipse limitat non procedere in sententia diffinitiua, secus in interlocutoria lata in fauorem absentis non citati. Cōis opin.

3 Ampliatur secundo loco,quòd sententia omissa citatione etiam à Principe lata dicitur nulla: vt in l.fin.in princ.cum Gloss.2.C.de legibus, & tenet Bald.ibi.Alexan.consil.11. aliàs consului. colum. 1.lib.7.Socin.in tract.de citat.in 7.artic. prin.Marsil.in d.l.de vnoquoque, vbi hoc plurimum declarat.nu.13.cum alijs multis seq.& Iaf. in d.l.nec quicquam, nu.29.vbi refert Doct.contrarium asserentes.

4 Et ratio istius ampliationis videtur ista: quia negās citationem videtur negare defensionem, quæ cùm naturalis sit, siue iure naturali concedatur.l.vt vim.ff.de iustit. & iur. auferri nemini debet;ut est text.in Clemen.pastoralis.§.cæterū, de re iudic.& ita tenet Bald.in l.cùm fratrem.in fin.C. de his quibus vt indignis.Alexan. cons.5. volum.2.nume.2.Iaf.in l.2.quam legit cum l. 1. C.quando libellus Principi datus, & in l.rescriptum,in 2.not.ff.de pact.

5 Imò citatio ipsa dicitur adinuenta de iure diuino. Nam etiam Deus omnipotens cui omnia secreta sunt clara, non prius Adam damnauit quàm citasset,quando dixit Adam vbi es? vt legitur Genesis c.3. & ita dixit Bart. in extrauag. ad reprim.in ver.& figura.Socin. in præallegato tract.de cit.in 2.art.Abb.in c.cùm olim.colum. pen.de re iud.& Cur.Sen consil.49.num.92.vbi alios allegat.

6 Ampliatur tertiò hoc habere locum non solū in sententia diffinitiua, verum etiam in interlocutoria requirente causæ cognitionem, & afferē te parti non modicum præiudicium;in qua quidem sententia requiritur, vt fateatur partibus præsentibus,& legitimè citatis:secus autem si sit parui præiudicij. l. à procedente. C de dilat. tenet, & declarat Bart.in d.l.nec quicquam.§.vbi decretum,Ang.Imol.Paul.de Cast. & Marsil.nu. 4.& seq.in d.l.de vno quoque.Bar.Imol. & Alex. in d.l.si opus.ff.de no.ope.nunc.& Iaf.in d.l.nec quicquam,vbi nu.23. ait istam esse communem opinionem,& Ruin.cons.69.nu.6.vol.5. Cōis opin.

7 Quia causæ cognitio est de iure diuino:secundùm Abb.in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de const. col.9.& seq.& Dec.cons.264.reuocatur.col. 2.

8 Et aduerte quòd in interlocutoria sententia nō solùm requiritur citatio, verùm etiam peremptorium:secundùm Hieronym. Tortum in quodam suo consilio,quod refert & citat Marsil.in d. l.de vno quoque.num 6.

9 Ampliatur quartò,quòd etiam sententia diffinitiua videtur nulla si pars citetur ad audiēdū iudicis voluntatē: quia requiritur citatio ad audiendā sententiam:secundum Rot. Rom. in decis.342.in nouis.Et istud procedit etiam in causis summarijs:ut per Glo.& Doct. in Clem. sæpè de verb.signif.& Ferrettum cons.59.nu.3.vol.1.

10 Ampliatur quinto loco, quòd quando domino fuit facta citatio ad audiendam sentētiam in casu,quo iudicium fuerit agitatum cū eius procuratore: tunc sententia ipsa domino non comparente non ualet: vt per Bart. in l.mutari, circa fin.ff.de procurat.& in l. procurator.C.eod.titu. Canonist.omnes in c.in nomine Domini de testibus,& Alex.in l.furioso.nu.7.ff.de re iud.

11 Ampliatur sextò, ꝙ si reo fuerit citatio facta septima die mensis Aprilis, & lata fuerit per iudicem sententia die 13.eiusdem mensis in fauorem actoris sine alia citatione rei condemnatis tunc ex defectu istius citationis omissæ sententia redditur nulla non obstante præcedenti citatione facta pro alio die.l.fin.§.fin.cum ibi not.ff. quod ui,aut clam. & notat, & declarat Ruinus cons.137.nu.1.vol.5.Ideo meritò ad euitandum talem nullitatem,& huiusmodi Scyllam, inoleuit stylus, & practica in omnibus tribunalibus Regni Neapolitani, vt in citationibus ad sententiam apponatur clausula:citetur Mæuius ad audiendum diffinitiuam sententiam proferendam sequenti die,cum continuatione dierum, & horarum sequentium &c.

12 Ampliatur prædicta conclusio vltimo loco, quòd non valet statutū, ꝙ sententia possit ferri parte non citata:secundū Bal.in l.1.col.2.C.quo modo,& quando iudex, per d. Clem. pastoralis. & idem tenet Soc.consil.164. visa bulla Bonifacij.col.antepen.vol.2. Ant.& Ioan.de Imol. in d. Clem.

Clem. pastoralis, & Barthol. Soc. conf. 7. nu. 14. posito & inserto inter conf. feudalia Albert. Bruni, & Curt. Iun. conf. 170. num. 31.

¶ Et istam conclusionem ita, & taliter ampliatam limitat in alijs 19. casibus Ias. in d. l. nec quicquam, num. 23.

¶ Eandemq; regulam limitat in alijs 19. modis Franc. Niconitius, in c. quoniam contra falsam, de probat. in ver. citationes. num. 54. vsque ad num. 97. Et in 115. alijs casibus limitat Ant. Nicell. in concordantijs glossarum, concordant. 52. nu. 224. vsq; ad nu. 371. & in repet. c. testium, & in c. 2. de testibus.

*SVMMARIVM.*

1 *SENTENTIA lata à Principe absque citatione non valet de iure canonico, secus de iure ciuili.*

2 *Princeps de absoluta potestate potest procedere etiam parte non citata, & ferre sententiam sine citatione, quando apparet eum omninò voluisse alicui praeiudicare, ex quo actum eo inuito potest explicare.*

3 *Processus Principis etiam de plenitudine potestatis fabricatus contra non citatum, licèt non valeat, tamen valet in casibus, in quibus potest omitti citatio.*

4 *Sententia in Sacro Regio Concilio Neapolitano, & in camera Imperiali proferuntur post conclusionem in causa absque citatione: quia tunc nulla est alleganda defensio, & ideo citatio omitti potest, & penitus tolli, cùm ea iuris positiui sit, & humani non autem naturalis.*

5 *Princeps potest tollere citationem in illis actibus, quos ipse potest liberè absque iniuria, etiam sine causa, & in alterius praeiudicium: nec citatio tunc potest impedire liberam ipsius Principis voluntatem.*

6 *Sententia Principis exigit citationem, nisi in casu quo profertur sententia contra rebelles Ecclesiae.*

7 *Nullitates non subsistentes opponi non possunt contra sententiam Principis, & Sacri Concilij Neapolitani.*

## OPINIO DCCX.

1 SENTENTIA Principis absque citatione non valet de iure canonico. textus in Clemen. pastoralis, in uerb. Caeterum, de re iud. quia citatio ipsa à iure naturali prouenit, & est uera species defensionis: itaque nullo pacto etiam per Principem ea omitti potest: ut per Abb. in capit. 1. de causa possess. & propriet. Petr. Philipp. Corn. in cap. cùm olim de re iudic. Aret. consil. 165. sicut Ioannes, Socin. consil. suo incipien. saepenumero, quod est positum inter consilia Franc. de Curt. & est 20. in ordine. colum. 9. & sequent. ubi uult post alios relatos per eum, sententiam declaratoriam non adhibita citatione esse nullam. & huiusmodi opinionem sequitur etiam tanquam communem Maranta in tracta. de iudic. in 7. part. princ. nume. 3. Socin. consil. 12. colum. 2. nume. 1. & Sebastian. Vant. in tract. de nullitat. in titu. quis possit dicere &c. & Fortunius in l. Gallus. §. quid. colum. 139. & latissimè And. Tiraquel. cum alijs ferè innumeris signatis per eum, in tracta. res inter alios acta, limitat. 6. folio paruo 14. & Octauianus Vestrius in sua pract. lib. 3. in rubr. hos tit. iudicium nostrum multiplex in specie, & plures eius defensiones. col. 3. fol. par. 31. Com. opin.

¶ Ista uerò communis limitatur non procedere de iure ciuili. l. fin. C. de legibus, vbi apparet sententiam Principis absque citatione valere, & not. Lud. Roma. consil. 349. in 2 dubio, circa finem, allegans. l. Lucius. ff. de euict. & l. item si verberatum. ff. de rei vendic. Et ideò Alexan. consil. 87. uisis codicillis col. 9. lib. 2. dicit quòd quando apparet Principem omnino voluisse alicui praeiudicare, non oportet citare illum, ex quo actus eo inuito poterat expediri. quod etiam tenet Lud. Roma. consil. 212. quò ad primum, & Moder. Canonistae in d. c. cùm olim. colum. 5. sequitur etiam Philip. Dec consil. 191. in causa. nu. 6. & 8. & conf. 259. consultus ab illustri. colum. fin. & Soc. conf. 4. lib. 3 nu. 14.

2 Et confirmatur praedicta conclusio. Nam Princeps de absoluta potestate potest procedere etiā parte non citata: secundum ..o. And. in add. Specul. in tit. de senten. ... insto. ver. est etiam nulla. & in c. 1 de caus. possess. & prop. & in c. inter quatuor, vbi Inno. Imol. & Abb. de maiorit. & obed. cum alijs cumulatis per Alex. in l. de vnoquoq; ff. de re iud. colum. pen. & per Soc. in d. consil. 20. colum. 3. & cons. 21. col. 10. & per Fely. in d. cùm olim. col. 10. & seq.

3 Et licèt tibi videatur concludere, quòd processus factus etiam de plenitudine potestatis contra non citatum non valeat: tamen in versicu. recipiunt ista, concludit, & tenet valere in casibus, in quibus potest omitti citatio: qui ponuntur per Alexandrum in d. l. de vnoquoque, & per Marian. Socin. in tract. de citat. fol. 24. Et opinionem istam, quòd Princeps de plenitudine potestatis possit procedere, & facere actū validum absque partis citatione, firmauit quoque per plura argumenta, & rationes disputando Marsil. in repet. l. de vnoquoque. num. 12. vsque ad num. 23. ff. de re iud.

4 Ego verò concludo posse à Principe citationem tolli, quae iure humano post conclusionem causae necessaria est ad sententiam pronunciandam: & isto quippè primo casu nulla est allegāda defensio; & ideò potius ea citatio est iuris positiui & humani, quàm naturalis: quemadmodum in specie tradit elegantissimè Afflict. in deci. 283. & Maranta in tract. iudiciorum in 6. par. nu. 10. folio paruo 107. vbi explicant, quòd omnes sententiae Sacri Regij Concilij Neapolitani proferuntur post conclusionem ipsam in causa absq; cita-

citatione, & tenent tanquàm latæ sub nomine Regis, & Principis. & ita seruatur etiam in camera Imperiali, attestante Ioachimo in obseru. 71. centuria 3. vbi ait ipsam cameram consuetam esse proferre sententiam sine præuia citatione, vbi interuenerit prima citatio generalis ad omnes, & singulos actus, & ad totam causam.

5 Secundo casu similiter constat Principem posse tollere citationem in his actibus, quos ipse agere potest liberè absque iniuria, etiam sine causa, & in alterius præiudicium: nec enim citatio tunc impedire potest liberam uoluntatem Principis, quod expresse tenuerunt Soc. consil. 164. volum. 2. & alij, quos refert, & sequitur Grauett. consil. 5. colum. 11.

6 Coharctatur enim secundo loco præmissa cõmunis opinio, quòd sententia Principis requirat citationem regulariter locum obtinere, nisi in casu in quo proferretur sententia contra rebelles ecclesiæ: tunc quippe non requiritur citatio in promulgatione ipsius sententiæ: secundùm Io. And. in c. cùm olim de re iudic. in nouel. argum. illius tex. & de hoc tripudiat, & facit festum Bal. in proœmio feud. in prin. fol. 4.

7 Sed aduerte vtiliter, ne erres, quòd ex authoritate, & testimonio Innoc. in c. 1. de lit. contest. de nullitate processus facti, & fabricatique coram Principe, non seruato iuris ordine, opponi non potest: quia permittens coram se aliter procedi, videtur dispensare. & idem notat Ioan. in c. institutus. 25. quæst. 11. ad quod optimè facit quod notat Specul. in titu. de senten. §. iuxta propositiones. versic. non valet etiam si esset lata, & quod notatur in l. omnium. C. de test. Et ita stabilitum quoq; reperio in Regno, quòd à sententia Sacri Regij Concilij Neapolitani tanquam à supremo tribunali emissa dici de nullitate nequeat modo aliquo: prout ita sancitum extat in pragmatica quinta, emanata in anno 1545. incipiente, quamplurimùm in titu. de officio Sacri Regij Concilij, vbi disponitur, quòd allegantes, proponentesque nullitates non subsistentes aduersus ipsius Sacri Concilij sententiam incurrere pœnam duarum vnciarum, si causa citra mille ducatos dignoscitur. Si verò vltra mille ducatos pœnam quindecim vnciarum, & pragmatica isthæc reperitur interpretata, explanata, & declarata tempore illustrissimi Don Perafanni Viceregis, vt inibi ubertim indicatur.

¶ Et hinc haud oblitus sum vidisse hisce oculis sæpenumerò aliquos Doctores regnicolas intelligentissimos, atque doctissimos accedentes aliquando ad Ciuitatem Neapolis patrocinium præstitisse in causis arduis exagitatis in ipso Sacro Concilio, & succubuisse, & incognitam habentes præsentem regiam pragmaticam improuidè, insipidè, & negligenter dixisse de nullitate sententiæ eiusdem Sacri Concilij, & statim mediante arrestatione personæ soluisse integram pœnam ipsius pragmaticæ.

*SVMMARIVM.*

1 *SENTENTIA lata de consilio sapientis nunquam transit in rem iudicatã, & potest semper retractari, vbicunque appareret consilium alterius iurisperiti æquius, & rectius sentientis. & hoc procedit etiam si ab ipsa sententia fuisset appellatum, & appellatio deserta reperiretur.*

2 *Statutum disponens, quòd sentẽtia debeat ferri cum consilio iurisperiti valet, sed sententia probata de consilio ipsius sapientis nunquam transiret in rem iudicatã, imò quandocunque posset retractari, si appareret consilium alterius Doctoris peritioris in cõtrarium factũ.*

3 *Sententia non transit in rem iudicatam in vigintitribus casibus remissiuè.*

4 *Causa exprimi non debet in consilio, & voto consultoris, sed satis est consultori proferre votum suum sine allegationibus, & ita practicatur in Regno Neapolitano, vt discurritur infra sub num. 6.*

5 *Iudex non tenetur præcisè sequi consilium sapientis.*

6 *Iudex non excusatur in syndicatu propter consilium sapientis, nisi statutum, vel commissio expressè disponat debere iudicari secundùm huiusmodi consilium.*

7 *Barones Regni Neapolitani tenentur in eorum iurisdictionibus deputare capitaneos, assessores, & iudices secundarum causarum.*

8 *Consultores Baronum in Regno Neapolitano tenentur fideiubere de reddendo rationem votorum per eos proferendorum in causis ciuilibus, & criminalibus. Et increpantur, reprehenduntur que vasalli Baronum non petentes talem cautionem ad eorum iniuriam damnum, & iacturam euitandam.*

## OPINIO DCCXI.

1 SENTENTIA lata de consilio alicuius Doctoris, vel sapientis seu iurisperiti, nunquam transit in rem iudicatam, & potest semper retractari ubicunq; appareret cõsilium alterius iurisperiti æquius, ac rectius sentientis: secundùm Ant. Butr. Abb. & alios, in c. proposuisti de probat. Bal. in c. pen. eod. tit. Ang. in l. quòd si nolit. §. mãcipium. ff. de ædil. edic. Rom. in l. cùm quidam. §. quod dicitur. ff. de acqnit. hæred. & cons. 228. pro plena discussione. nu. 16. Alex. in l. ab hostibus. col. 3. ff. solut. matrim. Ias. in rub. ff. de iureiur. in fin. & in l. si conuenerit. nn. 21. ff. de re iud. Ruin. conf. 34. num. 1. vol. 5. ubi hoc ampliat procedere etiamsi à dicta sententia fuisset appellatum, & appellatio postmodum deserta fuisset ob non prosequutionem factam infra legitima tempora. Et eandem opinionem Ant. Butr. & aliorum sequitur quoque Marsil. in sing. 427. plures sunt casus, & in pract. crim. §. ordine. num. 4. Maranta in tract. iudiciorum, in ultima parte 6. par. incipien. decisoria iudicij tribus membris distincta sententia,

appellatione,& exequutione.n.130 fol.par.159. Dec.etiam conf.278.nu.7.& Corset. in reper.Pa not.in uer.sententia lata per dicta peritorũ, qui ostendunt istam esse communem opinionem.

2 Et sic, si extaret statutum,quòd sententia deberet ferri cum consilio,relatione,seu dicto consultoris, uel sapientis, ut reperitur ferè vbiq; uel etiam si de partium volnntate extitisset commissa causa consilio alicuius iurisperiti: tunc ab huiusmodi sententia non tantùm appellari posset, verùm etiam si appellatum foret sententia hæc nunquam transiret in rem iudicatam;imò quandocnnq; si appareret consilium alterius Doctoris peritioris in contrarium factum, secundùm communem opinionem præmissam,posset absq; dubio aliquo retractari.

3 Alios verò casus circiter 23.& omnes quidem vtilissimos, in quibus sententia non transeat in rẽ iudicatã,ponit Maran.in d. 6. par.vltimæ par. sui tract.de iudicijs.nu.130.cum alijs multis seq.

4 Sed aduerte, quòd causa debet exprimi in cõsilio prædicto sapientis, & consultoris: ut uoluit Abb.in c.sicut nobis extra de re iud.in fi.qui mouetur hac concludenti ratione.

5 Nam iudex non tenetur præcisè sequi consilium sapiẽtis:vt tradit Bar.in l.1.§.si plures. col. 3.& seq.ff.de exercit.& latè Fely.in c.ex parte de constit. Lucas de Penna in l. omnes iudices. col. 7.cum alijs seq.C.de decur.lib.10.Dec.cum alijs signatis per eum in c.si pro debilitate.n.9.de off. deleg.& Bar.in l.si conuenerit.ff.de re iud.

6 Vbi etiam ait ꝙ non excusatur iudex in syndicatu propter consilium sapientis,& ibi Alex.col. pen.& seq.& Ias.col.pen.& seq.nisi statutum,uel commissio exprefsè dicat debere iudicari secundùm tale consilinm:vt ibi per ipsos Bart.Alex.& Ias.& per Comen.conf.55.duo habentes,& Dec. in d.c.pro debilitate. Ideò vt iudex benè discernat,an consilium sit iuri consonum, videtur necessarium exprimere iura,&rationes,quibus mouetur consultor. Et hanc opinionem sequitur Felyn.in d.c.sicut nobis.nu.12.

¶In contrariam verò partẽ, ꝙ in consilio sapientis non sit exprimenda causa,& ꝙ satis sit cõsultori referre votũ suum sine allegationibus, inclinauit Spec.in tit. de requis.consilij.n.11.& idẽ esse de iure asserit Corn.cõs.323.in prin.vol.4.& idem videtur cõcludere Io. And.in d.c.sicut nobis.distinguens tamen vtrũ consiliũ sapientis petitũ fuerit per Iudicẽ, an verò per litigatores, & ita seruatur hodiernis temporibus, ꝙ consiliũ sapientis non debeat continere causas,idest allegationes & facti & iuris. & hoc nõ ab re, cũ passim extent statuta disponentia,quòd Iudex teneatur precisè sequi consiliũ cõsultoris:vt per Bar.Alex. & Ias.in d.l.si conuenerit, & ita obseruatur in Regno Neapol.cũ omnes iudices,seu gubernatores Regij habeant assessores,quorum votum,& consilium sequi necessariò, secundùm formam eorum commissionis tenentur.

7 Imò Barones einsdẽ Regni debent, & tenẽtur in eorum iurisdictionibus deputare capitaneos, assessores,&iudices secundaru causarum,vt aliàs in Sacro Regio Concilio Neap.decisum extitit teste Marino Freccia super feudis fol.223.nu. 3. & sic de stylo,&consuetudine,seu potius de iure Regni, assessores & cõsultores in Regno ipso non exprimunt aliter causam in eorũ votis,seu cõsilijs, nec ex necessitate,nec ex vrbanitate,& ita obseruaui quindecim annis continuis in causis ferè infinitis mihi commissis per varios, & diuersos Barones Regni,seu per eorum officiales.

8 Er hinc penitus fatuos,& infœlices vocare audeo plerosq; ex vasallis Baronum Regni, qui cõmittendo se beneficio naturæ,& non cogendo cõsultores eis destinatos,&deputatos ad prẽstandũ cautionẽ de parendo syndicatui, & de reddendo rationẽ votorum in causis ciuilibus,& criminalibus per eos ꝓferendorũ,in maxima quippè egestate viuunt;& consultores ipsi æqualiter triumphant,siue retractentur, & annullentur ex eisdẽ actis eorũ vota,siue confirmentur. ideò excandesco quodãmodo aliquando in istos vasallos,videtes,quòd Regij assesores prẽstant iuramentũ, & idoneã cautionem de parẽdo syndicatui in fine officij;& nihilominus dormientes, & nil curãtes de ꝓpria pernicie,& iactura sinunt cõsultores ipsos in libertate perseuerare,absq; spe aliqua reddendi rationẽ,nisi in die iudicij, à quo igitur dignetur mediãte sua pietate,& infinita misericordia prẽseruare, & liberare nos Agnus immaculatus, & mundus Dominus noster Iesus Christus, qui cum patre,& spiritu sancto viuit,& regnat in secula,seculorum.

SVMMARIVM.

1 *SENTENTIA lata in causa matrimonij nunquam transit in rem iudicatam quò ad veritatem,et merita causæ,quando ageretur de eius fœdere, & substantia.*

2 *Sententia lata in fauorem matrimonij facit transitum in rem iudicatam.*

## OPINIO DCCXII.

1 SENTENTIA lata in causa matrimonij, quando ageretur de eius fœdere,& substantia, licèt nunquã transeat in rẽ iudicatã quò ad veritatẽ,& merita causę,secũdum cõem opinionẽ Glo.& omnium Scrib.vt in c.lator de re iud.cita tam per Curt.Iun.conf.170.habita diligenti. n. 26.& per Mantuam sub nu.26.in c. ex literis de in integ.restit.& Beroum sub nu.27. *Cõm opin.*

2 Nihilominus communis ista non procederet aliter in sententia prolata in fauorẽ matrimonij, quæ vtique faceret transitum in rem iudicatã:vt per Host.Zabbar.in d.c.literis,in 5.not.Ang.cõs.

510. in quæstione proposita. circa fin. Fely. in d. c. lator. col. 3. Marsil. in pract. crim. in §. Ordine. numero 8. & Mantuam. in d. c. ex literis. nu. 28.

### SVMMARIVM.

1 *SENTENTIA iniqua lata ab ordinario valet, & transit in rem iudicatam: & talis transitus facit iustum, quod forsan erat iniustum.*
2 *Res iudicata falsum mutat in uerum.*
3 *Sententiæ transitum facientis in rem iudicatam effectus ponuntur remissiuè.*
4 *Rescriptum Principis non ualet contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, nisi constet de expressa mente rescribentis.*
5 *Sententia iniqua lata à delegato valet, & transit in rem iudicatam, vt discurritur, & concluditur infra sub numero 6.*
6 *Clausula in rescripto apposita, iustitiam facias, uel similis, si tibi constiterit; an vtilis sit contra iniquam sententiam.*
7 *Sententia transiens in rem iudicatam habet præsumptionem pro se, & transitum in rem iudicatam facere dicitur vbicunque non fuit appellatum, vel appellatio deserta foret.*
8 *Sententia non transit in rem iudicatam in aliquibus casibus remissiuè.*

### OPINIO DCCXIII.

1 ENTENTIA iniqua lata ab ordinario ualet, & transit in rem iudicatam: vt per Doc. omnes in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uer. oblig. & huiusmodi transitus facit iustum quod forsan erat iniustum. l. res indicata. ff. de re iud. & l. ingenuum. ff. de stat. ho.

2 Et dicit Bal. in c. in pręsentia de probat. quòd res iudicata falsum mutat in uetum. & sequitur profusè Neuiz. in Sylua nuptiali. lib. 5. nu. 110.

3 Et Curt. Iun. cons. 23. sub num. 8. ubi ponit alios effectus dictæ sententiæ quę transitum facit in tem iudicatam.

4 Imò non ualet rescriptum Principis contra sententiam, quæ transiuit in tem iudicatam, nisi constet de expressa mente rescribentis: secundū Dec. num. 3. & Cagnolum sub. nu. 6. in l. res iudicata. ff. de reg. iur. & tractat Ias. in l. iustitia. ff. de iu. & iur. cons. 47. uol. 3. & Cæsar Vrsil. in add. Afflict. in decis. 79. nu. 5.

5 Sed sententia iniqua lata à delegato cū clausula, iustitiam facias, non ualet, nec transit in rem iudicatam: secundùm Hostien. & Odof. Car. Portuen. qui dicunt, quòd Gaspar, & Ioan. de Cald. & Ioan. de Lignano fuerunt huius sententiæ. vt ponunt Bal. & Castren. in l. ius pluribus. ff. de iust. & iur. Nam, vt inquit Bal. in l. 1. C. de appel. actus factus aduersus ordinem hominis, ipso iure non valet; secus si ordo erat à iure: ponit Ias. in d. §. duo fratres, & Barba. uidetur sequi in c. prudentiam. col. 12. de offi. deleg. & Gomes. in §. item si quis in fraudem nu. 7. instit. de action. Vndè Domini de Rota decis. 26. sub rub. de re iud. & decis. 8. & decis. 22. sub rub. de senten. excom. in nouis, volunt, quòd licet sententia lata ab homine contra iuris dispositionem ualeat, secundùm Glos. in c. in summa. 2. q. 1. nihilominus illud uerum est si ab ordinario: nam si à delegato non valet, & sequitur Barba. in c. literis de offi. deleg. & fuit de intentione Innoc. & Imol. in cap. Pisanis de testit. spol.

6 Sequitur ergò quòd talis clausula in rescripto, iustitiam facias, utilis est contra iniquam sententiam.

¶ In contrariam uerò partem, quòd iniqua sententia lata à delegato valeat; inclinarunt Cardin. & Abb. in c. fi. de præben. & dicunt fuisse de mente Innoc. in d. c. prudentiam, qui non loquitur de hac clausula, sed de simili, si tibi constiterit, Fely. in d. c. literis, ait istam esse communem opinionem, & in c. causam quę de re iud. dicit idē damnando Hostien. & Dominos de Rota. Cōis opin.

7 Et aduerte ad intelligentiam præmissorum, quòd præsumitur pro sententia ipsa quæ transiuit in rem iudicatam. Et quòd in rem iudicatam transitum facere dicitur, ubicunque non fotet appellatum, vel appellatio deserta esset: vt tradit cū aliis relatis per eum Dec. in c. quoniam contra. num. 138. de probat. & in d. l. res iudicata. nu. 1. ff. de reg. iur. Grat. cons. 40. nu. 24. & cons. 77. nu. 12. uol. 2. & Ioan. Baptista Ferret. cons. 51. numero. 23. vol. 1.

8 Sed prædictam conclusionem, quòd pręsumatur pro sententia, quę transiuit in rem iudicatam, limitat atq; declarat pluribus modis idem Dec. in d. c. quoniam contra. nu. 172. cum aliis seq.

### SVMMARIVM.

1 *SENTENTIA super executione sententię lata est interlocutoria.*
2 *Sententia excommunicationis dicitur interlocutoria.*
3 *Sententia excommunicationis non transit in rem iudicatam, nisi ad præsumptionem iustitiæ: cùm post decem dies præsumatur pro ea, vt sic excommunicato incumbat onus probandi de iniustitia.*
4 *Sententia in rem iudicatam transire dicitur quando appellatum non est à die notitię ipsius sententiæ infra decem dies: & tunc, & non ante habet effectum sententiæ.*
5 *Sententia super exceptione peremptoria prolata est interlocutoria, sed habet vim diffinitiuæ.*
6 *Sententia super incidenti, vel emergenti prolata, est interlocutoria.*
7 *Sententia super uno articulo substantiali, quò ad negocium principale videtur habere vim diffinitiuæ.*

8 *Sententia super appellatione ab interlocutoria dicitur etiam interlocutoria habito respectu ad partes: sed habito respectu ad personam iudicis dicitur diffinitiua.*

9 *Sententia primi, uel secundi decreti dicitur interlocutoria: sed habet vim diffinitiuę: & sic dicitur mixta.*

10 *Sententia interlocutoria habens vim diffinitiuæ, ut diffinitiua iudicatur, & venit appellatione diffinitiuæ, & ab utraque appellatur.*

11 *Preceptum de soluendo dicitur interlocutoria, & potest ad beneplacitum retractari.*

12 *Praceptum de soluendo habet vim diffinitiuæ, si fieret causa cognita: secus si fieret de facto.*

13 *Sententia lata super solutione expensarum dicitur interlocutoria, si fieret condemnatio ante sententiam diffinitiuam: secus si fieret unà cum sententia diffinitiua: quia tunc censeretur pars ipsius sententię.*

14 *Sententia ab obseruatione iudicij est interlocutoria: sed non merè interlocutoria, & licet ab ea appellare.*

15 *Sententia qua pronunciatur non posse tertiò prouocare interlocutoria est, uim habens diffinitiuè, sed in appellatione debet exprimi causa, vt teneat appellatio.*

16 *Sententia omnes processum impedientes interlocutoria sunt.*

17 *Appellatee ab interlocutoria sicut quis non potest sine causa grauaminis: ita nec de nouo posset suam appellationem iustificare.*

## OPINIO DCCIV.

1 ENTENTIA lata super executione sententię est interlocutoria: secundũ communẽ scholam omniũ in iure Scribentium in l.ab executione.C.quorum appel. non recip.Bal.in l.actori. ff. de reb. cred. Paul. Castren.cons.335.Ang.& Alex. in l.5. in prin. ff. de uerb.oblig.& eundem Alex.cons.50. uol.2. & Marantam in tract.iudiciorũ in 6. par. in 1. actu de decisoriis iudicij tribus membris distinctis, sententia, appellatione, & executione.nu.25. Ripam in l.quod iussit.num.44. ff. de re iud. & Iasfred.decis.422.Sententia lata, in prin. ubi meminit de communi opinione: licèt Iac.Butri. in d. l. ab executione, & Roma, in rub.ff.de re iud.& malè quidem asseruerint diffinitiuam esse. Cōis opin.

2 Nec non sententia excommunicationis dicitur etiam interlocutoria: vt firmarũt Spec.in tit. de senten.§.species, uet. Sententia autem excommunicationis, Glo. Ant. de But. & Abb. in c. sacro, de sent.excom.Roma.& Nicell. in rub. ff. de re iudic.Ias.num.8.& Ripa, sub num. 14.in 7. ampliat.in d.l.quod iussit, Maranta in d.1.actu, numero 40.& Fely.in rub.colũ.9. extra de re iud. & ista est communis omnium opinio. Cōis opin.

4 Sed sententia ipsa excommunicationis nunquàm profectò transitet in rem iudicatam. c.ad reprimendam.de offi.ord.& ibi Glo.in uer.Suspẽdatur, & Philip.in c.qua fronte, de appell. nisi ad præsumptionem iustitiæ: cùm post decem dies præsumatur pro ea, vt sic excommunicato incumbat onus probandi de iniustitia.d.c.ad reprimendam, & c.de sacro de senten.excom. & Doct.præsertimq; Sicul.col.pen.in c. consanguinei de iud.

4 Et sententia tunc in rem iudicatam transiuisse dicitur, ubicunque appellatum non foret à die notitiæ ipsius sententiæ infra decem dies: tũc siquidem, & non ante haberet effectum sententiæ.c.ad consultationem, & ibi Doct. de re iudic. auth.hodie, ubi Cyn.& alij.C.de appel.& c. concertationi de appel.in 6.Ang. cons. 302. num. 4. Guid.Papæ in tract.de appel.num.69.& Cephal. cons.135.nu.33.uol.2.

5 Similiterque sententia super exceptione peremptoria prolata, censetur etiam interlocutoria: secundum antesignatos Doct. licèt habeat vim diffinitiuæ: vt concludit quoque Bal. in l.pen. C. de senten.ex breui.recitan.

6 Idemque uidemus in sentẽtia super incidenti, vel emergenti promulgata, ut ea interlocutoria quippè sit: secundùm eosdem Doct. in locis præcitatis, Io.Bapt.Ferret.cons.273. uol. 2.nu. 1. Spec in d.§.species in prin.& Ripam in d.l. quod iussit, num.14.in 5.ampliat. ubi ad lucem adducit istam esse communem opinionem. Cōis opin.

7 Sed quotiescunque lata foret sententia super vno articulo substantiali quò ad negocium principale, diceretur indubitanter habere vim diffinitiuæ.textus est sing. cum Glos. in c. intra vtile de min.Bal.in l.1.C.quãdo prouo. nõ est neces.Glo. in Clem.fi.de app.& Alex. in d.l.5.ff. de uer.obl.

8 Itidem sententia super appellatione ab interlocutoria, dicitur etiam interlocutoria. vt uoluit Paul.Castrẽ.cons.26.cuius opinio procederet indiscriminatim habito respectu ad partes: sed habito respectu ad personam iudicis, dicitur diffinitiua: secundùm Bal.in auth.hoc sacramentum, aliàs hodie, in uersic.Ista opinio pręsupponit.C.de iur.calum.

9 Item sententia etiam primi, uel secundi decreti interlocutoria dicitur.ut firmauere Bart. in l.si finita.§.si fortè.ff.de dã.infect.Ias. in d.l. quod iussit.num.7.Roma.& Nicell.in d.rub.ff.de re iu. ubi allegat Glo.in l.pręsenti.§.si hoc facere.C. de his qui ad eccle.confug.licèt ipsa sententia secundi decreti habeat certè vim diffinitiuę, & facilè mixta dici posset.teste Bal. in l.per hanc in fin. C. de temp.appel.& Præpos.in c.cùm cessante, extra de appel.col.9.

10 Vndè quotiescunque interlocutoria haberet vim diffinitiuæ, vt diffinitiua iudicaretur, haberetque eius naturam. ita Alex.in d.l.5. ff. de uer. oblig.col.2.Dec.in c.peruenit.il 2.col.fin. de appel.& Grauet.cons. 273. num. 2. & 4. & ueniret tunc absque dubio aliquo appellatione diffinitiuę, vt ab utraque eodem modo appelletur: secundùm Ant.de But.Abb.Ioan.And.& alios in c.peruenit de appel.

11 Postremò præceptum de soluēdo dicitur quoque interlocutoria, & potest indubitanter ad beneplacitum reuocari.ita Ang.Pet. de Suz. & alij in l.si debitori.ff.de iudic. & Roma. in d. rubr. ff. de re iudic.

12 Et quamuis præceptum hoc vim diffinitiuæ habeat:tamen si id causa non cognita, & absque ulla iuris solennitate fieret,retractari facilè,& cōtrario imperio posset: ut concedit Ang. in d. l. si debitori,Dec.in c.cùm cessante.col.3. de appell. Maranta in d.1.actu,nu.27.& Grauet.cons.273. numero 4.

13 Vltimo loco condemnatio expensarum, seu sententia lata super eis dicitur quoque interlocutoria, si ea fieret in progressu causę ante sententiam:eo enim casu posset iudex illas expensas taxare in ipsa causę progressione : vt firmat,& probat Ias.in d.l.quod iussit,num.4.secus verò si fieret condemnatio hęc unà cum sententia diffinitiua:tunc nempè censeretur pars ipsius sententię. secundùm Ang.in l.qui agnitis.ff. de excep. Philip.in d.c.cùm cessante.col antepen.Fely.in d.rubric.de re iud.col.9.& Marantam in d.1.actu.nu Cōis opin. mero.36. ubi prorumpit istam esse communem distinctionem.

14 Demum etiam sententia ab obseruatione iudicij est similiter interlocutoria:ut determinat as fabrè Maranta in d.1. actu, cum aliis aggregatis per eum ibi. sed re ipsa nō dicit merè interlocutoria,& licet ab ea appellate. ita Crescē. decis.132. & Gomes.decis.83.& sic in causis variorum clientulorū infinitis,ppè vicibus obtinui in practica.

15 Cæterùm sententia etiam,qua pronunciatur non posse tertiò appellari,interlocutoria est,diffinitiuæ vim habens: ut tradit Ioan. Monachus in c.cupientes.in Glo.magna.incip.&ita est canon. de elec.lib.6.licèt autē diffinitiuæ vim habeat:& ad hoc vt valeat appellatio debet in appellatione exprimi causa:secundùm eū notabiliter quod menti tenendum esse dicit Bal.in l.vnica.col.3.in princ nu.6.C.ne liceat tertio prouoc.

16 Vbi Salyc.col.2.num.11.uersi.Quæro an sententia,Fely.in c.quoad consultationem col.13.de re iud. vbi exprimit istam opinionem veriorem esse,& Capicius etiam decis.1.num.20. & sequē. & in d.c.cupientes.Io.Monach.subdebat, omnes sententias processum impedientes interlocutorias esse, & quòd ab interlocutoria non appellatur,nisi ratione grauaminis.

17 Et ideò non grauatus à iudice nō appellat,unde nec de nouo iustificare potest suam appellationem,quem referendo sequitur Bald.in d.l. vnica. post nu 6.versic.Ibidem ait.

*SVMMARIVM.*

1 *APPELLARI potest à sententia lata de consilio electi de partium uoluntate.*

2 *Sententia secundùm sapientis consiliū prolata nunquā transit in rem iudicatam.*

3 *Sententia secundùm consilium sapientis prolata ex forma statuti,uel de partium uoluntate:cùm illa non trāseat in rem iudicatam,potest quandocunque retractari,si superueniret Doctor magis peritus, qui contrarium consuleret.*

4 *Supplicans Principi,vt retractetur sententia, quæ non transiuit in rem iudicatam, non caret impetratis, nec incurrit infamiam.*

5 *Princeps potest derogare sententiæ, etiam quòd ea transitum fecisset in rem iudicatam: cùm hoc ius quæsitū sit de iure ciuili.*

6 *Princeps non censetur in dubio derogare sententiæ, nisi de eius mente præcisè constaret.*

7 *Princeps asserens in rescripto non obstante sententia,nō intelligitur de sententia, quæ nondum transitum fecisset in rem iudicatam, sed opus esset vt mentionem fecisset de transitu in rem iudicatam: quia tunc sententia trahit ad se executionem sine aliquo alio nouo facto iudicis.*

8 *Sententiæ quæ transierit in rem iudicatam standum est donec contrarium probetur.*

9 *Sententiam nullam allegans ad impediendum eius executionem tenetur ad exhibendum acta, & ad iustificandum ipsas nullitates: aliàs præsumeretur pro sententia non solùm quò ad rectitudinem, sed etiam quò ad ritiitudinem: & non modò si lata sit in præsentem, sed etiam in contumacem. Et docetur practica quæ obseruatur circa executionem sententiæ in Regno.*

10 *Sententia postquàm transiuit in rem iudicatam, omnia in ea acta solenniter præsumuntur.*

11 *Sententia transiens in rem iudicatam inducit notorium.*

12 *Sententia transiens in rem iudicatam inducit præsumptionem iuris & de iure;adeò quòd contraria probatio non admittitur:& sententia contra eam lata redditur nulla.*

13 *Clem.Vt calumnijs.de senten.& re iudic. respuens à tribus sententijs conformibus nullitatis exceptionem,procedit etiam in duabus sententijs conformibus,quarum vltima transitum fecit in rem iudicatam.*

14 *Iosephus de Rusticis I.C. Aquilanus laudatur.*

## OPINIO DCCXV.

1 A SENTENTIA lata de cōsilio electi de partiū voluntate potest appellari: secundū Bar. & alios omnes cōmuniter in l.si conuenerit.ff.de re iudi. & in l. 1. §. quæsitum. ff. de appellat. Panor. Fely. & cæteros omnes in c.causam quæ,in prin.extra de re iud. Sentētia. Cōis opin.

2 Imò isthæc sententia secundùm consilium sapientis promulgata nunquàm utique transiret in rem iudicatam.c.biduum.2.q.6. Ant. de But. & Imol.in rub.de homicid.idē Butrius.in c. proposuisti.ext.de probat.Bar. in l.ab arbitro. et ibi Alberic.de Ros.col.1.ff.qui satisd. cog. Alex. in l. si ab hostibus.col.14.ff. solut. matr. Franc. Aret. cons.110.Clarissime.col.fin.Roma. consulendo cons.228. pro plena discussione. num. 16. & in l.

cù B

cùm quidam.§.quod dicitur.ff. de acquir. hæred. Ruin.conſ.34.viſis.num.1.uol.5.Iaſ. in l. admonendi.in 1.lect. num.47.& in 2.lect.num.41.ff. de iureiur.Marſil. in ſing. 427.plures ſunt caſus, Maranta in tract.iudiciorum in vlt.par.6. partis iudic.num.130.& in 2.actu princ.vlt.partis iud. num.103.Mantua conſ.135.viſis nu.11. Afflict. deciſ.33 poſtquàm.num.6.& in conſtit.iuriſperitorum.in fi.Dec.conſ.278.non leuis,in fi. vbi cômemorat iſtam eſſe communem opinionem, & Corſet.etiam in repert. Panor. in verſ. Sententia lata per dicta peritorum.

Cōis opin.

3 Et hinc eſt, quòd ſententia prolata ſecundū conſilium ſapientis ex forma ſtatuti, uel de partium voluntate, poſſet nimirum retractari, & reuocari quandocúque, ſi ſuperueniret Doctor magis peritus,qui contrarium conſuleret: cùm talis ſententia nunquàm tranſiret in rem iudicatam: ſecundùm Alex.in d.l.ſi ab hoſtibus.col.3. cui inhęret extollendo pręſentem eius aſſertionem Gerard.in ſing.20.Sicut non valet.

4 Subdens ibi,num.5.quòd in huiuſmodi caſu ſupplicans Principi,vt retractetur ſententia,quæ non tranſiuerit in rem iudicatam,non careret impetratis, nec incurreret infamiam.

5 Imò Princeps derogare poſſet etiam ſententiæ,quæ trāſitum feciſſet in rem iudicatam: cùm illud ius quæſitū uerè ſit de iure ciuili. teſte Bal. in l.fin.col.2.C.ſent.reſcin.non poſ. Paul. Caſtré. in l.cùm hęredes. ff.de acq. poſſ. & Ang. in l. Lucius.ff.de euict.

6 Et tunc conſtare deberet præciſè de eius mēte; aliàs non intelligeretur illi derogare uoluiſſe. d.l.fi.& ibi Glo.C.ſenten.reſcin.non poſſ. l. 2. in fi.C.de lit.pend.& c.expoſita.de arb.

7 Nec ſufficeret quòd Princeps diceret non obſtante ſententia: nam potuiſſet intelligere de ſententia, quæ nondum tranſitum feciſſet in rem iudicatam:ſed opus fuiſſet,quòd mentionem feciſſet de ipſo tranſitu in rem iudicatam:pręſertimq; ſi ſententia eſſet interlocutoria: ſiquidem tunc huiuſmodi ſententia traheret ad ſe executionem ſine aliquo alio nouo iudicis facto: ſecūdùm Glo. & alios in c.paſtoralis.de appel.& Alex.conſ. 94. in cauſa,& lite uertente.uol.2.

8 Sed ipſi ſententiæ,quæ tranſiret in rem iudicatam, primò ſtandum foret, donec contrarium probaretur.ita Sicul.in c. tenor. col.fi. de re iud. & Natta conſ.540.ex pluribus,num.17.uol.3.

9 Vbi concludit allegantem ſententiam nullam,teneri ad exhibendum acta,& pariter oſtendendum nullitatem propoſitam; aliàs non apparentibus nullitatibus ex eiſdem actis, ſecundùm eum,aliosque congeſtos inibi per eum præſumeretur pro ſententia,non tantùm quò ad rectitudinem, verùm & quò ad rititudinem etiam: & non modò ſi ea lata ſit in præſentem,ſed in contumacem etiam .& ſequitur quoque Rolan. cum alijs aggregatis per eum conſ.83.uidetur prima facie dicendum,ſub nu.14.vol.1. & eſt communis opinio de qua teſtantur Imol.in c.cùm in iure. colū. 12.de offic.deleg.Fely.in c. quoniam contra col. 15.de prob.Aegid.conclu. 86.ſententia Sebaſt. Vantius poſt iſtos de communi etiam atteſtans in tract. de nullit. ſent. in tit.à quo & quib.mod. ante num.8. ubi alios allegat.Et de obſeruantia in curia Romana teſtatur Io. And.in c. in præſentia.de renun. prout idem obſeruatur in Sacro Cōcilio,in magna Curia Vicariæ,in cæteriſque omnibus ſupremis tribunalibus Regni, in quibus facta inſtantia pro executione ſententię poſt præſentationem proceſſus, tum ratione ſententiæ habentis ex ſui natura executionem paratam: tum etiam alterius cuiuſcunque ſententiæ tranſitum facientis in rem iudicatam, alleganti nullitates in ipſis Regiis tribunalibus conſueuerit concedi aliqua breuis dilatio ad proponendum nullitates:& illis propoſitis, & non releuantibus, militātibuſque in iure & in facto,executioni demandatur ſententia.

Cōis opin.

10 Vtpote quia ſententia poſtquàm tranſiuiſſet in rem iudicatam,omnia in ea acta ſolēnter præſumerentur.teſte Innoc.in c. cùm in iure. de offi. deleg.& in c.quoniam contra de probat.Pau. à ſtreu.conſ.202.col.pen.uol.2. & Cephal. conſilio 241.num.2 uol.2.

11 Imò ſententia ipſa tranſitum faciens in rem iudicatam induceret dubio procul notorium. l. emptorem,& ibi Glo.ff.de act. emp. & in c. fi. de cohab.cler.& mulierum.

12 Imò etiam ſententia hæc, quæ in rē iudicatā trāſiuerit,induceret quoq; pręſumptionē iuris,& de iure: adeò quòd contraria probatio nullatenus admitteretur. Afflictus referens plura Alexandri conſilia,deciſ. 13.Vertitur dubium. num. 28.& ſententia contra eam lata,eſſet indubitanter quidem nulla,& inualida.l.1.C. quando prouoc.non eſt neceſſ. & totu tit. C. ſenten. reſcind. non poſſ.c.in præſentia de renunc.& c.ſicut, & c. inter monaſterium de re iud.

13 Tanti denique eſt roboris res iudicata,ne ſingulare hoc dictum prætermittam, quòd & ſi per Clem.ut calumniis,de re iud.conſtitutum ſit,cōtra tres ſententias conformes nullitatis exceptionem opponi non poſſe quin executioni demandentur;tamen ſi reus bina ſententia ſuccubuerit in cauſa, quæ in rem iudicatam tranſierit: tunc non audietur ulterius ſententię nullitatem obijciens:vt egregiè admodùm tradit Petrus de Ferrar.in forma executionis ſententiæ diffinitiuę.colum.1.fol.56.dicens eſſe valdè no.Sicut enim pro tribus illis iudicibus qui tres ſententias tulerūt, præſumitur.c.in præſentia,de renunciat.l.1.C. de iuriſd.om.iud.ita pro duabus, quarum ultima in rem iudicatam tranſiuit ob iudicati præſumptionem,& efficaciam. Et ſecundùm iſtam ſingularē doctrinam iudicatum fuit in ardua cauſa Vniuerſitatis Collis Brinconij intus Ciuitatem Aquilæ ex vna,& Francum de Toſtis ex altera, ſuper paſculatione defenſæ Collis prædicti.Et ſentētia ad

fauorem

fauorem Vniuersitatis prolata extitit per Magnificum & Excellentem D. Hieronymum de Pace de Neapoli, tunc iudicem, & assessorem in dicta Ciuitate, de anno 1568. negocio benè, ac maturè discusso.

14 Aduocatus autem, qui sententiam ipsam pro Vniuersitate reportauit, fuit D. Iosephus de Rusticis de Aquila, I.C. ingenij subtilitate, maximaq; eruditione clarissimus, vt eius insignia monumenta testantur, fundatiori doctrina, nitidoque dicendi genere conscripta; adeoque illustria, quòd alterius Papiniani aut Sceuolæ responsa existimes; eiusque redditum celeberrimum consilium inspexi, incipiens: Executioni rei iudicatæ, ubi inter cętera Alexandro de Imola cons. 77. in causa. col. 5. post num. 12. lib. 2. responsum affert, & in uers. Et sententias dictas, quando sententiæ cõformes dicantur, magistraliter declarat.

## *SVMMARIVM.*

1 *SENTENTIA contra mortuum prolata est ipso iure nulla.*

2 *Sententia lata, etiam ad fauorem mortui nõ valet.*

3 *Sententia lata pro mortuo in causa beneficiali est nulla, etiam quòd detur ignorantia iuris.*

4 *Sententia pro defuncto ualet, ubicunque lata extitisset à iudice ignorante mortem ipsius.*

## OPINIO DCCXVI.

1 SENTENTIA contra mortuũ prolata tempore ipsius sententiæ, est ipso iure nulla, licèt postmodùm illa per viuum tueatur, atque defendatur. textus est in l. in summa. §. fi. ff. de re iudic. & ibi Doct. & in l. pen. ff. quæ senten. sine appell. rescin. Capicius decis. 1. sub numero. 26. Vantius in tract. de nullitatib. in rub. seu tit. de nullit. sen. ex defectu iurisd. & vnde, ac quib. modis proueniat, tam in iudice ordinario, quàm delegato. nu. 106. & Sebast. Medices cum aliis aggregatis per eum in tract. mors omnia soluit, in 2. par. conclus. 101. num. 285.

2 Imò intantum procedit, veraque apparet isthęc conclusio, vt si sententia ipsa lata pro mortuo ad eius fauorem promulgata esset, minimè ualeret, neq; teneret: vt efficax testimonium est Bar. in d. l. in summa. § fi. Alex. in l. si decesserit. ff. qui satisd. cogan. num. 5. Vant. in loco præcitato, Hugo Celsus cons. 73. Titius, sub num. 41. Marant. in tract. iudiciorum. in 6. par. 3. partis, num. 103. & Iasfred. decis. 27. sententia lata, ubi planum facit

Cõis opin. istam esse communem opinionem contra Glo. in d. l. in summa. §. fin.

3 Imò similiter sententia lata pro mortuo in causa beneficiali esset nulla, etiam quòd daretur ignorantia iuris ita Card. Put. decis. 186.

4 Sed sententia hæc ita amplificata non procederet, ubicunque sententia pro defuncto lata extitisset publicata, atque prolata à iudice ignorante mortem: tunc enim illa prodesset subrogato in locum mortui. ita Bal. eleganter in l. 1. §. 1. in fi. C. de cad. tollen.

¶ Alias uerò duas limitationes, in quibus sententia lata in fauorem, uel contra defunctum ualear, recensuit Vant. in d. tract. de nullit. in tit. de nullit. senten. ex defectu iurisd. & vnde, sub numero 106.

## *SVMMARIVM.*

1 *SENTENTIA lata cõtra citatum extra territorium citantis existentem, est ipso iure nulla.*

2 *Princeps defensionem tollere nõ potest: licèt quis esset excommunicatus, seu criminosus.*

3 *Hæretico etiam traditur copia indiciorum cum competenti term. no ad se defendendum.*

4 *Defensiones conceduntur etiam reo in crimine notorio.*

5 *Defensiones inquisitor hæretico tollere non potest.*

6 *Reus quomodocunque se tueri uelit admittitur ad defensiones.*

7 *Defensiones nemini tolli debent.*

8 *Defensiones tolli non possunt, etiam quòd iudex haberet arbitrium ex forma statuti, & posset procedere sine iuris solemnitate.*

9 *Iudex etiam quòd habeat arbitrium, tenetur reo tradere copiam inquisitionis cum competenti termino ad purgandum indicia.*

10 *Hæreticus citatus ad informandum super crimine hæresis, & recusando comparere incurrit contumaciam, deinde que excommunicari; & si per anni circulum in excommunicatione perseueret, uelut hæreticus est puniendus.*

11 *Defensiones conceduntur cum copia indiciorum in crimine læsæ maiestatis humanæ.*

12 *Copia indiciorum cum competenti termino ad illa purganda tradenda est reo inquisito.*

13 *Appellari potest, vbicunque non dantur defensiones, & copia inquisitionis reo.*

14 *Copia inquisitionis, & defensiones conceduntur reo, completa prius ipsa inquisitione, & subsecuta sua responsione super inquisitione ipsa.*

15 *Copia indiciorum reo danda est, etiam quòd immineat timor subornationis, & ipsa copia traditur magnis, & paruis, & omni generi personarum.*

16 *Defensiones, & copia indiciorum, etiam sponte confesso conceduntur.*

17 *Defensiones fieri possunt usque ad sententiam per inquisitum.*

18 *Reo confitenti in tortura, & ratificanti eius confessionem datur terminus dierum duorum ad producendas omnes defensiones competentes aduersus suam confessionem.*

19 *Defensiones, & copia indiciorum non conceduntur in insigni, & notorio maleficio. & quis sit insignis latro discurritur remissiuè.*

20 *Defensiones non conceduntur in flagranti crimine: cùm contra notorium delinquentem non cadat defensio.*

 21 *Capero*

21 *Capere unusquisque potest, etiam priuatus publicum de linquentem, uel repertum in flagranti crimine, & illum ducere ad iudicem competentem,*

22 *Capi potest debitor fugam arripiens à creditore propria authoritate, & adduci ad carcerem.*

23 *Clericus debitor fugiens pro debito, capi potest sine metu excommunicationis, & duci ad iudicem suum.*

24 *Stylus, & consuetudo curiarum obseruari debet circa denegationem copiæ indiciorum reo.*

25 *Iudex deuenire potest ad torturam contra reum, etiam non petita per eum indiciorum copia.*

## OPINIO DCCXVII.

1 ENTENTIA lata contra citatum extra territoriū citantis existentem, nulla est ipso iure: cùm defensio auferri de iure non debeat. Clemen. pastoralis de re iudic. Bal. in l. omnes. §. fin uerò. col. 2. C. de episc. & cleric. Lanfran. in c. quoniam contra, in uer. Citationes. num. 25. & ibi apostil. in litera A. de probat. & Aretin. consi. 165. sicut Ioannes scripsit. col. 12.

2 Nam defensionem Princeps tollere non potest. d. Clemen. pastoralis, Grammat. uoto 30. numero 9. cum aliis seq. Marsil. in sing. 288. Abb. in c. 1. in princ. de rescrip. & in c. in causis, de re iud. vbi concludit, quòd nec per legem, nec per Principé defensio ipsa tolli posset in criminalibus, quā tumcunque quis esset excommunicatus, seu criminosus. per c. cū inter de excep. ubi idem Abb. & in c. dilecti. eod. tit. col. pen.

3 Hocque amplificatur vtiliter primò procedere, etiam in causa hæreticæ prauitatis, vt ipsi hæretico tunc tradenda profectò sit copia indiciorum contra eum existentium ad finem se purgandi, & defendendi. ita Paris. cons. 2. num. 155. uolumine 4.

4 Imò reo etiam in facto notorio defensiones iuris minimè tollūtur: ut uoluit Inno. in c. statuimus. de offi. deleg.

5 Vndè inquisitor ullatenus defensiones, & exceptiones reo competentes tollere nequiret: secundùm Archid. & alios omnes in c. exhibita. de iud. Spec. de notorio crimine. §. 1. & Carrer. in tractatu de hæreticis. nu. 82.

6 Et sic quomodocunque reus se tueri, defendereque uoluerit admittetur: vt firmat Bar. in extrauag. ad reprimendum in uer. Sequentia.

7 Nam defensio non debet alicui tolli. l. 3. §. si ad diem. ff. de re milit. l. pen. C. de temp. in integ. restit. pet. & c. cùm inter de excep.

8 Quod uendicat quidem sibi locum, & uerum est, etiam si procedi posset sine iuris solennitate: & sic quantumcunque iudex haberet arbitrium ex forma statuti in huiusmodi casu, non tamē posset denegare defensiones. teste Bart. in l. filius. ff. de donat. & in l. 1. ff. de testa. milit. Gandi. in trac. maleficiorum, uers. Item quæro nunquid potestas, qui habet arbitrium, & Alex. cons. 55. habita super contentis. col. 1. & seq. uol. 1.

9 Siquidem si iudex haberet arbitrium in procedendo, quod regulari absque dubio aliquo deberet secundùm iuris regulas: adhuc teneretur tradere in præsenti casu copiam inquisitionis reo cum competenti termino ad purgandum indicia, & ad se defendendum: vt uoluit Alex. in d. cōsil. 65. & Natta ibi in add. & est textus in Regno in cap. incip. Ab illo inchoādum fore penitus prouidentes, ubi disponitur, positos in carceribus in suis defensionibus plenè audiendos.

10 Sed si hæreticus uocaretur ad informandum per inquisitorem super crimine hæresis patrato per eum: tunc nempè deberet excommunicari, & si per anni circulum in excōmunicatione persisteret, uelut hæreticus puniendus foret. c. cùm contumacia de hæret. in 6. & notat Gundissal. in tract. de hæreticis q. 12. num. 3. & seq. ubi vtiliter hoc explicat, & declarat.

11 Secundò ampliatur quoque præmissa conclusio, procedere etiam in crimine læsæ maiestatis humanę. Nam in hoc crimine non solùm defensiones auferri nequeunt, sed vnicuique etiam debet dari terminus ad se defendendum, & indiciorum copia: vt per Alex. num. 4. Ias. nu. 1. & Dec. num. 14. in l. is apud quem. C. de eden. Afflict. de cis. 391. Boss. in pract. crim. tit. de indic. & consid. ant. tort. num. 74. cum aliis seq. Paris. in d. cons. 2. vol. 4. & Rip. in d. l. is apud quem. num. 8. ubi ad lucem adducit istam esse communem opinioné. *Com. opin.*

12 Ampliatur itidem eadem conclusio tertio loco in tantùm fortiri locum, ut nō solùm copia cōcedenda esset indiciorum, sed etiam competens terminus ad illa purganda: vt concedit Boss. in loco præcitato, Bal. Alex. & Cagnol. num. 18. cum aliis congestis per eum in d. l. is apud qué, Guid. de Suza in tract. de indiciis & tortura. num. 62. & seq. Paul. de Eleaz. in commento. c. grauis. col. fin. extra de depos. & Gand. in d. tract. maleficiorum. in uers. Nunquid torquendus, sit audiendus. & ita obseruatur, & practicatur in Regno.

13 Et si tunc non concederetur defensio, seu copia inquisitionis appellandum esset. teste Ripa in d. l. is apud quem, sub nu. 8.

14 Istaque inquisitionis copia reo tradenda uenit completa inquisitione, & emanata prius responsione, & depositione eiusdem rei super inquisitione formata contra eum: secundùm Ruin. cōsil. 7. col. 2. uol. 5. prout ita hodie de consuetudine obseruatur in practica.

15 Ampliatur quartò similiter antesignata conclusio, vt dari debeat reo copia indiciorū, & repertorum contra eum, etiam quòd immineat periculum subornationis: sicut quando admittuntur testes post didicita testificata: iuxta c. fraternitatis extra de testib. & illa copia traditur magnis, & paruis, & omni generi personarum: vt firmat Boss. in loco præcit. num. 75.

16 Postre-

16 Postremò amplificatur etiam prememorata conclusio, quòd sponte confesso minimè esset de neganda ad probandum defensio de iure suo, suaque innocentia. ita Gand. in tract. maleficiorum. in tit. de quæst. in uers. Si confessus dicat se errasse, per tex. in l. 1. 5. si quis ultrò. ff. de quæst.

17 Siquidem defensio, & probatio fieri posset usque ad sententiam. l. si quis iureiur. C. de reb. credit. & l. indicia. C. de probat. Bald. in l. bonæfidei. colum. 3. C. de reb. cred. & in l. fin. col. 1. C. de probat. & Ancha. cons. 22. vtrum confessio contra iniustum. col. 3. quamuis, & malè quidem Lallus de Tuscia in constit. Hij qui de leuibus. nume ro 13. per textum. in c. postquàm lib. 6. asseueret contrarium, uidelicet confessum crimen coram inquisitore puniri, condemnarique posse, non aliter ei tradita copia capitulorum & inquisitionis.

18 Et hinc est, quòd si reus in tormentis fateretur crimen, & illud postmodù ultrò solutus uinculis & catenis, & in sua libertate politus ratificaret die sequenti extra tormenta in bancho iuris: tunc iudex teneretur ei stabilire terminum, saltem duorum dierum ad producendas omnes, & quascunque defensiones competentes aduersus suam confessionē, ut undiq; scaturire queat eius innocentia, casu quo innocens sit: vt per Afflict. & alios Regnicolas in constit. Si damna, & Marant. in tract. iudiciorum. in 6. par. in 14 actu de quæstione, quæ duplici nomine admittitur, in quibus locum illa habeat, & quo ordine ad illam perueniatur. num. 15.

19 Cæterùm isthæc conclusio ita explanata, amplificataque, limitatur primò locum non obtinere in insigni maleficio, & hoc quando adeò insignè esset, quod redactum esset ad notorium, & manifestum: vt exprimit Boss. in loco præcitato. nu. 76. & de insigni latrone uide per Afflict. in d. decis. 391. num. 10.

20 Limitatur etiam secundò locum non sortiri in reperto in flagranti crimine: cum contra notorium criminosum, delinquentemque nulla defensio cadere possit. d. l. 3. §. si ad diem. ff. de re milit. Abb. & Feiy. in c. causam. el 1. num. 5. de iudic. Grammat. decis. 36. num. 50. cum aliis seq. & num. 80. & Follet. in pract. crim. in uer. Item ꝙ fuit captus in flagranti crimine. num. 1. & seq. Et ita obseruari uidi in patria mea, in anno 1578. dum quidam assassinus incognitus & aduena, cū duobus scoppettis paruulis, tunc impiè degrassatus, aggressusq; esset Paschalem Marianum Aquilanum, qui cùm euasisset tam maximum uitæ suæ discrimen Dei benignitate, cœpit strenuè quidem ipsum assassinum fugam arripientem, duxitque statim ad publicum carcerem, eo que sine cunctatione torto, atque tormētato, vt negocium atrocissimum, & notorium quidē exigebat, fassoque crimine cum suis circumstantiis extitit in ipsa Ciuitate Aquilæ suspensus.

21 Et licuit quippè ipsi Paschali hoc agere, ac prædictum assassinum capere: cùm quilibet, ad quem spectar, repertum in flagranti crimine capere possit, illumque pariter ducere ad iudicem loci commissi criminis. textus est in l. raptores. C. de epis. & cler. And. de Iser. in 4. not. & cæteri Regnicolæ in constit. Iustitiarij non per calendas, Bar. in l. si quis in seruitute. col. 2. per illum textum. ff. de furtis. Bernar. de Plotis cons. 133. Hercules. num. 21. inter cons. crim. in folio. lib. 1. & Follet. in d. uers. Item quòd fuit captus in flagranti. nu. 3. vbi hoc ampliat locum sortiri etiā in quolibet extraneo, ut is, quamuis ad eum non spectet præsens captura, ualeat ipsum reum capere in flagranti crimine repertum, atque postmodum ita captum ad publicum carcerem adducere. & est tex. in cap. Regni exordiente. Amplius nulli priuato liceat. ubi disponitur licere cuicunque priuato capere publicum delinquentem, & eum præsentare in carceribus, uel transmittere ad superiores infra duos dies; aliàs incurreret priuati carceris pœnam.

22 Imò hoc procedit quoque in debitore, vt is capi queat à priuato si fugam arriperet, & non haberet in loco vndè posset sibi satisfieri. arg. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in fraud. Et sic captura propria authoritate creditoris fieri posset, ubicunque debitor esset in fuga. d. l. ait pretor. §. si debitorem, & ibi Bart. & Pet. à Plaza cum magna catherua Doctorum relata per eum in epito. causarū criminaliū, cap. 34. sub nu. 14.

23 Quodque adcò uerum est, vt uendicet sibi locum non solùm in debitore laico, sed etiam in clerico, vt is fugiendo pro debito capi possit sine metu excommunicationis: secundùm Abb. col. 2. & 5. & alios oēs in c. cū non ab homine, de iud. Io. And. & Abb. in c. 2. de pig. Inno. in Glo. sua in uer. Prælatorum. & cæteros oēs. in c ut famę. de sen. excō. Glo in c. ins gentiū 1. dist. & Doct. in c. nullus. C. de iud. & in c. olim. el 1. de rest. spol.

¶ Sed debitor ita captus per creditorē debet statim duci ad iudicem. teste Bar. in l. 2. ff. de fer. & in d. §. si debitorem, & Bal. in add. Specul. de re nunc. uers. pen.

24 Limitatur tertiò eadē conclusio ēt locum nō obtinere modo aliquo, ubicunq; extaret stylus, vel cōsuetudo contraria, vt inquisito copia indiciorum, & terminus ad defendendum dari non debeat. ita Rot. decis. 11. col. fi. Afflic. d. dec. 391. num. 5. & decis. 135. Quidam Venetus. nu. 3. & Paris. cons. 44. uol. 1.

25 Claudicatque postremò antedicta cōclusio, quando copia indiciorum petita non foret: tunc enim iudex posset indubitanter deuenire ad torturam nulla data copia: secundùm Rip. in d. l. is apud quem n. 9. quod declarat ibi utiliter Dec. cum aliis Moder.

### SVMMARIVM.

1 SENTENTIA *lata contra minorem indefensum, carentemq; tutore, uel curatore in ciuilibus nō ualet, secus si pro eo lata esset.*

2 *Sententia lata contra pupillum habentem tutorem, qui non adimpleuerit solennia à iure requisita non ualet.*
3 *Sententia lata per falsos testes contra minorem, & contra ecclesiam non ualet.*
4 *Sententia lata in prima instantia contra minores indefensos non ualet: secus in sententia lata in causa appellationis.*
5 *Sententia pro, vel contra minorem promulgata, potest per eum ratificari.*

## OPINIO DCCXVIII.

1 
ENTENTIA lata contra minorem indefensum, tutorem uel curatorem legitimum non habentem, non ualet in ciuilibus; secus uerò si ea prolata esset ad eius fauorem: tunc nempè absque controuersia aliqua ualeret, & teneret: secundùm Glo. & omnes alios in l. 1. C. qui legit. person. Specul. de arbitr. §. fin. uers. pen. Bal. in l. cùm & minorem. quęst. 5. C. si aduer. rem iudi. Gloss. Bartol. & cæteros omnes in l. non eo minus. C. de procur. Glos. Bal. & reliquos in l. si tutor. C. iu quibus cau. in integ. restit. non est necess. Nattam cons. 541. scripsi aliàs num. 18. uolum. 3. Bero. consilio 102. num. 1. uol. 3. Iaffred. decis. 343. sententia lata pro pupillo, ubi planum facit istam esse communem opinionem, & Marant. etiam in tract. iudiciorum in 6. par. 3. uel ultimæ par. num. 105. & sequen. ubi eam limitat non procedere in furioso: nam sententia etiam ad eius fauorem promulgata minimè ualet. Cōis opin.

2 Imò isthæc communis intantùm procedit, & amplificatur, quòd si minor haberet tutorem, & ille non adimpleuisset solennia requisita, & sic de iure adimplenda: tunc si proferretur sententia contra pupillum, esset utique nulla: secus autem si in fauorem. ita Glo. in d. l. si tutor, & ibi Bal. & Pau. Castren.

3 Ampliatur secundò eadem communis obtinere locum etiam in sententia lata per falsos testes contra minorem: tunc ea censetur nempè ipso iure nulla fauore minoris ætatis. l. 1. C. si ex fals. instrumen. Canonistę communiter hoc firmant in cap. ab excommunicato de rescript. & Legistæ in l. Diuus Adrianus. ff. de re iudic. ubi Ias. numero. 5. meminit de communi. & similiter affirmat idem esse si huiusmodi sententia esset lata contra ecclesiam. Cōis opin.

4 Et licèt sententia lata contra minores indefensos non ualeat: nihilominus tamen hoc de plano, & sine scrupulo aliquo procederet in prima instantia: secus uerò in sententia lata in causa appellationis: vt per Bar. in l. alienā. C. de procur. Bal. in l. pręses. C. quomodo, & quando, & Alex. in l. contra pupillum. num. 6. ff. de re iud.

5 Claudicatq; etiam secundo loco eadem communis, ubicunque sententia hæc ratificata foret. Nam sententia pro, uel contra minorem promulgata posset indubitanter per eum ratificari. ita Fely. in cap. causam, el 1. sub num. 6. cum aliis sequen. de iudic. & Bertran. consil. 30. ex themate mihi traditæ consultationis. num. 1. uol. 1. 2. partis, ubi planè deducit istam esse communem opinionem. Cōis opin.

## SVMMARIVM.

1 *SENTENTIAE appellatione, uenit omnis sententia, siue ciuilis, siue criminalis sit.*
2 *Sententiæ appellatione intelligitur de diffinitiua, nisi sequatur absurditas.*
3 *Statutum prohibens appellare à sententia, intelligitur à diffinitiua.*
4 *Statutum arctans arbitrum ad finiendam causam intra mensem, intelligitur per sententiam diffinitiuam: & non sufficit tunc absoluere partes ab obseruatione iudicij.*
5 *Statutum disponens, quòd sententia proferri nequeat sine consilio sapientis, intelligitur tantū de diffinitiua.*
6 *Statutū disponens, quòd de sententijs debeat solui gabella, intelligitur de sententijs solummodò diffinitiuis.*
7 *Statutum iubens à sententijs non posse appellari, intelligitur à diffinitiuis tantùm.*
8 *Sententiæ appellatione venit etiam interlocutoria in materia fauorabili.*
9 *Sententiæ appellatione uenit etiam interlocutoria, vbi concurrit eadē ratio, vel maior in interlocutoria, quæ concurrat in diffinitiua.*

## OPINIO DCCXIX.

1 
ENTENTIAE appellatione uenit de proprio significatu omnis sententia, siue ciuilis, siue criminalis sit: ut di scurrunt, & firmant cōmuniter Doct. in rubr. ff. de re iud. Cōis opin.

2 Cæterùm appellatione sententiæ intelligitur profectò in dubio de diffinitiua, & non de interlocutoria: & sic in potiori significatu, nisi sequatur absurditas. ita Glos. in ver. Sententiæ. in l. 1. §. biduum. ff. quando appel. sit, & in Clemen. 1. de re iudic. & in capitulo, cùm olim de testib. & in l. quod iussit, per textum ibi. ff. de re iudic. Card. in capitu. cum olim de caus. poss. & propriet. & in cap. venientes, de iureiuran. Dominicus in c. cùm appellationibus friuolis. §. si ucrò de appell. in 6. & in c. adeò in 2. respons. in fin. eod. tit. Abb. in c. si. de sequestr. poss. & fruct. & in cap. causam matrimonij, ubi alij omnes unanimiter, & concorditer de offic. deleg. & Barbar. in cap. cùm dilectus colū. 18. de ord. cogn. & facit etiā text. in l. quid ergò. §. quæsitum, & ibi Bal. & alij. ff. de his q no. infa. Cōis opin.

3 Et

3 Et hinc non ab re inferebat primò Card. in cap. vt debitus in fin. de appellat. statutum prohibens appellare à sententia, intelligi à diffinitiua, non autem ab interlocutoria, ubi refert quoque ita consuluisse Bald. in Ciuitate Pistorij, & sequitur etiam Philip. de Perusio post Abb. in capit. pastoralis in 6. quæst. de appell. & Præpos. ibi in secunda colum. Fely. in cap. causam quæ, numero 27. de rescript. Dec. in l. fin. numero 25. C. de pact. & Rip in rubr. numero 4. de re iudicata. Siquidem uerbum hoc, Sententia, propriè conuenit diffinitiuæ, non autem interlocutoriæ: secundùm Roma. in l. stipulationum, numero 10. ff. de uerb. oblig.

4 Inferebatque ex his etiam secundò utiliter equidem Bartol. in l. dicere. ff. de arbit. statutum arctans arbitrum ad finiendum causam intra mensem, intelligi debere per sententiam diffinitinam: & ideò non sufficeret tunc ab soluere partes ab obseruatione iudicij: vt per Bartol. in l. generali. C. de decurio. lib. 10. & Bal. in l. iusiurandum & ad pecunias. §. fi. ff. de iureiur.

5 Tertiò inferebat quoque Bald. in l. prima. C. ne lice. ter. prouoc. statutum disponēs sententiā proferri non debere sine consilio sapientis, intelligi dē diffinitiua, non autem de interlocutoria; cui inhæret Roma. in l. si quis mihi bona. §. pen. ff. de acq. hæred.

6 Quartò inferebat etiam ex allegatis Bald. in add. Specul. in tit. de sentent. prolat. colum. 2. statutum disponens de sententiis deberc solui gabellam, intelligi de sententiis diffinitiuis: vt de eis debeat solui gabella, non autem de interlocutoriis.

7 Quintò itidem infertur per Guil. de Cun. & Bald. in l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de minori. eandemque Bald. in l. 1. ff. de offic. præto. & in l. post sententia. col. 2. C. de senten. statutum iubens à sententiis non posse appellari, intelligi à diffinitiuis tantùm.

8 Sed isthęc opinio, quòd appellatione sententiæ ueniat diffinitiua tantùm, ita illustrata limitatur primo loco, si materia fauorabilis quippè sit: tunc enim sententiæ appellatione veniret etiam sententia interlocutoria: secundùm Iasonem. in l. si constante, numero. 79. ff. soluto matrimonio.

9 Claudicatque secundo loco etiam eadem opinio, ubicúque militaret, concurreretque maior ratio, uel eadem in interlocutoria, quę militaret in diffinitiua: tunc vtique intelligeretur etiam de interlocutoria: præsertimque ubi materia indifferens foret ad interlocutoriam, & diffinitiuam. ita Alex. consil. 50. uisis actis causæ agitatæ, numero 12. uol. 2. Card. Put. decif. 21. & Corn. consil. 204. num. 2. uol. 2. ubi innuere uidetur istam esse approbatam opinionem vniuersaliter ab omnibus.

*SVMMARIVM.*

1 *SENTENTIA diffinitiua in scriptis recitari debet: interlocutoria uerò sine scriptis, sed posteà debet in scriptis redigi.*

2 *Sententiæ diffinitiuæ prius debent scribi, & postea publicari, & recitari & si præuerteretur ordo sententiæ ipsæ sustineri non possent.*

3 *Sententia diffinitiua de partium consensu proferri posset etiam sine scriptis.*

4 *Sententia merè interlocutoria non requirit aliter scripturam.*

5 *Sententia interlocutoria habens vim diffinitiuæ requirit in eius recitatione scripturam, quemadmodum & diffinitiua.*

6 *Sententia non ualet si de ea notarius rogatus non sit.*

7 *Sententia diffinitiua sufficit, vt lecta sit in scriptis: & parum, aut nihil refert si omittatur illa dictio, & in his scriptis &c.*

8 *Appellatio, seu libellus appellatorius ualet, etiam si in eo appositum non sit per appellantem. Et in his scriptis prouocat, &c.*

9 *Sententia in qua non adest, Lecta, lata, & recitata &c. est nulla.*

10 *Sententiam fuisse latam probatur per uerba lecta, & publicata, apposita per notarium in fine sententiæ.*

11 *Sententia dicitur lata quando in ea reperitur verbum publicata.*

12 *Sententia, in qua notarius apposuit lectam, latam & cætera, & re ipsa non fuisset recitata non valet si probaretur contrarium per negatiuam cobarctatam loco, & tempore: cùm hoc per ipsam negatiuam probari posset.*

## OPINIO DCCXX.

1 SENTENTIA diffinitiua in scriptis proferri, recitarique debet: interlocutoria uerò ualet sine scriptis, sed postcà debet in scriptis redigi: vt per Gloss. & alios omnes, & præsertim Beroū, numero 206. in cap. quoniam contra de probat. & per Legistas in l. fin. C. de senten. ex pericu. recitan. & iu l. 2. ff. de appell. Ant. Corset. in sing. in ver. Sententia, il decimo Alexand. in l. iustè possidet, num. 12. ff. de acquir. poss. ubi in medium reseruauit istam esse communem opinionem, Ias. etiam in l. nec quicquam. §. vbi decretum. colū. 14. ff. de offic. proconf. & Marant. in tract. de iudic. in 6. par. 3. partis, num. 12. super 1. actu. Et hoc idem sancitū reperitur in Regno, quòd sententiæ diffinitiuæ in scriptis redigi debeant: vt habetur in constit. incip. Ab omnibus Regnino. stri, ubi Afflict. num. 5. Cōis opin.

2 Vndè necessariò prius scribi debent sententiæ diffinitiuæ, & postmodum publicari, legi, & recitari. cap. fin. de re iudic. in 6. & l. 2. C. de sen-

ten. ex breuic. recitan. Et si fortè ordo iste prætermitteretur: & sic si uerbotenus sententiæ diffinitiue proferrerentur, & postea scriberentur: ille tunc non ualerent, nec sustineri possent modo aliquo. teste Spec. in tit. de sent. §. iuxta, uer. Non ualet. num. 12. & D. Carauit. cum aliis aggregatis per eum in ritu 37. num. 2. ubi uidetur innuere etiā, sub numero 5. sententias quoque interlocutorias in scriptis recitandas esse: prout ita semper uidi in practica obseruari.

3 Sed de partium consensu ista solennitas remitti quidem posset, & consequenter fieri, pacisciique inter eas, vt sententia etiam diffinitiua sine scriptis proferatur. l. quotiens, vbi Gloss. C. de priuileg. schol. lib. 10. Bar. & alij. & Ant. Corset. in d. sing. in uer. Sententia. el 10. post prin.

4 Et licèt sententia merè interlocutoria non requirat aliter scripturam, ex communi opinione recitata per Alex. in d. l. iustè possidet, num. 12. & Bero. in d. c. quoniam contra, sub nu. 206. cui inhæret etiam Afflict. d. constit. ab omnibus Regni nostri, sub nu. 5. & Rom. sing. 5. quòd sententia, vbi concludit sententiam super incidenti sine scriptis proferri posse.

Cōis opin.

5 Tamen in interlocutoria habente vim diffinitiuæ indubitanter profectò requiruntur solennitates scripturæ: secundùm Glos. in cap. fin. de elect. in 6. & Alex. in d. l. iustè possidet, num. 14.

6 Vndè sententia nullatenus valeret si de ea notarius rogatus non fuisset. l. cùm sententiam. C. de senten. vbi Doct. omnes, Bar. & Bald. in l. 1. C. de senten. ex peri. recitan. & Spec. in tit. de senten. §. vt autem. col. 8. uers. Notarius.

7 Et hinc est, quòd si in sententia diffinitiua nō forent apposita illa uerba, In his scriptis pronunciamus: tunc ea, vtique non ualeret: quia illud pro forma requireretur: secundùm Ang. in l. error. C. de restam. & in l. fio. C. de senten. ex peric. recitan. & aliquos alios Doct. variis in locis iuris nostri, per text. in authen. hoc inter. §. nisi fortè. C. de testam. & in l. contractus. C. de instrum. qui affirmauere sententiam aliter latam non ualere. arg. text. in l. secunda & vlt. C. de senten. ex breuic. recitan. Sed in contrarium extat ueritas: sufficit enim si sententia ipsa in scriptis proferatur. per textum in l. cùm antiquitas. §. fin. C. de testam. & ita firmat Gloss. in capit. fin. in uer. Illustrium de re iudic. in 6. ad quam se remittit Bartol. tangens hanc quæstionem in §. sit tibi quoque, numero 5. in authen. de mand. Princ. & sequitur etiam Specul. in tit. de senten. §. iuxta, uers. non ualet etiam, & D. Carauit. in d. ritu, sub num. 8. Et dum superioribus annis per hanc doctrinam sic iudicatum religiosè quidem extitisset per doctissimum, & iustissimum D. Persium Circium iureconsultum Terræ Montis Regalis, dum tuoc reperiebatur meritissimus Gubernator in Ciuitate Ducali, & appellatū esset à tali sententia ita, & taliter promulgata, ea non obstantibus istis friuolis, & nullius momenti exceptionibus fuit eo tempore per iudicem ad quem approbata, & meritò confirmata.

8 Et de hoc syncerè mirandum non est: Nam appellatio, seu libellus appellatorius ualet, & tenet, sustineturque etiam si in eo dictum, expressumque non sit per appellantem, & in his scriptis prouocat &c. secundùm Spec. de appell. §. 1. uers. Et notabiliter.

9 Et quanquàm notarius debeat necessariò esse rogatus de sententia: nihilominus tamē, vbi cunque in sententia nō adesset lecta, lata, & recitata fuit, ipsa sententia tunc foret nulla, & penitus inualida: siquidem actuarius tenetur de necessitate asserere in calce ipsius sententiæ, lecta, lata, & recitata fuit tali die, mense, & anno, curia sedente pro tribunali &c. aliàs si assereret lata fuit sententia, ex quo non appareret fuisse lectam, nequaquàm ualeret, neque sustineri posset: vt concedit Bartol. in l. tertia. in fiu. C. de senten. ex breuic. recit. & Carauit. in dicto ritu 37. numero 8. vbi assignat rationem, plurimumque exornat præsentem materiam, illam extricando, & explanando. Et ita uidi in causa maximi momenti annullaram sententiam in anno 1574. candidè quidem per D. Capitaneum Regiæ Terræ Ciuitæ Regalis prouinciæ Aprutij, de consilio Excellentis D. Persij Circij ex defectu lectæ latæ, quæ non reperiebatur in ipsa sententia.

10 Benè tamen uerum est, sententiam fuisse latam probari per uerba. Lecta, & publicata, apposita per notarium in fine sententię. ita Card. Put. decis. 356.

11 Nam sententia dicitur lata absque dubio aliquo, quando in ea reperiretur uerbum publicata: secundùm Chrisant. decis. 167.

12 Cæterùm ubicunque notarius scripsisset, apposuissetque in calce sententiæ lectam latam, & re ipsa non extitisset ea recitata, & lecta: posset vtique tunc probari contrarium per negatiuam coharctatam loco, & tempore: ut uoluit Bartol. in l. 2. C. de erro. aduoc. & Carauit. in d. ritu 37. sub num. 8.

## SVMMARIVM.

1 *SEQVESTRVM absque consensu vtriusque partis positum penès aliquem mercatorem, non priuat possessorem possessione, præcipuè si per iudicem incompetentem appositum fuit.*

2 *Sequestrum non potest fieri per iudicem si vnus possidet, & alter non: neque inhiberi vtrique parti ne uadant ad possessionem, etiam quòd uideat partes processuras ad arma, & scandala, sed iudex debet parti non possidenti præcipere sub pœna, ne possidentem molestet.*

3 *Sequestrum concessum à iudice ex abrupto sine partis citatione, & causæ cognitione tanquàm de facto datum debet de facto reuocari.*

4 *Sequestrum non reuocatur etiam si possessor post sequestrum reportet sententiam ad sui fauorē, cuius occasione fuit prouisum per aliam sententiam infirmari, sed esset expectanda finalis causæ uictoria. Quod in tantùm uerum est, vt si iudex, qui primam sententiam latam contra possessorem reuocauit, sequestrationem etiam reuocasset, ueniret omninò reintegranda.*

## OPINIO DCCXXI.

1 SEQVESTRVM absque cō sensu utrinsque partis positū penès aliquem mercatorem non priuat possessorem possessione, præcipueque si per iudicem incompetentē appositum fuit: iuxta com- Cōis opin. munem opinio nem omnium Scriben. quam sequitur, & declarat Fely. & alij ibi in c. illud. num. 16. de præscript. Cassaneus conf. 48. per totum, Gomes. in reg. cancellar. in reg. de annali possessore. q. 6. ante fin. & Bertran. conf. 115. etiam si possessio alicui ablata. num. 2. uol. 6. vbi mentionē facit de ista communi sententia. Et sic secundùm communem præmemoratam, per sequestrum iudiciale non perditur modo aliquo possessio. l. interesse, cùm ibi notatis per Iac. de Aret. & per Canonistas in Clemen. 1. de sequest. poss. & fruc. per Bar. Bal. & alios in l. licèt. ff. deposi. & per Cyn. Bar. & cæteros omnes communiter in l. 1. C. de prohib. sequest. pec.

2 Et hoc mirum non est, quia si vnus possidet, & alter non, sequestrum fieri nequit per iudicē, atque inhiberi utrique parti minimè debet, ne vadant ad possessionem, etiam quòd uideat partes processuras ad arma, & scandala. Ias. in l. quidam extimauerunt. ff. si cert. pet. post Bal. ibi col. 2. Franciscus Marci decis. 198. num. 3. & seq. in 1. par. & Ferrarien. in sua pract. Papien. super for. sequestri in prin. nu. 3. fol. paruo 114. vbi inquit, quòd quando certum est aliquem possidere fundum, super quo quæstio mouetur, timeturque ne ad arma, ac rixam partes ueniant: iudex tenetur præcipere sub determinata pœna parti non possidenti, vt possessorem nō impediat in sua pacifica possessione, nec ipsum quoquo modo turbare præsumat: aliàs inconueniens sequeretur, quòd quilibet ex cogitata malitia rixam mouere fingeret, vt eius aduersarius priuaretur commoditate fructuum, & possessionis. Sed quotiescunque duo cō tenderent se possidere propter timorem armorum, rixæ, seu scandali, quod leui insurgere potest: sequestratio tunc fieri posset: cùm ad iudicis officium spectet scandalis obuiare, etiam vtraque parte contradicente rem ipsam, uel possessionem apud tertium sequestrare, & secundùm exitū probationis procedere: vt per Bar Bal. Flor. Alexā. & cæteros in l. æquissimum. ff. de usufruc. & Curt. Sen. conf. 61.

¶ Et hoc procedit, intelligiturque, quando est dubium inter partes, quis possideat: secundùm Pau. Cast. cons. 111. per totum. uol. 2. & Ferrariē. in d. forma sequestri. §. 1. nu. 1. & seq.

3 Ideò aduerte, vt sequestratio hæc in casibus permissis fieri ualeat per iudicem, saltem summariè constare prius ipsi iudici debet de timore armorum, & de scandalo proueniente; & in hoc discutiendo partis citatio requiritur: nec creditur iudici asserēti ita esse, nisi ex actis appareat. quapropter si sequestratio ex abrupto procederet absque partis citatione, & causa cognita, de facto reuocari deberet: secundùm Ang. conf. 103. in fin. Curt. in repet. l. vnicæ. C. de prohibit. sequestr. in 2. not. 7. fallen. cum seq. col. 3. & Dec. cō sil. 366. pro declaratione. nn. 13.

4 Aduerte etiam, quòd non reuocaretur sequestrum ipsum, etiam si possessor post sequestrum reportaret sententiam in sui fauorem, cuius occasione extitit decretum per aliam sententiam infirmatū: cæterùm esset expectanda finalis causæ victoria. tex. est & ibi Glos. in Clem. unica de sequestra. pos. & Milis in suo repert. in uerb. Sequestrum. num. 1.

¶ Et hoc intantùm verum est, vt si iudex qui primam sententiam latam contra possessorem reuocauit, sequestrationem etiam reuocasset, ueniret omninò reintegranda: secundùm Specul. in d. tit. de sequestr. poss. num. 5. uers. Sed pone, lata est sententia.

## SVMMARIVM.

1 *SEQVESTRVM regulariter est illicitum.*
2 *Sequestrum regulariter tollitur per satisdationē: quia fideiussio ipsa est medicina sequestri.*
3 *Sequestratio fieri potest in aliquibus casibus remissiuè.*
4 *Citatio partis, vel alius ordo iudiciarius ad concessionē sequestri non requiritur ob suspitionem fugæ, & exportationis rei, sed exigitur solummodò summaria cognitio.*

## OPINIO DCCXXII.

1 SEQVESTRVM regulariter est illicitum. tot. tit. de prohi. sequestr. pec. & extra de sequestra. poss. & fruct.

2 Vndè regulariter etiam ipsum sequestrum tollitur per satisdationem. l. fin. C. de ordi. cogni. & secundùm Cōis opin. Cyn. & communiter Doct. in l. 1. C. de prohi. sequest. pecun. dummodò in satisdatione promittatur de restituendo fine procrastinatione: secundùm Bartol. in l. litibus. C. de agri. & censi. nisi in casu. Clemen. 1. de sequest. poss. & in quibusdā aliis casibus, de quibus per Panor. in cap. 2. ext. eo. colum. 4. Item contumacia, uel absentia impetrātis sequestrum non curantis litem prosequi. l. si oleum. ff. de dolo.

3 Similiterque nota, quòd multi sunt casus, in quibus sequestratio fieri permittitur, de quibus per Glo. in c. dilectus. extr. de sequest. pos. & fruc. & per Bal. in l. fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cogan. & in l. 1. C. de prohib. sequest. pecun. per Abb. in d. c. dilectus, & per Ferrarien. in sua pract. Papiē. in forma sequestri. nu. 1. cum aliis seq. Et inter alios casus reperitur casus iste, quando uocatus di scessit re infecta: iuxta. c. ex literis de dolo, & con tu. & ibi per Glo. sed tunc non erit propriè seque strum, cęterùm data cautione reuocabitur: vt ibi per Abb. & ita in facti contingentia obtinuimus in curia nostra episcopali de anno 1570.

4 Et licèt ad concessionem sequestri exigatur summaria cognitio: non tamen citatio partis, uel alius ordo iudiciarius propter suspitionem fugæ, & exportationis rei requiritur: vt per Bal. in præcitato. §. fi. & Panor. in d. c. 1. circa fi.

*SVMMARIVM.*

1 *SERVITVTIS titulum á domino habens, licèt non possit probare per instrumenta, ac testes: potest tamen illum titulum probare ex longa possessione, quo casu allegans ad probandum titulum pro coniectura tituli, se vsum fuisse illa seruitute domino sciente, & patiente decem, uel uiginti annis, debet obtinere in causa.*

## OPINIO DCCXXIII.

1 SERVITVTIS titulū á domino habens, licèt non possit probare per instrumenta, ac testes: potest tamen illum titulū proba re ex longa possessione. undè in casu isto allegans ad probandū titulum pro coniectura tituli se vsum fuisse illa seruitute domino sciente, & patiente decem, uel 20. annis, debet obtinere in causa: secūdùm Glos. Bar. & Floria. in l. seruitutes. ff. de seruit. Innoc. & Abb. col. 5. in c. si diligenti. de pręscript. Innocē. Ant. & Abb. in fi. in c. peruenit, de cēsib. Glo. Bar. Fulg. & Floria. in l. cùm de in rē uerso. ff. de usuris, Bar. in sua disput. exordiente, quędā mulier, Ang. Aret. in §. æquè, instit. de act. Barto. & Imol. in l. 1. §. fin. ff de aqua pluuia arcen. & Pau. Castr. in d. l. seruitutes. ubi scribit istam esse communem opi- *Cōis opin.* nionem Legistarum, & Canonistarum: quos omnes refert Fely. in c. de quarta. colum. pen. de pręscrip. & idem firmat Cępol. in cautela. 108. incip. in præscribenda seruitute.

*SVMMARIVM.*

1 *SIMONIA commissa in ordine suscepto non dat aliquo modo executionem ordinis suscepti, imò impedit executionem omnium aliorum. Et sic simoniacus est suspensus ab ordine per simoniam suscepto, & ab alijs ordinibus.*

2 *Simoniacus est ipso iure priuatus beneficio, & non facit fructus suos, sed tenetur ad illorum restitutionem, & dans & accipiens simoniacè ipso facto sententiam excommunicationis incurrit, etiam si Pontificali, aut Cardinalatus refulget dignitate,*

3 *Simonia est contra legem diuinam.*

4 *Papa est subditus legi naturali, & diuinæ vt cæteri homines, & in eum cadit simonia, & peccat um simonia quò ad Deum, & non incurrit pœnas iuris positiui, cui non subest.*

5 *Papa si ex cupiditate, & accepto pretio, non ex malitia confert beneficia, non incurrit simoniam: quia in dubio præsumitur, quòd non animo vendendi ecclesiastica beneficia munera receperit.*

6 *Simoniaci in ordine, & beneficio, & omnes mediatores, procuratores, & consentientes sunt excommunicati: quia qui talia agunt digni sunt morte.*

7 *Simoniacus per extrauag. Cùm detestabile Eugenij, seu Pauli 2. in tit. de simonia, est excommunicatus ipso iure, & ipso facto. Et sic uerba ibi posita contra simonia cū inducunt canonē lata, non autem ferenda sentētia.*

8 *Simoniacus incurrit ob simoniam in crimen hæresis.*

9 *Simonia est, si aliqua pactio interuenerit de soluendo aliquid pro ingressu religionis, etiam si monasterium esset tenue. Et etiam si reciperetur aliqua monialis vltra numerum ordinarium.*

10 *Alexandri Arguli de Tagliacotio Episcopi Terracinæ laudes.*

11 *Moniales, seu Abbatissa super recipiendo monialem, mediante pacto, licèt aliquid recipere nequeant absque labe simoniæ: tamen sponte oblata remota corruptela in temione recipere possunt.*

12 *Simoniæ non committitur si ingrediens monasterium bona sua secum deferat in toto, uel in parte, dummodò hoc non fiat in fraudem.*

13 *Monialis ubicunque esset recepta gratis ad religionē, et post receptionē pater eius nil uellet soluere monasterio, posset agere contra patrē pro alimētis: & si pater mortuus esset, potest agere ad partem suæ hæreditatis.*

## OPINIO DCCXXIV.

1 SIMONIA commissa in ordine suscepto, non dat, neque præbet aliquo modo executionem huius ordinis, imò impedit executionem omnium aliorum; & sic simoniacus iste est suspensus ab ordine per simoniam susceptο, & ab aliis ordinibus: secundùm textum. in c. præter. §. uerum. 32. distinct. Innocen. & omnes in cap. tanta, de simo. Hostien. in summa. tit. de simo. §. qua pœna. Syluest. in uer. Suspensio. q. 7. Archid. in c. ordinationes. 1. q. 1. Innoc. & Abb. in c. per tuas. il 2. nu. 5. de simo. & S. Ant. in sua summa. in 3. par. tit. 27. c. 11. quorum opinio communis est: vt per Scriben. in c. si quis. eod. tit. & in d. c. tanta.

2 Et

2 Et hoc procedit quoque in simonia commissa in beneficio, videlicet, quòd simoniacus iste est ipso iure priuatus beneficio: secundùm Præpo. in c. presbyter. colum. fin. 1. q. 1. & in c. statuimus in 1. & 2. colum. in ead. quæst. Et licèt opinio hæc olim per aliquos Doct. dubia redderetur: hodie tamen per constitutiones modernorum Pontificum simoniacus ipso iure beneficio est priuatus. teste Fely. in c. in nostra de rescrip. & in c. 2. eod. tit. & Couarr. in regula, peccatum in 2. part. §. 8. nu. 8. vers. apud veteres. fol par. 192. de reg. iur. in 6. Imò in Cõcilio Costantiensi sess. 43. fuit facta determinatio ita clara, perspicua, & aperta, vt non accidat amplius vllo pacto circa hæc dubitare: vt constat in extrauag. exordiente, Multæ, vbi Martinus Papa ita inquit: Sacro approbãte Concilio declaramus, quòd ordinati simonia cè ab executione suorum ordinum sint ipso iure suspensi, electiones aut postulationes, confirmationes, & quæuis prouisiones simoniacè ecclesiarum, monasteriorum, dignitatũ, personatuum, officiorum, & beneficiorum quorumcunq; deinceps factæ, nullæ sint ipso iure, nullumque per illas ius cuicunque acquiratur, nec promoti confirmati, aut prouisi faciant fructus suos: sed ad illorum restitutionem, tanquam iniustè ablatorum teneantur. statuentes insuper, quòd dans, & recipiens ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, etiam si Pontificali, aut Cardinalatus refulgeat dignitate.

3 Et hoc mirum non est, si in summum Pontificem cadat simonia: quia ipsa simonia est contra legem diuinam, de qua Matthęi 10. super quo dicit Glo. ordina. quòd Christus per illa uerba condemnat perfidiam simoniacæ hæreseos. De iure ergò diuino est, quòd pro spiritualibus actibus, & pro administratione sacramentorum, & prædicatione, atq; consimilibus nihil accipiatur quasi pretium. Vnde Petrus Simoni mago (à quo simonia dicta est) dixit act. 8. pecunia tua tecum sit in perditionem; quoniam donum Dei (scilicet gratiam sanitatum, & miraculorum) existimasti pecunia possideri.

4 Et quia Papa est subditus legi naturali, & diuinæ, vt cæteri homines: ideò illa opinio est erronea, quæ dicit, quòd in summum Pontificem nõ cadit simonia: vt firmat Beatus Thomas in 4. sententiarum dist. 25. si ergò Papa pro aliquo spirituali munus accipit, simoniam committit, sicut & cæteri homines, & ista est communis opinio: vt prędicat Couarr. in d. reg. peccatum in 2. par. §. 8. num. 9. vers. ex eadem fol. 197. & Card. Albanus in lucub. ad Bar. in l. Barbarius. num. 2. ff. de offic. prætor. Et quamuis res ecclesiæ sint aliquo modo Papæ: non tamen sunt omnibus modis habendi, sicut illud, quod habet ad manum; Vnde si recipiat pecuniam pro aliqua re spiritua li, siue talis pecunia sit de redditibus ecclesiæ, siue offeratur ab aliquo laico de bonis suis, non caret uitio simoniæ; in Papam ergò potest cadere

Cõis opin

peccatum simoniæ quò ad Deum. Benè tamen verum est, quòd non incurrit pœnas iuris positiui, cui non subest: vt potest dari exemplum de ex communicatione, quam non incurrit percutien do clericum, quamuis peccet mortaliter, si mali tiosè ipsum percutiat, & quamuis sedens in sede Petri possit cõuinci de simonia per malitiam, & cum infidelitate commissam.

5 Tamen si idem Papa ex cupiditate, & accepto pretio, non ex malitia conferret beneficia: tunc vtique non incurreret simoniam, si quidem in dubio præsumendum est quòd non animo vendendi ecclesiastica beneficia munera receperit: secundùm Glo. Ant. de Butr. Imol. & Felyn. in c. ex parte, il 1. de offic. deleg. & Gasparem de Perusio in tract. de reseruationibus beneficiorum in princ. nu. 24. cum alijs seq. & Card. Albanum in d. l. Barbarius. num. 3. cum alijs seq. ubi demõstrat istam esse communem opinionem; licèt cõtrariam sententiam veriorem esse asseueret Couarr. in d. reg. peccatum in 2. part. §. 8. nu. 9. vers. & licèt quibusdam visum fuerit. Cõis opin.

¶ Item in alia extrauaganti facta in anno secundo sui Pontificatus, incip. Damnabilem, confirmat omnes excommunicationes, suspensiones, priuationes, & interdicta, & alias censuras latas à summis Põtificibus contra simoniacos, quas incurrere vult ipso facto omnem simoniacum occultum, vel manifestum, vbicunque simoniam commiserit, cuiuscunque status, etiam si Episcopatus, aut Cardinalatus aut quauis alia ecclesiastica, vel temporali refulgeat dignitate, dictarum excommunicationum, suspensionum, & pœnarum absolutionem sibi reseruans, nisi in mortis articulo. nec vult, quòd virtute concessionis, indulti, aut cuiuscunque facultatis absoluendi concessæ, vel concedendæ à Sede Apostolica possint absolui, nisi specialiter de peccato simoniæ authoritatem absoluendi contineant. Hoc idem statuit Eugenius in alia extrauag. incip. Cùm detestabile, vbi excommunicat omnes simoniacos, tam in ordine, quãm etiam in beneficio, & absolutionem reseruat sibi, & successoribus suis præterquam in morte: nec uult (sicut & Martinus) quòd possint absolui nisi mentionem faciat de simonia.

6 Et sic omnes simoniaci in ordine, & beneficio, & omnes mediatores, & procuratores, & consentientes sunt excommunicati: quoniam vt ait Paul. ad Rom. Qui talia agunt digni sunt morte, non solùm, qui faciũt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Et ideo scriptum est: Nemo assumat sibi honorem, nisi uocatus à Deo tanquã Aron.

7 Et simoniacus per dictam extrauag. Cùm detestabile, Eugenij, seu Pauli 2. in tit. de simonia, est excommunicatus ipso iure, & ipso facto. Vndè hæc verba posita ibi contra simoniacum, canonem inducunt latæ, non autem ferendæ sententiæ: secundùm Glo. in c. in pœnis de reg. iur. in 6. & in c, quemcunq; de hæret. in 6. Ias. in l. 2. col. 4.

colum.4.C.de iur.emphyt. & Abb.in c. 2.circa finem de foro comp. vbi recitat istam esse communem opinionem. idemq; fatetur Cassadorus in decis.1.num.2.4.& 5.in tit.de simonia, proferendo quoque hoc utile, & magnum verbum, quod ita in curia Romana tempore suo interpretata fuit dicta extrauag.Cùm detestabile.

Cõis opin.

8 Imò aduerte,quòd obtinere beneficium per simoniam esset crimen hæresis:ut est text. apertus in d.c.presbyter.& per istum tex. quòd emere,vel uendere ordinem,& ecclesiam,seu altare, idest executionem altaris,decimas, & ipsum sanctum, simoniacam hæresim esse nullus ignorat.

9 Postremò aduerte similiter, quòd simonia esset,si aliqua pactio interueniret de soluendo aliquid pro ingressu religionis; etiam dato ,quòd monasterium sit tenue. Et sic monachi, seu moniales facientes pactum super recipiendo, exigendo,ac accipiendo aliquid quasi pretium pro ingressu religionis,incurrerent certè in crimen simoniæ:secundùm Glo.Abb.num. 2. & 6.Felyn. sub nume.1.& seq.& alios omnes in c. non satis de simonia,& Beatum Thomam in 2.2. q. 100. artic.3.in solu.ad quartum,& ibi Caiet.& S. Antoninum in 2.par.suæ summæ tit.1.c.5. §. 18. & ista est communior & tutior opinio.

10 Et ita reperiò respôdisse in facti contingêtia Reuerendiss. D. Alexandrũ Argulũ de Tagliacotio, Episcopum Terracinæ, uere uas summi ingenij, & maturi iudicij plenum, & fontem legum vberrimum & indeficientem:qui à Paulo Tertio consultus super contractu celebrato per Comitê Pitiliani cum monasterio monialium Vrbis Veteris de recipiendo quandam suam neptê in ipso monasterio sub promissione certæ quantitatis pecuniarum,num ipse contractus valeret.inspexi hisce oculis in suis scriptis consuluisse, respondisseq́ue prædicto Sanctissimo Pontifici maximo huiusmodi contractum vanum,frustratorium,simoniacumq́ue fuisse. & huic opinioni acquiescunt etiam Raymundus in eius summula in tract. 11. de simonia, in tit. Nunc accedamus ad textum ante finem, Ioannes Tabiensis in sua summa Tabiena in ver.Simonia.§.63. & Bartholomæus Fumus in summa Armilla in verb. Simonia. §. 50.

¶ Imò etiam prętextu paupertatis,aut cuiuscunque alterius causæ non licet facere pactum pro ingressu cuiuscunque religionis.sic enim expressè cauetur in c.quàm pio.1.q.2.ubi dicitur: Cesset omnis pactio,cesset omnis conuentio,accedat gratis &c.& ita firmat Abb.in c.quoniam sub num.5.vers.ad propositum dic, de simonia, & Diuus Dionysius Carthusianus in summa fidei Orthodoxæ lib.1.art.7.& lib.2.art.2.de simonia,id agentes nullo modo excusari à labe simoniæ.Et licèt Angel. de Clauasio post Rodo. relatum per eum in sua summa in verbo,Simonia il 4.sub.§.4. aliquibus rationibus sophisticis, & in sua ceruice fundatis audeat asseuerare contrarium in foro conscientiæ,videlicêt,quòd vbicunque monasterium foret tenue,liceret quippè monialibus pacisci cum ingrediente religionem,ac ab ea recipere quantitatem muneris determinatam, etiam ex pacto conuentam, & promissam inter partes. Et quamuis etiam Caietanus in 2. 2.q.100.art.3. ad 4.uideatur inhærere opinioni huic,asserendo, quòd vbicunque taxatus foret numerus monialium in monasterio,quę possent absque penuria sustentari, quòd tunc supra huiusmodi numerũ nulla recipi posset, nisi ea quæ solueret mille aureos, vel aliquid simile pro sustẽtatione,potius quàm pro ingressu monasterij. Et si etiam Nauarrus in tract.de redditibus beneficiorum ecclesiasticorum in quæst. 1. corollario 39.sub num.99.& seq.fol.par.150. & seq. ad rationes istorũ videatur se adiungere:tamen quicquid afferant memorati Theologi sine lege, vanum foret recedere à prima sententia tanquàm sacrosancta,& in anima legis radicata. Quo circa ad euitandum omnem notam simoniæ, iure cautum est,ne in monasterijs reddituarum monialium aliquæ recipiantur vltra facultatem locorum:prout habetur de statu regularium, cap. periculoso lib.6. vbi disponitur,distinctius inhibemus,ne in monasterijs ordinum non mendicantium mulierum de cęterò aliquę recipiantur in sorores, nisi quot poterunt de ipsorum monasteriorum bonis, vel prouentibus absque penuria sustẽtari: quod si secus factum fuerit irritum decernimus. Et ita præcipit Concilium Tridentinum etiam sess. 25. cap. 3. ne plures moniales admittantur in monasteria,quàm ex eorum reddițibus,absq; penuria earum sustentari possint. Et sic denique perstringendo præsentem materiam,si monasterium sit abundans, vllus simpliciter minimè debet esse tractatus, ac peccatum de temporalibus in receptione monialium:secũdùm S.Antoninum vbi supra.sed hoc videtur cõtra communem hodiernum abusum: quia quantò monasteria sunt abundantiora,tantò moniales volunt habere maiores dotes: ideò non absque iustissima causa dicunt parentes frequenter, quòd habuissent meliorem forum,si tradidissent filias suas nuptui, quàm in ponendo eas in monasterio. Vnde abstinendum est omninò ab huiusmodi simonia, cùm puniatur spiritualiter,corporaliter,& æternaliter, & temporaliter etiam: vt demonstrat Beatus Cyrillus Episcopus Hierosolimytanus in fine epistolarum Beati Augustini, ibi referens, quòd in quodam monasterio monialium talis erat consuetudo, ut nulla ibi reciperetur, nisi secum afferret certam pecuniæ summam. Erat autem in monasterio hoc quædã sanctimonialis annosa,& virtutibus prædita,quę huiusmodi uitium,& labem peccati plurimum abhorrebat. cumq; hæc quadam nocte orationi uacaret,illi apparuit, affuitq́ue Beatus Hieronymus,præcipiens eidem, vt ad Abbatissam iret, & eam admoneret, vt à mentionata

simonia

simonia abstineret cum cęteris monialibus suis, sin aliàs grauis ira Dei super monasterium citò descenderet. his itaque dictis, & narratis disparuit uisio. Manè igitur facto antedicta sanctimonialis, hæc nota fecit Abbatissæ, & toti monasterio: non solùm semel, sed bis, & ter etiam uerũ semper fatua reputabatur, & deridebatur quoque. post dies igitur decem iterum ea orante affuit Beatus Hieronymus præcipiens, vt iterum rediret ad sorores suas, & illis nunciaret ex parte Domini, vt abstinerent ab ipsa labe, prout egit quod iussit uir sanctus, qui paulò ante diem clauserat extremũ. sed neq; sic sæpè admonitæ pœnitere uoluerũt, quinimò eam minis, & cachinnis repulerunt. post hæc igitur illa admonita diuinitus limites monasterij prędicti egressa, ecce mox totum ipsum monasterium corruit opprimendo, perimendo, ac occidendo omnes antedictas moniales.

¶ Et de hoc mirandum non est: quoniam nõ valet modo aliquo consuetudo ipsa permittens simoniam. c. non satis, & c. seq. c. Iacobus, & cap. ueniens de simon. & extrauag. Vrbani Quinti, posita inter extrauagantes communes lib. 5. tit. de simon. incip. Sanè ne in uinea Domini. quam Antoninus ille sanctissimus in sua summa in tit. de censuris, & Fely. in c. de simoniacè ante fin. & in c. quoniam. circa finem, ver. item ad intellectũ de simon. asserunt assertiuè potius, quàm dispositiuè eundem Vrbanum Quintum declarasse nõ extendi ad moniales pauperes, nec eas comprehendere, quæ aliquid accipere consueuere uigore consuetudinis. Sed quicquid isti Doct. asseuerent assertiuè, vt supra, sine lege, & absq; authentico testimonio, vanum atq; hæreticum foret recedere à determinatione prædictorum canonũ.

11 Et licèt ex pacto Abbatissæ, seu moniales super recipiendo moniales aliquid recipere nequeant absque labe simoniæ; nihilominus sponte possunt oblata quantacunque sint recipere, dummodò non interueniat aliqua corrupta intentio, & in hoh concordant, & concurrunt communiter, & concorditer omnes Doct. tam Theologi quàm Canonistæ. & hoc idem expresè continetur in cap. sicut Episcopum 1. q. 1 1. & in d. c. quàm pio. *Cõis opin.*

12 Sed si qua puella vellet ingredi aliquod monasterium reddituatum, quod haberet suum numerum monialium, quem quidem numerum sustentare præcisè posset, & non ultra: tunc circa hoc tradunt optimam cautelam, seu consilium potius. Ray. Hostien. & Ioan. And. in c. tua de simonia, dicentes, quòd istæ moniales reddituatæ possent hęc verba, vel similia respondere, seu proferre volenti monasterium earum intrare: Nos libenter, & gratis reciperemus te ad consortium nostrum spirituale: veruntamen, cùm bona nostra exigua sint, nec sufficiant nobis & tibi, aufer tecum vnde possis uiuere, vel sic prouideas tibi vnde viuas, ne cogamur mendicare propter te. & tunc, secundũ memoratos Doct. si ingrediens tale monasterium bona sua secum afferat, siue in toto, siue in parte: quia fortè magna forent, & multa, non committeretur simonia: dummodò hoc non dicatur in fraudem, sicut plerique faciunt.

¶ Sed aduerte, quòd licèt hæc remedia tradãtur ad euitandam simoniam, quòd per viam protestationis, siue intimationis dici debeat per moniales pauperes volenti intrare monasterium, vt secum aliquid apportet vnde possit viuere: prout ita discurrit Abb. in dicto cap. non satis sub nu. 6. & in d. cap. quoniam sub nu. 5. tamen ibi profert vnum magnum, vtileq;, & fauorabile quippè verbum animæ: cautius, tutiusq; fore abstineri ab istis remediis, & cautelis tanquam conscientiæ perniciosis. & hoc idem firmat, & aduertit etiam ibidem Ant. de Butr. Sed si pater relinqueret monasterio in suo testamento pro alimentis filiæ suæ monachandæ, ualeret quippè, & dubio procul legatum ipsum si redditus monasterij sufficientes non forent: vt firmat Bart. in l. Titio centum. §. 1. ff. de condit. & demonst. & Alex. in l. 2. sub nu. 4. C. de instit. & substit. vbi admittit istam esse magis communem opinionem, & illustrissimus, & omni laude dignissimus D. Cardin. Alban. etiam in Incub. in Bar. in l. Barbarius. nu. 18. ff. de offic. pręt. *Cõis opin.*

13 Cæterùm secundùm Hostien. vbi supra, casu quo aliqua puella esset gratis recepta ad religionem, cuius parentes post receptionem tanquam ingrati nihil vellent dare, ac soluere monasterio, cùm tamen tenue sit, possent moniales agere cõtra patrem pro alimẽtis filiæ. & si pater mortuus esset, possent agere ad partem suæ hæreditatis, non enim posset priuari portione siue legitima ob ingressum religionis, nisi ipsa sponte iuri suo renunciasset: ut patet in cap. si qua mulier. 19. q. 3. Et sic, quòd filia post ingressum monasterij possit à patre petere dotem suam: firmauit etiam Bal. in l. fin. col. 2. C. de dot. promis. Georg. Natta in repet. c. quamuis. colum. 32. de pact. in 6. Barthol. Soc. cons. 81. colum. 4. vers. sed restat, consil. 230. colum. fina. & consil. 141. colum. 1. & sequent. volum. 2. & Petrus de Anchar. consil. 108. vbi concludit statutum excludentem fœminas extantibus masculis non excludere monialem professam.

*SVMMARIVM.*

1 SODOMIA *præbet iustam causam separandi matrimonii quò ad thorũ. & sic vxor potest petere coniugij diuortiũ, ac separationẽ ipsam, si à viro ad vsum cõtra naturã tentata fuerit.*

2 *Vxor potest petere coniugii diuortium, & separationem quò ad thorum, vbicunque maritus vitium nefandissimum contra naturam cum masculis exerceret.*

3 *Maritus polluens vxorem extra claustrum pudoris, vel se ipsum polluens proprijs manibus non potest dimitti ab vxore, nec ipsa vxor ob hoc valet petere separationem quò ad thorum.*

## OPINIO DCCXXV.

1 SODOMIAE crimen iustã, & legitimam causam prębet dissoluẽdi matrimoniũ quò ad thorum: vnde ob hoc nefandum scelus contra naturam peti põt separatio thori absque aliquo dubio, & maritus dimitti debet c. omnes accusationes. 32. q. 7. & not. Cald. Ant. Abb. & Ana. in c. maritis de adulter. Syluest. in c. diuortium. q. 7. Afflict. in cõstit. repudium. num. 2. rubr. 44. lib. 3. eruditissimus Frater Ioannes conciuis meus in sermonibus quadragesimalibus, nuncupatis lima vitiorum, in serm. 31. Domine da mihi hanc aquam. q. 3. in 6. quæst. & Cassan. in consuet. Burg. rubr. 7. §. 3. nu. 6. & opinionem istorum communem dicit Barbat. consil. 64. volum. 1. Abb. in d. c. maritis, Ioan. Ant. de Nigris in capitulis Regni, in c. 262. vt fine, sub num. 42. & Lambert. in tractat. de iurepatron. in 1. parte 2. lib. quæst. 9. articulo 18. in fine.

*Cõis opin.*

¶ Sed Glo. in d. c. omnes, in verbo Sodomita, & Inno. in c. 1. de adult. dissentiunt ab ista communi absque aliqua ratione militante in iure: ideò sequor communem, tanquam uerissimam: cui videtur inhærere Hierony. in epistola ad Damasum, vel ad Amandum presbyterum 3. epistol. tomo, & apertissimè Amb. 1. ad Corint. c. 7. dum asserit, aut quærat usum vxoris interuertere. quibus profectò verbis innuere videtur vxorem posse petere coniugij diuortium, ac separationem quò ad thorum, si à viro ad usum contra naturam tentata fuerit: quod etiam Barba. asserit in d. cons. 64. quem sequitur Dec. in l. 1. nu. 8. C. de sec. nup. & Io. Ant. de Nigris in d. c. 262. vt fine, sub num. 42.

2 Imò Barbat. vbi supra, doctissimè consuluit. colum. 6. & 10. vxorem posse similiter à viro separari ubicunq; maritus cum alijs uitium hoc nefandissimum exerceret.

3 Et firmat etiam S. Bernardinus protector noster in suis sermonibus de euangelio æterno, in serm. 15. art. 2. c. 2. vbi limitat præmissam communem non procedere in duobus casibus, uidelicet, vbicunque maritus pollueret vxorem extra claustrum pudoris, vel se ipsum pollueret proprijs manibus: tunc enim in istis casibus conclu dit, quòd uix crederet posse dimitti ab vxore.

## SVMMARIVM.

1 *SODOMIA est delictum contra triplicem naturam.*

2 *Sodomia offendit Deum, Sanctos, Angelos, & præsertim deputatos in custodiam pædiconũ, omnes Sanctos, & Sanctas in cœlo cum Deo regnantes & dæmones, qui inspiciendo talem turpitudinem oculos claudunt, & creaturas sensibiles, & insensibiles.*

3 *Sodomia est vitium nefandissimum, fœtidissimum, spurcissimum, sceleratissimum, & ribaldissimum contra naturam, contra rationem, contra gratiam, & contra gloriam: & ob tale peccatum, fames, pestilentiæ, & terremotus fiunt.*

4 *Sodomita dormiens cum masculo coitu fœmineo vterq; punitur pœna mortis.*

5 *Sodomitæ regnum Dei non possidebunt.*

6 *Sodomitæ sunt impij, & parricidæ.*

7 *Sodomitæ sunt aduersarij legis diuinæ, & totius curiæ cœlestis, & destructores humani generis.*

8 *Sodomitæ infœlicissimi sunt.*

9 *Sodomia grauissimum crimen est omnium aliorum criminum carnalium, & superat simplicem fornicationem, adulterium, incestum cum propria matre, & stuprum, & sacrilegium carnale commissum cum monialibus per clericum in sacris constitutum, seu per monachum.*

10 *Sodomia est delictum grauius homicidio, & grauius, quàm prostituere proprias filias.*

11 *Sodomia est adeo vitium abbominabile, vt contra sodomitas dignè congruat illa deprecatio, disperdat, & ex toto pereat de terra memoria eorum. nam spiritus sanctus, qui nouit grauitatem sodomitarum, nominat hoc vitio irretitos pessimos in superlatiuo gradu, quòd peius dici nequit.*

12 *Sodomia excedit bestialem conditionem: quia nulla bestia reperitur hoc agere, non enim commiscetur animal masculum cum masculo, nec fœmina cum fœmina; & sic sodomita efficitur inferior omni bestia.*

13 *Sodomitæ priuantur aliquando generatione filiorum, vt traditur exemplum.*

14 *Sodomia dicitur muta: quia facit hominem mutum, ut excusare se non ualeat.*

15 *Sodomia induxit Deum ad subuertendum Sodomam, & Gomorram, & omnem circa regionem quatuor personis exceptis. imò Deus nunquam fecit tantam vltionem de quocunque alio peccato, quantam de isto. nam fecit ob istud facinus inundare diluuium super terram, in quo nõ solùm perdidit homines preter octo, sed etiam aues cœli, & bestias terræ, demptis illis, quę introierunt in archam.*

16 *Vxor ex nimia libidine supergrediens virum vtendo tali monstruoso, & bestiali modo in coeundo ambo inciderent in peccatum mortale.*

17 *Sodomia dedit causam Deo, ut tanto tempore distulisset se incarnari: cùm vidisset tantam abbominationem regnare in natura, quam assumpturus erat.*

18 *Sodomitæ omnes extincti fuerunt in nocte illa sanctissima*

*ctissima benedictæ natiuitatis Domini nostri Iesu Christi.*

19 *Sodomiæ crimen, quod patrarunt filij Belial in Ciuitate Gabaa, quæ erat in tribu Beniamin præbuit ansam, vt essent interfecti de ipsa tribu à cæteris tribubus vigintiquinque millia hominum.*

20 *Sodomorum summam immunditiam, scelus appellat Augustinus, ab ea enim Angeli fugiunt, & dæmones videntes oculos claudunt: quia membrum Christi non solùm fornicatur, sed etiam meretrix efficitur.*

21 *Sodomitæ pessimi peccatores coram Domino filij disperationis, & iræ dicuntur.*

22 *Scelus nefandum Deus non dimittit impunitum, sed gladium furoris sui extendet, non secus ac fecit Sodomitis et Gomorensibus, quos non solù absumpsit igne, sed nec terra quidem superstes remansit: nam omnis illa regio absorta est in Asphaltitem lacum.*

23 *Lacus Asphaltitis in regia Gomorrensium nil prater bitumen gignit, & nullum corpus animalium recipit; imo tauri, camellique fluitant, & nil in eo mergitur.*

24 *Sodomitæ sunt expellendi ab hominum consuetudine, & communione. sunt enim pessima membra diaboli, & sunt fetores & pestes in ciuitate, & patres quidē deberet omnia negocia derelinquere, & habere mille oculos ad custodiendum filios.*

25 *Sodomia propriè loquendo dicitur siue fiat cum masculo, siue cum fœmina, & punitur vltimo supplicio, siue fiat cum masculo, siue cum fœmina; & in Regno Neapolis comburendus est siue huiusmodi crimen committat cum masculo, siue cum fœmina.*

26 *Sodomitæ non possunt assecurari, nec componi, nec guidari in Regno Neapol. tam per officiales regios, quàm etiam Baronum.*

27 *Sodomitarum bona confiscantur,*


28 *Sodomitæ fiunt infames apud Deum, apud Angelos, & apud mortales, & traduntur exempla.*

29 *Sodomitæ testari non possunt, & testando antequam essent damnati, eorum testamenta annullarentur.*

30 *Sodomitas liberare, & defensare impia, et crudelis res est; & isti pessimi iustitiæ subuersores puniendi sunt in hoc sæculo, & in alio futuro.*

31 *Sodomitas filios, seu sibi subditos non corrigens de isto pestifero vitio, dignus est morte, et traditur exemplū.*

## OPINIO DCCXXVI.



1 ODOMIAE delictum videtur cōtra ipsam naturam naturantem, quæ est Deus; & contra naturam naturantem naturatam, quæ est cœlum; & contra naturam naturatam, & generationem, quæ est homo.

2 Et sic per hoc pessimum, & nefandum scelus offenditur Deus; offenduntur sancti Angeli Dei, & præsertim deputati in custodiam laborantiū tali vitio; offenduntur omnes Sancti, & Sanctæ in cœlo cum Deo regnantes; offenduntur dæmones, qui in inspiciendo talem turpitudinem oculos claudunt: vt dicitur in compēdio Theologiæ; offenduntur creaturæ sensibiles, vt sunt pisces, & aues: & denique offenduntur creaturæ insensibiles: vt concludit, & luculenter probat Frater Guilielm. Pepin. in sermonibus de destructione Niniuæ, sermone. 35. colum. 18. cum alijs sequen. fol. paruo. 238.

3 Et denique secundùm Albertum Magnum in 2. sent. distin. 35. nefandissimum, fœtidissimum, spurcissimum, sceleratissimum, & ribaldissimū vitium hoc est, contra naturam, contra rationē, contra gratiam, & ex consequenti contra gloriā; & propter huiusmodi delictum, ac peccatum, & fames, pestilentiæ, & terremotus fiunt.

4 Et sodomitæ tenentur pœna vltimi supplicij, idest mortis: vt habetur in auth. vt non luxurientur contra natu. & in l. cùm vir nubit in fœminā. C. de adulter. & §. item lex Iulia institu. de adult. Legitur enim leuit. 20. c. Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, vterque operatus est nefas, morte moriatur, sit sanguis eorum super eos. & sic de iure ciuili vterque in hoc casu mortis pœna puniri debent. d. l. cùm vir, vbi Doct. omnes notant. & Soc. Iun. cons. 7. nume. 3. uolum. 3. ubi. præsupponit istam esse communem conclusionē. Cōis opin. Est etiam pessimum huiusmodi crimē. teste August. de adulter. coniug. & habetur 32. quæst. 2. cap. adulterij.

5 Et inquit Paul. 1. ad Corin. c. 6. neque masculorum coocubitores regnum Dei possidebunt.

6 Tales enim Lactantius Firmianus lib. 6. cap. 23. diuinarum institutionum appellat impios, & parricidas.

7 Et Frater Ioannes conciuis meus decus, & splendor totius mundi, & Christianæ religionis, in sermonibus quadragesimalibus nuncupatis vitiorum lima, & serm. 31. Domine da mihi hanc aquam. colum. 7. appellat etiam istos sodomitas aduersarios legis diuinæ, & totius curiæ cœlestis, & destructores humani generis.

8 Ideò infœlices, infœlicissimiq; nuncupari possunt huius criminis practicā discentes, seu exercentes: vt refert Afflict. in constit. Legum asperitatem. nu. 13. & sequen. lib. 3. rubr. 42. ubi plura alia scribit super detestatione istius criminis, & Aegidius Bossius etiam in pract. crimin. in titu. de stupro detestabili in masculos. nume. 1. cum alijs sequentibus.

9 Et hoc peccatum contra naturam, omnium aliorum criminum carnalium grauissimum reperio, & sic superat simplicem fornicationem, & adulterium, & incestum etiam cum propria matre, & stuprum, & sacrilegium carnale cōmissum cum monialibus, etiam per clericum in sacris constitutum, seu per monachum; & denique excedit quoque in malitia, & grauitate quęcunque alia peccata carnalia: vt hoc profusè firmat, & doctè probat authoritatibus, iuribus, & rationibus, Frater Guil. Pepin. in sermonibus de destructione Niniuæ in serm. 30. de destructione sexti vici

vici prostibuli Ciuitatis Niniuæ.colum.26. cum alijs seq.D. Follerius in pragmatica, Nos Ferdinandus,& Elisabet.num.2. & Frater Ioannes in d.serm.31.col.8.& seq.

10 Vbi addit, quòd hoc facinus contra naturam sit grauius homicidio,& grauius quàm prostitue re proprias filias.

11 Est autem ita abhominabile vitium hoc,vt di gnè congruat eis illa precatio, disperdat, idest ex toto pereat de terra memoria eorum. Nam spiritus sanctus, qui optimè nouit grauitatē pec catorum,nominat hoc uitio irretitos pessimos: quod est superlatiuum mali,& peius dici non po test.Genes. 13. Erāt autem homines Sodomorū pessimi,& peccatores nimis.

12 Et vitium hoc excedit bestialem cōditionem: quia nulla bestia reperitur hoc agere. Non enim commiscetur animal masculum cum masculo: nec fœmina cum fœmina: non equus cum equo: nec equa cum equa: nec equus cum vitula: nec equa cum boue, sed masculus cum fœmina eius dē speciei. Et licèt ob alia vitia efficiatur homo similis bestijs: tamen ob istud vitium efficitur inferior omni bestia:cùm nulla tantam turpitudinem agat.

13 Vndè non mirū,si tales pœdicones priuentur aliquando generatione filiorū.Nā Futifar,qui emit Ioseph,legitur fuisse eunuchum,idest ineptū ad generationem, seu ad generandum, & hoc, quia: vt ait Nicol.de Lyra.glo.1.q.1. sicut eunuchus, Dominus exiccauerat genitalia eius, eo quòd ad turpem vsum eius emerat Ioseph: ideo Dominus impediuit eum.

14 Idcircò sodomia interpretatur muta:quia facit hominem mutum, vt excusare se non possit, sicut de aliquibus alijs malis.

15 Et Deus Optimus Maximus licèt sit misericors,& ipsa pietas ac misericordia: pro tali tamē delicto atrocissimo fecit funditus subuerti Sodomam,& Gomorram,& omnem circa regionē quatuor personis exceptis, videlicet, Lot cum vxore,& duabus filiabus,& alia de quibus in testamento veteri sacræ scripturæ.Imò Deus nunquam fecit tantam vltionem de quocunq; alio peccato,quantam de isto. Nam ob istud fecit similiter inundare diluuium super terram,in quo non solùm perdidit homines præter octo, verùm etiam aues cœli, & bestias terræ demptis illis, quę introierūt in archam. Omnis enim caro cor ruperat uiam suam,Genes.6.

16 Quia,vt ait Methodius Martyr,fœminæ ex libidine nimia supergrediebantur viros,& uiri in alterutrum exardescebant coeuntes, & tunc si vxor supergrederetur uirum utendo huiusmodi bestiali, & monstruoso modo in coeundo, ambo inciderent in peccatum mortale: secundùm S. Anton.in sua summa in 2.part.c.4. de uitio contra naturam post prin.

17 Imò etiam Deus tantum detestatur vitium hoc, quòd teste Beato Augustino, & Hieronym. multo tempore distulit incarnari: cùm videret tantam abhominationem regnare in natura, quam assumpturus erat.

18 Vndè & in nocte illa sanctæ suæ benedictæ Na tiuitatis extincti extitere omnes, qui huic uitio operā dabant:secundùm eundem August. & D. Follerium non uulgaris eruditionis iurisconsultum in dicta pragm.Nos Ferdinandus, & Elisabet nume 9.

19 Imò legitur etiam in lib.iudicum.c.20. quòd propter hoc nefandissimum scelus, quod patrarunt filij Belial,idest absque iugo in Ciuitate Gabaa,quæ erat in tribu Beniamin, fuerunt interfecti de dicta Tribu à cæteris Tribubus vigintiquinque millia homines, nec superfuerunt nisi sexcenti uiri: prout diffusius discurritur in di cto cap. 20.

20 Ideò non immeritò summam immunditiam Sodomorum,scelus appellat August.ad heremitas serm.49.Ab ea enim Angeli fugiunt, dœmo nes videntes oculos claudunt: quia membrum Christi non solùm fornicatur, sed etiam meretrix efficitur.

21 O quàm abhominabile vitiū, ò q̄ detestabile crimen,ò quàm inaudibile malum,ò quàm mortiferum damnum, ò quàm pessimum scelus. ò pessimi sodomitæ peccatores coram Domino,filij desperationis & iræ, non erubescitis hæc tam fœda,& turpia operari?

22 Sed tale nefandum scelus uestrum Deus non dimittit impunitum, verùm gladium furoris sui extendet, nō secus ac fecit Sodomitis,& Gomor rensibus, quos non solùm absumpsit igne,sed ne terra quidem superstes remansit.nam omnia illa regio absorpta est in Asphaltitē Lacum Iudæę. teste Solino in sua Geogra.& Strabone lib.16.

23 Et vt perpetua memoria tanti fœtoris remaneret,effectum est,ut talis lacus nihil præter bitumen gingat,nullumq; corpus animalium reci piat;imò tauri,camellique fluitent:inde fama nihil in eo mergi:vt Plin.testatur lib.5.c.15.& 16. & ob id ipse à Iustino appellatur mare mortuum lib.36.

24 Sunt itaq; expellendi tales talia operantes ab hominum consuetudine, & communione: sunt enim pessima membra diaboli.

25 Ex quo propriè loquēdo,tam sodomia, quàm peccatum contra naturam dicitur, siue fiat cum masculo, siue cum fœmina: ut firmat Abb. in c. in Archiepiscopat.nume.1.de rapt.& Dec.in l.si qua mulier.nu.9.C.de secund.nup.& idem Dec. ibidem,in fin.vbi reprobat Soc. qui voluit solùm propriè dici sodomiam, quando fit cum masculo,& si fiat cum fœmina, dici pollutionem extraordinariam. quæ quidem opinio Dec. quicquid dicat Socin.videtur verior,& communior,quòd propriè loquendo sodomia dicatur: & eam latè probat Hieronym.Paul.in pract.cancellariæ,fol. 40.Et tanto verior apparebit huiusce sententia, quanto tollantur argumēta sophistica Iudæorū, *Cōis opin.*

qui

qui fuere quidem authores erroris prædicti. Dicunt enim Iudæi improbi, ac scelerati, quòd si quis coitum Venereum contra humanum vsum cum vxore sua loco, uel uase non congruo exercuerit, nullum scelus committere, uel peccatum. Obscenitas ista, seu turpitudo scribitur apud ipsos in libro Calla, qui apud nos dicitur Sponsa, ubi scribitur, quòd uxor cuiusdam coram senioribus legis conquæsta uitum suum accusauerit matrimonij pudicitiam in uase non concesso, & ordine naturæ non seruato sæpius euertisse. qua re more suo discussa, mulieri dixerunt: Lege cautum non est, quiu tecum illud ab eo fieri posit. habemus nanque Leuitici capit. 20. Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, uterque operatus est nefas, morte moriatur. ô facinus Thalmuthica sapientia dignum; ô ignorantiam bestialem, atque bestijs deteriorem: quæ quidem contra ordinem naturæ non pergunt. Aiunt enim Iudæi contra ius naturæ non esse à lege prohibitum agere cum vxore: & quoniam scelestissimi sunt, scelestam doctrinam docent. Sed quæro ab eis, agere cum vxore in vase non congruo, & euerso an sit contra naturam an non? scio equidem eorum nullum tam fatuum, tam bestialem esse. qui non dicat, non affirmet naturæ officio repugnare, quicquid naturæ ordine prætermisso efficitur. Sed illud ipsũ quod naturę non cõgruit, naturæ ordine omisso, diuinæ legi repugnat: igitur illud prohibitũ est atq; peccatũ. Legitur enim Iudicum c. 19. ꝙ vir quidam Leuites nomine, cùm nonnulli ciuitatis Gabaa filij Belial eo abuti cuperent, hoc tantũ, vt euitaret scelus, vxorẽ suã eis illudendã dedit: qua cùm tota nocte abusi essent, dimiserunt eã mane: vt scribitur ibidem. Aut enim secundùm ordinẽ, & viam naturæ cũ muliere ipsa obsecuti sunt animo suo, aut euerso ordine, & in vase non congruo, uterq; autem coitus abusus dicitur, id circo prohibitum est, atque peccatum. Alter enim, quoniam mulier illa nullius eorum vxor erat. alter verò quia vase mutato, & officio naturæ non adhibito coijerunt. De primo nanque scribitur Genesis cap. 19. de filiabus Loth: Habeo duas filias inquit ipse, quæ nedum cognouerunt uirum, educam eas ad vos, abutimini eis sicut vobis placuerit. Nemo sibi iure persuadere potest, quòd uir bonus, & amicus Dei, filias abutendas alicui extra vas, & in loco non congruo dedisset. De secundo, quòd sit abusus, nemi nem latet, cùm magis profanum sit, atq; maius peccatum: quãdoquidem semen humanũ quod producendæ prolis gratia Deus hominibus concessit, eiectum extra locum, operari nequeat finem suum: ob quem errorem, atq; malitiam uo luit Deus Her, & Onan Iudæ filios uita priuare: vt legitur Genesis cap. 38. Fuit quoque Her primogenitus Iudæ nèquam in conspectu Domini, & ideò ab eo occisus est, & sequitur De Onam. idcircò percussit eum Dominus, eò quòd rem detestabilem faceret. In quo autem Her nèqnã fuerit, dicunt Iudæi in eo quo fuit frater eius Onan, qui cum vxore obsequens animo suo emittebat semen extra locum ne conciperet. Igitur isti, licèt lege naturæ cum vxoribus suis coijerint: quoniam semen in terram ex loco idoneo emiserunt, morte digni à Domino iudicati sunt. diuinæ iustitię congruit etiam, vt qui in ua se non debito rem habuerit, vbi recipi ad finem suum semen non posit, multo magis mortis pœnam, vel interitum subire debeat.

¶ Quæro insuper à Iudæis, cur Deus pluit super Sodomam, & Gomorram: vt legitur Gen. c. 19. Sulphur, & ignem de cęlo, & subuertit ciuitates illas, & vniuersos habitatores vrbium, & cuncta terrę uirentia. Cur etiam sententiam in eum tulit Deus: ut habetur Leuitici cap. 20. qui cum masculo concubitum habuerit? puto equidem Iudęos non fore adeò insanos, adeoq; rationis expertes, qui veritatem istam nõ euomant, Deum inter viros coitum detestari: quandoquidem in re ipsa ordo naturę euertatur, & natura ipsa finẽ suum assequi non posit. Nam lege diuina sancitum est, ut homo hominem generet. Crescite (in quit, Genes. cap 1.) & multiplicamini, & replete terram. Necnon eiusdem cap. 5. Vos autem crescite, & multiplicamini, & ingredimini super terram, & complete eam. Constat proculdubio huic præcepto repugnare plurimùm regulã generandi euertere, quãdo subuersione ipsa Deus, quòd decreuerit finem suum sortiri nequeat. Et quemadmodũ Dei præcepto masculinus coitus obstat, sic itidem cum muliere agere regula naturę omissa & ordine, modus tollitur generandi, atque concipiendi uia: cùm proficiscatur eadem vit cum uiro, qua proficiscitur uir cum muliere ordine non seruato, & in uase non congruo. quod quidem facinus iure atque merito dici potest execrabile peccatum, atque profanum.

¶ Prętere a si Iudęorũ quis vlterius insanire uo luerit, ab eo dici posset, ꝙ qui cũ masculo in die coierit, scelus nullũ, vel peccatũ admitteret: quo niã ibi dicitur: Qui dormierit cũ masculo coitu fœmineo, hoc est in nocte non in die, rẽ impiã, & Deo infestam. nõne & qui cũ muliere agit prætermisso loco, atque lege naturæ, tanquam cum masculo agere videatur? at dicere ausus fuerim agere cum muliere in uase non concesso, naturã atque Deum magis offendi, quàm coitum cum viro agere: mulier etenim saturandæ libidinis viam habet, atque uas opportunum, quod viro natura non præstitit. cur alia progreditur prauus ille, ac impius? nisi vt penitus naturæ obstet, atque mandato Dei repugnet? quis enim hunc sanum dixerit, qui recto tramite derelicto, sciens deuio itinere pergat? Iudæi hi soli sunt, qui miseri sunt, & Deo, atque hominibus infesti. & quoniam genere vitiorum omnium, atque scelerum sunt infecti, hanc suos disciplinam edocent, hanc viuendi regulam sui discunt. Non est

igitur mirandum, si contra huiusmodi homines Prophetæ omnes inuehant, atque insurgant: cùm eorum neminem fugeret Iudæorum tunc detestabilis vita, & futura improbitas, pariter atque scelus. Vndè contra eos meritò adduci posset illud Esaiæ 11. vbi habitabit lupus cum agno &cæt. quod absque scrupulo aliquo intelligitur de ipsis Iudæis, qui sunt tanquam lupi rapaces, & tanquam leones superbi. Genes. 49. Beniamin lupus rapax, & catulus leonis Iudas. Et sic pari modo punitur, siue cum masculo, siue cum fœmina fiat: vt uoluit Cardinalis in Clementina 1. quæst. 13. de consanguin. & affin. Cotta lib. memoralium in verb. Pœdicones, Afflict. in Constitutio. Regni, Legum asperitate. numero 13. Ioannes Baptista Plotus in l. si quando, secundùm antiquam impressionem numero 311. C. vnde ui, & probatur in capit. vsus. 32. quæst. 7. vbi in masculis. & in fœminis, & in cap. adulterij malum eadem cauf. & quæst. ex authoritate Pauli Apostoli Romanorum. 1. de gentibus loquẽtis ait: Propter hoc tradidit illos Deus in passiones ignominiæ: nam fœminæ eorum mutauerunt naturalem usum in eum vsum, qui est contra naturam: similiter autem & masculi relicto naturali usu fœminæ, exarserunt in desiderijs suis inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes. Et voco hic coitum cum masculo, etiam si cum fœmina coeat tanquam cum masculo: nam coitus ille contra naturam etiam est, & ideò damnatus. Licèt & malè And. Alciat. lib. 10. Parerg. cap. 11. asseruerit contrarium: tamen in Regno Neapolit. obseruatur dicta communis opinio ob memoratam pragm. Nos Ferdinandus, & Elisabeth, vbi disponitur committentem huiusmodi crimen, siue cum masculo, siue cum fœmina, igne comburendum esse.

26 Et inibi disponitur etiam, quòd iudices quantumcunque maiores sodomitas ipsos, & inquisitos de tam immanissimo crimine, assecurare & guidare, & componere, & indultare nequeant pro quauis ratione, uel causa.

¶ Et præmemorata pragmatica extenditur etiam ad Barones, & ad eorum officiales, vt indulta, & gratias concedere non ualeant, nec saluum conductum, nec compositiones, & commutationes pœnæ ordinariæ ignis facere in huiusmodi pestifero crimine: prout sancitum extitit de anno 1571. per pragmaticam incipienté. *Con grandissima ragione la Maestà del Rè Cattolico per sua pragmatica fatta nell'anno 1504.*

27 Et his accedit vtiliter, quòd sodomitarum bona confiscãtur: secundùm d. prag. Nos Ferdinandus, & secundùm Glo. in c. cùm secundùm de hæret. in 6. Bal. in auth. incestas. C. de incest. nupt. Bar. in l. post contractum. ff. de donat. Glo. in §. 1. in auth. de incestis nup. Bar. in l. Imperator. ff. de iure fisci.

28 Et ipsi fiunt infames: secundùm Glo. in l. cùm vir. C. de adult. Iacob. de Belui. in auth. ut non luxor. contra naturam, & Fratrem Ioannem in d. serm. 31. quæst. 3. colum. 1. & sequen. vbi firmat etiam, quòd sodomitæ ipsi efficiuntur infames apud Deum, & Angelos, & apud mortales. Nonnè Vergilius maximus Poetarum narratur ab Historiographis extitisse tandem mirabiliter inter homines deiectus propter tale crimen? Nonnè etiã Iulio Cæsari cruditissimo uiro, cùm triũpho potiretur ex victoria habita de hostibus, fuit publicè improperatum hoc nefandũ sodomię uitiũ? propter quam causam à multis militibus suis spretui habitus, tandem derelictus fuit. teste Sancto Antonino Archiep. Florent. in sua summa in 1. par. tit. 5. c. 4. sub vers. quantum ad primum.

29 Et testari non possunt ipsi sodomitæ, & casu quo testamentum conderent ante, quàm essent condemnati, utique, & absque dubio aliquo annullaretur: vt latè consuluit Anastasius Platus. consil. fin. volum. 1. inter consil. Barbatiæ, & nouissimè Nicol. Bello. consil. 69. Circa testamentum. colum. 5. Dec. in d. l. si qua mulier. nu me. 7. Bal. in auth. incestas. C. de incestis nup. & Cotta in lib. memoralium, in verb. Pœdicones. Marsil. sing. 597. Contra naturam, Plotus in d. l. si quando. nume. 311. Tiraquel. in l. si vnquam, in verb. reuertantur. num. 384. C. de reuocan. donat. Alciatus in l. inter stuprum. num. 4. ff. de verborum signif. Bossius in d. titu. suæ pract. de stupro detestabili. num. 2. Follerius in d. prag. Nos Ferdinandus, & Elisabeth sub nu. 7. Frater Ioã. in d. ferm. 31. q. 3. post princ.

30 Et denique liberare, vel defensare istos pœdicones pestilentes, incorrigibiles, & obstinatos uiros, impium, & crudele foret: vt cumulatissimè firmat, & probat septem rationibus S. Bernardinus noster in suis sermonibus de euangelio æterno, in serm. 16. art. 3. cap. 3. per totum. Ideò puniendi sunt, qui dictorum obstinatorum iustitiã faciendam esse denegant, tanquam iustitiæ pessimi subuersores, & tanquam impedientes iustitiã fieri; & ex quo tanta scelera impediuntur, & corriguntur: quos tandem eadem iustitia, quam impiè persecuti sunt, futuro in sæculo seuissimè persequetur.

31 Imò aduerte, quòd illi qui filiosfamiliãs, & subditos sibi non corrigunt de isto uitio, digni sunt morte: vt ait Apostolus Rom. 1. Non solùm qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Ioseph igitur, & si puer, noluit tacere, cùm uidit tantum abhominabile crimen in fratribus suis. Sed dicitur Genes. 37. accusauit fratres suos de huiusmodi delicto, scilicet, quòd cum iumentis, vel cum maribus coirent, vt sic punirentur à patre: nec dimisit reprehensionem propter odium fraternum, siue fratrum, qui oderunt eum, ita ut uellent eum occidere. Vndè Deus Iudex iustus, fortis, & patiens, & circumspectus poterit cognoscere in hoc sceleratos, cùm impunitati scelerum faueat, & sic à vera iustitia minimè flecti poterit ob iustitiam

vigo-

vigorosam: quoniam iustus Dominus, neque fle-
cti valet propter iustitiam amorosam: iustitiam
enim dilexit, nec flecti etiam propter iustitiam
radiosam: quia æquitatem vidit uultus eius. qua-
re qui habent aures audiẽdi audiant, abstineãt,
& simul caueant tanquàm ab igne ab huiusmo-
di crimine, & in posterũ conuertãtur ad Christũ
Iesum, continuè agendo pœnitentiam, vt ipse pa-
ter misericordiarum dignetur in die iudicij istis
delinquentibus omnibus misericordiam largiri.

### SVMMARIVM.

1 *SODOMITA occultus, quas pœnas incur-
rat, & à quo possit absolui.*
2 *Sodomitæ clerici possunt degradari, & tradi pu-
niendi curiæ seculari: quia crimen hoc sodomitæ est gra-
uius hæresi, crimine læsæ maiestatis, & simonia.*
3 *Episcopis in sua diœcesi licitum est dispensare super om-
nibus irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto
prouenientibus, excepta ea, quæ ex homicidio volun-
tario oritur: & sic quoscunque delinquentes ipsis sub-
ditos per se ipsos, aut suos vicarios in foro conscientiæ
gratis absoluere possunt in quibuscunque casibus oc-
cultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis imposita pœ-
nitentia salutari.*

## OPINIO DCCXXVII.

1 SODOMITA occultus, e-
tiã peracta pœnitẽtia est ipso
iure suspensus ab executione
ordinis, & celebrãdo interim
ante Pontificis dispensatio-
nem, irregularitatem incur-
rit, ac irregularis efficitur ea
quidem irregularitate, quæ à solo Papa fit dele-
bilis: secundùm Spec. in tit. de dispensatione. §.
iuxta propositionis. nu. 17. Hostien. & Io. And. in
c. nisi cùm pridem. §. 1. de renunc. Archid. Dom.
& Præpos. in c. de his in 2. 50. dist. Aret. & omnes
in d. c. nisi cùm pridem. §. 1. & in c. fin. de tempor.
ordin. & Soc. in c. ad audientiam. nu. 27. de homi-
cid. & Bertach. in tract. de epis. in 1. part. 2. lib. q.
30. & Lambert. in tract. de iurepat. in 1. par. lib. 2.
q. 9. art. 18. n. 4. vbi istorũ opinionẽ tuetur ab om-
Cōis nibus ferè contrarijs, & fatetur esse communem.
opin. Et huiusmodi nefandum crimen commitenti-
bus, pœna etiam statuta est, quòd deponantur,
& in monasterium detrudantur: vt in cap. cleri-
ci, de excess. prælat. Ideoque ecclesiastici iudices
tales sodomitas post depositionem, & priuatio-
nem omnium bonorum, & beneficiorum ob hu-
iusmodi canonis dispositionem perpetuis car-
ceribus, & obscuris includere consueuerunt, in
quibus misertimam mortem ipsam exoptando
vitam agunt, nisi fuga eos liberaret: vt not. Abb.
in dicto cap. clerici, & Bernardin. Diaz in pract.
crimin. canoni. cap. 80. Frater Guilielm. Pepin.
in sermonibus de destructione Niniuæ in serm.
30. colum. antepenult. folio paruo 241. & Frater
Ioan. conterraneus meus, certè tempestate sua
prædicantium Princeps, in sermonibus quadra-
gesimalibus in sermone 31. Domine da mihi
hanc aquam q. 3. col. 3.
2 Vbi firmat etiam quòd clerici ipsi hoc vitio
laborantes possint degradari, ac tradi puniendi
curiæ seculari, estò q; crimen hoc grauius appa-
ret hæresi, crimine læsæ maiestatis, & simonia. &
nonnulla alia tractantia de huius nefandi cri-
minis grauitate traduntur per Afflict. in Con-
stitut. Neapolit. lib. 3. rubrica 42. numero 10.
Lucam de Penna, in l. 3. colum 3. C. de exactori-
bus, & exceptoribus lib. 12. Paris. consilio 163.
lib. 4. & per Cæsarem Lambert. in d. artic. 18.
3 Sed hodie Episcopis licitum, permissumque
est dispensare super omnibus irregularitatibus
& suspensionibus ex delicto prouenientibus, ex-
cepta ea, quæ ex homicidio voluntario oritur.
Et sic quilibet Episcopus in sua diœcesi per de-
linquentes quoscunque sibi subditos per se, aut
Vicarium suum in foro conscientiæ gratis absol-
uere potest in quibuscunque casibus occultis,
etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, imposita pœ-
nitentia salutari: vt expressè videtur statutum
in Concilio Tridentino in sessione 24. capit. 6.
folio paruo 261.

### SVMMARIVM.

1 *SOCIETAS omnium bonorum inter fratres
tacitè contracta videtur ex longa eorum habi-
tatione, simul cum hæreditate indiuisa post mor-
tem patris, & ex lucris communicatis inter eos, &
ex ratione ad inuicem non reddita.*
2 *Frater emens communi nomine aliorum fratrum, præ-
sumitur soluisse pretium de pecunia propria, nisi ex
coniecturis contrarium appareat.*
3 *Frater emens aliqua bona proprio nomine, & describ-
illa postea faciẽs in catastro communia tanquam com-
munia cæteris fratribus, præsumitur ex hoc dominiũ
pro parte translatum in alios fratres.*

## OPINIO DCCXXVIII.

1 SOCIETAS omnium bono-
rum inter fratres tacitè contra-
cta presumitur ex diuturna eo-
rum habitatione simul cũ hæ-
reditate indiuisa post mortem
patris, & lucris communicatis
inter eos, & ex ratione ad inuicẽ non reddita: ut
uoluerunt Bar. in l. Titium. §. altero. n. 5. ff. de ad-
min. tut. Cast. cõs. 349. vol. 1. Pet. de Vbal. in trac.
de duob' fratrib', & alijs socijs in 3. par. prin. nu.
20. fol. par. 10. Corn. cons. 24. vol. 4. Cęp. cõs. ciuili
40. Ias. in l. 1. C. qui test. fac. poss. Dec. consil. 21.
cons. 66. & cons. 86. Grauet. cons. 159. nu. 1. & 3.
Gerar. sing. 99. nu. 2. Alciat. in tract. de præsum.
in regul. 1. præsumpt. 25. vbi prædicat istam esse

Cõis opin. communem opinionem, & Petrus Duennas quoque in regula 3. Lud. Roma. consil. 191. nume. 4. & ibi D. Horat. Mandos. in addit. in litera D. & Martinus Carratus. consil. 34. nume. 1. cum alijs seq. & Franc. Maria de Plotis in add. ibi num. 10. & consil. 59. num. 1.

2 Sed ubicunque frater commorando in communione (ut supra) emeret fundum pro se & fratribus, & solueret pretium: tunc quippè præsumeretur in dubio emisse de sua pecunia; & sic si alter frater uellet partem ipsius prædij empti, posset repetere partem pretij: secundùm Bart. in l. si patruus. colum. 2. C. communia utriusque iud. eundemque Bat. Bald. Angel. Fulg. Castren. & Saly. in l. cùm proponas. C. pro socio. per textum ibi, Lud. Rom. in singul. 400. consil. 3. & consil. 291. colum. 2. Abb. Panorm. consil. 46. in fin. uolum. 1. Alexan. cons. 78. uolum. 2. Philip. Dec. consil. 21. colum. penul. & cons. 348. colum. 2. & consil. 442. in fin. Boer. decis. 214. Augustinum Beroum in quæstionibus suis, quæst. 46. num. 3. Nattam consil. 94. num. 10. uolum. 1. And. Tiraquel. in tract. de utroque retract. in fi. totius operis. num. 87. Laurentium Syluanum. consil. 86. contra fratres de Mussa facie. nume. 1. uolum. 2. Martinum Carratum. consil. 33. per totum, & Petr. Duennas in d. regu. 3. & ista est ueritas, & communis opinio. Cõis opin.

¶ In contrariam uerò partem, videlicèt, quòd frater emens nomine suo & fratrum, emisse præsumatur de bonis communibus, communique pecunia: inclinarunt Specul. in tit. de iudic. §. sequitur. uersic. ut autem. Cyn. in l. cùm duobus. §. si frater. ff. pro socio. Ancharan. consil. 149. plura dubia, in fine. & consil. 302. materia de qua quæritur in 4. dubio, & Bald. titubanter in l. cùm oportet. colum. 3. C. de bonis quæ lib. & Laurent. Syluan. in d. consil. 86. sub nume. 5. cum alijs sequen. ubi ita consuluit, admonuit istam sententiam veriorem esse, responsumque dedit contrarijs: sed eius suasiones parùm me mouent ad discedendum à prædicta communi, quæ verissima, & sacrosancta apparet.

3 Cæterum quotiescunque frater emeret aliqua bona proprio nomine, & postea in catastro communis illa describi faceret tanquam communia cæteris fratribus, sibi præiudicium inferret, & præsumeretur ex hoc dominium pro parte translatum in alteros fratres, præcipuèque si alij fratres pro eorum rata soluerent collectas: secundùm Lud. Roma. consil. 291. num. 7. & sing. 433. Paul. Castren. in l. scriniarios. C. de testam. milit. Alexan. consil. 147. in fin. uolum. 5. & consil. 182. colum. 2. uolum. 7. Ias. in l. decem. colum. 8. ff. de verborum obligationib. Philip. Dec. consil. 246. colum. 6. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 17. num. 3. Ioan. Anton. de Nigris in capitulis Regni, in cap. Porrecta culmini. nu. 35. & seq. & Horat. Mandos. in add. Rom. in d. consil. 291. in litera I.

*SUMMARIUM.*

1 *Solitum verbũ uerificatur in vno actu tãtũ.*

2 *Consuetũ verbũ verificatur in pluribus actibus.*

3 *Consuetum fieri non dicitur esse arbitrarium iudicis, sed necessarium.*

## OPINIO DCCXXIX.

1 SOLITUM inducitur ex vnico actu, & ex vnica vice. l. Mella. §. sed & si alimenta, de alim. & cib. leg. & ibi Bartol. Curt. Iun. consil. 19. num. 4. Ang. & Paul. Castren. in l. cõsentaneum. C. quomodò, & quando iudex. Lauren. Syluan. consil. 83. num. 3. vol. 2. Cotta in memorali in verb. Iuramentũ est quid indiuiduum, ante fin. & Gozad. cum alijs signaris per eum cons. 53. nu. 5. vbi perhibet istam esse communem sententiam, Aret. etiam in §. ex non scripto in fin. instit. de iure nat. gen. & ciuil. Cõis opin. Alex. cons. 5. nu. 23. lib. 5. & Corn. consil. 28. col. fin. vol. 3. & ita seruatur teste Marco Ant. Bardo in tract. de tempore vtili, & continuo. c. 14. sub nu. 8. vbi refert pluribus vicibus sic iudicarum extitisse in officio ædilium curulium magistrorũ stratarum Vrbis, eo assidente in ipso officio.

2 Consuetum uerò exigit saltem binos actus: ut tradit Dec. cons. 222. nu. 10. & cons. 431. nu. 11. cũ alijs seq. in l. vt liberos. nu. 11. C. de coll. & in c. 1. de cõsuet. Crescent. decis. 10. & Bero. cons. 142. illustrissime Domine. n. 1. vol. 3. & ista est cõis opinio, ac nullã habet dubitationẽ: ut meminit Dec. in locis mẽtionatis. & Mandos. in reg. cancellariæ, in reg. 3. de reseruat. q. 2. num. 4. Cõis opin.

3 Sed aduerte, ꝙ tale consuetũ fieri, non censetur modo aliquo arbitrariũ esse iudici, sed potius necessariũ; & consequenter consuetum ipsum nunquam cadit sub iudicis arbitrio: vt voluit Bal. in l. quicunque. colum. 4. C. de seruis fugitiuis, & faciunt scripta per Fely. in cap inter cæteras. col. 5. versi. quinta restrictio, de rescrip.

*SUMMARIUM.*

1 *Solutum indebitè repetitur, et eo ipso ꝙ ostēditur illud, quod solutum est fuisse indebitum, præsumeretur per errorem solutum.*

2 *Promissum indebitè per errorem non attenditur, sed reuocari, & retractari debet.*

3 *Pactum per errorem interpositum, seu diuisio inter fratres facta per errorem retractari debet.*

## OPINIO DCCXXX.

1 SOLUTUM indebitè repetitur, & eo ipso ꝙ ostēditur illud, quod solutũ est fuisse indebitũ, præsumeretur per errorẽ solutũ: ut uoluit Glo. in l. cũ de indebito, in uer. Ignorantia. ff. de pb. & Alex. cõs. 164. præsuppono primò circa cõ

sulta-

fultationē præmissā, sub n. 3. vol. 5. vbi etiā adijcit. d. Glo. cōmuniter approbari. & sequitur Dec. cons. 600. inspecto diligenter tenore dicti instrumenti, sub nu. 4. cum alijs sequen. vbi reddit rationem optimam.

Cōis opin.

2 Et quemadmodum solutū indebitè repetitur, ac reuocatur condictione indebiti, uel sine causa. toto tit. ff. & C. de cond. indeb. ita etiam promissum indebitè per errorem nō attenditur, sed reuocari, ac retractari debet. l. is qui plus. eod. tit. & not. Dec. consil. 547. num. 5. & in d. consil. 600. num. 4. & seq.

3 Ad quod benè facit etiam, quod not. Castren. in l. fin. §. idem quæsiuit. ff. de cond. indeb. ubi asserit se respondisse, consuluisseq; per illum tex. quòd cùm quidā fratres diuisissent bona paterna, materna, & fraterna æqualiter, & promisissent ad inuicem non contrauenire, & postea apparuit, quòd bona fratris præmortui pertinere tantum ad alterum fratrem, qui erat vtroq; latere cōiunctus, concludit, quod illud pactum per errorem interpositum, & sic ipsa diuisio retractari debet. & sequitur Dec. cons. 475. in causa, quæ Mantuæ agitatur. num. 29. & seq.

¶ Sed hoc non procederet in solutione indebitè facta ex causa transactionis: quia solutum tunc indebitè non repeteretur, etiam si extitisset per errorē solutū. l. 2. C. de trāsact. & firmat Dec. cons. 351. in casu ppposito, primò vidēdū est. n. 2.

*SVMMARIVM.*

1 *SPOLIATVS beneficio nō est restituendus, si contra eum obijciatur notorius tituli defectus.*

2 *Prædo spoliatus beneficio ecclesiastico restituendus est ante omnia, dummodò non constet in iudicio spoliatum esse prædonem.*

3 *Spoliatus non restituitur ante omnia quando ex huiusmodi restitutione irreparabile damnum sequi possit.*

## OPINIO DCCXXXI.

1 SPOLIATVS beneficio non est aliquo modo restituendus, si contra eum obijciatur notorius tituli defectus. c. ad decimas de rest. spol. in 6. tenet, & firmat Innoc. in c. constitutus de filijs præsbyt. Præposit in c. 2. 3. q. 1. Domin. in d. c. ad decimas. col. 3. Henric. in c. cùm venissent, de instit. Ant. col. pen. & Franc. in 7. differentia, in c. bonę, de appell. in 6. Imol. & Abb. in c. in literis. n. 2. & 28. de rest. spol. idem Abb. & Aret. in c. si constiterit, de accusat. & Cassad. in decis. 3. num. 4. & seq. in titu. de restit. spol. qui fatetur istam esse communem opinionem, & Gomes. in reg. de annal. possess. q. 58. Sed ipsemet in reg. de non iudican. iuxta formam. q. 5. meminit quandoque in Rota prætorio prædictam Innocentij sententiam communem reprobatam fuisse. Ipse uerò spreta assertione ista friuola non discederem à prænominata communi, tanquam in iure verissima; imò eam totis viribus sequendam fore in iudicando, consulendoque suadeo.

Cōis opin.

2 Et huic opinioni Inno. & sequacium inter alia vnū fundamentum obstare videtur, videlicèt, quòd prædo in beneficio ecclesiastico restituendus foret ante omnia. d. c. in literis. Cui quidem fundamento realiter responderi potest non habere locum hoc, quando constaret in iudicio spoliatum esse prædonem: tunc certè negari ei deberet omninò restitutio: secūdùm Inno. & Imol. ibi & Corset. in tract. de excellentia Regis. q. 72.

3 Item spoliatus minimè restitueretur ante omnia, quando ex huiusmodi restitutione irreparabile damnum sequi posset: secundùm Paul. Castren. Alexan. & Ias. in l. 2. C. de edic. Diui Adr. tollen. Legistas omnes, præsertimque Alexan. & Franc. Ripam in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. possess. & Iacobus Menochius cum alijs per eum congestis, in tract. recuperan. possess. in 1. remedio. nu. 279. & seq. ubi fatetur istam esse communem opinionem, & optimè eā explicat, & declarat.

Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *SPOLIATVS sua possessione, vel in ea turbatus ante omnia est manutenendus, & restituendus.*

2 *Spoliatus etiam si iniustissimè possideret, venit restituendus ante omnia vsque ad minimum quadrantem.*

3 *Remedium canonis reintegranda 3. q. 1. competit spoliato, dato quòd non probet vim, & violentiam fuisse illatam; & sic sufficit quòd sola clandestinitas interuenerit in spolio facto. Nam contra clandestinum possessorem potest agi remedio recuperandæ: nec posset excipere de suo dominio: spoliatus enim quomodocumque potest agere sibi dominij exceptione non obstante.*

4 *Spoliatus ante omnia est restituendus, nedum ad rem, & possessionem, sed etiam ad fructus, quos spolians percepit, vel percipere potuit.*

5 *Spoliatus in primis, & ante omnia debet restitui non solùm ad possessionem, sed etiam ad expensas, damna, et interesse per ipsum passa.*

6 *Prædo iniustus possessor nullum habens in re titulum spoliatus ante omnia restitui debet, nisi concurreret in possessorio cū domino; vel nisi notoriè constaret, quòd prædo esset in possessione: nam tunc appareret de peccato, & ideò deberet statim amoueri.*

7 *Spoliatus authoritate iudicis debet ante omnia restitui.*

8 *Spoliatus non restituitur si obijciatur de reseruatione, & reseruatio impedit spoliatum restitui, dummodò spoliato esset facta ante litem motam, non autem lite pendente, & quando reseruatio esset facta ad beneficium vacaturum, secus ad vacans.*

9 *Remedium. c. reintegranda. 3. q. 1. limitatur in quinquaginta casibus remissiuè.*

## OPINIO DCCXXXII.

1 SPOLIATVS sua possessione, uel in ea turbat' ante omnia est restituẽdus, & manu enendus. l. si qs ad se fundum. C. ad l. Iul. de ui. publ. & can. reintegranda. 3. q. 1. Ioan. Ant. de Nigris in capitulis Regni, in c. o. Subditorum nostrorum. num. 26. Alex. & Doct. not. in l. naturaliter. §. nihil cõ-
Cõis mune. ff. de acq. poss. & ista est vulgaris, & com-
opin. munis regula.

2 Quam quidem regulã amplia intantum procedere, ut spoliatus debeat restitui vsque ad minimum, & ultimum quadrantem, etiam si iniustissimè possideret. c. sollicitè, de rest. spol. & ita tenet Bal. cons. 135. vol. 2. & cons. 139. nu. 1. uol. 3. & Cæpol. cons. 19. num. 4. & Hieron. Cuccalon. in repertorio 2. vol tractatuũ, in verb. Spoliatus il 1. & refert ita in facti contingentia obtinuisse.

3 Ampliatur secundo ista regula, quòd spoliatus intentans remedium dicti canonis reintegranda, esset restituendus, datò quòd non probet vim, ac violentiam fuisse illatam; & sic sufficit, quòd sola clandestinitas interuenerit in spolio facto. Nam contra clandestinum possessorem potest agi remedio recuperandæ: nec posset excipere clandestinus possessor exceptionem sui dominij: ut per Imol. & Alex. in d. §. nihil commune, vbi referunt idem sentire Inno. Io. And. & Ant. de Butr. quòd quomodocunque quis fuerit spoliatus potest agere nõ obstante sibi exceptione dominij. Et hanc opinionem latè disputat Socin. in d. §. nihil commune, vbi eam num. 32. di-
Cõis cit uerissimã Fabius Corambonus, & communẽ
opin. asserit Ripa. nume. 73. & in c. sæpè de restit. spol.

¶ Contrarium uerò, & malè senserunt Dyn. in regula, qui ad agendum, de reg. iur. in 6. Bald. in l. si quis emptionis. §. sed hoc super illis. C. de præscrip. 30. annorum. Ang. in l. uitia. C. de acq. poss. & Lud. Rom. in d. §. nihil commune. Quicquid tamen isti Doct. suadeant ob hoc non est discedendum à prædicta communi; quam approbãt, tuentur pariter, & attestantur ferè omnes Moder. in d. c. sæpè, & in d. §. nihil commune.

4 Ampliatur tertiò dicta regula, quòd non solùm spoliatus ante omnia est restituendus ad rẽ, seu possessionem spoliatam, verùm etiam ad fructus, quos spoliatus percepit, seu percipere potuit ex re ipsa, vel possessione. tex. est in c. grauis, & ibi Doct. not. de restitut. spol. Rota decis. 25. in rub. de restitu. spol. in nouis, & Ripa in d. §. nihil commune. num. 48.

5 Et nõ solùm ad possessionem, & fructus ipsos, sed etiam ad expensas, damna, & interesse passa per spoliatum debet spoliatus in primis, & ante omnia restitui. c. accedens, il 2. & ibi Abb. in pen. not. & in d. c. grauis, vbi Doct. & Ripa in d. §. nihil commune. num. 50. & Cæsar Vrsillus in add. Afflict. in decis. 98 nu. 1. ubi profert magnũ verbum ita obtinu ... in facti contingentia in Sacro Concilio Neap.

6 Ampliatur etiam regula præmissa, quòd prædo quoque & iniustus possessor nullum habens in re titulum spoliatus restitui deberet. l. 1. §. qui à me. ff. de ui, & ui arm. & c. in literis de restitutione spoliatorum.

¶ Qui quidem textus non procederet secundùm Gloss. fin. ibi communiter approbatam ab omnibus, vbicunq, ipse prædo cõcurreret in possessorio cum domino.

¶ Nec procederet etiam dictũ cap. in literis, quando notoriè constaret quòd prædo esset in possessione: vt tenet ibi Abb. colum. 3. 4. & 10. Nam tunc appareret de peccato, ideò deberet statim amoueri. Aliquas alias verò ampliationes recensuit Vrsillus in annotationibus Affl. in d. decis. 98. sub nu. 1. & seq.

7 Item ampliatur antedicta regula, ut spoliatus etiam authoritate Iudicis debeat ante omnia restitui. cap. conquerente, de restitutione spoliatorum, Lud. Roma. in l. si finita in princ. de damno infect. Ancharanus. consil. 249. ad prædicta dubia, & Dec. in l. fina. col. 10. C. de edict. Diui Adr. tollen.

8 Sed isthæc regula ita declarata fallit non procedere in exceptione reseruationis Papalis, specialis, vel generalis: nam agenti spolio, seu remedio dicti can. reintegranda obstat dicta exceptio reseruationis Papalis in beneficialibus, & opposita concernit defectum proprietatis & possessionis: vt firmat Rota decis. 56. & 371. in antiquis, Bisignetus decis. 4. de restitutione spoliatorum, Doctores in d. §. nihil commune, & Iacobus Nouellus in sua pract. criminali. in rubr. Vulgaris est regula & cæt. nume. 41. fol. 563. Et ita se habet communis opinio, & practica obseruat: vt meminit, & testatur Gomes. in regul. cancellariæ regula de triennali possessore. quæst. 35. Aeneas de Falconibus, in tract. de reseruat. in 4. quæst. prin. 11. effectu, & 41. August. Berous, quæst. 80. Franc. Ripa in dicto §. nihil commune, Cassadorus decis. 1. in titu. de restitutione spoliatorum, & Socin. in l. tem quæ nobis. ff. de acquiren. possess. num. 19. Cõis opin.

¶ Quam communem sententiam intellige veram esse, si spoliatio esset facta ante litem motam, non autem lite pendente: vt constat in præcitata decis. 56. & notat Aeneas de Falconibus in d. effectu 11. sub num. 2.

¶ Similiterq; eam intellige procedere, quãdo reseruatio esset facta ad beneficiũ vacaturũ, sec' si ad vacans: vt per Cassad. decis. 2. de rest. spol.

9 Alias verò declarationes, & limitationes ad d. regulam c. reintegranda circiter 50. ponit Iac. Nou. in præcit. pract. crim. Octo verò limitationes refert Fab. Corãbo. in d. §. nihil cõc. n. 32. cũ alijs seq. Et 33. limitat. ponit Bal. Nouel. ibi nu. 46. vsq; ad finẽ Et 55. recensuit Corsett. in tract. fallen-

fallentiarum ad reg.quòd spoliatus ante omnia. q.72.num.1.cum aliis seq. in 2. vol.diuersorum posito. Et duas alias limitationes addit Corasi. in miscellaneis iuris ciuilis lib.1.c.2. num.3.cũ aliis seq.Et materiam d Cano. reintegranda usque ad satietatem,& vtilissimè quidem explicauit Iacob.Menoch.in tract.recuper.possess.in remedio 15.num.5.cum aliis numeris seq.

*SVMMARIVM.*

1 *REMEDIVM canonis reintegranda. 3.q.1. competit nedum possessori, sed etiam conductori, & mandatario, commodatario, & similibus.*

## OPINIO DCCXXXIII.

1 REMEDIVM. c.reintegranda.3.q.1.disponens quòd spoliato, seu deiecto à sua possessione fiat reintegratio ipsius possessionis ante omnia competit nedum possessori, sed etiã conductori, et mandatario: secundùm Specul. in tit.de possess.& petit. §.1.uer.Sed nunquid de positarius,ubi etiam Ioan.And.& Soc. cons.17. num.15.uol.3. Similiterque competit commodatario, depositario, & similibus,quibus res deposita,uel commodata aufertur: secundùm omnes Doct.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poss.Ioan.Ant.de Nigris in capitulis Regni,in c.6.Subditorum nostrorum.sub num.43. in 3.ampliatione.S. Anton. in sua summa in 2. par.c.5. cui fienda sit restitutio. col.5. sub uers. De acquisito per ludos,& Soc. in l. rem quæ nobis.num.6.eod.tit.& ibi Rip.nu. 21. ait hanc esse communem opinionem,& Iacob.Menoch. in tract.recuper.possessionis. remedio. 15. nu. 49. & seq.ubi citat alios Doct.contrariæ sententię.

*Spoliatus.* *Cõis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *REMEDIVM canonis reintegranda. 3.q.1.est plenissimum remedium, & magis generale, ac utile inter alia remedia possessoria, curritque cũ omnibus aliis remediis.*

2 *Remedium.c.reintegranda datur clericis non solùm pro rebus Ecclesiæ, seu propriis, sed etiam pro rebus Laicorum, siue mobilibus, siue immobilibus: secundùm unam communem opinionem, licèt altera sententia contraria similiter communis sit, quòd d.c.reintegranda competat solummodò in rebus ecclesiæ, & in personis ecclesiasticis, non autem inter laicos pro rebus profanis.*

3 *Remedium.c.reintegranda conceditur pro feudis, & iuribus incorporalibus, & bonis etiam stabilibus.*

4 *Possessorium iudicium, & remedium. c. reintegranda utrum competat in iuribus personalibus, & propensionibus denegatis, ponitur communis opinio pro vtraque parte.*

5 *Debitor qui tenetur dare unum par caponum, non liberatur si dederit mortuos.*

6 *Debitor obligatus dare cuilibet canonico vnum par caponum non tenetur si augeatur numerus canonicorum.*

## OPINIO DCCXXXIV.

1 REMEDIVM. c. reintegranda.3.q.1.exploratum est esse plenissimum remedium, & magis generale, ac vtile inter alia remedia possessoria, curritq; cum omnibus aliis remediis: secundùm Doct.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir. poss. & Lanfran.de Oriano,in repet.rub.colũ.3. in 3. conclusione,de causa poss.& propriet.

*Spoliatus*

2 Et datur istud remedium,non solùm clericis pro rebus ecclesiæ,seu propriis,uerum etiam cõceditur pro rebus laicorum generaliter,siue mobilibus, siue immobilibus: secundùm Doctrinã Innoc.in c.cùm ad sedem.num.6.extr. de restit. spoliat.communiter approbatam: vt attestatur eam sequendo Ioan.de Imol. Alex.col.5.& Soc. num.4.in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poss. & idem Alex.cons.94.col.fin. uol. 5. & Maranta in tract.iudiciorum.in 4 par.princ.in 7. distin. nu. 50. ubi dicit quòd ista est communis opinio, & quòd obseruatur in practica,& Ioan.Ant.de Nigris etiam in capitulis Regni in c.6. subditorum nostrorum.num.43.& Quintil. Mandos.cum cæteris aggregatis per eum in add Lapi. in alleg. 51. Lætatus sum, in litera P. ubi testatur hanc sententiam semper uidisse seruari Romæ, atque copiosè ibidem in prin.refert contrariam opinionem,uidelicet,quòd d.c.reintegranda competat duntaxat in rebus ecclesiæ, & in personis ecclesiasticis,non autem procedat inter laicos pro rebus profanis esse similiter communem, cũ aliis signatis per eum.Sed reiecta ista sententia, in reo primæ opinioni tanquàm sacrosanctæ, & in iure uerissimæ,& fundatissimæ,& ea obseruatur in practica in foro canonico,& ciuili.

*Cõis opin.* *Cõis opin.*

3 Ampliatur hoc scilicet,quòd d.c.reintegranda,remedium datur,& conceditur etiam pro feudis,& iuribus incorporalibus, & bonis etiam stabilibus: secundùm Bart.in l.3.§.vnde ui. ff. de vi arm.Ant.de But.in c.cùm ecclesia Sutrina, numero 38. vbi etiam Abb. de caus. possess.& propriet.Ias.cons.172.uol 4.Soc.d.l.rem quæ nobis in 5.q.& Ripa in d.c. cùm ecclesia, num. 101. & ista est communis opinio.teste eodem Ripa in c. sæpè,numero 22. de causa poss. & propriet. Soc. & Ias.num.19.in d.l.rem quæ nobis.

*Cõis opin.*

4 Et istud remedium. c. reintegranda competit pariter pro pensionibus denegatis,& pro iuribus personalibus. Vndè debitor obligatus singulis annis soluere unum par caponum occasione alicuius rei,hoc casu certum est posse conueniri

niri officio iudicis, vel interdicto possessorio; & sic pro annua præstatione competunt, seu conceduntur remedia possessoria: secundùm Canonistas communiter in c. querelam. de elect. per illum tex. Et ita in facti contingentia iudicatum fuit in Sacro Regio Concilio Neap. attestante Afflict. decis. 395. num. 3. 4. 6. cum duobus aliis sequen. & in Rota Bononiensi: ut meminit Pet. de Benintendis decis. 27. Quamuis Legistæ omnes affirment cōtrarium in l. si certis annis. C. de pactis, præsertimque ibi Iacob. de Aret. Pet Cy. Bal. & Alberi. de Rosa. Bar. in l. fin. per illum text. ff. quorum bonorum, & Iacob. Menoch. cum aliis signatis per eum in tract. recuperandæ possessionis, in primo remedio nume. 87. ubi ostendit istam secundam opinionem crebriorem fore. quam sequitur etiam, aitque ueriorem, communioremque esse Aleiat. cons. 8. exactè uiso process. su causæ. nu. 25. tomo. 2. uol. 6. fol. 116. Sed ueritatem istius conclusionis planè abundeque demonstrat Afflict. in præcitata decis. 395. Ripa. in l. fin. nu. 3. & seq. ff. quorum bonorum, & Tiraq. in tract. de vtroq; retractu, in §. 1. Glo. 6. & in §. 6. Glos. 1. nu. 10. & seq.

Cōis opin.

Cōis opin.

5 Et hic notandum, seu docendum est unum congruenter, utrum iste debitor, qui tenetur dare unum par caponum liberetur soluendo, ac cō signando eos mortuos? Bar. in l. quod te. ff. si cer. pet. in ult. q. tenet, quòd nō liberatur aliquo modo. quem sequuntur Doct. & eius opinionem latè sequitur ibi Bolognet. nu. 83.

6 Item aduertendum est, quòd promittens dare cuilibet canonico omni anno vnū par caponū, non tenebitur si numerus canonicorum augeretur: secundum Petr. & Cyn. in l. non modus. C. de seruit.

*SVMMARIVM.*

1 PRÆSCRIPTIO *triginta annorum non obest remedio reintegrandæ: secundùm unam communem opinionem, et stylum Rotæ Romanæ: sed secundùm alteram sententiam contrariam similiter communem, remedium c. reintegrandæ præscribitur spatio triginta annorum.*

## OPINIO DCCXXXV.



1 SPOLIATUS quandocúque potest petere, seu agere ad restitutionem sibi faciendam: cùm remedium. c. reintegranda. 3. q. 1. sit perpetuum, & impræscriptibile, & competat etiam post mille annos, & in perpetuum: vt tuad. ac omnes Canonist. communiter, in c. sollicitè de restit. spol. Soc. in l. rem quæ nobis. 8. q. ff. de acquir. poss. Ioan. de Amicis. consilio 61. num. 18. & Cassador. decis. 6. in tit. de restit. spol. in prin. ubi asseuerat hanc esse communem opinionem, & communiorem nocat Ioachimus in obseruatione 86. valdè controuertitur. centuria 3.

Cōis opin.

¶ Sed Claudius de Seyssell. in d. l. rem quę nobis, col. fin. Maranta in tract. de iudiciis, in 4. par. 7. distin. num. 40. Bertran. cons. 247 Gratus cons. 70. vol. 2. num. 18. Dec. cons. 303. colum. fin. nume. 24. & Anton. Gallesius in tract. de exercit. iuris perirorum. lib. 3. num. 50. audacter affirmant contrariam opinionem, uidelicet, quòd remedium d. c. reintegranda. præscribatur 30. annorum curriculo esse, magis communem. Et ita fuit decisum in Rota Bononiensi, teste Petro de Benintendis decis. 10. ubi casu hoc eueniēte pro eius matura resolutione, tâquàm ad portum claræ veritatis recurrere possis. & ita quoque iudicauit Iosephus Ludouici, concurrente præsertim bona fide, & titulo præscribentis, in decis. 59. n. 9. & seq. in prima par.

Cōis opin.

¶ In isto uerò conflictu opinionum sequor primam partem omisso omni multiloquio: quā quidem tanquàm ueriorem tenuit maior pars Dominorum de Rota: vt recensuit Cassadorus, in præcitata decis. 6. num. 1. eamque sequebatur Illustris D. Ranaldus Ridolphius Perusinus præceptor meus in Gymnasio Perusino, uiuis, & uerissimis rationibus, interpretans l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. & ita tenuit etiam Rota in Placen. castrorum, coram Ioan. Paulo de mense Martij, Aprilis, & Maij 1545. secundùm Gomes. decis. 41. & Simon. decis. 83.

*SVMMARIVM.*

1 REMEDIVM. *c. reintegranda. 3. q. 1. licèt non detur contra titulo possidentem: secundùm communem opinionem; nihilominus secundùm alteram sententiam contrariam, similiter communem d. c. reintegranda conceditur contra ipsum bonæ fidei possessorem cum titulo.*

## OPINIO DCCXXXVI.

1 REMEDIVM. c. reintegranda. 3. q. 1. non cōceditur, nec datur contra bonæ fidei possessorem cum titulo: uerbi gratia. quando possessio nullo modo est uitiosa, nec possessor habet causam ab auctore uitioso: vt uoluit Bart. in l. rem quæ nobis. ff. de acqu. poss. & Soc. post alios quàmplures ibi per eum congestos num. 12. & istam opinionem communem esse asserit Soc. cons. 39. in quæstione quæ uertitur. col. 5. & seq. uol. 3. Gozad. consil. 28. Paris. cons. 1. uol. 1. & cōs. 28. uol. 2. & Soc. Iu. cons. 47. & seq. uol. 2. & Rubeus. cons. 4. n. 6. 10. & seq. ubi pro hac parte cōsuluit, & cōs. 167. nu. 9. Spoliatus

¶ Con

¶ Contraria uerò sententia uidetur magis communis,& practicabilis: vt per Alexan.Ias.& Ripam in d.l.rem quæ nobis,Dec.conf.57. colū. fin.& conf.252.colum.3. Ioan.de Amicis consil. 97.colum.2. Boeri.decis.239. Maranr.in tract.de iudiciis in 4.par.7.distin num.50. Afflict. decis. 361.col.penult.& Cassadorum decis.7. de restit. spoliat. Et ita consuluit Bertran.conf.44.negare non possum.num.1.uol.5.& Ruinus conf.46. numero 6.uol.1.uidelicet, quòd spoliatus debeat restitui etiam contra titulo,& bona fide possidentem.quam opinionem sequitur quoque Ioan.Baptista Plotus post alios quàmplures relatos per eum.in repet.l.si quando.C.unde ui.nu.65.post medium, & ita iudicauit Sacrum Cōcilium Neapol.ut refert Afflict.in alleg.decis.361.num. 33. & Rota Bononiensis, teste Petro de Benintendis in decis.33.sub num.1.& ita obseruatur in curia Romana:secundùm Ioan. Baptistam Bouium in tract.de statut.Vrbis præscriprione,tit.cont.om. creditores.glos.19.num.237.& seq.Et istam partem tanquàm uerissimam amplector:ex quo decisiones Sacri Concilij Neapol. quæ sub nomine Regis proferuntur hodie in Regno succedunt in casibus dubiis loco Imperialis interpretationis, de qua in l.fin.C.de legibus;vt per Afflict. decis. 169.colum.fin.in fine. Et istam ultimam opinionem sequitur quoque tanquàm magis communem Maranta in tract.de iudic.in 4.par.princ.in 7.dist.nu.50. post medium,ubi refert, quòd ista est ueritas, & magis communis opinio. Io. Ant. de Nigris in capitulis Regni,in c.6. Subditorum nostrorum.num.43.Ruinus conf.44.num.1.uol. 4.Petrus de Benintendis in d.decis.33.num.1.& D.Quintil.Mandos.in add.Lapi.in alleg.51.Lazarus sum in litera L. & Ioachimus in obseruatione 85.discrepant,centuria 3. ubi meminit ita iudicasse cameram Imperialem.

Cōis opin.

### SVMMARIVM.

1 *CANON reintegranda.3.q.1. inducit nouum remedium possessorium aliàs non competens,& pinguius prouidet,& subuenit,quàm lex si coloni.C.de agricol. et censi.lib.11. Nam ea lex prouidet quando res fuit uitio affecta: nec possessio fuit aliquo tempore uitiosè quæsita,& sic ille canon prouidet spoliatis,& eiectis de possessione quomodocunque,& qualitercunque.*

### OPINIO DCCXXXVII.

1 CANON reintegranda.3.q.1.inducit nouum remediū possessorium,& sic prouidet de nouo remedio competēte etiā ubi alia remedia deficiebant: intantū q pinguius prouidet, ac subuenit,quàm l.si coloni.C.de agri.& censit. lib. 11. quę prouidet, quando res fuit uitio affecta, & d. c.reintegranda loquitur generaliter, etiam ubi res nō fuit uitio affecta, nec possessio fuit aliquo tempore uitiosè quæsita; & per consequens ille canon prouidet spoliatis, & eiectis de possessione iniustè quomodocunque, & qualitercunque. Ideò non ab re cōcludunt Doct. quòd ille canon indicat nouum remedium, aliàs nō competens, & pręcipuè Archid.in d.c reintegranda.Glo.Hostien.Ioan.And.Calder.Io.de Ligna.& omnes in c.ad sedem.extr.de restitut.spol.ubi Panor. dicit hoc in practica obseruari quotidie, & ita se consuluisse,& ista est cōis opin.teste Soc. in l.rē quæ nobis.nu.3.ff.de acq.pos. Mod.in c.sæpè de resti. spol.& hoc idem uoluit Lapus,in allegat.51.ubi ait ita semper se obseruasse,& practicasse, & Corneus Perusin.conf.329.num.29. uol. 1. ubi asseuerat, & recitat hanc esse communem opinionem,& deduximus latè supra, & idem Corneus conf.56.nu.18.uol.2.& copiosè Iacob.Menoch. in tract.recup.possess.remedio.15.nu.5.

Spoliatus. Cōis opin.

### SVMMARIVM.

1 *AGENS possessorio recuperande, quid debeat narrare in libello,& probare.*
2 *Remedium canonis reintegranda. 3.q.1. non conceditur amittētibus possessionem culpa,negligentia,uel iusta causa.*
3 *Officium iudicis competit ecclesiis,minoribus,& absentibus, qui eorum negligentia ceciderunt á possessione pro ipsa possessione recuperanda.*
4 *Remedium reintegrandæ intentatum non requirit, vt in eo deducatur aduersarium clam possidere respectu possessionis.*

### OPINIO DCCXXXVIII.

1 POSSESSORIO recuperandæ agens, debet narrare, & producere in libello se possedisse, ac propter iniustas causas cecidisse à possessione,& per illum contra quem agitur res possideri, & denique cōcludere se debere reintegrari ad suam possessionem, seu aduersarium suum condemnari ad restitutionem possessionis, vt per Inno. in c. querelam de elec. in c ad sedem, & in c. sæpè de restit. spoliat. cum quo ibi omnes communiter sentiunt,& Ioan.Ant. de Nigris in capitulis Regni in c.6.Subditorum nostrorum,num.49.& ita consuluit Bertrā.conf.105. uidi casum quem mihi exhibuit probus uir.uol.8.ubi similiter mentionem facit de dicta communi, & non immeritò Doct. hoc tenuerunt. Nam intentanti remedium c.reintegranda. 3.q.1.sufficit probare antiquiorem possessionem, quæ postea ad suum aduersarium reum conuentum sine eius facto peruenerit, quòd præsumitur, vt ex dicta causa iniusta possessio peruenerit ad reum: secundum Bertran.

Spoliatus. Cōis opin.

tran.in d.consil.105.num.2.& tunc probata antiquiori possessione dicitur spoliatio re ipsa probata, & præsumitur nouus possessor clãdestinus, & inuasor; adeò quòd potest condemnari ad relaxandum dictam possessionem: secundùm Bal. in l.pen.colum.fin.C.si à non competen. iudice, Innoc.& Doct.in d.c.sæpè, Lapum in alleg.51.in cip. Lætatus sum, Abb.in d.c.ad sedem.& in c. si diligenti.col. 4. de præscript. Afflict. decis. 327. num.3.& Alciat.in tract.de præsump.reg.2. præ
Cõis opin. sump. 21.& ista est communis opinio.teste Cur. Iun.cons.165.num.5.Alciat.in d.præsumpt. 21. & Afflict.in constit.Regni incip.circa uiolentiã. num.29.in fin.lib.1.

1 Nec ab re, ut superius deduximus, libellans super possessorio in libello debet ponere se cecidisse à sua possessione ob iniustam causam: quoniam remedium.d.c.reintegrandæ, non conceditur amittentibus possessionem culpa, negligentia, uel iusta causa: ut tenent Doct. communiter
Cõis opin. in d.c.ad sedem, & alij relati per Ioan. Anto. de Nigris in d.c.6.Subditorum nostrorum. nu. 45. & per Soc.in l.rem quæ nobis.num.8. ff. de acq. poss.ubi assignant tria exempla, in quibus ista communis uerificari possit, & dictam communem attestantur Ripa in d.c.sæpè num.27. Alex. consil.6.uol.3. Abb.& alij in c. accedens, ut lite non contest.& D. Quintil. Mandos. cum cæteris aggregatis per eum in add.Lapi in d.allegat.51. in litera O. ubi eam sequitur, & meminit ita uidisse aliquibus uicibus iudicari.

3 Sed ecclesiis, minoribus, & absentibus, qui eorum negligentia ceciderunt à possessione, cõpetit pro recuperanda possessione amissa eorum negligentia officium iudicis: secundùm Hostien.
Cõis opin. & alios communiter in d.c.accedens. Soc. in d. l. rem quæ nobis.numero 9. & Alex. cons. 92. column.3.uol.1.

4 Et aduerte, quòd non est necesse, ut deducatur in remedio ipso reintegrandæ aduersarium clam possidere respectu possessionis: secundùm pulchram decisionem Rotæ Bononiensis, positam in decisionibus Petri de Beninten. decis. 33.

SVMMARIVM.

1 *SPOLIATVS non tenetur respõdere in causis criminalibus contra ipsum motis ante restitutionem sibi factam: quoniam exceptio spoliationis impedit litis ingressum: quia est dilatoria non solùm si accusetur, sed etiam si inquiratur: ut discurritur infra sub num. 2.*

2 *Exceptio spoliationis non potest opponi post litem contestatam.*

## OPINIO DCCXXXIX.

1 SPOLIATVS non tenetur respondere in causis criminalibus contra ipsum motis ante restitutionem sibi factam.c.1.3.q.1.quoniam exceptio spoliationis impedit litis ingressum: cùm debeat spoliatus ante omnia restitui. l. si quis ad se fundum.C.ad legem Iuliam de ui.pub.& ibi Glo. in c.1.de restit.spol. Et dicit Ang.in l.si maritus. ff. de donat.inter uir.& uxor.quòd spoliatus omnibus bonis suis, uel maiori parte à tertio: tunc à nemine inquietari potest, neque ciuiliter, neque criminaliter, nisi prius & ante omnia restituatur, ut supra docuimus. Et Bar. in l. naturaliter. §.nihil commune, ait dictam exceptionem esse dilatoriam, ideoque impedire debet litem con- Cõis opin.
testari: quem sequuntur omnes Doct.ibi.ff.de acquir.poss.Ang.in §.æquè in 39.except. instit. de act.& Francus in c.1.in fallen. 22.de lit. contest. libro 6.

2 Sed huiusmodi exceptio spoliationis non potest opponi post litem contestatam: secundùm Bar.in d.§.nihil commune, quem omnes ibi com- Cõis opin.
muniter sequuntur: ut referunt Moder. ibi, licèt nonnulli senserint contrarium relati per præcitatos Moder.& per Fulgos.in d. §. nihil commune.

¶ Amplia præfatam conclusionem ita declaratam, ut habeat locum non solùm si spoliatus tradatur in causam criminalem per uiam accusationis, sed etiam per uiam inquisitionis: secundùm Gemin.in c.frequens, de restit. spol.libr. 6. cuius opinionem attestatur esse communem post alios per eos relatos. Ripa in d. §. nihil commune. numero 55.

SVMMARIVM.

1 *SPORTVLAE non debent solui de iure canonico in foro ecclesiastico.*

2 *Iudex ecclesiasticus ordinarius habens beneficia sufficientia non potest à litigantibus petere sportulas.*

3 *Sportulæ non debentur iudicibus ordinarijs de iure ciuili.*

4 *Sportulas prohibiti recipere, eas recipiendo incidunt in pœnam concussionis.*

5 *Iudex delegatus habens sufficientes redditus non potest petere sportulas à litigantibus. quod procedit in delegatis Papę, non autem in aliis delegatis.*

6 *Consuetudo disponens, quòd sportulæ soluantur, ualet & tenet: secundùm unam communem opinionem, licèt altera sententia contraria similiter communis sit, quòd talis consuetudo nullatenus ualeat.*

7 *Sportulæ de iure ciuili in foro seculari recipi possunt per iudices.*

8 *Sportulæ, si plures libelli producti sint in iudicio, utique pro pluribus libellis soluuntur, & solui debent.*

9 *Sportulę pro libello cumulato respiciente unicum interesse, non cumulatę & iteratę debentur, sed unica tantùm.*


10 *Sportulæ solui debent etiam arbitris.*

11 *Sportulæ arbitro, seu iudici per pauperes litigantes solui non debent.*

12 *Sportulę non debentur in causis summarijs: quia debent terminari absque solutione ipsarum sportularum.*

OPI-

## OPINIO DCCXL.

1 PORTVLAE solui non debent de iure canonico in foro ecclesiastico: & sic hoc iure clerici ad solutionem sportularum non tenentur. c. cùm ab omni. de vita & honest. cleric. & notat Lallus de Tuscia in cōstit. Regni, Cōstitutionum. num. 4. lib. 4. ubi hoc ampliat habere locum etiam in pupillis, uiduis, & orphanis.

2 Et hinc est, quòd iudex ecclesiasticus ordinarius habens beneficia sufficientia, non potest à litigantibus petere ipsas sportulas: secundùm Ioā. Cōis opin. Andr. Panor. & cæteros communiter, in d. c. cùm ab omni. per tex. ibi.

3 Et hoc procedit quoque de iure ciuili, vt sportulæ non debeantur iudicibus ordinariis: ut probat Ioan. de Grassis in tract. de substantialibus procuratorij in rub sportulas quascunque soluētes. num. 2. & ante eum Anchar. consil. 201. numero 1. & seq.

4 Et isti tales prohibiti sportulas recipere, eas accipiendo, vtique inciderent in crimen concussionis: vt uoluit Specul. in tit. de salariis. §. 1. uer. Sed quid si delegatus.

5 Similiterque iudex delegatus habens sufficientes redditus minimè sportulas recipere posset: secundùm Abb. in d. c. cùm ab omni. colum. pen. Corset. in sing. in uers. Sportulæ, & Io. à Grassis loco de quo supra, ubi declarat hoc habere locum in delegatis Papæ, non autem in aliis delegatis: ut affirmat uidisse in pract. obseruari Zasius in §. tripli. num. 6. instit. de act. & Schola de concilio Sapientis lib. 3. c. 11. post princ.

6 Sed stante consuetudine in cōtrarium, tunc profectò de necessitate huiusmodi sportulæ soluendæ forent: ut uoluerunt Specul. in tit. de salar. §. 1. uer. Si uerò ordinarius, Imol. in l. Pantonius, aliâs si uni. de re iud. Glo. & Bar. in auth. offeratur, in uers. Sportulis. C. de litis contest. Glo. Ioan. Fabr. & omnes in §. tripli. instit. de act. & ibi etiam Ias. num. 46. qui ostendit istam esse magis Cōis opin. communem opinionem. Et licet Rom. sing. 180. asseueret sententiam Glo. & Ioan. And. in Clem. statutum de elect. contrariam, uidelicet, quòd talis consuetudo non ualeat esse communem: Cōis opin. nihilominus eum reprehendit Corse. in d. sing. in uer sic. Sportulæ, & in effectu præmissa opinio Spec. censetur magis cōmunis, obseruaturque in practica teste Ioan. Ant de Nigris in extrauag. Clementis VII. de uita, & honest. cleric. nu. 32. quæ reperitur in fin. sui repertorij super capitulis Regni, & Rolan. à Valle conf. 87. num. 2. cum aliis seq. uol. 2. ubi hoc latissimè discurrit.

7 De iure uerò ciuili in foro seculari, sportulæ recipi possunt per iudicem. l. cùm clericis, & authē. ibi posita, ubi omnes Scriben. no. C. de episc. & cleric. & §. sportularum. auth. de san. episc.

8 Ideò si plures libelli producti in iudicio essent, tunc tanquàm pro pluribus sportulæ soluerentur: secundùm Bal. in l. edita, in repet. Paduana. colum. 15. uer. 15. Quæritur quomodo cognoscimus. C. de eden.

9 Cæterùm aduerte, quòd pro libello cumulato non soluerētur nisi vnicæ sportulæ: vt per Bal. eleganter in c. ad ultimum, in fin. arg. illius text. de causa possess. & propriet. subdentem ibi, quòd absque dubio aliquo uerum foret, si respiceret unicum interesse.

10 Debentque ipsæ sportulę solui etiam arbitris: secundùm Bart. in l. fin. num. 2 per text. ibi. C. de princ. agen. in rebus, lib. 12. Specul. in tit. de arbitr. in §. sequitur. Flor. in l. sed, & loci. §. in iudicio. ff. fin. regun. Alber. per text. ibi, in l. Labeo. §. ait prętor. ff. de arbitr. Marc. Ant. Blanc. in tract. de compromissis. q. 8. num. 22. & Ioan. de Arnono in commētario 104. Nota uenales sentētias, & in comentario seq. ubi ostendit hoc procedere quoque de iure Regni Neap.

11 Sed tales sportulæ ipsi iudici, seu arbitro per pauperes litigantes solui non debent: secundùm Glos. Henric. Boic. & cæteros in d. c. cùm ab omni, in uer Prętor. Bal. in auth. generaliter. colū. 1. C. de episc. & cleric. Gerar. in sing. 73. Ias. in d. §. tripli. col. pen. Marc. Ant. Blanc. in d. q. 8. nu. 22. Io. Ant. de Nigris in d. extrauag. Clemētis VII. num. 33. ubi luculenter, & doctè more suo hoc interpretatur, & Io. de Arnono in cōmētario 30.

12 Et ita consuluit Rolan. in d. consil. 87. numero 16. cum cæteris seq. ubi num. 21. cum aliis signatis per eum, firmat hoc habere locum etiam in causis summariis, quę terminari debent absque solutione sportularum, & ait istam esse communem theoricam. Cōis opin.


### *SVMMARIVM.*

1 *STATVTA contra uenditorem, etiam in pœnalibus censentur facta, & condita contra emptorem ratione correlationis: licèt de eo in statuto non fiat mentio, & econtra quando esset eadem ratio.*

2 *Statutum deuetus bladorum non ligat clericos pro fructibus bonorum ecclesiasticorum.*

3 *Statutum deuetus bladorum non obligat, nec ligat emptores, & uenditores, & conductores forenses non diu commorantes in loco statuti: quia forenses ipsi præsumuntur ignorare statuta loci.*

## OPINIO DCCXLI.

1 TATVTA contra uenditorem etiam in pœnalibus censentur facta, ac condita contra emptorem ratione correlationis ubi est eadem ratio: secundùm Bart. & Doct. in l. 1. C. de cupress. lib. 11. tex. est in l. fin. ubi Ias. & Scriben. omnes,

omnes.C.de ind.uid. toll. Eneraedus in sua centuria num.76.in loco à correlatiuis. Et ratio præfati statuti uidetur ista: quia statutum puniens uenditorem, censetur punire etiam emptorem, esto, quòd in statuto de emptore nullum uerbū factum fuisset; & econuerso statutum puniens emptorem bladorum, uidetur punire etiam uenditorem, esto quòd de uenditore nulla mentio fuisset facta, quando esset eadem ratio: secundū Euerardum in prællegato tract. de centū mod.
Cōis opin. argum.ubi asserit hanc esse communem opinionem, & Fabian. de Monte Sancti Sauini in tract. contractuum.in 2.q.princ.circa fin.& istam cōmunem sequitur, & tenet Abb. & omnes Canonistæ in procemio decret. Bart.Io.de Platea.cæterique Legistæ, in d.l.1.C.de cupres. Bar.Ang.Ias. & Doct.in d.l.fin.C.de indi. uid. toll. Curt. Sen. cons.11.Statuto,&c. nu.7. Dec. in l.sicut bonis. num.7.C.de in ius uoc.Dom. de Sancto Gemin. in c.eos.§.clericis.colum.fin.de temp. ordi. in 6.

2 Limitatur isthæc opinio communis, quòd ex dicto statuto deuetus bladorum non ligantur clerici pro fructibus bonorum ecclesiasticorum: secundùm Ripam in tract.de peste, in tit.de præs. remed.contra pestem, in parte incip. Deuenio nunc ad modum,& normam ubertatis conseruādæ.num.122.& in c. ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit.q.40.

3 Limitatur secundo loco, quòd nec ligatur emptor, uel uenditor, aut conductor forensis ex dispositione præfati statuti, ubi probabiliter ignorabant dispositionem istius statuti, putà quia non diu commorati fuissent in loco statuti: quo casu forensis præsumitur ignorare statuta loci: secundùm Ripam in d.parte. Deuenio, numero 120.& seq.& Gandinum, in tit.de reb. non portandis contra deuetum, uer. Sed statutum est l.fin.ff.de decre.ab ordi.facien.&c.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM potius intelligi debet superfluum, & nihil operari, quàm quod quis indebitè damnum patiatur.*

2 *Statutum, quòd executio instrumenti fiat contra hæredem, sicut fieri poterat contra defunctum, non habet locum in herede cum beneficio legis, & inuentarij, ne indebitè damnum patiatur.*

OPINIO DCCXLII.

1 STATVTA potius intelliguntur superflua, & nihil operari, quàm quòd quis indebitè dāmum patiatur: secundùm Glos. communiter ab omnibus Scriben.approbatam, in l.fi. quam ibi Bar.summe extollit.C.de iur.delibet.ubi Bartol.post Glo.ibi. Cōis opin.

2 Quòd si stat statutum, quòd executio instrumenti fiat contra hæredem, sicut fieri poterat cōtra defunctum, huiusmodi statutum profectò non habebit locum in hærede cum beneficio legis,& inuentarij, nè ille indebitè damnum patiatur; licèt & ipse propriè sit hęres,& consequenter uerba statuti illum comprehendant. & de prædicta communi attestantur Moder.in d.l.fi. & Doct.in tract.de statutis.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM condere, & consuetudinem inducere potest quilibet populus iurisdictione carens: & omnes aliæ Ciuitates Principum dominio suppositæ habent facultatem legis condendæ ex potestate ipsis à lege concessa.*

2 *Statutum, quamuis collegia, & vniuersitates iurisdictione carentes condere valeant super rebus suis: tamen pœnam adijcere, imponereque in ipso statuto nequeunt, secus si iurisdictionem haberent.*

3 *Statutum fieri potest à capitulo, & canonicis absque episcopo, dummodò sit licitum, & non concernat uniuersalem statum ecclesię, nec iura episcopalia, sed de se ipsis, & distributionibus, uel capitulo certo modo faciendo.*

OPINIO DCCXLIII.

1 STATVTA condere,& consuetudinem inducere potest quilibet populus, seu collegium iurisdictione carens, & omnes aliæ Ciuitates Principū dominio suppositæ, legis condendę habent facultatem ex potestate ipsis à lege concessa circa negocia spectantia ad ipsas vniuersitates,& collegia: secundùm Alberi. Bal. & omnes Legistas, tam antiquos, quàm etiam Modernos, in l.omnes populi.ff.de iust.& iure.quorum opinionem dicit esse communem ibi Ias. in 2.lect. num.2.& 26.contra Bart.contrarium inibi asseuerantem. sequitur Ang.cons.139. nisi somnibus statutis.col.2.Aret.cons.8. abundè satis, & sufficienter, in fin. Canonistæ omnes in c. quod clericis, de foro competen. Alex. cons. 177. viso themate.col.11.num.2. & Natta, qui ait hanc esse communem sententiam, cons.12.contra ea, quæ aliàs allegaui. num.1. uol.1.& Moder.in c. fin.de consuetud.& Sigismun.Loffredus cōs.14. num.25.& Lallus de Tuscia in constitutione Regni prima, Post mundi machinam. nu.12.lib.1. Cōis opin.

2 Vbi firmat etiam quòd ipsa collegia, ac Vniuersitates nullam iurisdictionem habentes, quā uis possint facere statuta super rebus suis: tamē pœnam adijcere, seu imponere in eisdem statutis non possent aliquo modo; secus uerò si iurisdictionem haberent: siquidem tūc eis licitum, permissumque foret pœnas imponere in mentionatis statutis.

3 Et si-

3 Et similiter quoque potest fieri statutum à capitulo,& canonicis absque episcopo, dummodò aliàs sit licitum, & non concernat vniuersalem statum ecclesiæ, nec iura episcopalia, sed de se ipsis, putà de distributionibus, uel capitulo certo modo faciendo. ita est Glos. in c. constitutionem. §. 1. de uer. sig. in 6. & uide etiam in c. cū aliquibus de rescrip. eod. lib.

*SVMMARIVM.*

1 *DEBITOR non potest renunciare præscriptioni statutariæ decursura in merum odium creditoris negligentis petere debitum: secundùm unam cōmunem opinionem, licèt altera sententia contraria similiter communis sit.*

2 *Debitor renunciare potest præscriptioni decursæ; quia iura redire non patiuntur ad ius semel renunciatum.*

## OPINIO DCCXLIV.

1 STATVTARIAE præscriptioni, & sic inductæ à statuto debitor renunciare non potest in merum odium creditoris negligētis petere debitum, per ea quæ ponunt Barto. & alij Doct. maximeque Iason & Crotus in l nemo potest. ff. de leg. 1. & alij quos citat Parisi. consilio 92. num. 6. vol. 3. & istam opinionem Bartol. attestatur esse communem Bal. in tract. de præscrip. in 6. part. princ. q. 6. Paul. de Castr. in l. 1. §. 1. uia. ff. de usucap. & Paris. in rubr. de prescript. nu. 32. post alios in dictis locis congestos per eos. *Cōis opin.*

¶ In contrariam uerò opinionem inclinauit Dyn. Bal. Florian. Imol. Ioan. And. Ant. de Butr. & [illegible] Docto. citati à Ias. in dicta l. nemo potest. nume. 83. & à Fely. in rubr. de præscript. & à Pari in præcitato consilio 92. nume. 43. volum. 3. vbi citat Fabian. & Moder. attestantes hanc sententiam esse communem. Sed tamen in tam uarijs iuris nostri interpretum sententiis quid concludendum? Ego casu eueniente indubitanter, tam in consulendo, quàm in iudicando semper amplecterer primam opinionem Bartol. tanquàm ueriorem, communiorem, & frequentiorem. *Cōis opin.*

2 Hæcque tamen opinio Bartol. ita retenta procederet, quando quis renunciaret præscriptioni statutariæ decursuræ: præscriptioni uerò iam decursæ itaque renunciare quilibet potest: vt per Bartol. & alios in dicta l. nemo potest, & maximè per Crotum n. 113. in 6. fallentia, & ponit Roma. consi. 201. num. 5. quia ad ius semel renunciatum iura redire non patiuntur. l. quæritur. §. si uenditor. ff. de ædil. edict. ponit Paris. consil. 65. num. 20. uol. 3.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM in rubrica disponens, uel præmittens quod filia dotata non succedat in bonis ascendentium, si nigrum non disponat nisi de bonis maternis, uel auiæ, nullum uerbum addendo de bonis paternis, censetur excludere filiam à bonis paternis, vt discutitur infra nume. 2. cum aliis sequentibus.*

2 *Rubrica generalis habens rubricam perfectam non restringitur per nigrum.*

3 *Rubrica generalior nigro potest allegari ad decisionem causarum, quando rubrica habet orationem perfectā.*

4 *Statutum disponens, vt filia fœmina non succedat, intelligitur in bonis dotantis, licèt de eo ad quem ius dotandi spectat nigrum statuti nihil dicat.*

5 *Successio patris comprehenditur per extensionem ex mente statuentium collectam; quia si statuentes extitissent interrogati de successione patris idem æquè dispossuissent, sed omiserunt tanquàm rem claram.*

## OPINIO DCCXLV.

1 STATVTI rubrica disponens, vel præmittens quòd filia dotata non succedat in bonis ascēdentium, nigrum verò prædictæ rubricæ, seu statuti non disponens nisi de bonis matris, uel auiæ, nullum uerbum addendo, ac faciēdo de bonis paternis, hoc casu filia non potest succedere in bonis paternis: secundùm Pau. de Cast. cons. 83. uol. 2 præsens casus modicam &c. in nouis, & Ioā. Cephalum cum aliis relatis per eum cons. 146. nu. 1. uolu. 1. Io. Bapt. Bouium, in tract. de stat. urb. præscrip. tit. cont. om. cred. Glos. 19. nume. 61. cum aliis sequen.

2 Et ratio allegatæ doctrinæ uidetur ista: quia rubrica generalis habens rubricam perfectam non restringitur per nigrum: vt omnes Moder. pleno ore fatentur, in dicta lege prima. ff. si certum petatur. *Cōis opin.*

3 Imò dic fortius, quòd prędicta rubrica generalior nigro potest allegari ad decisionem causarum, & pro textu, & lege: secundùm Barto. in d. l. 1. Quod intelligunt omnes Scriben. ibi communiter, quando rubrica habet orationem perfectam, vt supra decuimus, & tenet etiā Alex. cōs. 13. in prin. uol. 3. cōs. 180. maturè digestis. col. 1. uolum. 2. Corn. consil. 67. planè quidem. colū. 2. lib. 1. & cons. 104. col. 3. eod. uol. & cons. 182. & hac consultatione. col. 2. uol. 2. quam quidem cōmunem ultra alios iam congestos sequuntur, & attestantur Alex. & Dec. in 2. lect. in d. l. 1. & Io. Cephalus, in d. cōs. 146. nu. 1. & omnes Mod. corroborant similiter dictā doctrinam Pau. de Cas. per decisionem Pet. Gerar. in sing. 7. *Cōis opin.*

4 Quòd si statutum disponat, ut filia fœmina non succedat, debet intelligi in bonis dotantis, & per

& per Iaſ.in l.quoniam nouella.col.fin. C. de inoffi.teſt.licèt de eo,ad quem ius dotandi ſpectar, nigrum nihil dicat.

¶ In contrariam uerò partem inclinauit per ſeptem fundamenta Iaſ. in d. l. 1. quibus omnibus reſpondet Dec.Niger, & Mantua ibi, & quã optimè reſpondebat reſidendo cũ doctrina Pau. Caſt.fortiſsimis,& nouis fundamentis,quæ omitto breuitati ſtudendo, Illuſtris D. Ranaldus Ridolphius Peruſinus, ſingularis præceptor meus Iureconſultorum eloquentiſsimus, & acutiſsimus hac tempeſtate, dum eum Peruſij ſuperioribus annis publicè audiebam.& cum dicta doctrina Pau.de Caſt.tranſeunt omnes Doct.communiter in locis mentionatis. *Cõis opin.*

5 Corroboratur vlterius præſata opinio Pau. Caſt. quòd per extenſionem ex mente ſtatuentium collectam comprehenditur ſucceſsio patris:quoniam iuſiciari nequit aliquo modo, quòd ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati de ſucceſsione patris,quod idem æquè diſpoſuiſſent, ſed omiſerũt tanquàm clarum: utpote quia maior erat dubitatio de ſucceſsione matris,cùm bona non deſcēdãt à familia agnatorum,& iſta eſt cõmunis opinio:vt per Soci.conſ.128. Alex. conſ. 83. & 122. uol.3.& Alciat.in d.l.1. col. 2. & mihi videtur quòd ſit probabilis iuri conſona & æqua ſententia: quia hoc ſtatutũ eſt fauorabile,ſecundum Bal.in l.maximum uitium.C.de liber.præteritis. *Cõis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM imponens pœnam nouam in dubio uidetur recedere à pœna iuris communis.*

2 *Statutum,ſeu conſuetudo, vt ultra pœnam iuris imponatur pœna pecuniaria,ualet.*

3 *Epiſcopus poteſt adiuuando canonem imponere nouam pœnam, dummodò non procedat ex radice cupiditatis.*

OPINIO DCCXLVI.

1 STATVTVM imponens nouam pœnam, in dubio propter impoſitionem huiuſmodi pœnę,uidetur proculdubio receſſum, præcipueque in dubio à pœna iuris communis,& duntaxat ſtatuti pœna attenditur:vt per Bar.in l.data opera.col.5.C.qui accuſa.&c. & in l. 2. circa fin. C.de rebus creditis, & in l. qui ſepulchra propè fin.C.de ſepul.viol.ubi Saly.col.4.cum aliis latè congeſtis per Marſil.in pract. crimi. in §. quæritur.num.5.& ſeq. vbi hoc idem tenet, & firmat, & ita totus mundus,& practica obſeruat: vt aſſeuerant omnes Doct. paſsim, & in c. de cauſis de of.deleg.præſertimq; Dec.ibi n.86.& Alb.in tractatu de ſtatu.in 8.q.primæ partis: licèt Abb. in d.c.de cauſis aſſeueret contrarium,quem non nihil taxant Moder.inibi,& iſta opinio uidetur magis communis.teſte Marſilio in pract.crim. in §. quęritur,nu.5.& 6. *Cõis opin.*

2 Cęterùm vbicunque ſtatutum,ſeu conſuetudo diſponeret,vt ultra pœnam iuris imponatur etiam pœna pecuniaria, indubitanter quidem ualeret, & teneret, & utraque pœna exigi poſſet:dũmodò ſtatutum hoc nõ emanet,ſcaturiatque ex radice cupiditatis,& auaritiæ.

3 Poteſt enim epiſcopus adiuuando canonem nouam imponere pœnam. vt in Clemen.ne Romani iuncta Gloſ.in uer. Tolli. de elect. Abb. in cap licèt col.2.de pœnis,& Ioan.Aud.in c.fin.de offic.archipresby.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM requirens,exigenſque pro forma tres citationes non ſufficit ſeruari per æquipollens, & ſic non ſufficit una citatio pro omnibus,ſed quis debet in præſenti caſu neceſſariò ter citari.*

2 *Citatus ſemel reſpondens nolo uenire,etiam quòd ter citari debeat,non exiguntur aliæ citationes.*

OPINIO DCCXLVII.

1 STATVTVM diſponẽs, quòd quis debeat ter citari, & ſic ſtatutum requirens tres citationes pro forma:tunc quippè nõ ſufficeret una citatio pro omnibus : quia non ſufficit ſtatutum ipſum ſeruari per æquipollens: ſecundùm Glo.communiter approbatam in Clemen. 1. de vita,& honeſt.cler.Bald. in c. ex literis in fin. de conſtit.& in c.ex inſinuatione.de reſcrip.in l.non ſunt liberi.ff.de ſtatu hom.& in l.2.C quomodo, & quando iudex, Alex.conſ.137. in cauſa, & lite uol.2.Fely.in c.cum dilecta. numero 9.de reſcri. & Dec.in cap.conſuluit de offi.deleg. nu[illegible] 88. Soc.conſilio 24.colum.7.& conſ.53.col.3.& conſil.59.uol.1.& Iaſ.in l.1.num.24.ff.de liber.& poſthu. ubi ponit iſtam eſſe communem opinionem,& dicit etiam mirabilem Barbat.licèt eam non ſequatur in d.c.ex literis. num.16.cum aliis ſequentibus. *Cõis opin.*

2 Sed iſta communis opinio limitatur nõ procedere, vbicunque citatus ſemel reſponderet nolo uenire:tunc enim aliæ citationes non requirerentur, etiam ſi alioqui trina citatio exigeretur; & ſic ſi quis deberet ter citari, ſufficeret ſemel ſi diceret ſe nolle uenire: vt uoluit Ab.in c.cũ parati de app.& in d.c.cõſuluit,& ibi Fel.col.4. & Alex.cõſ.81.ſtantibus his,quæ in ſuperiori themate proponuntur.n.4.vol.4.ubi perhibet iſtam eſſe magis cõem opinionem,& ſequitur Bertr.cõſ. 182.poſtquàm conſtat & apparet.numer. 2. fol. 232.uol.3.ultimæ impreſsionis. *Cõis opin.*

*SVM-*

*SVMMARIVM.*

1 *CITATVS præsumitur præsens in iudicio etiam quocunque modo in iudicio reperiatur: & consequenter statutum exigens pro forma citationem alicuius in aliquo casu non censetur forma tunc pretermissa, si ille fuit præsens in iudicio, & intelligebat ea, quæ agebantur, quia citatio ipsa pro forma requisita æquipollenter impleri potest.*

OPINIO DCCXLVIII.

1 STATVTVM requirēs pro forma citationem alicuius in aliquo casu: non uidetur forma tunc pretermissa, si ille fuit præsens in iudicio, & intelligebat ea, quæ agebantur; & sic citatio pro forma requisita æquipollenter impleri potest, & statutum uerificatur in æquipollenti, si citandus fuerit præsens in iudicio, licet non citatus: secundū Ioan. And. in c. fi. de elect. in 6. in nouell. Iacob. But. & Bal. in auth. si omnes. col. 2. C. si minor ab hæreditate abstineat, Ang. Imol. & reliquos com muniter in l. de uno quoque. ff. de re iud. Roma. in l. 1. col. 5. ff. de arbitris, Fely. in c. cùm dilecta sub nu. 11. de rescrip. & Ias. in l. 1. ff. de in ius uoc. & in l. 1. nu. 15. ff. de liber. & posthu. & ista est cōmunis opinio: ut per Doct. in d. l. de unoquoque, & in locis præcitatis, & per Barbat. in c. in præsentia. nu. 4. de probat. ubi eam vtiliter explicat, & ampliat. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *NOMEN propriū expressū in instrumento si sit singulare, et de se notū ita validat instrumētum ipsum, quemadmodū si expressum in eo extitisset nomen, pronomē, & cognomen. Et sic si statutum disponeret, ut non ualeret instrumentum, in quo expressum non foret per notarium nomen proprium, & pronomen, & cognomen contrahentis, ualeret nempè, & si per expressionem solius nominis satis certi esse possemus, instrumentum valeret non aliter, quàm si expressum esset nomen, pronomen, & cognomen.*

OPINIO DCCXLIX.

1 STATVTVM disponens ut non ualeat instrumentum, in quo expressum nō sit, ac appareat per notarium nomen proprium, pronomen, & cognomen contrahentis, ualet & tenet: & tunc si per expressionem solius nominis ipsius contrahentis satis certi esse possemus, & sic si nomen proprium expressum, & positum in instrumento esset singulare & de se notum, instrumentum utique valeret non aliter, quàm si expressum extitisset nomen, pronomen, & cognomen: secundùm ueram, & communem opinionem: quam latè sequitur, & simul tuetur Bal. Castren. Imol. Cuma. Aret. Alex. col. 2. & Dec. in l. hac consultissima. C. qui test. fac. poss. Anchar. in reg. ea quæ fiunt, de reg. iur. in 6. Domin. & Imol. in cap. 2. de præscrip. Bal. & Saly. in l. fin. C. de senten. quę ex bre uic. Abb. cons. 93. in quęstione quæ ad præsens uertitur, sub num. 4. uol. 2. Dec. in cap. 2. de testib. Fely. in c. cùm dilecta. num. 10. de rescript. Alex. nu. 8. Ias. nu. 5. cum aliis seq. Soc. nu. 8. & Alciat. nu. 10. in l. 1. ff. de lib. & posth. qui ostendunt istam esse communem sententiam. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *MVLIER prohibita per statutum se obligare sine consensu consanguineorum, non potest etiam facere pactum de non petendo, & liberare debitorem mediante quietatione. & sic statutum hoc obtinet locum etiam in quietatione ipsa.*

2 *Mulier prohibita per statutum contrahere absque consensu consanguineorum, censetur etiam prohibita liberare debitorem.*

OPINIO DCCL.

1 STATVTVM disponens, quòd mulier nō possit se obligare sine consensu, & licentia duorum cōsanguineorū: hoc casu certè non posset facere pactum de non petendo, & sic liberare debitorē mediante quietatione. Vndè statutum hoc obtinet locum etiam in quietatione absque consensu ipsorum consanguineorum: secundùm Bar. & omnes communiter in l. Męuia. §. 1. ff. solu. mat. Fulgos. cons. 39. col. fin. Soc. cons. 86. præsens consultatio. nu. 16. uol. 4. Roma. cons. 394. Bened. Vad. in add. Fely. in c. fin. num. 17. in fin. de foro compet. Tiraq. in legis connub. Glo. 5. nu. 4. & sequē. Bar. Castren. col. pen. Fulgos. & Ias. num. 21. in l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. ubi ostendit istam esse communem opinionem. Cōis opin.

2 Quæ procederet qn̄ mulier ipsa per statutum prohiberetur se obligare; secus uerò si prohiberetur cōtrahere absq; cōsensu dictorū consanguineorū: tūc enim scdm Ang. & Alex. in d. §. pact⁹ ne peteret, mulier non intelligeret prohibita liberare debitorē. sed cōtrariū tenet, & benè Ias. ibi n. 25. cum aliis relatis per eum, & ista est magis communis opinio contra Ang. & Alex. Cōis opin.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM, seu consuetudo disponens, ꝙ villa teneatur ad emendam robariæ, furti, rapinę, uel alterius delicti in suo territorio commissi, non obligat uillam ipsam, nisi damno legitimè per ueras probationes uerificato, nec iuramentum sufficeret, & consequenter iuramentum super amissione rerum deferri nequit contra uillã, & homines ipsius.*

## OPINIO DCCLI.

1 STATVTVM, seu consuetudo disponens, ꝙ uilla teneatur ad emendam robariæ, furti, rapinæ, uel alterius delicti in suo territorio commissi, prout uiget in Regno Neapolitano huiusmodi statutum, vt in constitutione. Si damna clandestina lib. 1. tit. de homicidiis, & dãnis clandestinis, & ibi copiosè Grãmat. tunc non obligatur Villa, nec tenetur emendare damnũ, nisi dãno ipso legitimè per veras probationes demonstrato: nec iuramẽtum sufficeret. Et sic in isto casu, in quo agitur de dolo alieno, & ficto super amissione rerum prædictarũ, iuramentum deferri non potest contra Villam, seu homines Villæ: secundùm Ioan. Aud. in add. Specul. in tit. de rapto. Io. de Imol. Henric. Boic. & cęteros omnes in c. fi. ext, de iis quæ ui, Cæpol. cons. 18. n. 12. & 23. Albet. de Rosa. in tract. statut. in 2. par. q. 64. Itẽ recento. Bal. & Saly. in l. si quando. C. vnde ui, ubi etiam Io. Bapt. Plot. nu. 757. & Ias. nu. 37. qui scribit istam esse communẽ opinionẽ. quam cõmunem sequuntur quoq; idem Ias. Duaren. nu. 51. Zasi. & cæteri Mod. in l. In actionibus. ff. de in lit. iuran. Faber. col. pen. Ant. Petrut. nu. 345 & Cagnolus nu. 127. in l. 1. C. de sent. quæ pro eo, & Parisi. cons. 158. num. 27. uol. 4. ubi ostendit istam esse communem opinionem, & Gram. in d. constitut. Si damna clandestina. num. 16. & Bertrã. cons. 298. Dixi in aliis allegationibus meis, sub num. 2. uol. 8. *Cõis opin.*

¶ Sed hodie in Regno ita usu receptum est, vt Vniuersitates non teneantur sarcire dãna illata in suis territoriis per fures, & alios prędones, & pręsertim illę quæ soluere consueuere pro custodiendis ipsis territoriis salarium de regio præcepto Circitori, seu ut vulgò uocant Barisello campestrię. Et ita uidi superioribus annis iudicari in Sacro Concilio in causa magnifici Petri Pezzitti, & Ludouici Dominici meorum ciuium. qui dum prętendissent cõsequi à Ciuitate Therami, & ab Vniuersitate, & oppido Pelegræ, bona eorum furto subtracta in suis territoriis; ab eodem Sacro Concilio extitere penitus exclusi ab eorum petitione, & desiderio: ex quo ostensum apparebat ipsas Vniuersitates soluisse, & soluere antedicta salaria Barisello.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM disponens, quòd instrumentum publicum habeat executionem paratam contra debitorem scriptum in instrumẽto, extenditur ad hęredem etiã, qui in instrumento descriptus non sit; quia ex mente statuti virtualiter, & mentaliter hęredis quoque persona in ipso instrumento comprehensa uidetur.*

2 *Statutum disponens instrumenta publica habere executionem paratam, interpretatur si forent liquida, aliàs non haberent executionem ipsam.*

3 *Statutum de instrumentis exequendis intelligitur de ueris, non de simulatis, & falsis.*

## OPINIO DCCLII.

1 STATVTVM disponens instrumentum publicum habere executionem paratã contra debitorem scriptũ in ipso instrumento ualet, & tenet: & tunc licèt hęres te uera in instrumento descriptus non sit; nihilominus ex mente statuti ipse hæres comprehenderetur, & sic virtualiter, & mentaliter hæredis quoque persona comprehensa in statuto ipso intelligeretur: secundũ Ang. & Imol. in l. 1. prin. ff. de his quę in test. delen. Bal. in l. 1. C. quor. leg. per tex. ibi, Alex. cons. 18. n. 16. uol. 5. Ang. [illegible] Castr. & Alex. in l. postulante. ff. ad Treb. Dec. [illegible] nu. 4. & Cagnol. nu. 1. & seq. in l. hæredem. ff. de reg. iur. & ista est cõmunis opinio: secundùm plerosque ex citatis Doct. *Cõis opin.*

2 Et aduerte ꝙ dicta statuta, quę reperiuntur ferè in omnibus ciuitatibus Italię, disponentia instrumenta habere executionem paratam, intelliguntur, ac interpretantur si essent liquida; aliàs non haberent executionẽ ipsam: vt per Barba. in c. significantibus. nu. 132. cum aliis seq. de libelli oblat. Alex. cons. 95. nu. 1. uol. 1. & ita cõsuluit Bertrã. cons. 33. uol. 3. ac ita firmat etiam cũ aliis quãplurimis [illegible] per eum Marinus Freccia in tract. de representatione instrumentorũ secundum formã ritus, par. 7. in prin. nu. 15. fol. 17. & D. Carauita etiam, uir quidẽ acutissimi ingenij, in ritu 166. nu. 7. & in ritu sequenti. nu 4.

3 Necnon statutum hoc de instrumentis exequendis intelligi deberet etiam de ueris, non autẽ de simulatis, & falsis. ita Bar. in l. 1. §. parui. colũ. 1. ff. quod ui, aut clam, Bal. in l. fi. §. in cõputatione. col. fi. C. de iu. deli. & in auth. ex causa. col. fi. C. de libe. præter. Ang. in l. 2. §. testamentum, quemad. test. aper. & Alex. cons. 82.

SVMMARIVM.

1 *STATVTVM præter legem inferior à Principe condere potest, sed statutum contra legem superioris facere nequit.*

OPI-

## OPINIO DCCLIII.

1 STATVTVM præter legem, licèt inferiori à Principe condere possit: ut in l. ius ciuile, ubi Doc. & Ias. ff. de iust. & iur. nihilominus regulariter inferior ipse à Principe statutum contra legem superioris facere nequiret: secundùm Ant. & Imol. in c. fin. ext. de transact. Doct. omnes in l. si. per tex. ibi. C. de testa. Bar. in l. cunct. populos. C. de summa Trinit. ubi Ias. post alios, Bal. & Imol. in l. ex duobus. §. fin. ff. de vulg. & ista est communis opinio, quã sequuntur quoque, & citat Alex. num. 4. Ias. in 2. lect. nu. 13. & Annibal. nu. 44. cum aliis seq. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. *Cõis opin.*

### *SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM iubens, quòd scholares tractentur in omnibus ut ciues, interpretatur, vt ipsi scholares non perdant priuilegia scholariũ, quę ante habebant ultra ciues.*

2 *Honor superueniens non mutat conditionem priorem, quamuis augeat statum.*

3 *Tabellio factus Doctor non desinit esse tabellio.*

4 *Dignitas maior superueniens non tollit priuilegium minorum dignitatum pręcedentium.*

5 *Episcopus liberatur à patria potestate ob dignitatem episcopalem. quod intelligitur quoad cõmodum suũ, non autem quoad in commodum.*

## OPINIO DCCLIV.

1 STATVTVM disponens, iubensque, q scholares tractentur vt ciues in omnibus: interpretatur, vt ob hoc ipsi scholares non perdant priuilegia scholarium, quæ ante habebant ultra ciues: secundùm Ang. & Imol. in l. talem. §. 1. per illum tex. ff. de hær. inst. Bar. Bal. Ang. Fulg. Castren. Roma. Alex. Corn. Franc. Aret. Ias. & cæteros omnes cõmuniter in l. si Rufinus, per illum tex. C. de test. mil. Bertach. in tract. de gabel. in 7. par. q. 19. Fely. in c. dilectus. il 2. col. 5. de rescri. & Ias. qui hoc limitat in l. eum qui, in 1. not. ff. de iureiu. & cõs. 59. col. 3. uol. 3. Dec. cons. 457. & Ripa in lib. 1. in terpret. 1. in respon. defuncto. num. 44. *Cõis opin.*

2 Et hoc cõprobatur per tex. in l. falsa. §. sed si cui. ff. de cond. & dem. ubi honor superueniẽs nõ mutat conditionẽ priorẽ, quãuis augeat statũ.

3 Ex quo not. Bal. ibi quòd tabellio factus Doctor non desinit esse tabellio.

4 Cõprobatur etiã per tex. in l. cos. C. de excusatn. lib. 10. ubi maior dignitas superueniens nõ tollit priuilegiũ minorũ dignitatũ pręcedentiũ: vt & ibi not. Io. Plat. qui adducit concord. Vndè qui reputatur dignus in vna dignitate, si posteà eligatur ad alterã, etiã tunc dignus debet reputari. c. accipimus, de æta. & qua. & c. gesta. 74. dist.

5 Cõprobatur quoq; postremò p tex. in auth. sed episcopalis, & per i. et. per Doct. ibi. C. de epi. & cler. q licèt episcopus liberetur à patria potestate ob talẽ dignitatẽ, ut scripsimus supra in Opinione Filium. n. 1. id tñ intelligitur ad suũ cõmodũ, non autẽ incõmodum: vt voluere Guil. de Cun. Cy. & Bal. in l. item in potestate, & in l. nepotes. ff. de his qui sunt sui, uel alien. iuris.

### *SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM prohibens alienationem fieri in forenses rerum immobilium ualet, & tenet.*

2 *Statutum prohibens alienationem fieri in ecclesiam, uel clericos, etiam in minoribus ordinibus constitutos non valet.*

3 *Statutum prohibens tacitè, uel expressè alienationem bonorum immobilium fieri in ecclesiam, ecclesiasticasque personas minimè ualet.*

4 *Statutũ prohibens alienationẽ fieri in ecclesiã, & ecclesiasticas personas procedit in alienatione uoluntaria, non autẽ in alienatione necessaria, & sic in datione in solutũ facta à debitore coacto per iudicem in iudicio.*

## OPINIO DCCLV.

1 PER statutũ fieri potest prohibitio alienationis, scilicet, q non valeat alienatio rei immobilis in non subditũ: secundùm Bart. in l. filiusfa. §. Diui. ff. de leg 1 Barb. in rub. de reb. eccl. nõ alie. nu. 8. Cagnolum in l. fi. nu. 179. C. de pact. Dec. cons. 661. nu. 1. & ista est cõis opinio: vt deducunt Scriben. oẽs in d. §. Diui. præsertimq; Soc. Iun. nu. 161. & seq. & alij Mod. & ponemus copiosè infra in Opinio. Statutum prohibens alienationem. *Statutum.* *Cõis opin.*

2 Quę quidem cõis limitatur non procedere in ecclesia. Nã statutũ ipsum prohibens alienationẽ in forenses non includit ecclesias, monasteria, uel ecclesiasticas personas, licèt iurisdictioni statuentis non subiaceant: eis igitur facta alienatio ualebit non obstante statuto ipso: vt uoluit Bar. in d. §. Diui. cum quo transeunt oẽs Doct. cõmuniter: vt per Alex. Ias. Crot. Soc. Iun. nu. 166. cum aliis seq. & cæteros ibi per Barb. in c. q clericis. nu. 15. cum aliis seq. de foro comp. per Castr. in l. iubemus. nu. 3. C. de sacrosan. eccle. & in l. vt inter diuinum, sub nu. 6. Iacobum Mandellum. cons. 8. nu 9. Dec. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 245. de const. & Crot. col. 23. & Ferdi. Loazes. colum. 81. in d. §. Diui, ubi ampliant etiam in clericis in minoribus constitutis ordinibus. *Cõis opin.*

3 Est benè uerũ, quòd ubicunque non tacitè, sed expressè prohiberet per statutũ alienatio bonorũ immobiliũ facienda in personã ecclesiasticã: tunc teneret, & ualeret, nec conditum censeretur contra libertatem ecclesiæ: secundùm Bal. in

c clerici, de iudiciis, post Signorolum de Homodeis in conf. 18. vbi Barba. nu. 71. cũ aliis seq. refutat, & benè istorũ opinionem, & in d. c. ꝙ clericis, nu. 15. cum aliis seq. post Anch. relatum ibi per eũ. Et sic indistinctè, seu prohiberetur alienationẽ fieri expressè in personã ecclesiasticã, seu tacitè, & generaliter, procedit dicta cõis opin. ꝙ dictum statutum non comprehendat ecclesias, ecclesiasticasq; personas: vt uoluit etiam Bar. post Oldr. in d. l. inter diuinũ, & Natta cum quadam modificatione, & utili declaratione. conf. 280. de iure communi sub nu. 3 & seq. uol. 2.

4 Limitatur secũdò eadem communis opinio non habere locum in alienatione necessaria, sed uoluntaria, & sic in datione in solutum facta à debitore per iudicem coacto in iudicio: secundũ Albe. de Rosa. in 2. par. statut. in 2. q. uers. Ex prædictis, ubi deducit istã esse cõmunem opinionẽ: Cõis opin. cui inhæret Alex. in casu simili. conf. 52. uiso themate, & statutis duobus. nu. 4. uol. 1. & Capie. decis. 99. in causa Michaelis. nu. 3. cũ aliis seq. Alias uerò multas limitationes, & oẽs quidẽ vtiles refert, ac ponit Barba. in rub. de reb. eccl. alien. uel non. 1. q. & Crot. in d. §. Diui.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM loquens de contractu non cõprehendit aliter contractum stipulationis: & per consequens stipulatio non comprehenditur sub statuto loquẽte de contractu.*

2 *Statutũ loquens de contractu cõprehendit contractũ stipulationis quotiescunq; in eo contractu procederet ratio statuti, scilicet, uel expressa in statuto, uel quæ posset unica assignari.*

3 *Statuta debent ampliari, & restringi secundùm eorum rationem.*

## OPINIO DCCLVI.

1 STATVTVM loqnens de contractu, non comprehendit aliter contractum stipulationis: & sic stipulatio ipsa non cõprehenditur sub statuto loquente de contractu: secundũ Bart. in l. Labeo. ... de uer. sig. Io. de Imol. & Alex. in l. 5. in prin. ff. de uer. oblig. Ang. Aret. instit. de oblig. ex quasi contract. Ias. in l. 1. ff. de pact. Alciat. in d. l. Labeo, & Soc. Iun. in rub. ff. de uer. oblig. nu. 312. & Cagnolum in l. 1. nu. 146. cũ aliis Cõis opin. seq. ff. si cer. pet. qui ostendunt istam esse cõmunem opinionẽ, licèt & malè Dec. cõs. 379. nideatur asserere contrarium, ac ponere pro expedito quòd stipulatio comprehendatur sub statuto.

2 Est benè uerum, ꝙ ista cõis limitari posset, vt statutum ipsum loquens de contractu cõprehẽdat etiam contractum stipulationis, ubicunq; in eo contractu procederet ẽt ratio statuti scilicet, uel expressa in statuto, uel quę posset vnica assignari: secundùm Doct. communiter. vt tradit Ias. in d. l. 1. ff. de pact. in 5. not. & in d. l. 5. ff. de uer. oblig. col. 2. & Alciat. in d. l. Labeo.

3 Et licèt de huiusmodi limitatione Ias. in d. l. 5. dubitet; nihilominus de ea aliter non est dubitandum: cùm hoc in statutis potissimum sit, vt debeant ampliari, uel restringi secundùm eorũ rationem. l. libertum. la 2. §. senatuscõsultum. ff. de ritu nup. Bar. in l. iura. la 1. in fin. ff. de iust. & iur. & Doct. hoc passim tradunt.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM disponens, ꝙ qui non petierit creditum suum à debitore intra tale tempus, amplius petere non possit, non ualet, nec tenet tanquàm nutritiuum peccati.*

2 *Statutum permittens expressè præscriptionem cum mala fide non ualet.*

## OPINIO DCCLVII.

1 STATVTVM disponens, ꝙ qui non petierit creditum suum à debitore intra tale tempus, utputà intra decenniũ, amplius peterc nõ possit, valet & tenet: secundùm Bar. in l. sequitur. §. si viam. nu. 4. ff. de usucap. & in l. cùm notissimi, in prin. C. de præscr. 30. uel 40. annorũ. in l. ambitiosa. n. 14 ff. de decret. ab ord. facien. in l. legaui. ff. de liber. leg. in l. cùm mulier. ff. sol. mat. & in l. nemo potest. nu. 22. ff. de leg. 1. ubi concludit in fortioribus terminis, ꝙ intantùm uerũ est de ualiditate præfati statuti, ꝙ non potest pacto renunciari: vtpote, quia est introductum in fauorem publicum, & in odium neg. igentis. & istam Bar. sententiam sequitur Ias. in prin. instit. de act. num 100.

¶ In contrariam uerò partẽ inclinauit ipsemet Bar. reuocando sententiã, iudiciumq; in melius, in rep. l. omnes populi. nu. 24. ff. de iust. & iure, ꝙ dictũ statutũ non ualeat tanquã nutritiuũ peccati. cui opinioni inhæret Imol. in d. §. si viã. ubi concludit uerioré esse opinionem Bar. in d. l. omnes populi, & idẽ Imol. asserit eam esse cõem Cõis opin. conf. 16. nu. 1. & in conf. 46. nu. 2. Afflic. in const. Neap. lib. 3. rub 31. nu. 4. Bertran. conf. 84. nu. 5. uol. 2. Crotus in d. l. nemo pôt. col. 30. & ibi Rip. nu. 116. Alciat. in l. quinq; pedũ, col. 6. C. fin. reg. Thom. Ferrat. post alios quãplures congestos ibi per eum, in cautela 38. nu. 2. Frã. Balbus in trac. de præscrip. in 2. par. 3. par. prin. q. 13. & seq. Gomes. in prin. inst. de act. nu. 67. Gozad. cõs. 56. nu. 13. Gabriel Saraynæ in add. Matthes. in sing. 23. & nouissimè Ant. Gallesius. in tract. de formulis cameralis obligat. super form. came. oblig. 3. q. nu. 11. fol. 123. licèt dicat ibi prædictum statutũ non seruari in Vrbæ Romæ. Et sic ex allegatis mihi sequendam fore cõtitui opinionẽ cõmunem, pro

pro qua sententia est text.in c.si virgo,in vers. si autem sciuerit. 34.q.2.& in c.fin.cum similibus, de præscrip. Et dato quòd præcitatum statutum valeret; nihilominus deberet interpretari quando adesset bona fides in præscribente: quia existens in mala fide non præscribit.

2 Et si dictum statutum permitteret expressè præscriptionem cum mala fide, utique non valeret: secundùm Ioan. And. Bart. Bal. Ancha. Imol. & Ant. de de Butr. in locis citatis à Franco in c. possessor de reg.iur.in 6.num.5.vbi refert Imol. dicentem hanc opinionem esse communem, & sequitur etiam cum magna caterua Doct.relata per eùm,& scribit esse magis communem, & limitat Gabriel Saraynæ in d. sing. Matthesil. 23. Cõis opin. licèt Bart.in d.5.si viam, aliud voluerit, & malè secundùm Imol.ibi relatum à Franco,& Alexan. consil.99.num.9.volum.4. Et licèt afferat Ferrarien.in sua pract. Papiens. in for.responsionis tei conuen.in Glo. in uer.præscriptionis, quòd ipsa opinio Bart.obseruetur in practica, & Mar. Soc. consil.203.similiter perhibeat communem esse; nihilominus in decisiuis noli aliter recedere à dicta prima sententia tanquam sacrosancta, ac magis tuta, magis communi, & uera.

¶ Interpretatur, ac limitatur etiam antedicta cõmunis in principio posita in duobus alijs casibus relatis per Gabrielem Saraynæ in addit. Matthesil. in d.sing.23.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM secundum licèt imponat minorem pœnam primo in pecunia pro eodem delicto, non ob id censetur tollere pœnam primi, etiam si in secundo sint uerba geminata.*

## OPINIO DCCLVIII.



1 STATVTVM vnum si pro maleficio imponeret pœnam mille librarum, aliud verò statutum pro eodem maleficio imponeret pœnam quingentarum librarum tãtùm, per hoc non censetur correctũ aliud statutum imponens mille librarum pœnã: secundùm Bart.eleganter in l.3.5.cùm Titio. ff. de adimen.leg. quem sequitur Alex.in l.1. C. de bon.poss.contra tab. Aret. consil.27.colum.pen. Corn.consil.172.colum.3.lib.4. Dec. in l.1. col. 18.uers.vltimo non obstat.ff.de offic.eius,& in l. 1.col.3.C.de bon.poss.contra tab. vbi ait quòd hoc procedit, licèt verba sint geminata: quia adhuc per ea non inducitur correctio. quod etiam voluit idem Dec.consi.281.in fin. allegans Alex. consil. 130. colum. 2.lib. 4. sed contrarium, & malè videtur uelle idem Dec.cons.2.col.pen.

¶ Et quòd per dictionem taxatiuam non inducatur correctio iuris: uoluit Rom.consil. 456. colum.1.Dec.cons.87.colum.fin.Ias.in d.l.1. C. de bon.poss.contra tab.colum.fin. Veruntamen contra istam partem arguit idem Ias.in d.l.1.ff. de off.eius.colum.2.& in d.l.1.colum.3.ff.si quis ius dicen.non obtemp.& in l. si constante.ff. sol. matr.colum.15.vers.quartò adde, ubi ait,quòd imò induci debet correctio iuris, ex quo aliàs dispositio taxatiua nihil operaretur: quia sumitur argumentum à contrario sensu, & ad correctionem iuris communis, quando aliàs in sensu dicto nihil operaretur. tandem audacter fatetur ipse Ias.quòd in practica difficile esset obtinere cõtra Bart. ex quo non habemus contradicentem; & sic ista Bart.opinio est communis: vt per Doctores supra citatos. Cõis opni.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM vltimum debet distingui, & interpretari secundùm statutum antecedens, cùm vnum statutum declaret aliud. non enim præsumitur correctio anterioris statuti, nisi constet de mente secundi statuentis.*

2 *Alternatiua, vel de iure, aut ex forma statutorum resoluitur quandoque in coniunctam ex mente statuentium, ut euitetur correctio, & contrarietas.*

3 *Statutum præcedens, & subsequens ad inuicem contraria inter se reperta, per secundum tollitur primum, si verò aliqua limitatione, vel distinctione adiuuari, & concordari possint, nunquam primum statutum tolleretur per secundum.*

## OPINIO DCCLIX.

1 STATVTVM vltimũ debet distingui, & interpretari secũdùm statutum antecedens: cũ vnum statutum declaretur per aliud. l. non est nouum. ff. de legib.l.si seruus plurium.5. h.tt.de leg.1.Bart.in l.1.5.1.ff.quod ui, aut clam, Paris.consil.54.num.10.volum.2.Nec præsumitur correctio antecedentis statuti, quando non constet de mente statuentium voluisse corrigere antecedens statutum: secundùm Io.de Imol. in l.si uero.5.de uiro.ff.solu.matr.quem sequitur Alex.consil.107.num.6.vol.5.& Ias. post Gloss. communiter approbatam,& alios Doct.in l.sciẽdum.ff.qui satisd.cogan. vbi Ias.nume.4.qui dicunt, quòd quando non constat de mente condentis legem nouam, quòd uoluit corrigere legem antiquam, quòd lex noua tunc etiam generaliter loquens distingui, & intelligi debet per iura antiqua. allegant iura, de quibus ibi per eos. Cõis opin.

2 Hinc Paris.consil.44.nume.9.cum tribus seq. volum.1.in terminis statuti Bononiẽsis sub rub. de præcep.facien. & cæt.ne illud contrarietur statuto


tuto sub rub. de causa reductionis laudi ad arbitrium, &c.ετ. dixit alternatiuam, vel, in statutis resolui in copulatiuam, ne unum statutum contrarietur alteri.

3 Prædictisque accedunt aurea dicta per Batt. in tract. de reprimen. in ver. non obstantibus, vbi dicit, quòd si statutum præcedens, & subsequens esset omninò contrarium per secundum tollitur primum: si verò alia limitatione, vel distinctione adiuuari, & concordari possunt. nunquam primũ statutum tollitur per secundum.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM triplex concurrens in impositione eiusdem pœna pecuniaria contra portantem arma, insultantem, & percutientem euemente casu percussionis non habet locum, nisi pro vna pœna tãtùm imposita contra percutientem: quia aliæ pœnæ confunduntur cum ista.*

## OPINIO DCCLX.

1 

STATVTVM puniẽs in aliqua Ciuitate arma ferentem pœna cẽtum: aliud statutũ puniens insultantem aliquem eadem pœna cẽtum, & aliud statutum in eademmet Ciuitate puniens vulnerantem aliquem pœna centum, quomodò intelligantur ista tria statuta, & interpretentur, dic, quòd stantibus dictis statutis si euenerit casus, quòd Titius vulnerauit Mœuium cum armis, non punitur pœna 300. videlicet, pœna centum pro armis, pœna centum pro insulto, & pœna centum pro uulnere: quia portatio armorum, & insultus confunditur: vt per Glo. notabilem, & singularẽ, in l. qui de crimine. C. de accus. quam sequuntur omnes Scriben. communiter ibi: vt de ista communi attestatur Iafredus in decis. 95. Idem tenet Bar. in l. quemadmodum. §. illud. ff. ad l. Aquiliam, & in l. inficiando. §. illud. ff. de furt. circa fi. Ioan. And. in add. Spec. in titu. de homicid. super rub. ubi uulgata est quæstio, Bal. in l. quicunque. C. de seruis fug. colum. 1. in l. diuortio. colum. 2. ff. sol. matr. & in l. aduersus, in fin. C. de furt. Anchar. cons. 272. de titulis &c. colum. pen. Gand. in tract. maleficiorum, sub rubr. de pœnis reorũ. colum. 19. ver. pone insuper &c. Abb. & alij in c. 1. de pœnis ext. & Alber. de Rosa. in tract. statutorum in 2. par. q. 29.

(Cõis opin.)

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM prohibens alienationem in forensem ualet.*

2 *Statutum prohibens vendere extraneo, forensi fauorabile est tanquam principaliter conditum ob publicam vtilitatem, vt ipsi possidentes bona immobilia ad onera granari possint, & exactio illorum facilior sit.*

## OPINIO DCCLXI.

1 

STATVTVM prohibens alienationem in forẽsem, valet & tenet: secundũm Bart. in l. fin. colum. fin. C. de sacrosan. eccles. Bald. & Ang. in l. ea lege. C. de condi. ob causam. Bart. Angel. Imol. Alex. Ias. & cæteros omnes communiter, in l. filiusfamiliàs. §. Diui. ff. de leg. 1. Alex. cons. 56. colum. fin. vol. 1. consil. 154. volum. 3 consil. 53. volum. 3. & cons. 126. colum. 1. volum. 5. Ioan. And. Anch. Domin. & Francum, in c. fin. de immun. eccles. lib. 6. Ruinum consil. 49. circa fin. volum. 3. & Tiraq. cum alijs copiosè signatis per eum in tract. de vtroq; retract. in præ[illegible] num 14. & Dec. cons. 661. num. 1. & Rip. num. 79. in d. §. Diui. vbi meminit istam esse communem opinionem. (Cõis opin.)

2 Et huiusmodi statutum prohibens vendere extraneo, aut forensi, non solùm tenet, vt supra, sed fauorabile est etiam tanquam principaliter conditum ob publicam utilitatem, vt possidentes ipsi bona immobilia ad onera granari possint, atque exactio illorum facilior sit: secundum Alex. consil. [illegible] pen. uolum. 6. Paul. Castren. consil. 342. colum. 2. Signorolum consil. 21. num. 3. & 5. & Ripam in responso. 2. nume. 11. & in d. §. Diui num. 79. 80. & 102. Et cùm statutum hoc varijs, diuersisque interpretationibus necessarijs quippè egeat: ideò vide Io. Cephal. consil. 161. vol. 2. illud ibi fusissimè declarantem.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM imponens pœnam vendentibus rem immobilem forensibus, non excusat hæredem damnatum à testatore in testamento uendere: quia ob præceptum testatoris de vendendo forensibus non excusandus est ipse hæres à pœna præfati statuti.*

## OPINIO DCCLXII.

1 

STATVTVM imponens pœnam uendentibus rem immobilem forensibus, non excusat aliquo pacto hæredem damnatum à testatore in testamento vendere: quia ob præceptum testatoris de vendendo forensibus non excusandus est ipse hæres à pœna præfati statuti. l. senatus. ff. de leg. 1. & ita tenent omnes Scriben. communiter, in l. cætera. §. fi. cod. tit. vbi Doct. de ista com- (Cõis opin.)

communi andacter attestantur, & Ias. in l. iuste possidet. num. 18. & sequen. ff. de acquir. possess.

¶ In contrariam verò partem inclinauit con sulendo cum alijs relatis per eum Lauren. Sylu. cons. 26. nu. 17. tamen quicquid ipse suadeat, sequor communem præmemoratam.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM disponens, quòd inuentus de nocte cum armis puniatur tanta pœna, intelligitur si apprehendatur, non autem si testibus conuincatur.*

2 *Statutum pr... iens, quòd nullus proficiscatur de nocte sine lumine, vel cum armis sub tali pœna, comprehendit etiam fœminas.*

3 *Statutum dictans, quòd nullus audiatur volens exceptionem opponere, quòd pactum sit nullum compre hendit etiam fœminas.*

4 *Statutū prohibens vestes, vel alia portare sub aliqua pœna, non punit nisi apprehensos cum rebus uestitis.*

5 *Statutum puni... portantes vestes vetitas certi valoris, non punit, nec comprehendit mulierem, quæ fecit vestem ipsam ...ri, sed non portauit.*

6 *Statutum cauens, quòd si quis inuenerit barritum con sequatur centum florenos, non habet locum vt præmiū consequi possit, si inueniret simpliciter, nisi apprehenderet ...nutum ipsum.*

7 *Statutum præcipiens, vt inuentus in ludo tesserarum puniatur aliqua pœna, non punit testibus conuictum, sed apprehensum tantùm.*

8 *Statutum puniens aliquem si de nocte reperiatur in alterius ædibus, non punit visum in ipsis domibus, sed solummodò apprehensum.*

9 *Statutum puni... adulterantes artem lanæ non punit inuentum adulterare, sed solummodò apprehensum.*

10 *Statutum puniens portantes arma non habet locum in paruis cultellis idoneis ad scindendum pennas, vel panem.*

## OPINIO DCCLXIII.

1 STATVTVM disponens, quòd inuētus de nocte cum armis puniatur tanta pœna: tale statutū intelligitur dūtaxat punire apprehēsos, nō autem testibus conuictos: & sic in casu præsenti testibus conuictus non incideret aliquo modo in pœnam statuti huius: ut per Bart. col. 7. Ang. Imol. Castren. Rom. Alex. Aret. & alios magis communiter in l. 1. ff. de acquir. poss. Marsil. in l. qui falsam monetam. nu. 33. ff. ad l. Cornel. de fal. in l. is qui cum telo. nu. 45. C. ad leg. Corn. de sicar. & in sua practica crim. in §. pro complemento. num. 24. & in sing. 395. dubitarunt Doct. &c. in quibus quidē locis ipse refert omnes Doct. in contrariam sententiam inclinantes: tamen opinio Bar. & sequacium videtur communis: vt attestatur Ias. & Ripa nu. 53. & seq. in d. l. 1. & Soc. & Moder. in l. 3. §. Neratius. ff. de acq. poss. Ang. de Aret. in trac. malef. in uer. dictus Andreas armatus. n. 7. & Cassā. in cōsuet. Burgūdiæ in tit. 1. §. 1. in ver. *Aduenues, & trouees*, ubi meminit ita extitisse iudicatū Mediolani, dum ipse assessor ibi reperiebatur. Et licèt cōtrariam partem sustinere conetur Bartholomæus Romuleus in d. l. 1. de acquir. poss. num. 162. cum alijs sequen. asserens ibi eam veriorem fore; nihilominus in decisiuis noli aliter recedere à præmemorata communi, tanquam tutissima, quam intonant obseruari in practica Io. de Imola, & Rom. in d. l. 3. §. Neratius. ff. de acquir. poss. & facit. l. nunquam. §. thesaurus. ff. de acq. re. domin. & l. si Barsatoram, & ibi Bal. Ang. & alij omnes. C. de fideiuss.

*Cōis opin.*

2 Imò amplia istud statutum præcipiens, quòd nullus proficiscatur de nocte sine lumine, uel cū armis sub tali pœna, comprehendere etiam fœminam: secundum Cyn. & Bald. in l. quicunque. C. de ser. fugit. colum. 5. Marsil. in repet. l. vnicæ. nume. 266. C. de raptu virg. & Socin. nepotem consil. 1. nu. 91. lib. 1. & in cons. 3. nu. 19. eod. lib.

3 Idemque videmus in statuto disponente, quod nullus audiatur uolens exceptionem opponere, quòd pactum sit nullum, istud statutum comprehendere etiam fœminam: vt uoluit Bald. in l. in multis. ff. de sta. hom. quia statutum loquitur in materia, quæ est par maribus, & fœminis, in qua uiget eadem ratio. l. fin. C. de indic. vid. tollen.

4 Et idem videmus in statuto prohibente mulieres portare sub aliqua pœna vestes preciosas, gemmas, margaritas ac alia, nisi esset nobilis, uel illustris mariti vxor, prout extat pragmatica etiam in Regno Neap. promulgata de anno 1559. super uestium & caligarum permissione, refrenatione, aut moderatione, sub pœna in ea expressa, & posita in libro pragmaticarum titu. de uestium, & cal...arum moderatione, & prohibitione. pragmatica. 1. cum 4. seq. & tunc portans uestes prohibitas uigore prædicti statuti, & pragmaticæ non incidit quippe in ipsā pœnam, nisi apprehendatur cū rebus uetitis: secundùm Angel. in auth. de sanc. episc. §. reuerendissimis. col. 9. Bald. in §. item lapilli, instit. de rerum diuis. & Alber. post Iacobum de Arct. in l. quod ait lex. de adult. per illum tex. & ista est communis opinio: attestante Ant. Gomez. in l. Tauri. 45. nume. 50. & Iulio Claro in pract. crim. receptarum sententiarum. §. fin. q. 82. sub statuto 6. *Cōis opin.*

5 Et similiter hoc statutum puniens portantes uestes uetitas certi ualoris, non punit, nec cō prehendit mulierem, quæ fecit uestem ipsam fieri, sed non portauit, & sic non cadit in pœnam statuti: secundùm Felyn. in tract. de conatu, post Dominicum in c. auaritiæ. colum. fin. de elect. in 6. & sequitur Marsil. in l. qui falsam monetam. nu. 29.

num. 29. ff. ad leg. Cornel. de fal. vbi ponit alium casum similem.

6 Idemque concludendum est in altero statuto cauente, quòd si quis inueniret bannitum cō sequatur centum floreuos: tunc profectò non sufficeret inuenisse bannitum ipsum, nisi apprehenderet, ad hoc vt præmium propositum consequatur: ut uoluit Alber. in l. licet. C. de acqui ren. possess.

7 Idem etiam dicendum est in statuto præcipiente, vt inuentus in ludo tesserarum aliqua pœna puniretur, hoc casu si non foret apprehensus quantumuis testibus conuictus reperiretur, nulla pœna coerceri posset: ut firmauit Alber. in d. l. quod ait lex, & in 2. par. statutorum. q. 118.

8 Idem censendum quoque est in statuto puniente aliquem, si noctu in alterius ædibus reperiretur: eo quippe casu quamuis uisus esset, si tamen apprehensus non foret, pœna mulctandus non ueniret aliquo modo: vt plenè cōsuluit Alexan. consil. 24. animaduersis. col. 9. uol. 2.

9 Item Veronensis consil. 23. Spectabiles domini prætores. colum. 1. meminit defendisse quédam, qui adulterauerat lanæ artem contra statuti ipsius artis prohibitionem, quòd iste reus non erat puniendus, etiam quòd inuentus esset artificia lanæ adulterans: quia hoc casu necessariò dicti adulterātis apprehensio requirebatur.

10 Postremò statutum puniens portantes arma: interpretatur etiam non habere locum in paruis cultellis idoneis ad sciudendum pennas, uel panem; & sic de illis non intelligitur aliquo pacto: secundum Glo. in vers. Cultellis, in auth. de arm. quam sequútur, dicuntq; singularem Aret. in tract. maleficiorum. in uer. Vno stocco ferreo, post princ. Ioan. de Platea in l. 1. C. vt usus arm. lib. 11. Ang. in l. 1. ff. ad leg. Iul. de ui pub. Alex. in l. fin. eod. tit. Ioan. de Auan. in c. latro in princ. de homicid. Rom. in l. 1. §. occisorum. ff. ad Syllan. Coru. consil. 77. colum. fina. volum. 2. Cotta in memorali in uer. Armorum offendibilium appellatione, & Ioan. de Arnono in soliloq. 71. Regni constitutio.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM imponens pœnam pecuniariam, vel corporalem percutienti aliquem, non multiplicat pœnam contra percutientem cum bidente, vel tridente.*

2 *Statutum si dicat, quicunque dederit alapam puniatur in centum. si quidam tunc in eodem impetu inferat tres alapas, non punitur pro pluribus alapis, sed vna pœna tantum: secus si ex interuallo.*

OPINIO DCCLXIIII.

1 STATVTVM imponens pœnam centum ducatorum, uel aliam pœnam minorem, seu maiorem pecuniariam, seu corporalem percutienti aliquem: quomodò est intelligendum, vbicunque Titius vulneraret, aut percuteret Sempronium vno ictu cum bidente, vel tridente? dic quòd hoc casu uigore prædicti statuti non debet puniri nisi de vno vulnere: secundùm communē opinionem, quę seruatur in practica quotidie: vt meminit Ang. Aret. in tract. maleficiorum, in uer. & ipsum Titium, num. 111. & ibi August. in add. & Marsil. in l. si in rixa. nume. 15. ff. de sicarijs, & in pract. crim. in §. pro complemento. nu. 9. in quibus locis nonnihil aperit mentē dicti statuti. Cōis opin.

2 Et quemadmodum statutum hoc non multiplicat pœnam contra percutientem: ita etiam statuto disponente, quòd quicunque dederit, intuleritque alapam alicui puniatur in centum. si quidam tunc in eodem impetu, & sic simul & semel intulerit tres alapas, non puniretur vtique pro pluribus alapis, sed vnica tantùm pœna: secus verò ex interuallo: secundùm Abb. in c. 1. de pœn. & Barbat. in c. 1. quod met. caus. in c. fin. de raptor. & in c. in præsentia de probat. & est text. & ibi Bart. in l. illud. §. si idem. ff. ad leg. Aquil. & Bald. in l. quoties. §. si quis postea. ff. de hæred. instit. vbi allegat Gloss. in l. qui de crimine in uer. Plurima. C. de accus.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM prohibens, quòd non possit extrahi frumentum extra ciuitatem, habet locum in extrahente farinam.*

2 *Statutum vetans exportari vinum extra territorium sub pœna, comprehendit etiam extra ben... vnum bucale tantùm.*

3 *Statutum puniens amouentem pecuniam vniuersitatis, procedit etiam in amouente vnum tantum denarium.*

4 *Contrauentio minima, vbi adest iuramentum maximè præiudicat.*

5 *Testium audientia in ciuilibus, licèt vltra dictam committi nequeat: tamen hoc non procedit si quis modicum vltra trahatur.*

6 *Dieta dicitur duplex, vulgaris, & legalis. vulgaris intelligitur secundum consuetudinem regionis. legalis uero intelligitur de viginti miliaribus. Et aliquando dieta accipitur pro itinere vnius diei.*

7 *Statutum puniens inuentum exportare frumentum extra territorium, punit non solùm personaliter apprehensum, sed etiam testibus conuictum, secundùm singularem opinionem aliquorum Doctorum.*

8 *Statutum ius commune insequitur, & secundùm ius commune interpretandum est.*

9 *Statutum puniens apprehensum frumentum exportantem extra territorium, punit etiam testibus conuictum: quia paria sunt apprehendere, & testibus conuincere.*

10 *Statutum prohibens sub pœna extrahi frumentum super equo, asino, vel curru extra territorium, habet locum etiam contra portantem frumentum super humeris proprijs, vel collo bouum: quia statutum considerat*

*sideranit factum exportationis, non autem modum exportandi.*

11 *Statutum puniens extrahentem frumentum extra territorium non comprehendit illum, qui ante conditum statutum incœpit exportare, & sic in actu extrahendi reperiebatur tempore publicati statuti: quia tunc initium spectatur, non autem illud quod postea supervenit.*

12 *Statutum prohibens, & puniens extrahi frumentum extra territorium non habet locum in extrahente sui vsus causa, & occasione.*

13 *Iuramento portantis res extra territorium sui vsus causa, & pro necessitate statur de iure, dummodò hoc verisimile sit, aliàs secus.*

14 *Iuramento probatur clericum ferre res causa vsus sui, suæq; familiæ, nisi rerum, & personarum qualitas aliud suadeat.*

15 *Vectigal, seu datium soluendum non est pro rebus, quæ pro vsu suo proprio, & familiæ vehuntur.*

16 *Consuetudo, quòd datium soluatur pro rebus, quæ sui vsus gratia vehuntur non valet.*

17 *Statutum prohibens deferri annonam extra territorium non ligat ecclesias, & clericos quin possint extrahere annonam, quam colligunt ex prædijs suis.*

18 *Statutum prohibens extrahi frumentum extra territorium sub pœna, habet locum in extrahente originaliter de suo territorio, secus si aliunde portaretur per transitum.*

19 *Statutum prohibens non portari, adduciq; vinum in ciuitatem collectum extra illius fines, non comprehendit ecclesias, & clericos.*

20 *Statutum puniens emptores, vel extractores bladorum extra territorium non ligat ignorantes: quia forensis præsumitur ignorare statuta illius territorij, nisi diu morati sint in dominio statuentium.*

21 *Statutum in dubio ita est interpretandum, ut non comprehendat forenses.*

22 *Consuetudo immediatè compulsiua, & prohibitiua, aut pœnalis non extenditur ad forenses, sed mediante aliquo facto, vel delicto intra territorium commisso eos ligat: quia delinquendo consentire videntur.*

23 *Statutum pœnale prohibens extractionem frumenti de territorio non ligat minorem.*

## OPINIO DCCLXV.

1 

TATVTVM prohibens, quòd non possit extrahi frumentum extra ciuitatem: amplia ac intellige habere locũ etiam in extrahentibus farinam: secũdùm Bart. in l. quæsitum. §. illud. ff. de legat. 3. & in l. Cæsar la 2. num. 16. ff. de publi. & uectig. Ias. in l. non dubium. nume. 40. & 45. C. de legib. Bonifa. in tract. maleficiorum, in rub. quid sit accusatio. colum. 16. uers. quidam. Maranta in tract. de iudicijs, in princ. num. 20. & Ripa, in tract. de peste, in titu. de remedijs ad conser. ubertatem. nu. 75. vbi attestatur hãc esse communem opinionem, *Cõis opin* & Gandinus in tract. malef. in rub. de rebus non portandis contra deuetum. nu. 4.

2 Amplia secundò statutum disponens, quòd non possit exportari uinum extra territoriũ sub pœna, quòd minimè possit vigore istius statuti extrahi unum buchale uini: vt uoluit eleganter Bald. in l. Barbarium. C. quæ res exper. non poss. Afflict. constit. magistros syndicarios in 6. nota. Barbat. consil. 57. volum. 1. in l. 4. §. Cato. ff. de uerb. obligationib.

¶ In contrariam uerò partem, & malè inclinauit Ias. in l. 2. num. 26. ff. de iurisdict. omn. iud. & Tiraq. in tract. de iudic. in rebus exig. ferendo, in limit. 32. fol. par. 53.

¶ Et sic statutũ hoc prohibẽs extrahi vinum, comprehendit etiam vnam metredam, seu amphoram, ut supra, causa gustus. & huic opinioni videntur accedere Doct. omnes, & præsertim Ias. reuocando sententiam in melius in l. non dubiũ colum. 11. C. de legib. & incertus author in trac. de crim. læsæ maiestatis, quæst. 8. num. 3.

3 Quæ quidem opinio Bal. & sequacium ita retenta, & amplexa comprobatur primò. Nam statutum puniens amouentem pecuniam communis, obtinet etiam locum in amouente vnum tãtùm denarium: secundùm Ang. in l. si quis dederit. §. prætor in fin. commen. ff. de acq. hered.

4 Secundò similiter comprobatur, siquidem modica, seu minima contrauentio maximè præiudicat, vbi adest iuramentum. ut per Fulgos. consil. 213. & facto. & Cuma. cons. 179. facta fuit, & Parpaliam in repet. l. si quis maior. colum. pen. q. 11. C. de transact.

5 Tertiò fulcitur etiam per id quod dicitur, quòd licèt quis trahi non possit vltra dietam. c. statutum. §. cùm autem de rescript. in 6. & ritu Regni 141. item quòd Curiæ, & altera ipsarum, ubi prohibet expressè audientiam testium infra vnam dietam committi posse, & ibi D. Carauita, nume. 1. ut procedat, habeatque locum etiam si modicum vltra trahatur: secundùm Gloss. in verbo Remotus.

6 Et aduerte ne ignorentur termini præsentis speculationis, quòd dieta duplex est, videlicèt vulgaris, & legalis. uulgaris etenim habetur, intelligiturque secundùm consuetudinem regionis. legalis uerò dieta continet viginti miliaria: & sic illa intelligitur de uiginti miliaribus. l. 1. & ibi Doct. omnes. ff. si quis caut. Glo. in c. nonnulli de rescrip. in uersic. ultra duas dietas, & ibi alij Doct. Bart. Cæp. in l. in itinere quæst. 8. ff. de verb. signific & D. Carauita in d. ritu 141. sub num. 1. ubi planè deducit istam esse communem opinionem. *Cõis opin.* Sed aliquando dieta ipsa accipitur pro itinere vnius diei: ut explicat Dec. in notabili quæstione in c. cùm olim. nume. 6. cum alijs sequent. de except.

7 Amplia tertio loco statutum puniens innentum exportare frumentum extra territorium,

vel

uel ciuitatem interpretari ac extendi, ut puniat non solùm personaliter apprehensum, sed etiam testibus conuictum: secundùm aliquos Doctores in l. 1. ff. de acquir. possess. & præsertim Ias. ibi numero 88.

8 Et quòd hoc casu locus sit pœnę apparet: quia ius commune punit habentem seu ferentem arma, extrahentemque victualia, & secundùm ius commune statutum hoc interpretandum est: cũ ius ipsum commune it sequatur. l. 2. C. de noxal. act. vbi Scriben. Paris. consil. 98. num. 43. volum. 1. Gomes. in §. in personam. nu. 25. instit. de act. Grauet consil. 236. nume. 9. & Soc Iun. cons. 29. num. 8. volum. 1. & istam ait esse ueram opinionem Franciscus Ripa in tracta. de peste, in titu. de remedijs ad confer. vbertatem. nu. 104. ubi eam sequitur, commendat, celebrat, ac ab omnibus ferè cõtrarijs tuetur. Est benè verum, quòd Illustris D. Iulius Clarus in pract. crimin. lib. 5. §. fin. q. 82. statuto. 7. num. 43. & seq. citando hunc locum, & animo consiliũ meũ improbandi, affirmat cõem sententiam apparere in contrarium, prout de ea ad saturitatem mentionem fecimus supra fusissimè in Opinio. Statutum disponens quòd inuentus de nocte. quem locum supprimere voluit ipse Clarus, forsan credens afferre rem nouam.

9 Imò vbi supra, idem Ripa ampliat hoc dictũ etiam procedere si statutum puniret apprehensum frumentum exportare: quia hoc casu comprehenderet etiam testibus conuictum: ut per Glo. in l. 1. ubi sena. uel clariss. & ista Glo ab omnibus Scriben. communiter approbatur: ut refert Franc. Ripa ubi supra. nume. 105. quia in casu statuti huius paria sunt apprehendere, vel conuincere. *Cõis opin.*

10 Amplia quartò, quòd statutum inhibens, sub pœna extrahi frumentum super equo, asino, uel curru extra territorium, habere locum etiam: secundùm Saly. in l. si serui. num. 24 & seq. C. de noxal. si porter dictum frumentum super humeris proprijs, uel collo bouum. & rationem ibi assignat: quia statutum considerauit factum exportationis, non autem modum exportandi: & expressio facta de equo, asino, & curru fuerit facta causa exempli.

11 Limita primo loco præfatum statutũ puniens extrahentem frumentum extra territorium nõ comprehendere illum, qui ante conditum, & factum statutum incepit exportare, sed antequam exiret firmauit se: & tunc statutum factum, seu publicatum fuit, & illud sciuit, & prout incœperat, frumẽtum extrauit. Et ratio est, quare extrahens hoc casu non puniatur aliqua pœna: quia initium spectatur in isto casu, non autem illud quod postea superuenit: ut uoluit Ioan. And. Anchar, Ant. Bal. & cæteri omnes, in cap. cognoscentes, de consti. & istorũ doctrinam dicit esse cõem Berous ibi n. 2. & seq. licèt de ea nonnihil dubitet nonnulla in contrarium adducendo: tamen esset ponere os in cœlum si uellem recedere ab ipsa communi sententia, quę re ipsa reperitur adeò uera, ut eius ratio, seu veritas tanquam fundata in l. Cæsar. ff. de public. tergiuersari non possit modo aliquo: prout eãdem opinionem sequitur etiam Alex. consil. 7. uiso themate, & statuto supra scriptis. num. 2. lib. 3. vbi ponit post Imol. in d. capit. cognoscentes intellectum communem dictę l. Cæsar. *Cõis opin.* *Cõis opin.*

12 Limita secundò dictum statutum prohibens, & puniens extrahi frumentum extra territoriũ non habere locum in extrahente sui usus causa: secũdùm Bal. in l. cùm proponas. C. de naut. fœn. Imol. in l. cætera. §. fin. ff. de leg. 1. Marsil. in sing. 86. statutum sit à Principe, & Ias. in d. l. cætera. §. sed si quis ad opus. ff. de leg. 1. nume. 7. vbi hanc esse communem opinionem affirmat. *Cõis opin.*

13 Sed casu eueniente, ut facilè te possis extricare à præsenti labyrintho, seu discrimine; aduerte, quòd probatur res ferri causa sui vsus, & pro necessitate, mediante iuramento ferentis res ipsas: & sic tunc staretur eius iuramento, si hoc quippè uerisimile foret; aliàs verò non: secundùm Bal. in l. 3. C. de naut. fœno.

14 Et facit Glo. in Clem. fin. de censib. dum concludit, iuramento probari clericum ferre res cau sa sui usus, suæque familiæ, nisi rerum, & persona rum qualitas aliud suaderet: secundùm Cardin. ibi in 4. quæst.

15 Et quemadmodum ferens res pro uso suo, eiusque familiæ extra territorium pœnam statuti euitare solet: ita etiam portans res ipsas pro usu proprio, & familiæ de iure ciuili minimè tenetur ad soluendum vectigal, pedagium, seu datium. l. vniuersi. C. de vecti[...]alibus, & commiss.

16 Imo etiam de iure canonico solui non debet modo aliquo pedagium, nec uectigal, nec datiũ ipsum pro rebus, quę portantur seu uehuntur sui usus gratia. Et si fortè consuetudo in cõtrarium extaret, minimè valeret: quia irrationab[...]s nempè foret. ita Hostien. in summa tit. de censib. §. ex quibus causis, uers. [...]d si quis faceret portari.

17 Limita tertiò dictum statutum prohibens annonam extra territorium deferri non obligare, nec ligare ecclesias, quin possint extrahere annonam, quam colligunt ex prædijs suis: secundũ Ripam in tract. de peste, in ritu. superius citato. num. 122. per c. ecclesia Sanctæ Mariæ de consti.

¶ Et hoc ampliatur procedere non solum in ecclesia, uerùm etiam in clericis: ut uoluit idem Ripa in memorato tract. de peste, post Bal. consi. 198. vol. 2. & ista omnia sequitur, & refert Gram mat. decis. 100. num. 15.

18 Limita quartò istud statutum inhibens sub pœna extrahi frumentum, ut interpretetur, ac intelligatur de distrahente originaliter de suo territorio: secus si aliunde portaretur per transitum illius territorij: ut uoluit Alexan. consil. 86. uisa inquisitione. num. 2. & seq. volum. 4. Bartol. Ang. & Ioan. de Imol. in l. si quis post hanc. C. de ædific.

ædificiis priuatis. cum qua sentiunt omnes Doctores communiter ibi, & in l. cætera. §. sed si quis ad opus. ff. de leg. 1. præsertimq́; Ias. ibi nu. 21. ubi assignat rationem istius conclusionis, & testatur de communi: prout ita meminit de eadē communi etiam Barth. Ghitius cons. 160. Quætis in causa magistri Augustini, sub nu. 14. & seq. posito inter consilia crim. diuersorum libr. 1. in folio, ubi ita consuluit, & Alex. quoque cons. 86. visa inquisitione, sub numer. 1. cum aliis sequen. uol. 4.

Cōis opin.

19 Limitatur quintò, quòd statutum prohibēs non portari, seu adduci vinum in ciuitatem collectum extra illius fines, & territorium non comprehēdere clericos, & ecclesias: vt per Fely. Dec. & alios, in d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ, de const. & ita fuit decisum, ac diffinitū in Sacro Regio Concilio Neap. casu, ac lite eueniente inter Ciuitatē Salerni & Abbatem Sancti Benedicti: ut refert Grammat. in d. decis. 100. n. 16. cum aliis seq. Et hoc idem refert, & sequitur Couarruuias, in repetitio. c. quamuis pactum, de pactis, in §. 4. numero 8.

20 Limitatur sextò dictum statutum puniens emptores, vel extractores bladorum extra territorium, non ligare forenses ignorantes: utputà, quia non diu morati sunt in dominio statuentium, quo casu forensis præsumitur ignorare statuta illius loci: ut voluit Ripa in tract. de peste in tit. de præser. remed. cont. pestem, in parte, quæ incipit, Deuenio nūc ad modum, & normam uber tatis conseruandæ. num. 130. & seq. & Gandinus in tract. maleficiorum, in tit. de rebus non portandis cōtra deuetum. uer. Sed statutum est &c. quia statutum dictos forenses ligare non potest. l. fin. ff. de iurisd. om. iud. l. neque. C. qui dare tut. poss. & c. animarum. §. statutum, de const in 6.

21 Et animaduerte, quòd statutum in dubio est ita interpretandum, vt non comprehendat forenses: secundùm Cy. in l. 1. quęst. ult. C. quæ sit longa cons. Ioan. Cephal. cons. 241. in causa illustrium, nume. 68. uol. 2. & Guido. de Suza. in quadam disputatione incip. Sed pone statutum, & in alia quæst. Quæstio talis est, Bononiensis &c. dicentem, quod statutum semper ita debet arctari, vt extraneus non contineatur. allegat. l. 1. §. fi. ff. quod quisque iuris.

22 Et dicit Bal. in repet. l. de quibus. ff. de legib. uer. Quarto quæritur, an consuetudo, & c. quòd consuetudo immediatè compulsiua, & prohibitiua, aut pœnalis non extenditur ad forensem, sed mediante aliquo facto, vel delicto intra territorium commisso benè ligat: quia consentire tunc uidetur, qui deliquit. & idem tenet Specul. in tit. de constit. §. 1. Ioan. Andr. in rub. de consuet. & Alex. latè cons. 44. uol. 5.

23 Septimò interpretatur dictum statutum pœnale prohibens extrahere frumentum de comitatu, quòd non liget minorem: secundùm Rom. in sing. suo ultimo,

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM inhibens portare frumentum extra territorium, ligat et iam ferentes, seu extrahentes farinam.*

2 *Statutum, seu lex pœnalis, vel odiosa non extenditur de vno casu ad alium.*

3 *Statutum odiosum extenditur vbicunque tendit ad fauorem Reipublicæ.*

4 *Statutum concedens premium accusanti delinquentem extenditur etiam ad denunciantem.*

5 *Statutum prohibens portare frumentum extra territorium extenditur etiam ad extrahentem panem.*

6 *Statutum prohibens extractionem auri, vel similium rerum de territorio, tunc si reperiuntur aliæ monetæ non prohibitæ inter alias prohibitas, omnes indistinctè censentur confiscatæ.*

7 *Statutum prohibens extractionem mercium extra territorium, tunc si reperiantur mercaturæ non prohibitæ cum prohibitis, videntur omnes merces prohibitæ & non prohibitæ publicatæ & confiscatæ. quod declaratur.*

8 *Statutum puniens retinentem merces in platea, habet locum etiam in retinente ipsas merces in manibus, seu in bancho, vel in terra, vel si eas secum per plateam portaret.*

9 *Statutum prohibens extrahere frumentum de territorio sub pœna amißionis, comprehendit etiam extraneum, vt perdat rem extractam.*

10 *Statutum inhibens extractionem bladi de dominio non ligat forenses ignorantes verisimiliter ipsum statutū.*

11 *Ignorantia præsumitur in extero, vbicunque non diu moram traxit in territorio statuentium: vt præsumatur tunc ignorare statuta loci: secus si commoratus sit in territorio: tunc enim non excusaretur.*

12 *Ciuis nouellus, qui nouiter esset factus subditus, & habitator statuentium similiter posset prætendere, ac allegare iustam ignorantiam ipsius statuti.*

13 *Statutum disponens, quòd extrahens bladum extra territorium puniatur, & animalia super quibus bladum fertur publicentur, non ligaret dominos ipsorū animaliū ignorantes talē extractionē, ac delictū: & sic ipsa animalia nec publicarentur, sed extrahens teneretur fisco ad æstimationem huiusmodi animalium.*

14 *Ignorantiam probabilem allegans statuti ad euitandū pœnam auditur in delictis solummodò; & an statuta pœnalia in delictis comprehendat forenses.*

15 *Statutum super gabellis soluendis, ac iure dughanarū, ac super non extractione frumenti, auri, equorū, aliarumq́; rerum extra Regnum, uel territorium ligat etiam forenses, nec possunt proponere ignorantiam.*

16 *Ignorans non ligatur constitutionibus nouis, nec decretis, nec bannis, ubicunque probabiliter ignorasset; secus si esset crassa, uel supina ignorantia.*

17 *Statutum prohibens extrahere frumentum extra territorium ligat non solùm apprehensos, sed etiam testibus, aut aliis legitimis indiciis conuictos.*

18 *Præsumitur sinistra suspitio contra repertum extra uiā publicam, qui portaret victualia contra deuetum, & contra etiam illum qui ingreditur, & egreditur ciuitate aliundè, quàm per portam consuetam.*

19 *Repertus cum rebus prohibitis in via suspecta intantùm habet contra se suspitionem, ut arbitrio iudicis puniri posit.*
20 *Statutum disponens, quòd extrahens triticum de territorio puniatur ad truncationem manus, tunc si accusans, seu libellans in libello poneret aliquem extraxisse frumentum, & peteret puniri secundùm ius commune sustineretur libellus, & accusatio.*
21 *Statutum, & ius commune idem sunt.*
22 *Commissum aliquid de iure intelligitur secundùm ius municipale.*

## OPINIO DCCLXVI.

1 STATVTVM prohibens portare frumentum extra territorium obtinet locũ, amplificaturque procedere primo loco etiam in extrahente farinam, qui indubitàter puniri debet pœna istius statuti, quemadmodum si extraxisset frumentum ipsum: ut con cedunt Rayn.& Bartol.in l.quæsitum.§. illud.ff. de legatis.3.Bald.& Ias.nume.40.& 45. in l. non dubium.C.de legibus, Felyn.in capit. ad liberandum.nume.5.de Iudæis, Guido Papæ decis. 373. Vtrum uetitum de bladis post princip. Francis. Ripa in tract.de peste in titu.de remedijs ad conseruandam vbertatem, sub num.43.cum alijs sequen.& num.51.& seq.& alij allegati in superiori Opinione in princ.

2 Et isthæc opinio est adeò vera, ut corroborari facilè possit per doctrinam Bart.in l.quemadmodum. C.de agricolis, & censitis lib.11. ubi concludit, quòd statutum, seu lex pœnalis, vel odiosa, licèt non extendatur de vno casu ad aliũ, sed potius restringatur ad casum suum: vt in regula odia de regulis iuris in 6. & in l. cùm quidem. ff. de liberis & posthumis, & per alias authoritates aggregatas per Annib. Cauensem in ritu Magnæ Curiæ Vicariæ 276. Itemq; nullus. nnmero 25. & ponit pro regula Philip.Dec.cum aliquibus vtilibus limitationibus in l. factum cuique suum.§.in pœnalibus.nume.9.cum alijs sequen. ff. de regulis iuris, & Aymon Grauetta in tracta.de antiquitate temporis, in 4 part.nume.22.cũ innumeris fere alijs sequentibus; & est communis opinio, quòd statutum, seu lex pœnalis non extendatur: ut firmant Glo. Bartol. Bal. Fulgos.Roma. & cæteri omnes in l.fina. ff. de in ius uocan. & Annib. Cauens. cum alijs signatis per eum in d.ritu 276.num. 25. ubi meminit de communi prædicta. *Cõis opin.*

3 Nihilominus vbicunque extensio tenderet ad fauorem Reipubilcæ, ita foret lex, statutum ue extendendum sicut lex, vel statutum fauorabile: & hoc idem firmant ipsemet Bartol. Bald. Ang. & Lud.Roma.in l.si quis in graui.§.hi quoque.ff. ad Sillauian. Ioan. de Imol. in l. cætera. §.si quis ff.de leg.1.Alexan.consil.116.nume.3.volum.2. consil.34.num.9.volum.5.& consil.171.num.8. volum.7.& in d.l.quemadmodum, Augustin. in add.Arer.in tract.maleficiorum in vers. *Che hai tradito la tua patria.* col. 3.& in uers.Sempronium mandatorem in addit.magna, Felyn.in cap.nonnulli de rescrip.& Annib.Cauens.in d. ritu 276. nu.25.& sequen.& Dec.in d.§.in pœnalibus. nu. 12.vbi prædicat istam esse claram decisionem,& Curt.in cap.fin.de consuet.sectio.4.nu.21.Ruin. consil.60.nu.5.uol.5.& Dec.cons.372.nu.8. cons. 661.nu.3.& cons.65.num.3. *Cõis opin.*

4 Inquiens facere pro doctrina hac, quòd notat Ioan. Andr.in addit.Specul.in tit. de denunciatione.§. 1. ubi terminat, statutum loquens, concedensque præmium accusanti delinquentem fauore publico, ne delicta impunita remaneant, ad denunciantẽ quoq; extendi. & hoc approbant Bal.Alex.& cæteri in l. si filiusfamilias. ff.si certum pet.Franc.de Aret.in cap.2.extra de accusat.Ang.in l.Diuus.ff.de cust.reor.& Roma. in d.§.hi quoque.

¶ In contrariam uerò partem, uidelicet, quòd antedictum statutum prohibens extractionem tritici non puniat, nec punire possit extrahẽtem farinam: inclinauit Gandinus in tract. de maleficijs in tit.de rebus non portandis contra deuetum.num.4.& sequen.& Dyn.in d.l.quæsitum.§. illud, cuius sententiam scribit ibi Bart. communem esse nu. 16.licèt contrarium sentiat; & sequitur etiam Alber. cum quodam temperamẽto in tract.de statu.in 2.part.q.5.& 206. ubi similiter attestatur de communi præmissa; & re ipsa sententia isthæc apparuit communis, & concors vsque ad tempora Bar.sed postquàm Bart.ipse asseruit contrarium, vt vigore statuti præmemorati etiã ferens farinam puniri debeat, eius opinio euasit, effectaq; extitit magis cõis: vt constat ex præcitatis authoritatibus; imò est adeo cõis, vt non habeat contradictorem aliquem: & consequenter eam tanquam rationabilẽ, & sacrosanctissimam meritò obseruat, amplectiturq; totus mundus. Cæterùm illustris D.Iul.Clar.in pract.crim.lib.5.§. fin.q.82.statuto.7.vers.Præterea quæro nunquid stante hoc statuto, quem comperi citasse antedictum locũ in Opi.mea 286.lib.1.ausus est testari Ripã in d.tit. de remediis ad cõseruandã ubertatem, n.43.& seq.& citatũ per me inibi non definite huiusmodi casum, uerũ in alio opposito loqui, forsan autumando Viuiũ non uiuere, & tamen, Deo annuente, viuit, & scripsit, & scribit purã ueritatẽ, tã in hoc Cõium Opinionũ, quam in alio quocũq; genere. Ideo si quis cuperet uidere Ripã, reperiretq; ueritatẽ ipsam in loco superius citato, inueniet dubio procul prælibatũ D. Iuliũ Clarũ non uidisse Ripã, vtpote si uir iste non mediocris equidẽ authoritatis, cuius doctrinã singularem, præstansq; ingenium summopere admiror, & laudo; ex quo multa doctè, ingeniosè, & plenissimè scripsit, & ex toto iure, omnibusq; ueterũm, ac iuniorum scriptis excerpta cumulauit, *Cõis opin.* *Cõis opin.*

reuo-

reuoluisset scripta Franc.Ripę,inuenisset vtique, prout inuenire potest quotidie eundem Francisc. Ripam transire cum Bartol.per nonnullas rationes ibi,& vberius quàm alium,qui hucusq; scripserit super hac nostra literaria, ciuiliq; palestra tractasse præmissum casum.

¶ Verùm aduerte utiliter,quòd præmissa non procedu ét, ubicunque quis hostiū metu, vel ex maris impetu non seruatet locum nauigij: tunc enim quanquam reperiretur in loco prohibito: nihilominus tamen tunc non puniretur modo aliquo.l. 2. §. si quis autem.ff. si quis caut.l.imò de lite.cau.& l. Cæsar.ff. de publ. vectigal.Bald. Salycet.& alij in l.cùm proponas.C. de nau. fœno.in fine.

¶ Et hinc est, quòd necessitas excusat nos si eius causa formam à statuto traditam non seruauerimus.l.fin.vbi Bald. Nicol. de Matarell. & & Salycet.C.de testamentis, Sociu. consilio 85. nume.5.& 9. volum.4.Alexan.Socin. Iaf. & alij omnes in l. 1.ff.de liber.& posthum. Petr.Gerar. sing. 100.Necessitas.num.28.& Parisi. consi. 46. num.83.& seq. volum.3.

¶ Nam necessitas non habet legem.l. unica. ff. de offic.consul. & ibi Bald.colum. 3. & l. non solùm.§.fin.ff.de excu.tut.l. aliquando.ff. de offic.proconsul. & cano. sicut non alij de conse.dist.1.& l. 1.C.de oper.lib.& ibi Bart.& Doct. in l.2.ff.si cert petatur,& Petr.Gerard.in d.sing. 200.in princip.

¶ Imo necessitatis causa quæ fiunt nũquam prohibita intelliguntur, e iam si latissimè pateat prohibitio generalis, & vniuersalis. l. pater filium,in princ.ff.de leg.3.& l.aliæ rationes. ff.familerci sc.Doctores in l.filiusfamiliâs.§.Diui.ff. de leg.1.Lud.Rom.consil.219.ex themate consultationis præmissæ, & D. Horatius Mandosius ibi in addit.in litera F. Paul.Castren. consil.83. colum.2. & consil.405. colum.2. volum.1. Alexan.consilio 205.colum. 2. uolum. 6. Afflict. in tract.de iure prothomiseos.§.3.nume.26.Socin. cons.80.colum.fin.uolum.4. & Aymon Grauet. consil.6 num.91.

¶ Et alios quàmplurimos necessitatis effectus refert Felyn.in cap. querelam colum. pen. versiculo in Gloss.in uerb. necessitate de iureiuran.& Petr.Gerar.in d.sing.100.

5 Cæterùm,vt redeat sermo noster unde fluxit, prædictum statutum ampliatur itidem secundò,ut puniat quoque extrahentes panem: & sic locum sortitur non solùm in extrahente farinam,verùm in portante farinam,& panem etiā extra territorium: secundùm Francisc. Marci decis.162.nume.5. & sequen. in 2.parte, & Guid. Pap.decis.373.in fi. ubi ad lucem adducit ita in curia Parlamenti Delphinalis decisum fuisse.

6 Amplificatur tertiò similiter statutum hoc, vt si inter pecunias auri,uel similes extrahi prohibitas reperiantur aliæ monetæ non vetitæ,seu prohibitę,omnes nimirùm tunc indistinctè confiscatæ absque dubio aliquo censentur: ut efficax testimonium est Guido Papæ in deci.572.Si fuerit introductum extrahere blada, post princ. vbi in medium reseraauit ita aliàs uidisse determinari,& iudicari.

7 Ampliatur etiam quartò statutum præmemoratum obtinere quoque locum,quòd si inter merces prohibitas extrahi extra territorium reperiantur mercaturæ non prohibitæ cum prohibitis, uidentur omnes merces prohibitæ & non prohibitæ publicatæ & confiscatæ, taliter quòd ratione illicitorum publicantur licita etiam: secundùm Bar.nu. 2.& Paul.Castren.in l. cùm proponas per text.ibi.C.de naut.fœno.

¶ In contrariam uerò partem inclinauit Cynus ibi, Bartol. titubanter in l. si publicanus.§. 1. nume. 2. & in l.cotem ferro.§.dominus. num. 1.ff. de publicanis & uectigalibus, Bald. in d.l. cùm proponas, & Felyn. in cap.significauit. nume.6.de Iudæis, Alexan.uerò in addit. Bartol.in dicta l.cùm proponas,nume.4. post Iacobum de Aret.uidetur affabrè distinguendo resoluere præsentem difficultatem, quòd si merces ipsæ forent mulionis, & tunc omnes publicarentur absque dubio aliquo:sed si merces essent alterius, & eo casu confiscarentur solummodò prohibitæ, & Felyn.num.6.de Iudæis. Sed casu eueniente sem per iudicarem,& consulerem secundùm opinionem Guid. Papæ in dicta decis. 572. post princ. constanter asseuerantis, quòd portans extra territorium aliquas merces prohibitas, & aliquas alias non prohibitas scienter, atque dolosè:perderet vtique tunc omnes merces ipsas prohibitas,& non prohibitas: sed cessante dolo ipso, & fraude,amitteret profectò prohibitas tantùm.

8 Ampliatur quintò antedictum statutum, uel aliud simile puniens retinentem merces in platea, vt vendicet sibi locum etiam in retinente ipsas merces in manibus, seu in banco, uel in terra,aut si eas per plateam portaret: secundùm Barrol.& Flo.in l.qui sellam de ser. rusti. prædio. & Ioan. Bertach. in tract. de gabellis in 7. parte quæst.24.

9 Amplificatur sextò antesignatum statutum, vt procedat etiam contra forenses extrahentes bladum.Nam stante statuto hoc,quòd nemo ex trahere debeat frumentum de territorio sub pœna amissionis: tunc forensis ipse extrahens vtique perderet rem, nec per hoc statutum dicitur ligare personam, sed rem, quod potest. l. an totum.C.de ædific.priuat.& ita voluit Ioan.Andr. in addit.Specul.in titu. de constitut. §.1. uersic. Pone ergò,cuius opinio communiter,& vniuersaliter tenetur, & approbatur:vt constat ex congestis authoritatibus per Ioan. Baptist. de Sancto Seue.in l.cunctos populos solio 20.C.de summa Trinitate,& fide cathol.&ex assertione Cornei consil.64.in fin.uolum.3.& Imol. in l.fina.§. licèt quis.ff. de publ.&prosequitur Brun.in trac. de stat.exclu.fœm.6.art.princ.quæst.1. Cõis opin

10 Tamen opinio ista non procederet quidem iudicio meo contra forenses ignorantes uerisimiliter ipsum statutum, ut amplè conclusum est in superiori opinione circa finem: & firmat Afflict. in constitut. homines per illum textum. numero 1. lib. 1. rubrica 10. de intrantibus Regnum, vt arma portarent, Bertr. consil. 219. non est dubium quin sententia. nume. 3. volum. 8. Ioan. Cephal. consil. 241. in causa illustrium, nume. 67. uolum. 2. & Lud. Roma. in dicto cons. 64. in fin. quia scientem, & non ignorantem statutum ipsum intendit obligari debere: ut in notabili casu consuluit Franciscus Beccius consil. 60. proponitur volum. 1. & etiam Lud. Rom. consil. 473. circa etiam consultationem, & Alex. consil. 86. visa inquisitione. nume. 6. uolum. 4. vbi in medium affert istam esse communem opinionem, cui inhaerent Socin. consil. 188. colum. pen. volum. 1. Frater Ioannes Tabiena in sua summa Tabiena in ver. Ignorantia. §. 4. in 2. part. Paris. consil. 152. in princ. volum. 4. Felyn. in cap. 1. colum. antepen. de offic. deleg. & Grammat. decis. 25. num. 3. Cōis opin.

11 Et eo magis hoc procedit vbicunque probabiliter ipse forensis ignorabat dispositionem statuti: utputa quia non diu moratus fuisset in territorio statuentium: quo quidem casu forensis in dubio praesumeretur ignorare statuta loci. vt per Gandiuum in d. tract. crimin. in titu. de rebus non portandis contra deuetum, versic. praeterea circa materiam quaero. nume. 6. Alexand. in dicto consil. 86. sub num. 6. cum alijs sequen. volum. 4. & Franc. Ripam in d. tract. de peste in titu. de praeser. remedij contra pestem in parte exordiente, deuenio nunc ad modum, & notmā vbertatis conseruandae. num. 120. & sequent. Et allegans statuti ignorantiam excusatur de aequitate: secundùm Andr. de Iser. in cap. 1. colum. 4. quae sint regalia, & Lud. Roma. consil. 491. sub num. 1. Grammat. consil. crimin. 25. vbi planum facit ita fuisse decisum in Regia camera Summariae, & Caesarem Vrsillum cum alijs aggregatis per eum in scholijs ad Afflict. in decis. 290. nume. 5. & seq. vbi ponit quomodò ignorantia debeat articulari, & probari.

¶ Si verò forensis magnam moram in territorio ipso traxisset, tunc proponendo, allegandoque ignorantiam statuti, certè non excusaretur: secundùm Petr. Bald. Cyn. in l. 1. C. de summa Trinit. Martinum Garratum consil. 15. praesupponitur in facto circa finem, & Afflict. cum alijs congestis per eum in d. constit. homines. nume. 6. & Marcum Ant. Nattam cons. 251. super nono dubio. num. 3. uol. 2.

12 Imò amplia hoc intantùm procedere, vt non solùm forensis ipse, ut supra ostensum est, sed ciuis etiam nouellus qui de nouo esset factus habitator, seu nouus subditus statuentium iustam ignorantiam ipsius statuti allegare posset, ac ei parceretur, & non esset locus aliter poenis statuti mentionati contra eum: secundùm Ludo. Roma. consil. 228. sub nume. 8. post Bald. & idem voluit idem Lud. Rom. consil. 251. nume. 3. & in singul. 73. Curt. Senior consil. 27. num. 18. & Curtius Iunior consil. 19. num. 5. Felyn. in cap. 2. post princ. de except. Ias. in l. 1. post nume. 70. C. de summa Trinitate, & Marsil. in l. qui ignorans. nume. 25. & in l. qui falsam, nume. 83. ff. de falsis, & Caesar Vrsillus in dicta decis. 290. sub nume. 5. & sic ista est communis regula, quòd constitutio, seu statutum ignorantes non liget, attestante Roma. in d. consil. 228. nu. 7. Cōis opin.

13 Et facit ad corroborationem regulae huius doctrina Iacob. Butr. Salyc. Alexan. & aliorum in l. 1. C. vt nemo priuatus, & Gandini in dicto tract. maleficiorum in titu. de rebus non portandis contra deuetum. nume. 2. concludentium ibi, quòd vbicunque statutum disponeret, quòd extrahens triticum extra territorium puniatur, & animalia super quibus frumentum ipsum fertur publicentur: tunc si animalia ipsa essent alicuius ignorantis huiusmodi extractionem, seu delictum, vtique non publicarentur, sed teneretur quippè fisco extrahens ipse ad aestimationem talium animalium. & huic opinioni accedit etiā Felyn. in dicto cap. significauit, sub nume. 6. de Iudaeis.

14 Caeterùm hoc procederet in delictis, idest ut poena euitetur allegare probabilem ignorantiam statuti, Bartol. in l. cunctos populos. nume. 21. C. de summa Trinitate, & Ias. ibi, nume. 67. & alij Doctores.

¶ Et ista statuta poenalia in delictis, an forenses complectantur ac si essent subditi statuentium, profusè, & enodatè etiam resoluit referendo utramque opinionem Corn. consil. 199. nume. 5. volum. 1.

15 Ideò ad institutum nostrum redeundo concluditur itaque quòd statuta ipsa super gabellis soluendis, ac iure doghanarum, ac super non extractione frumenti, auri, equorum, aliarumque rerum extra Regnum, uel territorium, ligant etiam forēses, nec possunt allegare ignorantiam, ut supra conclusum est ex communi opinione: & ita firmat etiam Afflict. in d. constit. homines. nume. 7. ubi testatur sic fuisse decisum, & iudicatum in Regia camera Summariae, dum ipse ibi erat praesidens contra aliquos exteros, qui fraudauerant doghanam, qui non obstante allegata ignorantia extiterunt ad poenam amissionis rerum condemnati.

16 Hocque hac ratione saltem iustificari posset. Nam licèt ignorans non ligetur constitutionibus nouis: vt in cap. fin. de constitutionibus in 6. nec decretis, vel bannis. l. fina. C. de decretis ab ord. fac. nihilominus intellige ignorantem probabiliter: secus autem si crassa, supinaque esset ignorantia: ut ibidem. Non enim est necesse singulorum inculcare auribus: vt in cap. 1. de postulation. praelator. Nec est uerisimile, nec excusabile

fabile publicatum edictum non fuisse lectum. ut in l. sed & si pupillus. §. proscribere. ff. de instit. licèt & malè Bertrandus in dicto cons. 719. sub nume. 3. volum. 8. videatur concludere, respondereque contrarium.

17 Ampliatur septimò quoque prælibatum statutum prohibens extrahere frumentum extra dominium, quòd si quis inuentus non sit portare ipsum frumentum, si tamen per testes probari posset, aut per alia huiusmodi indicia illud voluisse portare, vtique & absque dubio incideret etiam in eiusdem statuti pœnam: vt concedit Bald. in l. si fugitiuus. C. de seruis fug. & Bartol. in l. cùm præparas. C. de nau. fœno. & ita disponitur etiam in Regno mediante pragmatica, seu banno in anno 1571. promulgato, ac emanato, incipien. *Bando da parte dell'Illustrissimo, & Reuerendissimo Cardinal Gran Vela luogotenente, & Capitan Generale per sua Maestá nel presente Regno: Ben che per bandi, prouisioni, & ordini sia stato prohibito, & imposto pœna, che dalle prouincie d'Aprruzzo non si potesse per terra estrare grani fuor di Regno.* Iubentéq; quòd extrahentes frumentum extra Regnum puniantur ad triremes regias per quinquennium uiles personæ: nobiles verò ad relegarionem per decennium, etiam in itinere reperti; & quòd similiter contra eos recipi, admittique debeant etiam testes singulares.

¶ Et licèt ex dispositione ipsius regiæ pragmaticæ inuentus in uia portare vetita extra territorium puniendus sit: tamen hoc intellige cum grano salis, vbicunque inuentus confitetur delictum: secus verò si negaret, & res illas cum quibus in itinere repertus fuerit ferre ad molendinum trirurandi gratia affirmaret: tunc quippè si hoc uerisimile foret puniendus non veniret: secundùm Gandinum in dicto tracta. maleficiorum in tit. de rebus non portandis contra deuetum. num. 10.

18 Et hoc idem uidetur obtinere etiam locum contra repertum extra viam publicam. Nam secundùm Bartol. in l. 2. C. de curs. publ. lib. 12. repertus extra viam publicam habet sinistram, malamque contra se suspitionem, vt est in portante contra deuetum. per textum in l. si quis. eodem titu. quod sequitur Ioan. de Plat. asserens, quòd euntes per viam non publicam, nec consuetam habēt contra se præsumptionem. Et idē esse in eo qui ingreditur, & egreditur ciuitate aliunde quàm per portam publicam, & consuetam.

19 Et intantùm habet contra se suspitionem repertus in uia suspecta cum rebus prohibitis, ut tali casu arbitrio iudicis puniri possit: vt firmat Ioan. de Anania in c. significauit extra de Iudæis, & Marsil. cum alijs coaceruatis per eum in l. qui falsam monetam, sub num. 27. ff. ad legem Corneliam de fals.

¶ Imò non transiens per iter consuetum occasione fraudandi pedagium, uideretur fregisse pedagium ipsum: secundùm Guid. Pap. in d. decis. 572. sub num. 2.

20 Sed si staturum hoc disponeret, quòd extrahens frumentum de ciuitate, seu eius territorio puniatur pœna manus: tunc libellans, seu accusans si in libello accusatorio aliquem extraxisse frumentum poneret, pererereque puniri secundum ius commune, militaret quippè libellus ipse non obstante, quòd extrahens ipse de iure communi non puniatur, sed secundùm statuti dispositionem: vt uoluit Bal. in l. vnica. C. de confessis.

21 Quia statutum, & ius commune idem sunt. l. omnes populi. ff. de iustitia, & iure & l. cunctos populos. C. de summa Trinitate, & fide cat. c. ius ciuile. 1. distinct. & cap. 1. de constitutionibus lib. 6. siquidem ille libellus sustentatur, cùm ius municipale dicatur ius ipsius populi.

22 Et sustentatur etiam per doctrinam Abbatis Panormit. in cap. in præsentia de probarionib. vbi determinat, quòd si quid committeretur de iure, intelligeretur quoque secundum ius municipale.

*SVMMARIVM.*


1 *INGREDIENS possessionem vigore decreti inualidi incurrit pœnas statuti punientis turbātē possessionem alterius.*

2 *Missus in possessione vigore decreti iniusti posset accusari de vi turbatiua.*

3 *Immissio in possessionem nulliter facta per iudicem, est ante omnia reuocanda.*

4 *Fructus percepti iudicis authoritate, & decreto non restituuntur, etiam quòd postea appareat decretum ipsum iniquum. Quod non procedit vbicunque decretum esset nullum, vel in causa non fuisset ritè processum.*

OPINIO DCCLXVII.



1 STATVTVM disponens, seu puniens ingredientes, vel turbantes alienas possessiones, non excusat Mœuium introeuntem possessionem alienam ex decreto iudicis inualido: huiusmodi enim decretum certi iuris est non excusare Mœuium à pœna prædicti statuti simpliciter loquētis: vt per Bartol. in l. iustè possidet. ff. de acquiren. poss. cum quo sentiunt omnes communiter ibi: vt asseuerant Moder. inibi audacter, præsertimq; Socin. & Ias. num. 24. & sequen. & Doctores apostillantes Bartol. Com. opin.

2 Ideò missus in possessionem vigore antedicti decreti iniusti, posset meritò accusari de ui turbatina: secundùm Bart. consil. 91. nume. 3. & Soc. consil. 18.

3 Imò immissio ipsa in possessionem nulliter facta per iudicem est ante omnia reuocanda, nec peti potest modo aliquo confirmari, sed ut de facto processit, ita contrario imperio de facto etiã reuocari debet: ut firmauere Bald. in l. fin. nume. 22. C. de edic. Diui Adr. tollen. Ancharan. cons. 192. Alex. consil. 5. num. 4. volum. 2. Roma. sing. 773. Possessio, & ibi Nicolaus Pignola in addit. Grammat. consil. ciuili. 150. num. 17. Lud. Rom. consil. 158. circa articulum propositæ consultationis. nume. 2. cum alijs sequen. & ibi D. Horatius Mandosius fusissimè cum alijs aggregatis per eum in addit. in litera B. vbi etiam respondet contrarijs omnibus, & admittit istam esse magis communem opinionem, & Petr. Ant. Angusola quoque consil. 3. nume. 32. & sequen. lib. 4. de possessorio. *Cōis opin.*

4 Sed aduerte quòd fructus percepti authoritate iudicis, puta decreto interpositu, licèt postea appareat iniquum, non restituuntur: ut est Glo. in l. fin. C. de Carbo. edic.

¶ Quam equidem limita, ut non procedat, vbicunque non fuisset ritè processum, uel decretum esset nullum, tanquàm interpositum adiudicando bona non obligata, per l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contra tab. vt notant Doctores in d. l. fin. & Afflict. decis. 218. petita fuit assistentia num. 5.

## SVMMARIVM.

1 *STATVTVM disponens, quòd bannitus non possit reuerti ad ciuitatem, nisi habuerit pacem ab hæredibus defuncti, non comprehendit mulieres hæredes occisi: ideo in omnem euentum sufficeret bannito habere pacem à maiori parte hæredum, sed contrarium concluditur infra nu. 4.*

2 *Statutum quo cauetur licitum esse alicui vindictam sumere de eo, qui ipsum offendit valet: quia tendit ad refrenandum malitiam, & priuatum facit ministrum reipublicæ.*

3 *Statutum disponens quòd occidens occidatur à consanguineis occisi, extenditur vt tunc sit licitum ad hoc peragendum congregare amicos etiam extraneos, qui adiuuent ad interficiendum; & isti conuocati nullatenus puniuntur, sicut non punitur principalis.*

4 *Statutum disponens quòd bannitus reuerti non valeat ad ciuitatem, vel qui occidit occidatur, nisi habuerit pacem cum hæredibus occisi, comprehendit tam masculos, quàm fœminas hæredes.*

5 *Statutum, quòd occidens occidatur, interpretatur non habere locum nisi contra occidentem ex animo, & dolosè. Nã statutum cùm simpliciter loquatur, debet interpretari secundùm ius commune.*

## OPINIO DCCLXVIII.

1 STATVTVM disponẽs, quòd bannitus non possit reuerti ad ciuitatẽ, vel quòd occidit occidatur, nisi habuerit pacẽ ab hæredibus defuncti: tũc in isto statuto non comprehenduntur mulieres hæredes occisi: ideo secundùm Doct. sufficeret in omnem euentum bannito habere pacem à maiori parte hæredum. ita voluit Bart. Marian. Socin. nume. 270. & alij Doct. in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig. quorum quidem opinio communiter approbatur ab omnibus: vt per Pau. de Cast. in l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig. Boer. in decis. 121. nu. 2. & seq. & Moder. in d. §. Cato, ubi reprobant cæteras quinq; opiniones, quæ in hoc art. reperiũtur. *Cōis opin.*

2 Et nota, quòd præfatum statutum, quo cauetur licitum esse alicui vindictam sumere de eo, qui ipsum offendit, valet & tenet: secundùm Iacob. Butrig. & Pau. Cast. in l. refectionis, per illum text. ff. commun. præd. quia tendit ad refrenandum maleficia, & quia priuatum facit ministrũ Reipublicæ. l. 1. C. quomodò lice. sine iud. se vẽd.

3 Imò Doct. in dicta l. refectionis, extendunt hoc dictum, quòd in isto casu licitum sit congregare amicos etiam extraneos, qui illũ adiuuent; & isti conuocati non puniuntur, sicut nec principalis. & allegãt Glo. in l. cùm fundus. ff. de ui, & ui arm. & idem tenuit Bald. in cap. fin. colum. 2. de iure calum. qui secundùm eum, quando conceditur, quòd aliquid impunè fiat, videtur semper concessũ, ut illud fieri possit conuocatis amicis & familiaribus. l. si stipulatus fuero per te non fieri. ff. de uerbor. obliga. & idem tenet Cæpol. in tract. de seruit. urban. prædio. fol. 23. ubi asserit, quòd ita obtinuit in Ciuitate Veronæ: & sequitur Ias. in l. 1. §. fin. ff. de noui oper. nunc.

4 Fallit, ac claudicat dictum statutum, quando loqueretur in numero plurali, ut puta: dicit statutum bannitum non posse reuerti ad ciuitatem, nisi pacem habuerit cum hæredibus occisi: tunc enim comprehendit tam masculos hæredes, quàm fœminas: secundùm Bart. in l. si filius qui patri, in vltima q. ff. de vulg. & pupill. subst.

¶ Et hoc non solum procedit de iure statutario & municipali, sed etiam de iure cõmuni omnibus hæredibus etiam fœminis competit ius vindicandi defuncti necem. l. sororem. C. de his quib. ut indig. & l. fœmina. C. ad Turp. & not. omnes Doct. in d. §. Cato, præsertimq; Ias. nu. 59. vbi ait hanc esse cõem opinionem, & Ruinus ibid. n. 20. in 2. lect. & Pontanus Perusinus, nu. 70. & seq. *Cōis opin.*

¶ Sed ista est potius cõtraria opinio primę sententiæ relatę, quam aliter limitatio, atq; eidẽ inhæret approbando, & citando communem Fely. in c. cùm omnes in 7. fallen. de const. Cagn. in l. 1. nu. 10. cum duobus seq. ff. de reg. iur. & Vasq. in tract. de success. resolut. lib. 1. §. 3. nu. 49. & seq.

5 Et præfatum statutum simpliciter disponens, quòd occidens occidatur, interpretatur & limitatur secundo loco non incurrere pœnam statuti, nisi qui ex animo, & dolosè occiderit; & sic statutum, licèt simpliciter loquatur, debet declarari secundùm ius commune: vt in c. cùm dilectus, de consuet. & ibi Doct. & tradit Cald. cons. 9. in tit. de constit. quicquid disputetur. (or ne. cons. 1. pro decisione, in cons. 10. consideratis. col. 2. uol. 3. & Bal. hoc latè declarat, in l. data opera. colum. 3. uers. Item si statutum. C. qui accusare non possunt. Et dicit magnum uerbum Paul. de Cast. in l. & si seuerior. C. ex quib. causis infa. irroga. quòd per hoc liberauit quẽdam, qui proijciendo saxum hominem interfecerat casu, & prçter propositum suum: licèt in loco extaret statutum, de quo supra. & determinat idem Paulus de Cast. cons. 377. in causa incarceratorum, in princ. uol. 2. secundùm nouam impressionem, & Dec. cons. 9. per totum, ubi plurima ad propositum reperies. idem uoluit Cardi. in c. lator, ubi idem dicit Fely. ext. de homicid. Barba. cons. 40. illud adduco. col. fin. uol. 2. Alex. consil. 140. videtur in casu ꝓposito. col. 2. lib. 2. & Ias. in l. prima. ff. de legib.

## SVMMARIVM.

1 *STATVTVM disponens, quòd tertia pars bonorum occidentis applicetur hçredibus occisi, tũc si monachus occidatur filij sui legitimi, & naturales, quos ante ingressum procreauerat, deberent illam tertiam partem habere, non autem monasterium.*

## OPINIO DCCLXIX.

1 STATVTVM disponens tertiam partem bonorum homicidæ ad hæredes interfecti peruenire, & monachus fuerit occisus, tertia pars ipsa bonorũ, secundùm communem opinionem peruenit ad filios monachi legitimos ante monasterij ingressum susceptos, non ad monasterium: vt firmauerunt Ant. But. Aret. Andr. Barb. Fely. Paris. & Marcus Mantua num. 60. in c. in prçsentia de probat. Ioan. Palagareñ. cons. 174. inter consilia Federici de Senis, & Boer. decis. 121. in quibus quidem locis omnes prælibati Doct. admittunt istam fore communem scholam, & decisionem Scribentium.

Cõis opin.

¶ In contrariam uerò partem uidelicet monasterio, non autem filio naturali in sæculo nato, & relicto antedicta bona uigore ipsius statuti acquiri debere, inclinauerunt Feder. de Senis cons. 34. Ro. sing. 456. statutũ Vrbis veteris, Aug. Berous in d. c. in præsentia. nu. 473. & Alcia. in l. 4. §. Cato. col. fi. ff. de uer. obli. ubi inaduertenter admonet istorum opinionem cõmunem esse.

Cõis opin.

## SVMMARIVM.

1 *STATVTVM disponens, quòd bannitus possit impunè occidi ualet.*

2 *Statutum, quòd bannitus ualeat impunè occidi, dicitur fauorabile, quia ob bonum publicum uidetur inductum.*

3 *Statutum, quod bannitus possit impunè occidi ualet etiam in foro animæ.*

4 *Statutum disponens quòd bannitus ualeat impunè occidi, potest premiare occidentem bannitum ipsum, quamuis de se homicidium sit malum: & sic cum bona conscientia, & licitè occidens potest premium consequi promissum, dummodò bannitus occidatur in territorio statuentis.*

5 *Occidens bannitum statuto permittente, licèt non teneatur, nec puniatur aliqua pœna corporali, vel pecuniaria: tamen efficitur infamis, adeò quòd in facto graui non potest esse testis sine tortura.*

6 *Statutum disponens, quòd bannitus possit impunè offendi, vtrum possit impunè occidi remissiuè.*

7 *Occidens bannitum uigore statuti non tenetur de pace aliàs facta, & conuenta cum eo, etiam si fuerit iurata.*

8 *Filius potest patrem bannitum occidere impunè uigore statuti: & similiter pater occidens filium bannitum, & vasallus dominum non debet puniri. Nam bannitus est transfuga, & hostis Ciuitatis.*

9 *Bannitus licèt protestetur volenti ipsum occidere, vt nullam sibi inferat contumeliam, vel iniuriam, ex quo fuit absolutus, nisi statim faceret fidem de restitutione, uel absolutione sibi facta à suo iudice, posset impunè offendi.*

10 *Statutum permittens aliquem impunè ocidi, intelligitur permittere illum uerberari, & iniuria affici.*

11 *Statutum disponens, quò l bannitus possit impunè occidi generaliter intelligitur, siue quis occidat per se, siue per alium data pecunia.*

12 *Statutum de bannitis occidendis intelligitur solùm ex ueris probationibus delicti, non autem de bannitis per contumaciam. Nam bannitus propter contumaciam non intelligitur bannitus ex maleficio.*

13 *Bannitum ex forma statuti unusquisque de populo in iudicio potest defendere, & opponere nullitates, ac alia defensionis genera, & comparenti obijci nequit, quòd sua non interest.*

14 *Statutum, quòd bannitus in centum possit impunè occidi, non comprehendit bannitum ex duabus causis in quinquaginta pro qualibet: quia cùm materia sit odiosa non debet fieri cumulatio ad hoc vt dicatur bannitus in centum.*

15 *Statutum de occidendis bannitis non comprehendit bannitos carceratos, & captos per iudicem in manibus ipsius iudicis.*

16 *Statutum permittens bannitum posse impunè occidi habet locum in legitimè riteque bannito. Nam occidens non ritè bannitum non iuuaretur dicto statuto.*

17 *Occidens non ritè bannitum punitur ordinariè si haberet notitiam huius nullitatis; aliàs tanquàm culpabilis est puniendus arbitrio iudicantis.*

18 *Statutum*

18 *Statutum dans præmium occidenti bannitum non comprehendit occidentem eum se defendendo: quia hoc non facit principaliter, vt occideret bannitum, sed vt se defenderet.*

19 *Statutum loquens de bannito non procedit in bannita, & sic in muliere prægnante; & illam occidens, licèt ignoret prægnantem esse, tenetur de homicidio: quia hoc cogitare debuit, etiam si partus sit adulterinus, vel in carcere conceptus: & licèt sit prægnans decem, uel viginti dierum tantùm, quia licèt non sit anima, tamen est spes.*

20 *Statutum, quòd bannitus possit impunè occidi, nō habet locum in uxore interficiente maritum, quę puniri debet non obstante tali statuto: quia mulier eum non debet offendere, quem tenetur alere, atque defendere.*

21 *Statutum de bannitis occidendis non habet locum extra territorium statuentium; & occidens non tuuatur tali statuto, nec est immunis à pœna homicidij, sed à Principe illius territorij debet pro huiusmodi homicidio capitaliter puniri.*

22 *Bannitus extra territorium statuentis capi non potest, & captus debet relaxari tanquàm illegitimè captus.*

23 *Statutum statuens premium occidenti bannitum, seu rebellem ubique, & consequenter extra territorium statuentis non excusat occisorem à pœna mortis: & tale statutum reputatur iniustum, & statuentes mortaliter peccant.*

24 *Bannitus ob homicidium ab una ciuitate ecclesiæ censetur bannitus ab vniuerso territorio ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiecto.*

25 *Occidens bannitum extra territorium statuentium, licèt non euitet pœnam homicidij, & peccatum mortale: tamen consequi potest præmium sibi in banno pollicitum.*

26 *Statutum, quòd bannitus impunè occidi possit, extenditur vt habeat locum etiam extra territorium statuentis in locis cum Principe banniente confederatis durante confederatione, secus uerò si interficeretur bannitus in ipsis locis confederatis expirata confederatione.*

27 *Statutum, seu bannum, quòd bannitus pro crimine lesæ maiestatis possit occidi extra territorium bannientis ualet, & tenet.*

28 *Bannitus sicut offendi potest uigore statuti in persona, ita etiam in rebus suis vexatio, seu molestia per vim, & uiolentiam permissa est inferri.*

29 *Bannitum interficiens uigore statuti, statim & incontinenti eum spoliare posset.*

## OPINIO DCCLXX.

1 STATVTVM disponens, quòd bannitus possit impunè occidi ualet & tenet de iure: ut per Io. And. in addit. Specul. in tit. de constit. §. 1. col. penult. Host. in c. 1. eod. ti. Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure, & in l. ex hoc iure, in 2. q. 3. q. prin. ff. de iust. & iu. & in l. vt vim eod. tit. & Canonistæ omnes cōiter, in c. q. in ecclesiarū, de cōst. Marsil. in l. 1. col. 8. uers. Et tale statutū. ff. de sicar. cons. 73. num. 75. & cons. 32. num. 2. & in sua pract. crimi. in §. aggredior. num. 1. Gozad. cōs. 61. & Dec. cons. 327. sub num. 3. ubi affirmat istam esse cōmunem opinionem. *Cōis opin.*

2 Et ratio istius statuti uidetur ista: quia dicitur fauorabile ex eo, quòd ob bonum publicum uidetur inductum. l. 2. vbi Bar. & alij. C. quando liceat sine iud. se uind. Bar. in d. l. omnes populi. q. 2. 3. q. princ. Ias. cons. 133. colum. pen. lib. 1. & in l. ubi pactum. colum. 5. C. de transact. Bal. cons. 491. post medium lib. 3. & Moder. in d. c. quæ in ecclesiarum, & Dec. d. consil. 327. numero 3. in fine.

3 Et intantùm hoc statutum ualet, vt etiam in foro animæ, & apud Deum ualeat: vt dicit Alex. in l. si plagij in princ. ff. de uerb. obliga. & Petrus Duennas, in regula. 68. limit. 2. cum aliis per eū ibi latè congestis, per ea quæ uoluit Alberic. in tract. statut. 4. par. q. 19.

4 Imò huiusmodi statutum potest præmiare occidētem bannitum, quamuis de se homicidiū sit malum; & consequenter occidens ipse licitè, & cùm bona conscientia posset præmium promissum per statutum accipere, dummodò bannitus occidatur in territorio Principis statuentis: secundùm Host. & alios omnes in c. fin. de consuet. Soc. cons. 157. pręsens consultatio in princ. uol. 2. cum aliis congestis per Dec. in d. c. quæ in ecclesiarum. num. 54. & seq. ubi attestatur hanc esse communem opinionem, & in d. consil. quoque. 327. sub num. 3. & Ioan. Baptista Ferrettus etiam cons. 330. Princeps. num. 1. vol. 2. Et ratio istius conclusionis uidetur ista: quia non potest extimari quantùm intersit liberam esse prouinciam à malis hominibus. l. congruit. ff. de offic. præsidis. *Cōis opin.*

5 Et licèt occidens bannitum (ad institutum redeundo) statuto permittente non puniatur aliqua pœna corporali uel pecuniaria; nihilominus est infamis: vt per Bal. in l. decuriones, circa fin. C. quibus ex causis infami. irrog. quem sequitur & refert Marsil. cons. 9. nu. 39. & in l. lege Cornelia. num. 74. ff. de sicar. adeò quòd in facto graui non potest esse testis absque tortura: secundùm Bal. in auth. si dicatur. colum. fin. C. de testib.

6 Et casu quo dictum statutum loqueretur, quòd bannitus possit impunè offendi, utrùm possit impunè occidi. hanc quæstionem latè disputat, & resoluit Nellus in tract. de bannitis, in 2. part. numero 1. & 8.

7 Sed præfatum statutum sic declaratum, ampliatur primò habere locum si occidens promisisset sub pœna vallata iuramento ante bannum non offendere: vt puta Titius erat Mœuio inimicus, fecit pacem cum eo cum promissione, & iuramento de non offendendo; nihilominus vigore istius statuti de occidendo, non obstante promissione

promißione Titius poterit Mœuium impunè occidere: nec tenetur pœna conuenta. vt per Bald. in l. 2. C. quando liceat unicui. sine iud. se vind. vbi Alex. in apostil. in l. qui seruum. ff. de uerbor. oblig. Ancha. & Barba. numc. 162. in c. cùm M. Ferratiensis, de constit. & Ripa in repet. l. fin. C. de reuoc. dona. num. 86. ubi ait hanc esse cõmunem opinionem. & Alex. in l. qui insulam. num. 2. post medium. ff. de uerb. oblig. Berous uerò, in d. c. quæ in ecclesiarum. num. 123. & seq. per pulcherrimas, & subtiles rationes conatur suadere contrarium: tamen quicquid ipse dicat non ob hoc discedo à communi opinione.

Cõis opin.

8 Ampliatur secundò præfatum statutum, quod occidens patrem, filium, fratrem, uel dominum bannitum non debet puniri, uel aliqua pœna affici: vt uoluit Bart. & Alex. ibi in add. in l. si adulterium cum incestu. §. liberto. ff. de adult. Saly. in l. unica. C. de his qui paren. uel lib. & arg. eorum Abb. consi. 104. lib. 1. Imol. in l. triticum, propè fi. ff. de uerb. oblig. Fely. in d. c. quæ in ecclesiarum. num. 5. Petrus Duennas in reg. 68. num. 8. cum aliis latè ibi congestis per eum, & nouissimè August. Berous, in memorato c. quæ in ecclesiarum. num. 14. ubi respondet contrariis, & audacter asseuerat hanc esse magis communem opinionem.

Cõis opin.

¶ Et ratio dictæ communis opinionis uidetur ista, quia bannitus est transfuga, & hostis ciuitatis. l. amißione. §. 1. ff. de capit. dimin. & in l. 1. ff. ad leg. Cornel. de sica. & not. Bar. in l. vt vim, & in l. omnes populi. col. 13. ff. de iust. & iure, Florian. in l. binas ædes. ff. de seru. rust. præd. & Mod. in d. c. quæ in ecclesiarum. quamuis contrariũ teneat Ruinus post alios ibi relatos per eum, consi. 4. num. 7. uol. 5. uidelicet, quòd filius patrem bãnitum propter reuerentiam occidere non posit vigore dicti statuti, & Follerius in suis commentariis ad pragmaticam editam per Illustris. & Reueren. Card. Paceccum de contumacibus nõ comparentibus infra decem dies &c. num. 13. & Marsil. in repet. l. unicæ. num. 232. C. de rapt. uirg. & Franciscus Marci decis. 426. numero 1, in 1. par.

9 Ampliatur tertiò præfatum statutum intantùm procedere, quòd si quis uellet interficere bãnitum uigore statuti, & bannitus protestatur in sultanti, uel se offendere uolenti, vt nulla sibi inferatur contumelia uel iniuria, ex quo fuit absolutus: tunc protestans, nisi statim faceret fidem de restitutione vel absolutione sibi facta à suo iudice, posset impunè offendi: secundùm theoricã Bar. in l. non solùm. §. morte. ff. de noui. op. nunc. communiter approbatam ibi à Scriben. & in c. cùm M. de constit. vt attestatur Ripa ibi nu. 176.

Cõis opin.

10 Ampliatur quartò allegatum statutum per mittens aliquem impunè occidi, quòd intelligatur permittere illum uerberari ac iniuria affici: secundùm Bar. in l. nec in ea. ff. de adult. Bal. in l. 2. C. de exhi. reis, in l. si quis nõ dicam rapere. in princ. C. de episc. & cler. in l. pen. C. de priu. carc. in l. 3. ff. de adimen. leg. & in l. in suis, & ibi Ang. & Imol. ff. de lib. & posth. Io. And. in add. Specul. in tit. de consuet. §. 1. in fin. Aut. in cap. fin. de consuet. in 1. fallen. & Imol. in l si uerò. §. de uiro. ff. sol. matr. quos sequitur & refert Alex. in d. l. nec in ea.

¶ Hinc est, quòd dicebat Glos. in l. 2. C. de patrib. qui fil. dist. quòd si pater potest filium uendere, à fortiori illum pignori dare poterit: quam ibidem sequitur Azo. in summa.

11 Ampliatur quintò hoc statutum permittẽs generaliter bannitum occidi, quod generaliter debet intelligi siue quis occidat per se, siue per alium, etiam data pecunia: ut uoluit Bal. consil. 401. ad euidentiam dicendorum, col. fi. uol. 1. & Deci. in d. cons. 327. num. 5.

¶ Imò concludit etiam Bald. in l. Gracchus. C. de adulter. per textum ibi, quòd stante statuto, quòd bannitus pro certo crimine non posit occidi, nisi à suo inimico, quòd tũc inimicus posset utique alteri mandare similiter, quòd illum assasinaret, & mandatarius nempè non puniretur: quia quod licitum fuit in persona mandantis, reputatur itidem licitũ in psona mãdatarij.

12 Limitatur primum istud statutum ita, & taliter ampliatum, intelligi solummodò de bannitis ex ueris probationibus delicti, non autem de bannitis per contumaciam: secundùm Bal. Ioã. de Imol. & l. si mora. ff. sol. matr. Alberi. in tract. statut. in 1. par. q. 52. Sed hic quæro &c. & dictũ sequitur etiam Alexã. in l. omne delictum, circa princ. ff. de re iud. Marsil. cons. 82. num. 11. cons. 10. num. 8. & 12. & in l. infans. num. 24. ff. ad leg. Corn. de sicar. post nonnullos alios Doct. ibi per eum relatos, & Berous, in d. c. quę in ecclesiarũ. num. 117. & Alex. per pulcherrimas rationes in d. l. si mora. num. 13. inquiens ibi hanc esse magis communem opinionem, quòd bãnitus propter contumaciam non intelligatur ex maleficio bãnitus. & sequitur etiam consulendo, & citat Hierony. Albanus. cons. 8. doleo quòd causa uiduæ mortalis. num. 27. quia contumacia non est maleficium ac delictum: vt scripsimus in Opin. Testis uocatus & citatus, in fin. Cõis opin.

13 Hisque occurrit pro maiori declaratione pręcitati statuti, quòd unusquisque de populo in iudicio posset comparere, & dictum bannitum etiam defendere, ac tueri per remedium nullitatis; huicque taliter comparẽti obiici non posset, quòd sua non interesset, per doctrinam singularem Bart. num. 10. quam ibi sequitur Ang. Saly. Fulgo. & Paul. de Cast. num. 9. in l. ubi pactũ. C. de transact. Bal. in l. decurionum. C. de infa. Ab. in c. illa, de accusat. cum aliis de quibus per Fely. in c. cùm super. col. 5. uers. Non solùm pro interesse. & c. num. 14. de sent. & re iud. & Marsil. in l. si quis, ne quęstio. uersic. Reperio etiam. num. 125. ff. de quæst.

14 Limitatur secundò, quòd si statuto cauetur banni-

bannitum in centum posse impunè occidi: tunc si quis reperiatur bannitus in vna causa in quinquaginta, & in alia causa in aliis quinquaginta, non debet fieri hoc casu cumulatio, ut dicatur bannitus in centum: quoniam ista est materia odiosa.l.ubi fideiussor, ubi hoc omnes Doct. tenent, & firmant.ff.de solut.Barba.in c. licèt. numero 45.& seq.de foro compet.& Ias.in l.si idem cùm eodem.ff.de iurisd. omn.iud. ubi planè deducunt hanc esse communem opinionem. Cõis opin.

15 Limitatur tertiò præfatum statutum, quòd carcerati, seu capti per iudicem in manibus ipsius iudicis occidi non possunt, stante isto statuto, quòd possint impunè occidi: secundùm Bart. in l.in laqueum.ff.de acq. rer. do. & probatur in l.fin.C.de cult. reorum, & firmat Marsil. singul. 150.accessus ad meretrices, & in l.1.num.8.circa fin.ff.de sicar.& Michael Cifuentes in commentariis super leges Tauri in l.76.col. 1.uers. Septimò dubitatur.

16 Limitatur quartò præmissum statutum permittens bannitum posse impunè occidi, habere locum in legitimè, ac ritè bannito, non autem in bannitis contra normam, formamuè à iure traditam.l.non putauit. §. non quæuis, & ibi Bar.ff.de contratab.& l.4.§. condemnatum. ff.de re iudic. & ita consuluit Hierony. Albanus in d.cons.8. nu.22.cum aliis seq. Et iste occidēs non ritè bannitum non iuuatetur dicto statuto: secundùm Canonistas, in dicto. capitulo, quę in ecclesiarum, & Legistas omnes communiter post Bar.in l.3.§.si seruus.ff.de acquir. poss. & in d.§.non quæuis, eum aliis abundè congestis per Marsil.consil.110.num.10.15.cum aliis seq.vbi ait hanc esse communem opinionem. & Alexā. cons.77.visis dubitationibus.num. 5.6.7.& 10. uol.3.& D.Iulius Clarus in pract. crim.in §. Homicidium.uers.Maior est dubitatio, quando bannum est nullum.colum.antepen.fol.31. ubi citat huuc locum, & opinionem meam, & asserit animo contemnendi, Marsilium per me ubi supra cons. 110.allegatum non dicere hoc in libro suo: tamen eum rogo ad excutiendum puluerem de ipso libro: quia Marsilius citatus quippè per me fideliter, dicet hoc sibi literis arcus triumphalis. Cõis opin.

17 Imò occidens bannitum, qui fuerat nulliter bannitus, non excusabitur quominùs puniatur ordinariè: uidelicet si taliter occidens haberet notitiam huiusmodi nullitatis; aliàs eum diligētia perquirere, & se informare debuisset, tanquā culpabilis iudicantis arbitrio plectendus erit: iuxta communem theoricam Scriben. de qua, per Alex.cons.77.uisis,colum. 1.lib.3. post Bart. Bal.& alios,in l.non putauit.§.quæuis.ff.de contratab.& in l.fin.ff.de adult.& Bal.in l.ex morte. ad leg. Aquil.Doct.maximè Ias.in l.4.§. condemnatum.col.fin.ff. de re iud.cum aliis, de quibus per Dec.cons.482.num. 10. per Bald. in l.1.C.de pœn.& in add.Specul.in tit.de cita.col.4.uersic. Non ualet, Alexan.cons.114.num.4.lib.1.& consilio 160.lib.7.& Fely.in d.c.quę in ecclesiarum. columna 2. Cõis opin.

18 Limitatur quintò dictum statutum dans pręmium occidenti bannitum non comprehendere occidentem eum se defendendo ac tuendo: quoniam non facit principaliter vt occideret bānitum, uerùm ut se defenderet: vt voluit Bar. per illum tex.in argumentum, in l.si quis in graui.§. vtrùm.ff.ad Syllan. & in l.nulla macula, similiter per illum tex.C.de delatorib.lib. 10. ubi hoc idem tenet Alex.sequendo Bart.& Roma.in d.§. vtrum.& Michael Cifuētes in d.l.Tauri. 76. post principium.

19 Choarctatur istud statutum sexto loco loquens de bannito non procedere in bannita, & sic in muliere: secundùm Ioan.de Ana.in c.intelleximus de his qui fil.occid. Bal. in l.Imperator. la 2.ff.de stat.hom.Ang.cons.67.primum, Alex. cons.28.praclarè.uol.3.& Dec.in l.fœminæ.numero 83. de reg. iu. Quod procedit in fœmina dum est prægnans: secundùm Marsil.in pract.crimi.in §.nunc uidendum.num.50.& Petrū Duenas, in reg.48.num.7. cum aliis ibi per eum congestis. Et animaduerte, quòd si quis interficiat mulierem bannitam, quæ ex præallegati statuti dispositione impunè iuterfici potuisset, & ea prægnans fuisset, ille de homicidio tenetur, & punitur, licèt prægnantem fore ignorauerit: quia de hoc cogitare debuit: secundùm Bal.in l.Imperatores,in 1.lect.ff.de stat.hom.quem sequitur Saly.in l. quoniā.C. ad leg.Iul. de vi pub. & Nellus de Sancto Gemin.in tract.de bannitis, in 2. par. 2.temp.q.45.

¶ Et illud, quod supra docuimus, mulierem bannitam prægnantem non posse occidi, probatur ista ratione: secundùm Bal.& Ioā.de Ana. in locis supra relatis: quia grauissimum facinus cōmittit, qui prægnantem occidit. Et prædicta procedunt, secundum eos, etiam si partus sit adulterinus, uel in carcere conceptus. Et procedunt etiam si esset mulier prægnans decem, uel viginti dierum tantùm: quia licèt non sit anima, tamen est spes.

¶ Sed aduerte, quòd si mulier bannita posset occidi: à fortiori tunc valeret adulterari etiam: cùm homicidium sit maius, quàm adulterium. c.si quid uerius. 33. q. 2. & ita firmauit Nellus in tract. suo bannitorum in 2.part. 2. temporis quæstio.46.

¶ In contrariam uerò sententiam inclinauit Bal.in l.fin.C.si contra ius, uel util.pub. & Dec. in c.quę in ecclesiarum.col.7.uer.Et ideò refert. de constit.ubi dilucidè admonet istam opinionē contra Nellum communem esse: quam sequitur etiam, & citat Iulius Clarus in pract.crim. in §. homicidium.lib.5.fol.30.uers. Sed an stante huiusmodi statuto, si mulier bannita. Cõis opin.

20 Interpretatur septimò antedictum statutū in vxore interficiente maritum, quæ puniri deberet, non obstante statuto ipso prębente licentiam

tiam cuicunque occidendi bannitum impunè: quia mulier eum non debet offendere, quem tenetur alere, & defendere: secundùm Cępol. consil. 5. casus talis est.

21 Limitatur octauò prędictum statutum non habere locum, nec extendere uires suas extra territorium statuentium; & sic occidens bannitum extra territorium eorum, non iuuabitur tali statuto, nec erit immunis à pœna homicidij, sed à Principe illius territorij deberet pro tali homicidio capitaliter puniri: secundùm Io. Bapt. Ferret. in d. consil. 330. num. 3. & seq. uol. 2. & Ias. in l. fin. col. 1. ff. de iurisd. omn. iud. post Ioan. de Imol. in Clemen. pastoralis, col. 4. de iureiur. & Ancha. in c. canonum statuta, de constit. char. 17. uer. Tertiò principaliter. & hoc tenet & optimè probat Ruinus cons. 84. num. 1. 4. & 6. vol. 4. Marsil. consil. 121. num. 2. & seq. licèt ipse in sing. 294. Odia restringi, & cons. 32. & in pract. crim. in §. aggredior. num. 21. & in l. eiusdem. §. transfugas. numero 3. ff. ad leg. Corn. de sicar. in præmemoratis locis dicat post Bal. cons. 434. præmittendum est ad euidentiam &c. lib. 5. & in multis aliis locis, quòd statutum prębens occidenti bannitum præmium, comprehendat etiam interficientem talē bannitum extra statuentis territoriū. & huic sententię inheret etiam Thobias Nonius cons. 98. sub num. 7. & seq.

22 Mihi verò magis placet prima opinio, tanquàm melioribus rationibus, & pluribus, ac ferè grauioribus authoritatibus uallata; quam quidem hac potissimum ratione comprobo, quòd bannitus non solùm extra territorium impunè occidi nequit, uerùm etiam nec capi potest: quia bannitus extra territorium statuentis captus debet relaxari, cū sit illegitimè captus: vt per Bal. in auth. Item nulla communitas, in fin. C. de episco. & cler. Nellum in tract. de bannitis, in 2. par. 2. temporis, in q. 30. & Ias. in l. ubi pactum, col. 6. C. de pactis.

23 Comprobo etiam altera ratione; quia si statutum ipsum in fortioribus terminis, statueret præmium occidenti rebellem bannitum, uel hostem ciuitatis ubique, & sic extra territorium statuentis: tunc non excusaret ipsum occisorem, vt si occisor ex huiusmodi statuto, seu publico edicto caperetur extra territorium statuentis, & in loco cōmissi homicidij, iustè puniri posset vt homicida: vt optime firmat S. Ant. Archiepis. Floren. in sua summa in 1. par. tit. 7. c. 8. de homicidio. col. 7. & seq. uers. Sed nunquid licet cuilibet occidere, ubi appellat etiam tale statutum iniustum, & ait quòd illud statuētes mortaliter peccarent.

24 Benè uerum tamen est, quòd bannitus ob homicidium ab una ciuitate ecclesiæ, censetur ex bullis Pontif. bannitus ab uniuerso territorio ecclesiæ mediatè, uel immediatè subiecto. & ita consuluit in terminis Thobias Nonius in d. cons. 98. num. 6. & seq.

25 Et quamuis occidens bannitum in territorio alieno non euitet pœnam homicidij, nec peccatum; nihilominùs mereretur præmium statutum, & pollicitum in banno: vt uoluit Bal. cons. 434 præmittendum est uol. 5.

26 Sed vbicunque bannitus occideretur in locis, seu ciuitatibus cum Principe banniente confœderatis durante confœderatione: tunc hoc statutum extenderet quippè uires suas extra territorium bannientium, & consequenter in mentionatis locis confœderatis: secus autem si interficeretur bannitus in ipsis locis confœderatis expirata confœderatione: vt ita distinguēdo uoluerunt Bar. Alberi. & alij in l. non dubito, per illum text. ff. de capt. & Ioan. Bapt. Ferrettus in d. cōsil. 330. num. 2. vol. 2. vbi deducit istam esse communem distinctionem, & opinionem. *Cōis opin.*

27 Et ibi respondendo concludit etiam num. 5. & seq. quòd in crimine læsę maiestatis ualeat bānum, seu statutum, quòd extra territorium bannientis occidi possit reus bannitus.

28 Limitatur nonò memoratum statutum, quòd licèt bannitus ipse in persona offendi possit; nihilominùs in rebus suis aliqua molestia quantumuis minima inferri nequiret, & consequenter in bonis offendi non posset: ut doctissimè firmauit, & probauit Illustrissimus D. Hierony. Albanus Cardinalis in d. cons. 8. num. 29. cum aliis seq. cōtra Ias. & sequaces in l. 1. C. de hæred. instit. contrarium asseuerantes.

¶ Sed tamen in contrariam sententiam reperio inclinasse communem scholam omniū Doctorum, ut si statutum permittat impunè bannitum offendi, eius etiam res auferri possint. l. 1. §. quod prætor. ff. de aleatorib. Bar. in l. nec in ea. ff. ad legem Iul. de adult. Ang. Pau. de Cast. & Alex. in l. in suis. ff. de lib. & posthu. Ant. Trigo. singul. 42. Bald in c. in literis. col. 1. de restit. spol. & in l. fin. C. si contra ius, uel vtil. public. & in l. 3. C. si penden. appel. mors inter. & Ias. & Dec. in l. vt vim. ff. de iust. & iure. *Cōis opin.*

29 Imò etiam si statutum impunè bannitum offendi permittat, eum interficiens statim, & cōtinenter spoliare poterit: secundùm August. Arimi. in add. ad Ang. in tract. malefi. in uer. Et ue stem cœlestem add. 1 Hierony. Eutig. in l. lecta. ff. si cert. pet. Marsil. cons. 90. Albert. Brun. in repert. suo in uer. Stante statuto, quòd bānitus possit impunè offendi, Ant. Trigo. in d. sing. 42. Fely. in c quæ in ecclesiarum. col. 3. de constit. & Dec. in d. l. vt uim.

## SVMMARIVM.

1 STATVTVM, quòd pater teneatur soluere pro filio condēnationē usq; ad legitimā. uel quòd pater teneatur soluere legitimam pro delicto filij ualet, et tenet.

2 Pater de iure communi, stante condemnatione filij ad pœnam pecuniariam, non tenetur ad pœnam ipsam ratione

*tione legitimæ: quia filius non habet ius in legitima ui uente patre.*

3 *Statutum disponens, quòd pater teneatur soluere legitimam pro delicto filij, non habet locum in nepote: quia statutum hoc continet odium irrationale; Vndè sequitur, quòd appellatione filiorum non ueniunt nepotes, vt discurritur, & concluditur etiam infra sub numero 6.*

4 *Extensio non fit in pœnalibus per identitatem rationis, quando constitutio pœnalis odium irrationale contineret.*

5 *L. quisquis. C. ad legem Iuliam maiest. ubi filij puniuntur ob delictum parentis, non extenditur ad filias: quia continet odium irrationale.*

6 *Pater punitur ob crimen læsæ maiestatis commissum per filium.*

7 *Statutum, quòd pater pro delicto filii teneatur soluere legitimam, habet locum quando delictum foret commissum in territorio statuentium, aliàs secus.*

8 *Statutum, quòd pater teneatur soluere pro crimine filij legitimam, non procedit in filio pupillo committente delictum.*

9 *Statutum, quòd pater teneatur soluere legitimam pro delictis filij, non habet locum quando filius esset condemnatus propter contumaciam.*

10 *Statutum, quòd pater teneatur assignare legitimam fisco pro filio delinquente procedit quo ad patres ciues, non autem quò ad patres forenses.*

11 *Statutum imponens patri, uel auo pœnam pecuniariam pro delicto filij, uel nepotis ualet, & substinetur.*

12 *Statutum, quòd unus teneatur pro alio tenet.*

13 *Statutum, quòd unus teneatur pro alio ita demum ualet, si superesset causa legitima, sicut quando pater obligatur pro delicto filij, vt quis retrahatur à delicto, quamuis non subsit culpa patris.*

14 *Statutum disponens, quòd unus teneatur pro alio non procederet, quando disponeret, quòd quis corporaliter puniatur pro alio.*

15 *Pater soluens pro redemptione filij legitimam fisco ex forma statuti ipsum obligãtis, non cogeretur illam in testamento relinquere, nec per consequens tenetur ad assignandam aliam, secus si uoluntariè.*

16 *Pater soluens condemnationem pro delicto filij præsumitur in dubio soluere de bonis fi[lij], & non de suis, quotiescunque habet bona aduentitia & materna, & illud computabitur in partem ipsi filio.*

## OPINIO DCCLXXI.



1 STATVTVM disponens, quòd pater teneatur soluere pro filio condemnationem usque ad legitimam, uel pater teneatur soluere legitimam pro delicto filij ualet & tenet: secundùm Alex. in l. lex Cornel num. 8. ff. de vulg. & pupil. subst. & ista est communis opinio, & obseruatur in practica: vt attestatur Marsil. sing. 362. Statutum ualens, & sing. 481. Communis opinio. *Cōis opin.*

¶ Bal. uerò in d. l. lex Cornelia, inclinauit in contrariam sententiam, uidelicet, quòd non ualeat, nec teneat aliquo pacto statutum disponẽs, quòd pater teneatur soluere legitimam pro delicto filij: quia tyrannidem sapit, quę nullitatis causa esse debet, ex quo non habet legis requisita. c. erit autem lex. 3. dist. & l. 1. & 2. ff. de legib. Ergo sapiat tyrannidem, facit: quia dispositum est alibi, ne pater pro filio teneatur, sicuti nec filius pro patre, nec uxor pro marito. l. 1. & tot. ti. C. ne filius pro patre. nec vxor pro marito, cum similibus. & not. in l. 1. §. 1. ff. si pars hæred. per.

¶ Secundò ad idem est bonus text. in l. si filius. C. de bonis proscrip. vbi pro delicto filij peculium eius castrense, uel quasi non publicatur, & ibi Bal. ergò quantò minùs legitima patre uiuente, quæ est ipsius. l. 1. §. si impuberi. ff. de coll. bonorum. ergò statutum iniquum ualere non debet. & ita etiam dicit per l. si filius, Bar. in l. si finita. §. si de uectig. col. 3. ff. de damno infect. & latius Ang. in l. si filius, in prin. ff. de inof. test.

¶ His tamen non obstantibus contrarium uerius uidetur, quod etiam communiter tenetur, vt supra recensuit, per text. in c. 2. de delictis puer. ubi hoc Anchar. & post eum Ioan. de Ana. not. & renẽt, & Glo. in rub. C. de decretis decurio num, lib. 10. Bal. in l. 1. C. ne filius pro patre, Ias. in auth. nouissima. C. de inoffic. test. Ruinus cons. 149. num. 13. vol. 3. Pomates in add. ad Bart. in l. Stichus, in litera A. circa fin. ff. de peculio. leg. & Mantua in d. auth. nouissima, ubi usque ad saturitatem respondet argumentis superius relatis, & aliis infinitis, quæ pro contraria parte per Doctor. adducuntur. Et quòd ista opinio sit communis, & ita seruetur in practica, testatur Alex. in d. l. lex Cornelia colum. 2. Altobrandinus in §. præterea. num. 56. instit. quibus mod. ius patriæ potest. fol. & Cassan. in consuet. in tit. de success. rub. 7. §. 2. num. 5. fol. 320.

2 Sed limitatur hoc statutum non habere locum de iure communi: quia si condemnatus sit ex delicto filius, pater de iure communi ad pœnam ratione legitimæ non tenetur. auth. si qua mulier. C. de sacrosan. eccles. & ibi Bar. in fin. tradit Abb. quoque in c. 2. de delictis pueror. col. 3. & hanc opinionem tenet etiam Specul. in tit. de executione sententiæ num. 2. Bald. cons. 257. per totum, uol. 3. Doct. omnes in l. in suis. ff. de liber. & posthum. Guil. de Cu. Bart. Alberi. & Bal. in l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui, uel alie. iuris. & hanc sententiam ait esse communem B[ar]tran. cons. 33. ponitur in facto, post medium, uol. 5. Soci. Iun. cons. 51. nu. 5. lib. 1. & Petrus Duenas in reg. 357. in secunda ampl. post alios [re]latos per eum, & Ruinus cons. 149. uol. 3. & Ioachimus in obseruatione, 25. centuria. 4. ubi refert ita obseruari in iudicãdo in Camera Imperiali, quòd filius non habeat ius in legitima uiuente patre. *Cōis opin.*

3 Limitatur ſecundò præallegatum ſtatutum
non habere locum in nepote:ſecundùm Bal.in l.
ſi qua pœna,in pen. quæſt.quem refert,& ſequi-
tur Ruinus conſ.8.num.6.lib. 5. licèt nepos lar-
gè ueniat appellatione filij:quia huiuſmodi ſta-
tutum continet odium irrationale:ſecundũ Ray
ner.de Forl.in l.Iulia.§.1.ff.de ritu nup. & Crotũ
in l.omnes populi.col.35.ff.de iuſt.& iure.

4 Vndè in pœnalibus non fit extenſio per idẽ-
titatem rationis. c.ſtatutum, &c. licèt de elect.
lib.6.quem tex.ad hoc citat Calder.conſ.1.in ti.
de hęret.Quod ſine dubio procedit, quando con
ſtitutio pœnalis contineret odium irrationale,
vt ſupra docuimus.

5 Prout etiam apparet in l.quiſquis.C.ad l.Iu
liam maieſt. ubi filij puniuntur propter delictũ
parentis.Ideoq; illa lex loquens in filiis non ex-
tenditur ad filias:vt ibi habetur,& not. Bar. in l.
1.ff.de uer.ſig.Ang.in l.quicũq;.C.de ſeruis fug.
Iaſ.in l.ſi quis id quod.col.4.in 6.limit. ff.de iur.
om.ind.quia continet odium irrationale.

6 Similiter non habet locum econtra, ſi filius
committat crimen læſę maieſtatis: quia propter
id punietur pater:ſecundũ Saly. in d. l. quiſquis,
quẽ ſequitur Dec.conſ.64.colũ. 1. & 2. Et illud,
quod ſuperius retulimus, ꝙ appellatione filiorũ
non ueniunt nepotes,ſequitur etiam Bar.in l.pa
tri.ff.de adult.

7 Limitatur tertio loco præfatum ſtatutũ pro-
cedere quando delictum per filiũ eſſet commiſ-
ſum in territorio ſtatuentium, aliàs ſecus.Vt per
Bar.in tract.repreſal.in 1.q. & Iaſ. in §. actiones,
num.88.inſtit.de act.

8 Limitatur quartò hoc ſtatutum per Marſil.
in ſing.ſupra citatis, non habere locum in filio
pupillo committente delictum.

9 Quintò limitat idem Marſil. dictũ ſtatutum
non procedere quando filius eſſet condemnatus
propter contumaciã.l.infans. nu. 20. ff. de ſica-
riis,& in l.de unoquoq;.num.173.ff.de re iud. &
Corn.poſt Bal.& alios ibi p eũ cõſ.97.n.5.lib.4.

10 Sextò fallit præallegatũ ſtatutũ, ꝙ pater te-
neatur aſsignare legitimam fiſco pro filio delin-
quente,procedere quò ad patres ciues,non autẽ
quò ad patres forenſes:ſecũdùm Bal. in l. ſi qua.
ff. de his qui ſunt ſui,uel alien.iur.

11 Et quẽadmodũ valet præcitatũ ſtatutũ: ita
ẽt ualet aliud ſtatutũ patri, uel auo pecuniariã
pœnam imponens pro delicto filij, uel nepotis:
vt per Bal.in l.1.C.ne filius pro patre,& in l.ſan-
cimus.C.de pœ. poſt Guid. de Suza. in l. ſi quis
in tantã,poſt Glo.ibi.C.vndè ui,& Barba.in c.co
gnoſcentes, de cõſt.nu. 7. circa fi.& alios quàm-
plures relatos per Ruin. conſ.8.nume.1.libr. 5.
ubi hoc optimis rationibus probat, limitat, &
declarat.

12 Et illud ſtatutũ, ꝙ vnus teneatur pro alio te
Cõis net,ut ſupra docuimus,& iſta eſt uera,& cõis o-
opin. pinio.teſte Dec.in d.c. cognoſcẽtes, de cõſt.n.8.

13 Et dic,ꝙ iſtud ſtatutũ demũ ualet, qñ ſubeſt
cauſa legitima:ſicut qñ pater obligatur pro deli
cto filij:quia ineſt cauſa,vt quis retrahatur à de-
licto,quãuis nõ ſubſit culpa patris:ſecundũ Bal.
in l.ſancimus.C.de pœn.Imol.in l.cùm filius, in
prin.ff.de uer.oblig.& Alex.in l.ſæpè, char. 2. ff.
de re iud.

14 Limiturq; dictũ ſtatutum quãdo diſpone-
ret, ꝙ quis corporaliter puniatur pro alio: tunc
enim nõ ualet:ſecundũ Bal.in l. 1.C.ne filius pro
patre,& Saly.in l.ſi filius,eo.tit. & Bal. & Saly.in
rub.C.res inter alios acta.Anch.in d.c. canonũ
ſtatuta,de conſtit.uerſ. Quęro ulterius,ſcriptum
eſt &c. & Alex.in d.l.ſæpè.

15 Et nota ex prædictis, ꝙ ſi pater ſoluiſſet pro
redemptione filij legitimã fiſco ex forma ſtatuti
ſupra relati, non cogeretur illam in teſtamento
relinquere,nec per conſequens teneretur ammo
dò ſibi ad aſsignandã aliã:ſecundùm Bald.in l.ſi
cùm dotem.§.ſi poſt ſolutum.ff.ſol.mat.& in d.l.
lex Cornelia.col.1.& Guido Papæ ſing.568.poſt
medium. Sed ſuper hoc Bar. diſtinguit in d. l. ſi
Stichus.nu.2.in fine, ꝙ ſi pater ſolueret emendã
pro condemnatione filij uoluntarie: tunc ſoluta
non ſunt imputãda in legitimam; ſecus uerò ex
neceſsitate,fortè per ſtatutũ: tunc proculdubio
imputanda eſſent.quã diſtinctionẽ ſequitur Bal.
in l.omnimodò.§.imputari.C. de inoffic.teſt.Sed
eam reprobat Fabianus de Mõte in repet. auth.
nouiſsima.C.de inof.teſt.q.8. eandem reprobat
Ripa in l.in quartam,num.185.ff.ad leg.Fal.vbi
dicit ita cõiter teneri. Et pro iſta cõi facit textus Cõis
in l.relegatorũ.§.fi.ff.de interdi.& releg.ubi dici opin.
tur, ꝙ ex delicto quis non debet habere benefi-
ciũ.& multo minùs ſi pater filio utendo liberali
tate adhuc legitimam dono dediſſet. Et hoc
caſu quando filius præfatam legitimã aſsignatã
diſsipauerit, non tenetur pater rurſus legitimã
aſsignare.ita tenet Bar.& ibi Pau.de Caſt.& Do
cto.in d.l.ſi cùm dotem.§. poſt ſolutum.ff.ſoluto
matrimonio.Paul. de Caſtr. conſil.80.nume.3.
uol. 1.& Bal.in l.data.C.de don.Et dato ꝙ pater
ſoluat legitimã pro filij delicto nullo iure,nec ſta
tuto cogente, ſi eo prætextu ipſam ſibi aſsigna-
ret,non tenetur aliquo modo ad aliam:vt uoluit
expreſsè Bal.in d.§.ſi poſt ſolutũ. Et ſic pater ab
initio quando ſoluit dictam legitimã integram
vel partem eius,debet proteſtari, quòd ſoluit a-
nimo compenſandi, & repetendi. l. at ſi quis. §.
plerique. ff.de relig.& ſump.fun. & not.Gloſ. &
Doct.in l.1.C.de neg.geſt.& in l. alimẽta.eo.tit.

16 Similiter his occurrit, ꝙ pater generaliter ſol
uendo cõdemnationẽ pro delicto per filiũ perpe
trato,& cõfeſſato,habentẽ peculiũ aduentitiũ,id
eſt bona materna,vt ac pręſumitur ſoluere in du
bio nulla facta mẽtione de una cauſa, magiſquã
de alia de bonis filij,& non de ſuis, & illud com-
putabitur in partem ipſi filio:ſecundùm Bart.in
l.Stichus.ff.de pecul.leg.num.2. circa medium.
per l. Neſennius.ff. de negocijs geſt.quem ſequi
tur Bald. in authen. ex teſtamento. C. de collat.

Cōis opin. in 5.q. & istam Bar. opinionem ait esse magis cō muuem Alex. in d.l. in quartam, nu. 23. ff. ad l. Falcid. & Ruinus consf. 149. num. 14. uol. 3.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM in partibus Tusciæ loquens de intestato habet locum in pupillo propter commu nem usum loquendi in Tuscia. Vndè statutum di sponens, quòd mater filijs intestatis, uel ab intestato non succedat, de uerbi proprietate in pupillo, qui propriè intestatus non decedit, locum habet; & per consequens mater ad hæreditatem ipsius pupilli defuncti nō admittitur: secundùm communem opinionem, licèt nonnulli Doctores contrariam sententiam similiter existiment communem.*

## OPINIO DCCLXXII.

1 STATVTVM in partibus Tusciæ loqueus de intestato, habet locum in pupillo propter communem usum loquendi in Tuscia: & sic statutum hoc disponens, quòd mater filiis intestatis, uel ab intestato non succedat, de uerbi proprietate in pupillo, qui propriè intestatus non decedit, locū habet, & per consequens mater ad hæreditatem ipsius pupilli defuncti nou admittitur: secundū Barto. iu l. 1. ff. de suis, & legit. per text. ibi. quem ait iuterpretationem huiusmodi, seu extensionem facere ex communi vsu loquendi.

¶ Et licèt magna altercatio fit super hoc dicto Bart. per ea, quæ latè tradit Alex. in l. generaliter, colum. 2. C. de institut. & substit. ubi ponit duas opinioues principales, & latissimè per Deci. consf. 466. vbi refert & ponit duas cōes, & cōs. 563. uu. 2. vbi inquit magis communem opinio nem Bar. in d.l. 1. & vberius per Curt. Iun. consil. 134. per totum, & uu. 5. & Io. Cephal. consf. 210. Vgoniæ statuto disponitur, nu. 13. usque ad nu. 66. uol. 2. ubi consuluit pro ista parte contra Bar tol. asserendo eam magis communem esse. (Cōis opin.)

¶ Tameu quicquid sit, quando Deci. & alij in ferunt contra Bar. uidentur se fundare ex diuersitate rationis unius casus ab altero: sed ratio diuersitatis assignari non potest; & ideò Corn. consf. 318. ex pluribus uidetur. uu. 7. uol. 1. firmat, quòd omnes fatentur, quòd apparentes commu ni vsu loquendi talia statuta, etiam correctiua extendantur, & quòd communis usus loquendi ampliet, & restringat dispositionem. Et sic opinio Bar. ex rationibus, & authoritatibus congestis per præcitatos Doct. in locis præmissis uidetur uerior, & communior, & eam sequor: prout eā quoque sequitur, fulcitur, & ab omnibus con trariis tuetur Ruinus consf. 50. nu. 2. 7. & 12. uol. 3. ubi profert hoc magnum, & utile uerbū, quòd re uera communis opinio non est in contrariū, vt præsuppouit inaduertenter Alex. in d.l. generaliter, & ei inhæret etiam Boer. consf. 34. nu. 1. & Georg. Natta in tract. quòd stantibus masculis, q. 4. principali. num. 6. & Feiy. in rub. de fid. instr. sub nu. 3. & D. Brunorus à Sole ibi iu addit.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM excludens fœminas à successione ab intestato propter agnatos, an eis tollat ius ueniendi contra testamentum? latè discurritur, & resoluitur.*

2 *Statutum quantumcunque exorbitans, & odiosum ex parte fœminarum loquens ab intestato, extenditur ad causam etiam testati. Et sic filia ab intestato exclusa à legitima, quando statutum præfert masculos, multo magis ab ea debet excludi condito testamento vltra id quod ei relictum est.*

3 *Consuetudo excludens matrem à successione, & à legitima, quamuis loquatur in successione ab intestato, procedit nihilominùs in causa testati, adeò vt si à filio mater instituta grauata foret post mortem testatoris, fratri hæredi atē restituere, reputaretur tunc extranea.*

4 *Filia ab intestato exclusa in testamento ex forma statuti, in intestati etiam causa militat ipsum statutum, vt ipsa filia petere non possit supplementum legitime.*

5 *Statutum auferens testandi facultatem fauorabilis reputatur, & ideò extendendum est.*

6 *Extensio fit in exorbitantibus de casu ad casum in materia fauorabili, etiam si in casu expresso sit potentior ratio, quā in alio, & quāuis nō adsit omninò eadē rō.*

7 *Statutum disponens matrem excludi à filij successione etiam respectu legitimæ ualet.*

8 *Consuetudo potest prohibere testamenti factionem mulieri, & institutionem extraneorum: quia fundatur in ratione conseruandæ agnationis.*

9 *Statutum inducere potest, quòd filia non succedat ex testamento, & valet, & tenet.*

## OPINIO DCCLXXIII.

1 STATVTVM excludens fœminas propter agnatos à successione ab intestato, an tollat eis ius ueniendi contra testamentū? & dic quòd si extraneus reperiatur hæres institutus, non intelligi certè tunc statutum uelle, quòd mulier aliquo iuris remedio testamentum infringere nequeat, nec potestate impugnandi censeatur in eo casu priuata à statuto, ubicunq; agnatus aliquis non esset institutus hæres, cùm in fauorem agnatorū illud statutum editū fuerit: ut ita plenissimè consulendo tradit Pau. Castr. consf. 196. in puncto quæritur de quadruplici, uol. 1. & Deci. consf. 296. in casu, num. 4. & consf. 378. viso motiuo, & consf. 383. viso pūcto, Soci. consf. 150. n. 26. vbi exprimit istā esse cōem opin. & per multos vidisse consultum, & Alexā. Cōis opin.

idem

idem attestando quàmplurimos congerit conſ. 47.abundè,nu.9. & vbi apostil. vol. 2. & Alber. Brun.in tract.de stat.exc ud.fœm. propter maſculos,in 10.attic.qualiter, & quando in q. 4. in prin.in 2.membro,& Doct. in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ff.de lib.& posthum.

2 Et retenta ipſa communi in deciſiuis,facit etiam, quòd statutum quantumcunq; exorbitans,& odioſum ex parte fœminarum loquens ab inteſtato, extendatur quoque ad cauſam teſtati, & ſic filia ab inteſtato excluſa à legitima, quando statutum præfert maſculos, multo magis ab ea debet excludi cõdito teſtamento,ultra id quod ei relictum eſt:quia tunc cõcurreret duplex ꝓhibitio,ſcilicèt legis,& hominis,quæ plus ſolet operari, quàm ſimplex legis prohibitio. §. ſanctiſsimas in auth.de ſanctiſ.epiſc.& l.2.C.de vſucap.pro empt.ſecundùm intellectum Bar.in l.filiusfam.§.Diui.ff.de leg.1. cum quo tranſeũt alij cõitet,& not.Glo. in c.uerùm de condit. appoſit. & in c.licèt de ireiur. in 6.& per Imol. & alios in c. dilecto de præb. n. cum aliis concordantibus per Alex. in d.§.Diui.in prin.

Cõis opin.

3 Cogruit etiam præmiſsis,quòd ſi conſuetudo excluderet matrem à ſucceſsione, & à legitima, quamuis loqueretur in ſucceſsione ab inteſtato ,procederet nihilominùs & in cauſa teſtati,adeò,vt ſi à filio mater inſtituta,grauata foret poſt mortem teſtatoris fratri hęreditatem reſtituere,putaretur quippè tunc extranea, ita vt nec allegare poſſet legitimam ſibi deberi in reſtitutione fideicõmiſsi;quoniã ſatis eſſet,ut mater excluſa eſſet à ſucceſsione inteſtati,& ſic etiã à legitima. Nam eodẽ modo in cauſa teſtati excluſa cenſeretur,propterea ꝙ legitimã ita in cauſa teſtati metimur,ſicut in cauſa inteſtati, à qua ſumit initium,& regulam.l.Papinianus.§.ſi quis mortis,& §.quoniã autẽ quarta. ff. de inoſ. teſta. Portius in §.ſed hęc quidẽ,nu.9.inſt.de exhæ.lib. Afflic.deciſ.158.nu.6.& Bru.in d.tract.art.9.q. 2.Mater itaque cùm ſit excluſa ab inteſtato,exiſtente fratre filij defuncti, non poſſet in aliqua cauſa teſtati legitimæ ſibi debitæ facere menſurationem.

4 Adducitur quoque, ꝙ filia ab inteſtato excluſa,tunc in teſtati etiam cauſa militet ſtatutum: ita vt ſupplementum legitimæ nequaquam debeatur;& ſic in hoc caſu filia ab inteſtato excluſa in teſtamento non poſsit petere ſupplementũ legitimæ:ſecundùm magis communem opinionem,quã ſequuntur Alex.& Aret.in d.l. Gallus. §.& quid ſi tantùm,ubi etiã Ruin. col.71.Barba. cõſ.50.col.8.& ſeq.uol 3.Alex.in l.ſi emãcipati. col.3.C.de collat.Ruin conſ.17.in prin.uol.2. & Brun.in d.tract.artic.9.q.1. ubi reſpondet omnibus contrariis.

Cõis opin.

5 Quibus quidem omnibus accedat ſimiliter, ꝙ conſuetudo auferens teſtandi facultatẽ, fauorabilis cenſeatur,& ideò extendenda eſt:vt conſuluit Grauet.conſ.118.in hac cauſa non mediocriter graui.nu.7.cum aliis ſeq.& Rolan.à Valle conſ.72.ſtatuto ciuitatis Caſalis uol.1. nimirùm ergò eſt ſi iſta conſuetudo extendatur.

6 Quoniã in exorbitantibus fit extenſio de caſu ad caſum in materia fauorabili,ẽt ſi in caſu expreſſo ſit potentior ratio,quã in alio,& ſic quamuis non adſit omninò eadẽ ratio: vt probatur ex notatis per Glo.in l.1.C.de his, qui antè apertas tabulas,dum vult ꝙ illa lex exorbitans, quæ diſponit,ꝙ hęreditas delata deſcendenti ex teſtamento non adita tranſmittatur ad deſcẽdẽtes, locũ ẽt habeat in hęreditate delata ab inteſtato, & tamen potentior eſt ratio qñ defertur ex teſtamento propter uoluntatem teſtatoris expreſsã, quàm ab inteſtato ob uoluntatẽ tacitã. l. conficiuntur.ff.de iur.codicil.& ita etiã declarat Imo. in l.ſi uerò.§.de uiro.ff.ſol. matr. dum tractat de extenſione facienda in exorbitantibus.& Natta conſ.210.legatũ factum per nobilẽ quondã Matthęum.n.5.uol.1.& Albert.Bru.in d.tract. ꝙ ſtãtibus maſculis,attic.8.num.13.

7 Conſiderandũ eſt itidẽ,ꝙ ſi ſtatutũ tenet, diſponens matrẽ excludi à filij ſucceſsione,& quidẽ illud ualet ẽt reſpectu legitimę,Ang.conſ.32. n.10.ubi ait hoc dubietatẽ non habere quantũuis minimã,Alex.conſ.3.vol.7.Cor.conſ.276.no lu.4.Soc.conſ.166 nu.1.& Pariſ.conſ.20. uol. 2.

8 Tanto fortius poſſet conſuetudo prohibere teſtamenti factionẽ mulieri, & inſtitutionem extraneorum:quia fundatur ipſa conſuetudo in ratione conſeruandæ agnationis:iuxta Bar.in l. fi. ff.de hæred.inſt.l.cùm hi,in prin.ff.de tranſact.& Dec.conſ.10.nu.11.& conſ.683.nu. 7.

9 Facit ẽt ad hoc, ꝙ ſi ſtatutũ inducere poteſt, ꝙ filia non ſuccedat ex teſtamento, quod quidẽ ſtatutũ ualet & tenet:vt præſupponit Bart.& oẽs in l.fi.C.de pact.& uoluit Bal.in l. 1. C. de ſacroſ. eccl.uer.Dixi de ſtatutis, & Ancha.in c. canonũ ſtatuta de conſt.quare nõ poſſet inducere idẽ ſtatutũ, vt non ſuccedat extraneus ex teſtamento?

*SVMMARIVM.*

1 STATVTVM *diſponens,ꝙ delinquens in feſto Beatę Marię Virginis debeat duplici pœna puniri,non cõprehẽdit delinquentem,ſeu uulnerantẽ in nocte,quę ſubſequitur feſtum:quia nox quæ ſequitur,non comprehenditur ſub die pręcedenti.*

## OPINIO DCCLXXIV.

1 STATVTVM diſponens,ꝙ delinquens in feſto Beatæ Mariæ Virginis debeat duplici pœna puniri, non cõprehẽdit delinquentẽ, ſeu vulnerantẽ in nocte,q́ ſubſequitur feſtũ Beatę Virginis: quia nox ipſa,quę ſequitur huiuſmodi feſtiuitatẽ non comprehenditur ſub die præcedenti.& ſic delinquẽs nõ uenit puniendus aliquo modo duplici pœna, nec ſub diſpo-

dispositione huius statuti cōprehendit: vt tenet per optimas opiniones consulendo Federici de Senis cōs. 44. factum tale est. quē sequuntur omnes Scrib. in l. more. Romano. ff. de feriis, Fely. cū aliis citatis per eum, in c. ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. in c. si perfodiens, in 2. notabili. de homicid. & in c. consuluit. de offic. deleg. in quibus
Cōis opin. quidem locis ipse fatetur istam esse communem opinionem, & idem testatur Cotta, in memoratali, in uer. Diem, circa finem.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM vbi requirit ad probationem alicuius negocij testes optimos, vel optimæ famæ, & conditionis: tunc per fundantem se in eo debet illa qualitas articulari, & probari.*

## OPINIO DCCLXV.

1 STATVTVM, requirens ad probationem alicuius negocij testes optimos, vel optimæ famæ, & condition. s: tūc per fundantem se in eo debet illa qualitas articulari, atque probari: vt uoluit Ang. in l. 2. §. diem. ff. quemad. testa. aperi. Marsil. sing. 187. Qualitas apposita, post medium, Petrus de Monchada, cum aliis signatis per eum in tract. de testibus, nume. 392. cum aliis seq. quem fecit ad perficiendum tractatum Io. Croti. qui morte præuentus suum tractatum de testibus perficere nequiuit: ideò iste tract. Petri continuatiuè ponitur cum tractatu Croti. & eandem opinionem sequitur, tuetur, & magis
Cōis opin. communem ac ueram esse refert Alciat. in trac. de præsump. in 3. reg. præsump. 2. nu. 10.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM factum, conditumq; in odium, seu præiudicium certę personæ, nō potest dici nullum, licèt ab eo poßit appellari.*

## OPINIO DCCLXXVI.

1 STATVTVM factum, conditumque in odium, seu præiudicium certæ personæ, nō potest dici nullum: secundùm Dec. in c. cùm omnes, in 1. lect. nu. 15. cum aliis seq. de const. in c. consuluit. el 3. num. 32. de appell. ubi attestatur hāc
Cōis opin. esse communem contra Abb. ibi contrarium asseuerantem; & de eadem communi contra Abb. facit mentionem Curt. Iun. etiam in l. 2. num. 7. ff quod quisque iuris, & in l. fi. nu. 25. C. de edic. Diui Adr. tollen.

¶ Cæterùm opiniones istas ad realem cōcordiam reducere nititur Aret. in rub. nu. 7. de cōst.

¶ Et licèt de nullitate statuti huius conditi in præiudicium particularis personę dici nequeat: tamen ab eo appellari potest, atque permittitur: secundùm Bar. in repet. l. omnes populi, num. 53. ff. de iust. & iure, Ias. in l. 1. num. 3. & seq. ff. de legibus, Ripam in 1. lib. responsorum. c. 22. n. 4. & Dec. in d. c. cùm oēs, in 1. lect. nu. 15. in quibus locis ponunt hoc pro regula cum ampliationibus, limitationibusque quàmplurimis.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM de compromißis faciendis inter coniunctos ualet, estque fauorabile, & ob publicam vtilitatem inductum.*

## OPINIO DCCLXXVII.

1 STATVTVM de compromissis faciendis inter coniunctos ualet & tenet, atque fauorabile est, & ob publicam vtilitatem inductum: secundùm Bar. Bal. col. fin. & Pau. Castr. col. 1. in 1. cōst. Codicis, Bat. in l. ambitiosa, col. 5. & Alex. in add. ibi. ff de decre. ab ord. fac. Afflic. decis. 46. Titaquel. in tract. cessante causa, in 1. par. in princ. nu. 34. Beroum cōsil. 26. nu. 4. nol. 3. & Annibalē Cauensem in pragmatica, Odia quæ inter coniunctos, nu 8. quorum vtique opinionem approbat, limitat, & à contrariis quibuscunq; tutam relinquit, & denique communem esse, atque contradictorem habere nullum fatetur Marcus Ant. Blancus in tractat. de compromissis, in prima quæst. num. 1. & Cōis opin.
seq. & Rolan. à Valle etiam cons. 57. nu. 12. & sequen. uol. 2. ubi dictam communem extendit, & ampliat in tribus casibus. & in 12. aliis casibus limitat Marsi. sing. 467. Viget statutū, & in 7. ampliat, & in 18. limitat Pet. Duen. in reg. 36. Affines ad compromittendum per totam.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM disponēs, q causæ inter affines compromitti debeant, fauorabile reputatur.*
2 *Statutum, quòd causę inter affines debeant compromitti, tanquàm fauorabile est ampliandum, vt cōprehendat etiam filios emancipatos, & nepotes ex eis conceptos post emancipationem.*

## OPINIO DCCLXXVIII.

1 STATVTVM disponens, q causę inter affines compromitti debeant, vltra q valeat, ac publicæ vtilitatis occasione inductū sit, vt in pcedenti Opin. docuimus, nihilominùs est ēt fauorabile: vt uoluerunt Bal. in l. affinitatis. C. communia, de succes. Fulg. in l. 4. §. prætor. ff. de in ius uocan. Bal. Pau. Castrē. Roma.

ma.& Salyc.Cor.Dec. & cæteri in l.qui se patris. C.unde lib.Roma.& Saly.in l.1. C. vndè uir, & vxor,Ias.in l.de quibus.ff. de leg. Ancha. consulendo conf.158.Alex.conf.207.in prin.uol.6. Soci.conf.4.in fin.vol.1.Cuma. conf. 50. Annibal. Cauens.in pragmati.20.Odia quę inter coniunctos,sub num.8.& Marcus Ant.Blancus in tract. de compromissis,in t.q. num. 3.& seq. ubi citat complures alios eiusdem sententiæ, respondet contrariis ferè omnibus, eam limitat, ac simul

Cōis opin. magis communem fore inquit, & ei pariter inhęret, atque profitetur communem Petrus de Benintendis decis.21.sub nu. 23.& Rolan. à Valle etiam conf.57.nu.13.uol.2.

2 Et effectus, qui oritur ex hac communi inter cæteros unus est iste, quòd antedictum statutum,tanquàm fauorabile ampliandum sit,ut cõprehendat etiam filios emancipatos,& nepotes ex eis conceptos post emancipationem : secundùm Bald.Roma.Castren. Alexã. & Moder.in l. qui se patris.C.vndè liberi.

¶ Et licèt Dec.consulendo firmauerit contrarium conf.13. & pro tenui facultate mea, nu. 3. cum aliis seq.Tamen in decisiuis tutum non foret à prima sententia tanquàm ueriori recedere.

## SVMMARIVM.

1 *STATVTVM concedens creditori de scripto in instrumento executionem paratam personalem, prodest quoque cessionario ipsius creditoris, vt ipse etiam possit uigore dicti statuti petere executionem instrumenti contra debitorem obligatum : secundùm communem opinionem, sed contrarium obseruatur in Regno Neapolitano, uidelicet, quòd cessionarius executionem petere non possit, sicut poterat creditor principalis instrumenti quarentigiati.*

2 *Cessionarius non potest ita petere executionem instrumenti contra debitorem, quemadmodum petere poterat creditor ex forma statuti, uel instrumenti, nisi in primis, & ante omnia constet de cessione, & eius iuribus.*

## OPINIO DCCLXXIX.

1 STATVTVM executionẽ paratam personalem instrumento quarentigiati concedẽs, seu permittens creditori principali mentionato, ac in instrumento descripto, prodest quoq; cessionario creditoris prædicti, vt ipse etiam possit vigore istius statuti petere executionem instrumenti contra debitorẽ obligatũ: secundũ Io. An. in add.Specul.in tit.de cessio.act. sub rub. Iaco. But.Bal.Saly.Ro.& Dec.in fi.in l.1.ff. si cer. pet. Ang.conf.38.Cy.Bal.& Alex.nu. 24.in l.si fic. ff. de leg.1.Saly.in l.si à creditore.C.de act.& oblig. Benedict.de Blas.in tract. de instrum. quarentigiato,in 1.par.principali.q.9.Pan. Cast.col. 2. & Alex.nu.9.in l.postulante.ff.ad Senatuscon.Trebel.ubi scribit istam esse magis communem opinionẽ,& similiter Bartho.de Capua in c.Regni in

Cōis opin. cip.Item,q si debitores,nu.11. atq; artificiosissimus D.Carauita in ritu 286.sub nu.4.& Io.Bap. Bouius etiam in tract.de stat.vrb.pręscr.tit. contra om.cred.Glo.19.nu.48.fol.par.53.& ita consuluit Roma.conf.142.Et sic petere posset executionem dicti instrumenti cessionarius,sicut posset creditor principalis: siquidem transit ius in cessionarium cum priuilegio suo instrumẽto cohærente:secundùm præmissam communem sententiam.Et ob hoc certè in Regno Neapo.cessionarius instrumentum undiq; liquidũ posset pręsentare secundùm formam ritus Magnę Curiæ Vicarię,incip. Item q si debitores, aut debitrices,in ti.de instrum.& eorum pręsentationibus: vt voluit Glossator ibi,& Maranta sub dubiis, & irresolutis uerbis,in tract. de iudiciis, in 6. part. prin.in uer. Proposui in principio huius septimæ par.n.9.fol.107.nihilominus practica contrariũ obseruat in Regno,uidelicet, q cessionarius præsentare nequeat instrumentũ secundũ formã ritus,teste Bolognetto.in d.l.1.ff. si cer. pet. n.59. per rõnem ibi assignatã per eum, & expressè firmat,ac optimè probat Afflic. in constit. eos qui scienter.nu.14.rub.55.lib.3.& D.Carauita in d. ritu 286.per totum.ubi sub nu. 4. explanat opinionẽ hanc ueriorẽ esse, & in practica seruari in toto Regno;& ita uidisse iudicari aliquando meminit Abbas Paulus Fuscus in scholiis ad Marinũ Frecciã in tract.de præsen.instru. secundũ formã ritus in 11.pat.q.10.& ita uidi etiã obseruari, iudicari, & practicari in magna Curia Vicariæ, in Regia Aprutina audientia, & in curia nostra Aquilana quamplurimis uicibus.

2 Et q hoc fieri,& admitti nequeat,uidetur colligi planè ex deductis,ac notatis per Bal.& Saly. in l.p diuersas.q.10.C.man.ubi, tenet q vbicũq; ex statuti,uel instrumenti forma, ac dispositione capi,& excõicari posit debitor ad instantiã creditoris nulla citatione interueniente:tunc equidẽ hoc fieri,ac peti nõ posset per cessionariũ, sicut creditor poterat uigore instrumenti prędicti,nisi in primis,& ante omnia constet de cessione,& eius iurib⁹;& sic necessario apparere debet ante executionẽ faciendã audito, & citato prius debitore,illum esse uerũ cessionariũ. & sequitur Ang.in d.l.postulãte,Ro.in d.cõs.142.in fi.Alex. conf.95.col.4.& conf.443.col.1.uol.1.Barb. cõs. 15.lib.1.& ista est cõis opinio, ut constat ex cita Cōis opin. tis per Boer.decis.10. ubi meminit ita fuisse notatũ, ac decisum in Sacro Burdegalensi Senatu, & sequitur Marsil.in l.si quis ne quęstio,nu.8.ff. de quęst.& in sing.26.ubi inquit hoc in actu practico pluries obtinuisse:ideò non mirandũ est de assertione facta per Bolog.in d.l.1.Sed contrariũ obseruari vidisse testat Cotta in memor. in uer. Hęres cẽsetur eadẽ psona cũ defuncto,post med.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM conditum per ciuitatem de præstanda eleemosyna ecclesiæ quolibet anno, potest reuocari per eandem ciuitatem, etiam post acquisitionem factam ipsi ecclesiæ.*

## OPINIO DCCLXXX.



1 STATVTVM conditum per ciuitatem de præstanda eleemosyna ecclesiæ quolibet anno, potest reuocari per eandem ciuitatem etiam post acquisitionem factam ipsi ecclesiæ: secundùm Cy. Imol. Alex. num. 5. & Ias. num. 9. cum aliis seq. in l. non amplius. §. 1. ff. de leg. 1. Fulgos. & Paul. Cast. in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccles. Saly. in auth. cassa, in 5. q. eod. tit. Dec. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ, Cõis de constit. num. 231. & seq. ubi etiam Fely. in q. opin. 13. ostendens istam esse communem opinionẽ.

¶ In contrariam uerò partẽ, uidelicet, quod ciuitas eleemosynam, quæ uigore huiusmodi statuti religiosis dari consueuit, reuocare nequeat, inclinarunt Bar. in d. l. priuilegia, n. 3. Gemi. in c. quæ in ecclesiarum, col. 3. de constit. & in c. 1. col. 7. de constit. in 6. Roma. in auth. similiter. in q. speciali. C. ad leg. Falc. Caccialupus, in repet. l. admonendi. fol. 14. ff. de iureiur. & Ant. Franc. de Doctoribus in scholiis ad Alex. in d. l. non amplius. §. 1. in litera C. ubi fronte aperta attestatur istorum sententiam neriorẽ fore, atq; secundùm eam cõsuluisse apud partes Germaniæ Collegium Paduanum: tamen spreta hac opinione concurro cum prima Cy. & sequacium assertione communi, cui uidetur inhærere Ias. etiam cũ aliquo moderamine cons. 1. col. 6. vol. 1. prout facit in d. l. non amplius. §. 1. num. 15. Alex. cons. 260. uol. 2. col. 5. & seq. Calcan. cons. 12. col. 4. & Aegidius Bossius, in pract. crim. in tit. de Principe, & priuilegiis eius, nu. 221. fol. 255. ubi pariter meminit de communi opinione.

*SVMMARIVM.*

1  *CONSVETVDINE, uel statuto induci potest, quòd ualeat captatoria uoluntas, idest ut alter pro altero testetur: & consequenter captatoria uoluntas per statutum approbari potest.*

## OPINIO DCCLXXXI.

1 Statutum. CONSVETVDINE, uel statuto induci potest, quòd ualeat captatoria uoluntas, vt alter pro altero testetur; & sic captatoria uoluntas ultima per statutum ipsum approbari pos- ser: secundùm Ang. in l. captatorias. ff. de hæred. instit. Alex. Soc. Ripam, & alios in l. 2. ff. de uulg. Cõis in princ. qui cum Ias. perhibẽt istam communẽ opin. opinionem fore. & sequitur Alex. in l. captatorias. C. de test. milit. & Couarruuias in c. cùm tibi. nu. 13. de testa. & eruditissimus D. Cardinalis Albanus in lucub. in Bar. in l. 1. num. 12. C. de sacrosan. eccles. & Prosper Carauita super pragmatica Filiorumfamiliàs. in §. 8. numero 24. & sequen.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM puniens maleficium, an extendatur ad mandantem?*

## OPINIO DCCLXXXII.




1 STATVTVM puniens maleficium, an extendatur ad mandantem? dic quòd statutum disponens per uerba in rem concepta, vtputà pro homicidio perpetrato, uel pro furto sit pœna mortis: tunc etiam mandãs tenebitur ea pœna: sed si in personam loqueretur statutum ipsum, putà si quis homicidium commiserit: tunc mandans non propriè homicidium fecisse uidetur, sicque pœnam ordinariam non subiret, uerùm aliam mitiorem: secundùm Bar. in l. aut qui aliter. §. fin. num. 3. ff. quod vi, aut clam, Dec. numero 3. & seq. & Cagnolum, num. 2. in l. is. dam num dat. ff. de regul. iur. Ias. cum aliis congestis per eum, in l. si is qui pro emptore, num. 82. ff. de usucap. & Carrer. copiosè in sua pract. ctim. in §. circa igitur tertium de homicidio commisso, numero 59. in quibus locis audacter firmat istam communem opinionem fore. Sed huiusmodi di- Cõis stinctio, tanquàm uerbalis à pletisque reiecta opin. est, & sic, vt utroque casu pœna ordinaria teneatur, firmat esse communem sententiam Gaudinus, in rub. C. de transact. colu. 11. 10. & in rub. de pœnis colum. 4. Ipse uerò primæ sententiæ Bart. & sequacium, tanquàm mitiori, ueriori in puncto iuris, & communiori inhæreo.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM disponens, quòd per iudicem in certis causis nulla iuris solemnitate seruata procedi possit, extendit iudicis facultates, vt etiam diebus feriatis in honorem Dei procedere possit.*

## OPINIO DCCLXXXIII.



1 STATVTVM disponens, vt per indicem in certis causis nulla iuris solẽnitate seruata procedi possit: tunc quippè etiam diebus feriatis in honorem Dei procedere posset ipse iudex: secundù Bar.

Bart.num.3.Bal.& Ang.in l.milites.C. de testa. militis,Roma.in rub.de arbitr.q.17. Bar. & Bal. in l.1.ff.de milit.test.Bart.in l. prouinciarum.C. de feriis,& Anchar.in Clemen.sæpè,de uerb.sig. quia hæc feriarum obseruatio inducta iure humano censetur.

¶ Contrariam uerò partem firmauere Imol. & Roma.in l.si cum filiusfamil.ff.de dona.per d. Clemen.sæpè,cum ibi not.Alex.num.4.& seq.in d.l.milites, & Tiraquel. de priuilegiis piæ causæ, priuilegio 156.Tamen quicquid Doct. isti suadeant,ob hoc igitur in actu practico nullo modo recedēdum foret à prima opinione Bar.& sequacium,quæ uera, communisq; ex relatis apparet. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 DOTIS causa non comprehenditur sub statuto requirente consensum propinquorum generaliter loquente.

OPINIO DCCLXXXIV.

1 STATVTVM, seu lex generaliter loquens non uidetur cōprehendere dotem, ac bona dotalia: & consequenter causa dotis in statuto ipso generaliter disponente non continetur.l.hn.C.de iure dot.ubi Saly.Ias.iu l.1.3.no tab.ff.solu.mat.& in l. quod dicitur, col. 2. ff. de uer.oblig.Bal.Nouellus,in tract.dotis,in 6. part. priuileg.47.Gozad. conf.43.nu.11.& seq. Ruin. conf. 61. num.3.uol.3. & Negusantius in tract. de pignoribus,in 8.par.primo membro, sub numero 23. ubi perhibet istam esse communem sententiam,atque Decio contrarium asseueranti respondet.idemque testatur Illustrissimus,& cōsumatissimus in legali scientia D. Cardinalis Albanus in lucubratio.ad Bar.in d.l. 1. ff. sol. mat. num. 3. & comprobat latissimè Tiraq. in tract. de retractu consanguineorum.§.1.Glos.14. numero 91.cum aliis seq. Cõis opin.

SVMMARIVM.

1 STATVTVM loquens de creditore comprehendit etiam creditorem ex legato, & creditorem ius hypothecæ habentem.

OPINIO DCCLXXXV.

1 STATVTVM loquens de creditore, comprehendit etiam creditorem ex legato, & sic procedit quoque in ipso creditore ex legato:vt per Dec.num.26.Curt.Iu. nu.69.& Ias.nu.46.in l.1.ff.si cer. pet. ubi docet istam esse communem opinionem fore, attento communi usu loquendi,& Alex.inibi,num.37.& 40.& Socinus.nume. 43.& Ripa nume. 89. cum aliis seq. Cõis opin.

¶ Præterea statutum hoc extenditur quoque ad creditores ius hypothecæ habentes; ideoque debet etiam legatarium comprehendere,qui habet tres actiones ex testamento, rei vendicatione,& hypothecæ: ut not.Guid Papæ decis. 487. & scripsimus de hac materia vberius supra in primo libr. in Opinione. Appellatione cuiuslibet rei,num.3.& seq.

SVMMARIVM.

1 STATVTVM disponens, quòd credatur iuramēto damnum passi, vel creditoris, non procedit in fauorem forensis, etiam si forensis soluerit onera merè realia.

2 Statutum disponens, quòd iuramento alicuius fides adhibeatur, intelligitur, nisi contrarium probetur.

OPINIO DCCLXXXVI.

1 STATVTVM disponens, quod credatur iuramento damnum passi,uel creditoris,nō procedit in fauorem forensis:vt per Dec.conf.550.nu. 8.& Paris.conf.12.num.26. uol.3.ubi docet istam communem opinionem fore. Cõis opin.

¶ Quod statutum equidem procedit etiam si ipse forensis solueret onera merè realia: ut per Alex.conf.3.aliàs 41.uol.7. Sed statutum hoc latius,& utilius interpretabimur infra in Opinio. sequenti. Statutum disponens, quòd de damno dato.

2 Itidem hoc statutum, quòd credatur iuramento alicuius,intelligitur, scilicet,nisi contrarium probetur:vt firmauere Ang.& Io. de Imol. in l.qui bona.§. qui damni de dam. infect. Abb. in c.proposuisti in prin.de prob. Anchar.in c.canonu statuta de const.Pau.de Cast.in l.fi.de pręt. stipul. Saly.in l.1.C.de reb. cred. Pau.de Cast. & Alex.in l.2.§.si absens, si ex noxa. causa agatur.

SVMMARIVM.

1 STATVTVM disponens, quòd testamenta insinuentur, aliàs non habeant firmitatem aliquam, procedit etiam si testator insinuationem fieri prohiberet.

OPINIO DCCLXXXVII.

1 STATVTVM disponens, quòd testamenta insinuentur,aliàs nō habeant firmitatem aliquam: tunc si testator prohiberet in suo testamento illud insinuari debere, profectò ex defectu huiusmodi insinuationis testa-

testamentum ipsum non ualeret: quia testator prohibere nequit insinuationem à lege municipali requisitam: secundùm Bar. num. 8. & omnes in l. nemo potest. ff. de leg. 1. cuius opinionem cõmunem esse scribunt ibi Ias. in 2. lect. nu. 41. Ioã. Annib. nu. 272. & Ripa nu. 57. Cõis opin.

## SVMMARIVM.

1 *STATVTVM disponens, quòd de damno dato stetur iuramento damnum passi, non habet locum in furto, cùm furtum sit merè criminale, licèt in furto insit damnum.*

2 *Statutum, quòd de damno dato stetur iuramento damnum passi, non procedit quando accusatus instat, vt Iudex vadat ad inspiciendum locum, ex quo ex inspectione propriorum oculorum nullum damnum illatũ apparebit, & tunc iudex requisitus proficisci poterit ad ipsum locum damni, non obstante statuto, et pronunciare illud, quod ex aspectu apparebit: quia nulla lex prohibet probationem per euidentiam.*

3 *Statutum, quòd de damno dato stetur iuramento damnum passi, non habet locum, quando accusatus petat exprimi diem per damnum passum: quia vult eum redarguere de falso: tunc necessariò debet exprimi dies per damnum passum, alioquin eius iuramento non creditur.*

## OPINIO DCCLXXXVIII.

1 STATVTVM disponens, quòd de damno dato stetur iuramento damnum passi, isto casu si alicui sit cõmissũ furtũ non stabitur eius iuramẽto: cùm furtum sit merè criminale, licèt in furto insit damnum, ita voluit eleganter Bald. in l. nauta. §. quæcũq; ff. nan. caup. & stabul. in l. ait prętor, in principio. ff. de iureiur. & in l. si seruus seruum. §. oliuam. ff. ad legem Aquil. Hostien. in summa in tit. de damno dato. §. locum habeat, in princ. Alber. in l. 1. §. occisorum. ff. ad Syllan. in 2. par. statutorum. q. 63. item quæro aliam &c. Alex. & Roma. in l. 2. ff. de damn. infecto, & idem Alex. conf. 167. requisitus. colum. 1. volum. 2. & Marsil. post alios ibi relatos per eum, in l. de minore. §. tormenta. n. 3. ff. de quæstio. & in sua pract. crim. in §. expedita. nu. 75. & Ioan. Bapt. Plotus, in repet. l. si quando. C. vnde vi. num. 823. circa fin. ubi asserit hanc esse communem opinionem, & Ripa in d. l. 2. ff. de dam. infect. num. 2. licèt ibi de ea nonnihil dubitet complura satis vrgentia in contrarium adducendo. Cõis opin.

2 Interpretatur secundò præfatum statutum, ac limitatur, quòd accusatoris iuramento de damno illato fides exhibeatur, non procedere quotiescunque accusatus contra quem iuratum fuit instantiam faceret iudici, ut ad inspiciendum locum accederet: quia ex euidentia, & inspectione propriorum oculorum nullum damnum illatum apparebit: eo casu iudex requisitus à parte, non obstante præallegato statuto proficisci poterit ad locum damni, & pronunciare illud, quod ex aspectu constabit: secundùm Bald. & Saly. in l. contra negantem. C. ad legem Aquil. & in l 1 C. si adner. liber. & Marsil. post alios relatos per eum, in l. 1. §. si serui quasi. num. 4. & sequen. ff. de quæst. & Barbat. in c. perniciosam. num. 105. de offic. ordin. & Cotta in memorali, in uer. Statuto Ciuitatis Mediolani &c. & in uer. Damnum, & ita refert se uidisse in practica obseruari Curt. Iun. in repet. l. admonendi, nu. 91. ff. de iureiur.

¶ Et ratio dictæ conclusionis videtur isthæc: quia nulla lex prohibet, ac excludit probationẽ per rei euidentiam: vt uoluit Azo. in summa. C. ad legem Aquiliam, & Bald. in l. Deo nobis. C. de episc. & cler. & in rub. C. de probat. & in d. l. contra negantem, ubi Salyc. & Cæpolla in cautela 103. nume. 1. licèt titubanter, & parùm sibi constans ipsemet Bald in l. 2. ff. de iureiur. teneat expresè contrarium respondendo dictæ rationi. Explosa tamen ista Bald. sententia tanquam in nube fundata, amplector primam opinionem, quæ quidem videtur communis: vt meminit, & attestatur Curt. in d. l. admonendi. nu. 352. Cõis opin.

3 Interpretatur, ac coharctatur tertiò dictum statutum, quòd non credatur iuramento damnũ passi, si reus accusatus petat exprimi diem per damnum passum: quia intendit illum redarguere de falso, & probare ipsum damnum passum, vel accusatorem fuisse alibi: tunc necessariò debet exprimi dies per damnum passum, alioquin eius iuramento non creditur: secundùm Bal. in l. 1. in fin. C. de iud. & ista est communis opinio, de qua per Doct. in l. arbitraria. §. si quis Ephesi. ff. de eo quod certo loco, & in l. libellorum. ff. de accusat. Et dictum statutum volens credi iuramento damnum passi, limitat in d. l. si quando, Ioan. Bapt. Plotus in 61. casibus & in 55. alijs casibus ampliat, nu. 351. vsque ad nu. 755. Cõis opin.

## SVMMARIVM.

1 *STATVTVM in fauorem viduarum inductum non habet locum in viduis meretricibus, seu luxuriosè viuentibus: quia illæ non possunt gaudere viduarum priuilegijs.*

2 *Statutum excludens mulierem transeuntem ad secunda vota á successione filiorum primi matrimonij, habet locum in vidua luxuriosè viuente: quia pœnæ secundo nubentibus institutę militant in ipsis viduis inhonestis.*

3 *Mulier comitatina nupta ciui gaudet priuilegio ciuis mortuo viro, donec vidua manet, & non aliter.*

## OPINIO DCCLXXXIX.

1 TATVTVM in fauorem
viduarum inductum nō pro
cedit, nec habet locum in vi
duis meretricibus, seu luxu-
riosè viuentibus: secundùm
Cōis opin. communem opinionem om
nium Doct. quia illæ nō gau
dent, nec gaudere possunt uiduarum priuilegijs:
vt per Fely.in c.significantibus.colum.penul. de
offic.deleg. Maria Soc.& Doct.in c.ex tenore, cir
ca fin.de foro competen. Alciat.in l.malum.§.vi-
duam.ff.de uerb.signif. facit text. vbi Doct. in §.
quę verò, ubi Doct.in auth.de nupt Glo.& Doct.
omnes, in authen.sacramentum.C. quando mu-
lier tut.off.fung.pot.& auth.eisdem pœnis.C. de
secun.nupt.

¶ Et hoc optimè nota ad intellectum statuto
rum, quæ in causis uiduarum volūt procedi sum-
mariè, vel uolunt earum iuramento credi super
interesse dotis, uel taxant interesse super earum
dotibus: quia non procedunt in viduis inhone-
stè viuentibus ipsa statuta: secundùm Fely. in d.
c.significantibus.colum.pen.& Soc.in d.c.ex te-
nore, & in d.auth.eisdem pœnis.

¶ Idē videmus in statuto Mediolani cōceden
te terminū sex mensiū uiduis p̄sentibus pro doti
bus, uel rebus parafernalibus ad contradicendū
cridis: quod quidē statutū nō habet locum in vi
dua meretrice, seu inhonestè, luxurioseq; viuen-
te: quia illa gaudere nequit aliquo modo uidua-
rum priuilegio, & per consequens nec debet, &
potest contradicere pro ipsis dotibus, & parafer-
nalibus ipsis cridis in termino trium mensium,
vbi esset præsens, sicut alij præsentes tenentur cō
tradicere: secundùm Fely.in d.c.significantibus.
colum.pen. Alciat.in d.§.viduam, Soc.in d. c. ex
tenore, Bart.& Saly.per text.ibi, in l. his solis. C.
Cōis opin. de reuocan.donat. & ista est communis opinio, &
hoc omnes tenent: vt asseuerat Fely.in præcitato
c.significantibus.col.pen.

2 Idem concludendum est etiam in statuto ex-
cludente mulierem transeuntem ad secunda uo-
ta à successione filiorum primi matrimonij: vt ha
beat locum etiam in vidua luxuriosè, inhoneste-
que viuente: siquidem pœnæ secundò nubenti-
bus institutæ militant in ipsis uiduis inhonestis,
& consequenter omnes pœnas de quibus in l. fœ
minæ.C.de secun.nup. quas patitur mulier secun
dò nubens, patitur etiam vidua inhonestè viuēs:
Cōis opin. vt voluerunt Bart. Bald. cæterique communiter
in d.l.his solis, per illum text. etiam Brunus, qui
hoc latè probat in tract. quòd stantibus mascu-
lis.q.5.art.6.nu.304.cum alijs seq.

3 Facit etiam ad pręmissa illud, quod firmat Bal.
in l. cum te. C. de nupt. videlicet, quòd mulier
comitatiua nupta ciui gaudeat priuilegio ciuis
mortuo viro, donec vidua manet. quod tamen ue
rum intellige si honestè uiuat: quia si inhonestè
non gaudet priuilegio mariti: secundùm Bald.
& Angel.in l.cùm quædam puella.ff.de iurisdict.
omnium iudicum.

### *SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM disponens, q̄ mater nō
possit disponere de bonis suis, nisi de vna
quarta, reliquas verò tres partes tenea-
relinquere suis liberis valet, & tenet.*
2 *Statutum, quòd mater disponere non valeat de bonis
suis, nisi de quarta parte eorum, intantùm procedit q̄
lucrum delatum ipsius statuti vigore possit ad hære-
des ipsorum filiorum transmitti.*
3 *Statutum prohibens mulierem liberos habens testari
præterquàm de quarta parte dotis, extenditur habere
locum ad uiduam filios habentem quæ dotem recupe-
rauerit.*
4 *Statutum, quòd mulier decedens sine liberis teneatur
relinquere certam partem dotis fratribus, si non ha-
bet fratres, tenetur vigore huius statuti relinquere
istam partem sororibus, & si non reliquerit, poterunt
ipsæ sorores petere dictam partem.*
5 *Statutum prohibens mulierem filios habentem vltra
quartam partem alienare sua dotis, limitatur non pro
cedere in bonis relictis mulieri cum licentia, & pote-
state alienandi.*

## OPINIO DCCXC.

1 TATVTVM dispo-
nens, q̄ mater non pos
sit disponere de bonis
suis, nisi de una quarta,
reliquas verò tres par-
tes teneatur relinquere
suis liberis, ualet & te-
net: secundùm Bartol.
Ang. Imol. cæterosque
Doct. cōiter post Gloss. in l. si ita quis.§. ea lege. Cōis opin.
ff.de verb.oblig.& quamuis dictum statutum sit
durum, & odiosum, ac contra æquitatem natura
lem & ciuilē, obseruandum uenit: ut per Ancha.
consil.380.col.2.Soc.consil.48.col.2.volum.1.&
consil.93.col.7.eodem vol.

¶ Et eo magis, cùm illud ordinatum quippè
sit pro familia conseruanda. & hinc est, quòd mu
lieres non debent admirari propter talia statuta:
attestante Ang. Arct. in §.hæc quidem, instit. de
exhæred.lib.

2 Imò amplia hoc statutum intantùm proce-
dere, quòd lucrum delatum vigore ipsius possit
ad hæredes ipsorum filiorum transmitti: secundū
communem opinionem omnium Scriben. quam Cōis opin.
citat, & sequitur Alex.in l.cùm antiquioribus.C.
de iure deliber. Soc.consil.296.lib.2.& consil.67.
colum.1.lib.4.Dec.consil.331.colum.4.& in l.si
maritus.C.de collat. & Grauet. consil.185. licèt
contrarium, & malè tenuerit Ang. cons.81. Do-
mina Maria, & in duobus alijs consilijs seq.

3 Amplia-

3 Ampliatur præfatum statutum, quo mulier liberos habens prohibetur testari, præterquàm de quarta parte dotis, secundo loco extendere ui tes suas etiam ad viduam filios habentem, quæ dotem recuperauerit, seu non recuperauerit: secundùm Bal. aliosque Doct. communiter, in l. 1. C. vnde vir, & vxor, & in l. qui liberos. ff. de ritu nuptiar. vbi istam communem attestatur, declarat; & optimis rationibus comprobat Corasius in 2. lect. nu. 86. & seq. & Laurentius Syluanus consil. 49. num. 83. vbi declarat qualiter intelligendum sit statutum hoc. Cõis opin.

4 Ampliatur tertiò itidem statutum antesignatum, vel aliud simile disponens, quòd mulier decedens absque liberis relinquere teneatur certã dotis partem fratribus, vt si careret fratribus, teneatur absque scrupulo aliquo vigore istius statuti relinquere huiusmodi partem sororibus, possent ipsæ sorores petere prædictam partem. quod utiq; est perpetuò menti tenendum: vt per Marsil. sing. 39. Capias vnum de pane lucrando.

5 Sed statutum præmemoratum prohibens mulierem habentem filios vltra quartam partem bonorum alienare, ita amplificatum, limitatur utiliter quidem locum non obtinere in bonis acquisitis, relictisque mulieri cum licentia, potestateque alienandi: & ita iudicauit pluribus quippè vicibus religiosè more suo Rota Neap. teste illustri D. Vincẽtio de Franchis, de quo, vt de Alexandro dici potest, *Maximus ingenio, corpore paruus erat.* decis. 4. sub num. 8.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM mulierem, vel minorem prohibens non posse contrahere sine consensu propinquorum non obstante iuramento non valet aliquo modo: quia per statutum non potest tolli vis iuramenti, quod seruari debet, quando potest sine interitu salutis æternæ; imò per tale statutum daretur occasio peccandi.*

2 *Statutum laicorum potest tollere vires iuramenti præsupponendo dolum,*

## OPINIO DCCXCI.

1 STATVTVM mulierem, vel minorem prohibens non possе contrahere sine consensu propinquorum non obstante iuramento, non ualet aliquo modo: quia per statutũ non potest tolli vis iuramenti, quod seruari debet, quando potest sine interitu salutis æternæ; imò propter huiusmodi statutum daretur occasio peccandi: quia iuramẽtum est res spiritualis, nec laicali prouisioni subiacet. c. cum contingat, de iureiur. & hanc conclusionẽ tenuit Bar. & alij in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus uenditionem, Abb. in d. c. cùm contingat, vers. 3. de iureiur. Roma. & Ias. in l. fina. ff. qui satisda. cogan. Franc Aret. consil. 8. Alex. consil. 59. volum. 1. & consil. 126. num. 4. volum. 4. & Ferratius in caute. 16. vbi scribit opinionem istorum communem fore, & cæteri quàmplures Doctores congesti per Moder. inibi, & per Bolognettum in repetitio. l. omnes populi. nume. 97. ff. de iustit. & iure, ubi prorumpit hanc esse communẽ sentẽtiam omnium Doct. quam quidem ibidem limitat, & declarat in nu. 98. Cõis opin.

¶ In contrariam uerò partem, quòd vires iuramenti possint statuto infringi, inclinauit Bald. in d. l. omnes populi, cuius opinio communiter sectatur: secundùm Fulgos. & Paul. de Cast. in d. auth. sacramẽta puberum. Et pro ista communi obseruantia, & opinione Bald. per pulcherrimas rationes consuluit Corneus consil. 252. volum. 4. vbi præsupponit istam esse communem opinionem, & eam titubanter, & nihil sibi constans sequitur quoque consil. 135. uolum. 1. & uidetur se qui pariter D. Follerius in pragmatica de censibus in rubr. Nicolaus Episcopus. num. 90. & 102. tamen in hoc conflictu nunquam in actu practico discederem à prima opinione Barr. magis cõmuni, quam citat etiam, & limitat Cutt. Iun. consil. 118. num. 3. & 6. Cõis opin.

2 Imò limitatur etiam, quòd iuramentum indirectè per statutum laicorum tolli potest, & sic conclude, statutum laicorum posse tollere uires iuramenti præsumendo dolum: secundùm Abb. consil. 72. quinque dubia, & Roma. consil. 12. sub num. 2. vbi Horatius Mandosius in add. ibi in litera A. alios eiusdem sententiæ referendo affert istam fore magis communem opinionem, idemque clamat Ias. in d. auth. sacramenta puberum colum. fin. Cõis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *PRIVILEGIVM derogans statuto intelligitur etiam de futuro.*

2 *Priuilegium concessum, ne quis teneatur ad tributa, decimas, vel collectas, extenditur etiam ad prædia futura post priuilegium, & immunitatem quæsita.*

3 *Priuilegium monasterio, vel eius cappellis concessum non extenditur ad cappellas postea conditas.*

4 *Clausula motu proprio non operatur derogationem statutorum, vel priuilegiorum: nisi de illis statutis fiat specialis mentio.*

5 *Statuto petens derogari, quid debeat in supplicatione exprimere.*

6 *Consuetudini immemorabili censetur etiã derogatum per clausulam non obstantibus constitutionibus, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, quorum tenores & cæt.*

## OPINIO DCCXCII.

1 *Statutū.* PRIVILEGIVM concessum Comiti creandi tabelliones, non obstantibus statutis, intelligitur mediante huiusmodi priuilegio derogatum etiam statutis fiendis: teste Ray. de For. in l.si ita esset.ff.de auro,& argen.leg.Flor.in l.si sernns in prin.ff.de seru.vrb.præd.Dyn.&Bar.in l.si mi hi & tibi.§.in legatis,aliàs.§.fi.ff.de leg.1.quorū *Cōis opin.* opinio approbatur ibi communiter,& vniuersaliter per omnes: ut non obscurè explicat ibi quoque Alex.nu.7.& Ias.in 1.lect.circa fin.

2 Necnon priuilegium concessum,ne quis teneatur ad decimas,tributa vel collectas,extenditur etiam absque scrupulo aliquo ad prædia futura,& sic post priuilegium ipsum,& immunitatem quæsita.ita Bart.in l.damni.§.is qui ædes uicinas in ult.q.ff.de dam.infect. per tex.in c.quia circa,de priuil.&est tex.etiā in c.ex parte,& in c. pen.de decim.& sic firmant Doct.omnes quoq; in l.1.ff.de leg.1.Imol.& alij in d. §. is qui ædes, Alex.consil.178.in occurrenti casu,volum.2.& consil.193.ex themate præmisso.nume.8.& seq. eodem volum.& Ias.in l.si stipulatus fuero. §. cū stipulamur.ff.de verb.oblig.& consil.170.num. 6.uolum.2.Paris.consil.68.Queritur primò,vol. 1.& Gnid.Papę decis.489.Princeps,num.1.&3. vbi hanc opinionem obseruari in curia Delphinali de consuetudine expresse testatur.uerùm illam uidetur nimis cohar&tare Bald.consil.112. Quæritur qui intelligantur laboratores.num.4. & seq.volum.1.ubi concludit rigidè quidem immunitatem ipsam extendi ad bona postea quæsita, si illa succedanea veterum bonorum extarent,idest empta ex pecunia redacta de rebus antiquis,vel permutatione.

3 Sed hoc claudicat re ipsa non procedere ubi cunque priuilegium monasterio,& eius cappellis concessum foret:tunc enim ad cappellas postea conditas illud extendendum non esset: secundùm Glo.& cæteros omnes in c. cùm cappella de priuileg.Alex.in d.consil.178.nu.5.& Alc. consil.22.nume.5.Dec.consil.523.aliàs scripsi. *Cōis opin.* nu.4.ubi planè deducit istam esse communem regulam.

4 Et quamuis,redeundo ad institutum nostrū, priuilegium derogans statuto intelligatur etiā de futuro:tamē vbicunq; hęc clausula derogatoria in priuilegijs apposita non sit, sed solùmmodò in eis inter alias clausulas reperiatur clausula motu proprio:tunc enim illa nullatenus operatur derogationem statutorum, uel priuilegiorū, nisi de illis statutis fieret specialis mentio.c. constitutus de rescrip.vbi Imol.colum.10.& Felyn. col.4.& alij,& Glo.in c.si motu proprio,de præb. & dignit. in 6.

5 Vndè petens statuto derogari per Principē, tenetur necessariò in eius supplicatione non solùm de statuto ipso facere mētionem, sed etiam de eius tenore.c.super literis de rescrip.vbi Glo. & omnes alij.

¶ Necnon debet de confirmatione statutorum à Principe facta idem supplicans facere etiam expressam mentionem.ita Alex.cons.122. viso puncto,& accuratè pensato.nu.6.& seq.vol. 4.Rom.cons.327.istæ sunt rationes sub nu.6.& seq.Fely.in d.cap.constitutus de rescrip.& Paris. cons.140.inspectis indultis,nu.6.vol.4.

¶ Itidem quoque non modò de ipsius Principis confirmatione, verùm etiam de iuramento præstito per tertium super eodem statuto mentio fieri deberet. text. est in d.c. constitutus, & ibi Abb.Fely.& cæteri.


6 Et hinc est, quòd in omnibus ferè Pontificiis bullis huiuscemodi clausula opponi consueuerit,nidelicèt, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac dictæ ecclesiæ iuramento, confirmatione apostolica, nel quauis firmitate alia roboratis,statutis,& consuetudinibus,cæterisque contrarijs qnibuscunque;& per hanc clausulam consuetudini etiam immemorabili censetur derogatum: secundùm Mis. decisione 34.

### SVMMARIVM.

1 *STATVTVM disponens,quòd naturales,& spurij possint succedere patri quemadmodum legitimi,non valet: quia præbet fornicandi occasionem.*

2 *Filius illegitimus ex coitu non accusabili natus ad successionem matris admittitur,nisi mater sit illustris.*

## OPINIO DCCXCIII.



1 STATVTVM disponens, quòd naturales & spurij possint succedere patri,quemadmodum legitimi, non valet,nec tenet:secūdùm Bart.& alios omnes in l.3.ff.de testa. Bald. in l.1.C. de iure aur. an. colum.2.quia statutum præberet fornicandi occasionem.l. conuenire. ff. de pact.dot. & ita per istam rationem tenet Feder. de Senis cons. 225. & consil.227.colnm.17.Bald.in l.eam quam.C. de fideicō.& Imol.in l.3.ff.de testa.& ista est cōmunis opinio: quam sequitur & citat Io. Bapt. *Cōis opin.* de Sancto Seuer.in repetit.l. omues populi, col. 41.ff.de iust. & iure,Ang.Aret. in tract.de test. colum.40.circa medium, Dec.in c. 2. colum. 2. in 2.lect.de constit.& in c.in præsentia, nu.123. & seq.de prob.& Ruin.consil.189.nume.7. uol. 1.consil.202.colnm.1. uolum. 2. & consil.138. colum.5.uolum.5.licèt ipsemet Dec.parùm sibi constans

constans consuluerit contrarium, consil. 271. & istam partem contra communem efficacissimis fundamentis sequitur, & sustinet Paleottus in tract. de notis, & spurijs in q. 54. tamē quicquid isti suadeant ob hoc non discedo à dicta commu ni sententia, tanquàm magis æqua, ac melioribus rationibus uallata.

2 Sed limita prædicta, quòd quamuis filius illegitimus uigore statuti præfati patri succedere non possit: tamen de iure communi omnis filius illegitimus ex coitu non accusabili natus, ad successionem matris admittitur, nisi mater sit illustris. l. si qua illustris. C. ad Orfic. & uoluit Corn. consil. 25. in præsenti, in fin. lib. 1. & per consequens ante obitum matris filij habebunt alimē ta: quia mater locuplex tenetur alere filium spurium. vt notat Bart. in auth. ex complexu. C. de incest. nup. ideoque pater sciens filium naturalē ei succedere non posse ex dispositione huius statuti, potest facere hæredem matrē spurij, ad hoc vt post matris mortem spurius possit consequi omnia. Et scias quòd etiam concubinæ donare, ac in restamento relinquere possun t. l. donationes. ff. de dona. & l. qui cōcubinam, & l. uxorem. §. concubinæ. ff. de leg, 3.

*SVMMARIVM.*

1 *IVRAMENTVM ab Imperatore, vel alio Principe, seu concistorio relaxari potest.*

## OPINIO DCCXCIIII.

1 STATVTVM, lex, uel Princeps potest prohibere, quòd non iuretur super contractibus, & sic relaxare potest iura mentum Imperator seu Princeps: secundùm Bald. in l. non dubium, in fin. C. de legibus, per text. in l. fina. ff. qui satisd. cog. & Doct. omnes communiter in c. laicus de foro compet. in 6. quam communem præcitati Doct. ibidem sequuntur, & pleno ore attestantur, Follerius copiosissimè, in pragmatica de censibus, in rub. Nicolaus Episcopus, num. 90. & 102. & alij passim in iure nostro, & Ioachimus in obseruatione 99. Imperator, centuria 3. vbi deducit ita iudicatum extitisse in camera Imperiali. Et uide alteram etiam conclusionem consimilem supra in Opinio. Statutum mulierem, vel minorem prohibens & cæt. *Cōis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM excludens sororem à successione patris non excludit fratrem à successione sororis.*
2 *Dato vno inconuenienti aliud dari non debet, etiam conseruandæ agnationis causa.*
3 *Causa agnationis conseruandæ in statuto non expressa habetur pro expressa.*
4 *Statutum excludens sororem à successione fratris non excludit sororem à successione sororis.*
5 *Masculinum respectu personæ, cui succedendum est, nō continet fœmininum.*

## OPINIO DCCXCV.

1 STATVTVM excludēs sororem à successione fratris, nō propter hoc censetur exclusus frater à successione sororis: ut not. uoluit Bald. per illum text. in l. lege duodecim tabularum. C. de leg. hæred. quem sequitur ibi Paul. Alex in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig & cumulatissimè Laurus de Palatijs in tract. quòd stantibus masculis nume. 110. cum alijs seq. & ista est communis opinio: vt per Moder. in rubr. ff. de acq. poss. & in l. secundùm naturā. ff. de reg. iur. *Cōis opin.*

2 Quæ comprobatur ista potissimum ratione per Bald. in d. l. lege duodecim tabularum: quia dato vno incōuenienti aliud dari non debet. Et hoc procedit etiam cōseruandæ agnationis causa: secundùm Soc. in d. rubr. ff. de acquit. possess. num. 18. & sequen. & Dec. in d. l. secundùm naturam, num. 5.

3 Sed si hæc causa agnationis conseruandæ non esset in isto statuto expressa: quia simpliciter loquatur, vt supra, haberetur pro expressa: secundùm communem opinionem Doct. quam celebrat, & allegat Albert. Brunus in tract. statutorum in 3. par. ncl quæstione princ. *Cōis opin.*

¶ Contrarium verò tenet per pulcherrima fundamenta Soc. in d. rub. circa fin. ff. de acquit. poss. Ias. tamen ibi audacter asserit communem opinionem esse contra Soc. quam sequitur etiā, citat, comprobat, & tuetur ab omnibus contrarijs Bartholomæus Romuleus ff. de acquir. poss. num. 18. cum aliis seq.

4 Et licèt dicto statuto caueatur, quòd soror non succedat fratri, non ob hoc erit exclusa à successione sororis.


5 Eo enim casu masculinum respectu personæ, cui succedendum est non continet fœmininū. ita per nōnullas, & ferè optimas rationes determinat Paul. de Castr. consil. 340. hæreditas prædicta, aliàs secundùm aliam impressionem est. nume. 119. volum. 1. idem concludit Capra consil. 62. in 4. dubio, Corneus consil. 11. colum. 1. uolum. 1. & consil. 94. col. 1. volum. 2. & Ias. in d. rub. de acquir. poss. col. fin.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM disponens, quòd mulier, & minor, non possint contrahere sine consensu consanguineorum poterint non obstante dicto statuto bona sua offerre ecclesiæ.*

2 *Laicus super actu spirituali statuere non potest.*
3 *Mulier per statutũ prohibita contrahere absq; cõsensu consanguineorũ non prohibetur donare causa mortis,*
4 *Prohibitus testari non intelligitur prohibitus donare causa mortis.*
5 *Consensus propinquorũ requisitus ex forma statuti ac commodatus ad propriũ commodũ non validat actũ.*
6 *Actus ualet celebratus cum consensu propinquorũ in eorũ proprium commodũ, quando consensus prestatur in genere ante actum celebratum, & ex interuallo.*
7 *Propinqui sine causa renuentes prastare consensum, coguntur à superiore.*
8 *Statutũ expostulãs in cõtractib' mulierũ, et minorũ p piquorũ cõsẽsũ nõ habet locũ iter maritũ, et uxorẽ.*
9 *Consensus unius consanguineorum non sufficit quando requiritur consensus plurium.*
10 *Licentia patris, & post eius mortem solius matris, & post matris mortem agnatorũ sufficit, quando per statutum requiritur licẽtia patris, et matris agnatorũ.*
11 *Hermafroditus non prohibetur contrahere absq; consensu consanguineorum, stante statuto, quòd mulier absque eo contrahere non possit.*
12 *Vxor potest contrahere absque consensu mariti stante statuto, quòd absque eius consensu contrahere non possit, quando maritus est furiosus.*
13 *Iudex potest supplere defectum consensus propinquorum requisiti per statutum, quando propinqui, qui consentire debent, sunt inhabiles ad consentiendum.*
14 *Consensus tacitus, vel fictus propinquorum inductus ex sola præsentia, ac taciturnitate non sufficit quando statutum requirit consensum, & maximè quando requirit præsentiam, & consensum.*
15 *Mulier in contractibus sibi lucrosis potest contrahere absque consensu propinquorum, non obstante statuto, quòd debeant contrahere cum eorum consensu.*
16 *Mulier potest contrahere absq; consensu consanguineorum, quando consanguinei, quorum consensus requiritur sunt absentes nec haberi potest.*
17 *Actus celebratus per mulierem absq; præsentia consanguineorum requisita per statutum non conualidatur per ratificationem factam per consanguineos.*
18 *Ratificatio repsentat cõsensũ, nõ tñ psentiã corporalẽ.*
19 *Mulier state statuto qđ cõtrahere nõ possit absq; cõsensu cõsanguineorũ põt absq; eorũ consensu extra territoriũ condere testamẽtum, etiam de bonis ubiq; sitis.*
20 *Mulier stante statuto, quòd contrahere non possit absq; consensu consanguineorum non potest absq; huiusmodi consensu facere compromissum.*
21 *Mulier phibita cõtrahere p statutũ absq; cõsensu consanguineorũ non censetur phibita acceptare tutelã.*
22 *Mulier non potest renunciare constitutioni phibitoriæ statuti, disponentis, q si mulier contraxerit absq; consensu consanguineorum cõtractus decernatur nullus.*
23 *Mulier potest contrahere cum patre omissa solennitate statuti renuncians in manibus ipsius patris.*
24 *Statutũ disponẽs nullã esse obligationẽ factã p mulierẽ absq; psentia cõsanguineorũ, recipit interpretationẽ iuris cõis, & non habet locũ in obligatione necessaria.*
25 *Minor phibitus per statutũ contrahere absq; consensu consanguineorũ etiam si iurauit se maiorẽ potest dicere contractum factum absq; tali consensu nullum.*
26 *Minor iurans se maiorem, & dicens mendacium, per mendacium excluditur à restitutione in integrum; secus à remedio ordinario nullitatis actus, & potest ex capite minoris ætatis infringere actum.*
27 *Minor dolo aduersarii inductus ad iurandum se maiorẽ stante statuto, quod contrahere nõ possit absq; consensu consanguineorum potest dicere actum nullum.*
28 *Mulier contrahens procuratorio, tutorio, & simili nomine absque consensu consanguineorum requisito per statutum in contractibus mulierum contrahere põt.*
29 *Mulier potest contrahere per suum procuratorem absque consensu cõsanguineorum requisito per statutũ.*

## OPINIO DCCXCVI.



1 STATVTVM disponẽs, q mulier, & minor nõ possint cõtrahere sine cõsensu duorũ cõsanguineorũ: poterũt tñ nõ obstãte dicto statuto bona sua offerre ecclesiæ: sñ Bal. in l. generali col. fi. C. de sacrosf. eccl. quẽ sequit Anchar. in c. 1. de const. Abb. in c. relatũ, il 1. de test. Anan, cons. 57. & Dec. in c. in præsentia, n. 98. & Aug. Berous ibidem nu. 158. de prob. & alij Doct. magis communiter in d. c. relatum. *Cõis opin,*
2 Errõ est: quia est act' spiritualis, sup quo laicus statuere non põt. l. priuilegia. C. de sacrosf. eccle.
3 Limitatur 2. ac interpretat istud statutũ, qñ mulier disponeret donãdo causa mortis: nã põt mulier ita donare non obstante hoc statuto: sñ magis cõem opinionẽ Doct. quã attestatur Soc. in l. 2. ff. de leg. 1. & sequitur inibi Ias. col. 3. & 4. Aquen. nu. 7. Alc. n. 2. Ruin. col. 14. & 20. & Soc. Iun. nu. 60. & Rubeus cons. 27. in fin. *Cõis opin.*
4 Nã phibitus facere testm̃, nõ intelligitur phibitus donare causa mortis. l. tam is. §. fi. ff. de don. causa mor. vt per Dec. cons. 196. in casu proposito, & per Bal. consil. 298. uolum. 2.

¶ Contraria uerò opinio videtur cõis: quã declarat, & citat Ias. in d. l. 2. ff. de leg. 1. & Rip. ibi n. 10. & Tiraq. in trac. de legib. cõnub. in 3. Glo. q. 4. & ei iherẽt Abb. cõs. 50. col. 2. vol. 2. Corn. cõs. 41. col. 2. uol. 1. Anch. cõs. 384. col. 2. & Dec. cõs. 279. col. 1. & 2. Arct. col. 5. Alex. in prin. & Barb. col. 9. uer. itẽ dico, in l. 2. ff. de uer. obl. Ias. titubãter, & sibi contrarius, in §. 1. col. 6. inst. de act. Cassan. in consuet. Burg. rub. 4. q. 7. nu. 20. Guil. Benedi. in c. Raynutius de test. in uer. Testamentũ, il 4. n. 31. Alex. cõs. fi. Soc. sibi parũ constans, col. pen. & D. Guil. Ponta. n. 32. in d. l. 2. ff. de leg. 1. ubi docet istã esse cõem opi. quã sequit ẽt, & citat Pari. cõs. 97. n. 4. vol. 3. Sed primã opinionẽ sequendã fore mihi cõstitui, quæ videtur magis cõis, & æqua: vt patet ex cõgestis p Alex. Soc. & Moder. in d. l. 2. *Cõis opin.*
5 Fallit tertiò huiusmodi statutũ quã do propinqui, seu cõsanguinei mulieri cõseu sũ pstarẽt ad utilitatẽ ppriã, veluti, si mulier vellet ppinquis, quorũ consensus desiderat ex forma statuti in testamẽto, sua bona relinquere: tũc ppinqui ad p priũ cõmodũ cõsensũ accõmodare nõ possũt, p

notata p Glo.& Bar.in l.1.ff.de auth.tut.& Bar. in l.frater à fratre.ff.de cód.indeb.cũ allegatis p Soc.cõſ.172.& p Corn.cõſ.294.elegãter,lib.1. & ita ſe habet communis opinio:ut aſſerit Dec.cõ ſil.612,concluſionem,circa fin.contra Bald. qui in oppoſitam opinionem inclinauit in conſil.6. hæc eſt copia,lib.2.& in l.1.C.vnde uir, & uxor.

*Cõis opin.*

6 Limitatur hoc quotieſcũq; p ꝓpinquos ante teſtm̃ mulieri accõmodaret conſenſus in genere ad faciẽdũ teſtm̃ arbitrio ſuo,nõ aũt in ipſo teſtamẽto:ut ꝓbaẽ p Alex.in l.1.§.fuit q̃ſitũ.ff.ad Trebel.& p Corn.conſ.242.uol.2.Eſt tñ neceſſe poſt huiuſmodi conſenſum præſtitũ,teſtamentũ fieri ex interuallo: vt per Dec.conſ.245. in cauſa.

7 Interpretaẽ 4. dictũ ſtatutũ diſponẽs, ꝙ mulier nõ obligeẽ ſine cõsẽſu ꝓpinquorũ,ꝙ ſi ipſi ꝓpinqui ſine cauſa recuſent, cogũẽ à ſuperiore cõsẽtire:ſm̃ not. doctrinã An. d̃ But.in c.cũ cõſuetudinis,de cõſue.q̃ ſequiẽ Ab. ꝑ illũ tex.in c.null',de iure patr.in c.ꝙ Dei timorẽ,circa fi.de ſtat.mon. de quo Bar.& Alex.in l.ſi cũ dotẽ.§.eo tpe.ff.ſol. mat.& iſta eſt cõis opin.vt inquit Plot.poſt alios ibi p eũ cõgeſtos in rep.l ſi q̃n.n.352.C.vnde ui.

*Cõis opin.*

8 Interpretaẽ 5. dictũ ſtatutũ expoſtulãs in cõtractib' minorũ & mulierũ,ꝓpinquorũ cõſensũ, nõ habere locũ in donatione viri,& uxoris:vt cõſuluit Caſt.conſ.82.in iſta donatione,in 2 dubio lib.2.quem refert,& ſequitur Tiraq.in repet.l.ſi vnquã.C.de reuoc.don.in uerſ.libertis,nu.113.

9 Limitaẽ 6.huiuſmodi ſtatutũ exigẽs, ac requirẽs cõsensũ ꝓpinquorũ nõ verificari in vno: q̃a plures ꝓ firmiori iudicio requirũẽ:ſm̃ Ancha.cõſil.35.col.2.uiſa quidẽ petione.quẽ refert,& ſeq tur Dec.in c.prudẽtiã.nu.17.extra de off. deleg.

10 Sed hoc nõ habet locũ vbicunq; ſtatutũ ꝓhiberet,ꝙ cõtractus uel actus nõ poſsit fieri abſq; patris,& matris,vel duorũ agnatorũ licẽtia: tũc eñ ſola patris licẽtia ſufficeret dũ uiuit,& eo defuncto ſola licẽtia matris ſufficit abſq; licẽtia patris prædefuncti,& ſine etiã licẽtia agnatorũ: ſm̃ Glo.in l.Gallus.§.quidã rectè,in uerſ.non exprimaẽ.q̃ ſequũẽ ibi Bar.n.4.Ray.Bal.Alber.Nic.de Neap.Ang.Cum. Caſt.& Alex.&iſta eſt cõis opinio.teſte Iaſ.ibi n.12.& 20.Ripa in c.ex parte, il 1.n.54.de reſcrip.& Ploto,in d.repet.l.ſi quãdo, nu.342.& ſeq.cum alijs ibi per eum relatis.

*Cõis opin.*

11 Fallit ulterius præcitatũ ſtatutũ, ꝙ mulier cõtrahere nõ poſsit abſq; cõſanguineorũ cõſenſu, nõ cõprehendere hermafroditũ:ſm̃ Bal.in l. oẽs populi.col.9.verſ.quid ſi ſtatutũ dicat.ff.de iuſt. iur. quia hermafroditus eſt homo mixt', nõ aũt ꝓpriè mulier. Idẽ tenuit Ancha.in repet.c.cano nũ ſtatuta,in uer.venio ad 4.mẽbrũ,de conſt.de quo uide ſolemnẽ Doct.Præceptorẽ meum,Pontanum Peruſinum,in l.ſtipulationum,col.8.uer. quid firmat Bal.&c.ff.de uerb.oblig.

12 Interpretaẽ 8.hoc ſtatutũ,uel huic ſimile,uide licẽt, qđ eo mediatẽ cõſenſus uiri in cõtractib' uxoris requiratur non habere locũ in uiro furioſo:ideo contract' ualet ſine conſenſu mariti.l.cũ hæres.ff.de acq. hæred. & ita per illũ text. tenet ibi Imol.& Aret.ut refert Ruin.conſ.145.nu.4.

13 Fallit 9. q̃n iudex ſuppleret defectũ cõſenſus ꝓpinquorũ ſua pſentia,& authoritate:qđ põt facere iudex,ubicunq; aliquorũ conſenſus ad actũ requiriẽ,ſi illi ſint inhabiles ad cõſentiẽdũ : ut p Bal.in l.ſi furioſi,ꝑ illũ tex.C.de nup.& in l.bonorũ,vbi alij Doct.cõiter.C.qui admitti,& p Alex. in l.1.§.fuit quæſitum.ff.ad Treb. & ſequitur Socin.conſ.87.in præſenti col.2.uol.1.

*Cõis opin.*

14 Fallit 10.dictũ ſtatutũ requirẽs ꝓpinquorũ cõſenſũ,nõ uerificari in tacito,uel ficto,q̃ ex ſola pˀſentia,& taciturnitate induciẽ: q̃m debet intelligi in caſu uero,& nõ in ficto.l.3. §. hæc uerba.ff. de neg.geſt.ubi Bart. & ita in hoc caſu cõcludit Bal.in l.2.§.uolũtatẽ.ff.ſo.ma.cũ quo ſentiũt cõiter oẽs Doc.ut meminit Dec.in c.at ſi clerici,de iud.n.77.Plot.in repet.l.ſi q̃n,n.366.C.unde ui, Ruin.cõſ.62.n.1. uol.3. ubi dicit hoc pſertim ꝓcedere,q̃n ſtatutũ copulatiuè uult adeſſe pſẽtiã, & cõſensũ in aliquo actu declarãdo p mulierẽ.

*Cõis opin.*

15 Fallit 11.ꝓallegatũ ſtatutũ requirẽs ꝓpinquorũ cõsẽsũ in cõtractu mulierũ,habere locũ in cõtractib' dãnoſis mulierib',ſec' in cõtractib' lucroſis:ut uoluit Bal.in l.neq;.C.de cõtrahẽ.& cõmi. ſtip.Ang.& Imol.in l.mutuũ.§.fin.ff.de acq.hęr.

16 Interpretaẽ 12.p̃ſatũ ſtatutũ,q̃n cõſanguinei eſſent pſentes,quorũ cõſenſus haberi poſſet; ſec' ſi abſunt in lõginquo, nec eius cõsẽſus haberi poſſet: nã ualebit cõtractus ſine cõſanguineorũ cõſenſu.ita Bal.cõſ.488. ſequens queſtio, vol.1. & cõſ.394. ſtatuto cõmunis,uol.5.Grauet.cõſ.12. nu.5.& Io.Cephalus conſ.85.nu.11.uol.1.

17 Hiſq; occurrit,ſiue addẽdũ eſt unũ ualde notabile,ꝙ ſi ſtatuto caueẽ mulierẽ nõ poſſe cõtrahere ſine præſentia cõſanguineorum: tunc ſi actus fiat ſine conſenſu conſanguineorum, non poteſt ratificari poſtea per conſanguineos.

18 Quia licẽt ratificatio repræſentet cõſensũ,nõ tñ repræſentat pſentiã corporalẽ:ut uoluit elegã ter Bal.in l.1.in uerb.extra quęriẽ.C.qui admitti.

19 Fallit 13.q̃n mulier faceret teſtm̃ extra territoriũ,ubi nõ extet huiuſmodi ſtatutum.arg.l.2.C. quẽad.teſt.aper.Bar.in l.2.col.6.C.de ſum.Trin. & tradiẽ tũc teſtm̃ ad bõa ubiq; ſita:ut ibi p Bar. & alios Doc. q̃uis titubãter,& ſibimet cõtrarius aliud ſenſerit in l.ſi arrogator.col.6.ff. de adopt.

20 Interpretaẽ ulterius dictũ ſtatutũ, ꝙ mulier nõ poſsit cõtrahere ſine duorũ ꝓpinquorũ cõſenſu, uel decreto iudicis,habere etiã locũ,ut nõ poſsit compromiſsũ facere abſq; dicta ſolennitate, ſeu cõſenſu conſanguineorũ:ut per Ang.l.ſi.§.neceſſitatẽ.C.de bonis quæ lib.quẽ ſequitur Laufrancus in tract.de arbitris,in §.iuſta,quæſt.4.

21 Fallit 15.hoc ſtatutum prohibens mulierẽ cõtrahere abſq; propinquorum conſenſu,ꝙ uideaẽ ex hoc eã prohibere acceptare tutelã:ut p Bart. & alios in l.2.ff.de leg.1.licẽt hoc relinquat cogitandũ Alc.in tract.de præſ.in reg.1.pręſ.52.n.7.

22 Decimoſexto interpretatur quotieſcunq; ſtatuto cauetur,ꝙ ſi mulier cõtraxerit ſine propinquorum conſenſu,cõtractus decernatur nullus:

tunc

tunc secundùm doctrinam Bal. in l. t. C. qui admitti, partes non possunt huic constitutioni prohibitoriæ renuntiare. & facit text. in c. deniq; 4. distin. in finalibus uerbis.

23 Fallit decimoseptimò istud statutum requirens solennitatem in contractibus mulierũ non habere locum quando mulier contrahit cum patre, & omissa solennitate statuti, id est consensu propinquorum in manibus ipsius patris renuntiat: ut uoluit Bal. in l. pactum, q. 21. C. de collat. quem sequitur Alex. consil. 106. quò ad præsens, circa fi. vol. 1. in cons. 29. cuius exordiũ est, præclarè, subtiliter. col. penul. uol. 3. & in l. si quis mihi bona. §. fi. ff. de acq. hæred. post Rom. ibi, & Tiraq. cum alijs compluribus ibi per eum congestis, in d. l. si vnquam, in præfatione, num. 26.

24 Limitatur decimooctauò hoc statutum disponens nullam esse obligationẽ factam per mulierem absq; præsentia propinquorum, q recipiat interpretationẽ à iure cõi, vt nõ habeat locũ in obligatione necessaria. ita in terminis consuluit Rom. consi. 394. per l. 1. C. quando decre. opus nõ est. quẽ sequitur Alex. cons. 215. col. 2. vol. 6. Ias. in l. si vnus. §. pactus ne peteret, n. 29. ff. de pact. & Soc. consi. 80. col. fin. volum. 4.

25 Et hoc statutũ, q minor, seu mulier cõtrahere nequeat absq; cõsensu cõsanguineorũ, interpretatur decimonono, q si minor se maiorẽ iuraue rit, & per cõsequens sine propinquorum consensu cõtraxerit, non obstante huiusmodi iuramento, vtique posset dicere contractum nullum, & admitteretur ad probandum minorem ætatẽ, etiã per testes: sm̃ Io. Andr. in add. Spec. in tit. de sent. §. vt aũt, in add. in ver. pcedendũ. quẽ sequitur Rom. consi. 12. col. fi. Ang. consi. 160. Cremen. sing. 162. Statuto cauetur, Soc. consi. 6. n. 5. vol. 1. Curt. consi. 118. & seq. & Pet. de Benint. decis. 47. Cõis opin. vbi ait ita cõclusum extitisse in Rota Bononiensi, ac pariter istam esse magis cõem opinionem.

26 Et nõ obstat cõi præmissę. l. 3. in fi. C. si minor se maiorẽ dixerit, disponens, q si quis iurarct se esse maiorẽ 25. annis manu tactis scripturis, & in veritate diceret mendaciũ, cõtra tale iuramẽtũ, nullũ censeretur habere remediũ, nec restitueretur in integrũ ex capite minoris ætatis: quia loquitur vbicunq; minor ipse venire uellet mediãte beneficio restitutionis in integrũ, à qua quippè excluderetur p mẽdaciũ: secus verò si ex capite minoris ętatis infringere vellet actũ iuratũ deducendo remediũ ordinariũ nullitatis actus: prout ita respondẽt Io. And. & Rom. in locis pręcitaris, & d. l. 3. C. si minor se maiorem dixerit.

27 Limitatur similiter uõ habere locũ vbicunq; minor dolo aduersarij inductus foret ad iurãdũ se maiorẽ: secundùm Doct. omnes in d. l. 3. & ita fuit decisum in Sacro Regio Concilio Neap. teste Afflicto decis. 393. Hyeronimus, n. 12. & seq.

28 Fallit similiter antedictũ statutũ, q mulier cõtrahere nõ possit sine ppinquorũ cõsensu procedere, ubicunq; contraheret nomine proprio: secus si alieno, putà tutorio, curatorioue nomine: ut uoluit Cast. in l. quicunq;. §. si ab alio. ff. de instito. & Alex. in l. quæ filiũ. col. 2. ff. de in ius uoc.

29 Limitatur etiã postremò mẽtionatũ statutũ, q mulier contrahere nõ possit sine consensu ppinquorũ, vt tũc pcurator ipsius mulieris solus cõtrahere possit nõ seruata forma statuti antedicti, & sic mulier p pcuratorẽ contrahere põt nul la forma statuti seruata. Bar. Ang. & Cuma. in l. apud Iulianũ. §. fi. ff. ex quibus causis in pos. eat. & Ruin. in l. 1. §. item acquirimus, nu. 1. & 5. ff. de acquir. possess. vbi ait istam esse veriorem opinionem, & latè tuetur respondendo contrarijs.

¶ Alios verò casus cõplures, in quibus mulier potest agere, & contrahere absq; mariti, seu consanguineorum licentia, ponit Michael Cifuẽtes in cõmentarijs super leges Tauri in l. 55. p totã.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM Florentinum disponens patrem habentem domicilium Florentiæ, scientem que filium negociari, & exercere mercaturam teneri, & obligatum esse, nisi prohibeat, intelligitur in contractibus celebratis ob causam mercaturę, quã exercet, & non aliter.*

2 *Filius prohibitus obligari, uel contrahere per statutũ, nisi sit artifex, uel mercator, potest se obligare, uel cõtrahere ratione artis, uel mercaturę quam exercet.*

3 *Pater non obligatur ex contractibus filij celebratis extra territorium stante statuto Florentino, quòd pater obligetur, & teneatur ex contractibus filij.*

4 *Statutum Florentinum, quòd pater permittens filium negotiari, & non contradicens pro filio obligetur, non trahitur ad negocia extra territorium gesta.*

## OPINIO DCCXCVII.

STATVTVM Florẽtinũ dispo nens patrẽ habentẽ domiciliũ Florentię, scientẽq; ipsius filiũ negotiari, exercereq; mercãtiã in ipsa Ciuitate, teneri, ac obligari, nisi à dicta negociatione filiũ expresè prohiberet: sm̃ Glo. in rub. C. de decrer. decur. lib. 10. quã sequũtur oẽs Scrib. cõiter in l. filiusfa. ff. de ver. obl. & in d. rub. & Boer. dec. 221. n. 15. vbi expsè attestat̃ de d. cõi opin. Glo. Cõis opin.

1 Interpretat̃ primò huiusmodi statutũ, q pater teneatur pro contractibus filij mercatoris restringi ad contractus filij, qui fierent, & celebrarentur ob causam mercaturæ, nõ aũt ex alia causa: vt tradit Alex. consi. 113. col. 2. vol. 3. Grauett. consi. 3. nu. 25. & consi. 171. col. 3. in fin.

2 Idẽ uidimus in alio simili statuto disponente, q filius non possit se obligare, vel contrahere, nisi sit artifex, vel mercator: nã valet contractus, vel obligatio, si fiat tũc obligatione artis, vel mercaturę alias: sm̃ Bal. Saly. in l. fi. C. ad Maced. Bal. in l. 3. §. ex hoc edicto. ff. nau. caup. & stabul. Ias. in l. age. C. de transact. Dec. in c. post cessionem, de prob. & Marsil. in rub. ff. de fideiuss. nu. 210.

3 Interpretatur secundo loco dicta cõis opinio, quòd pater vigore prællegati statuti ex cõtracti bus filij celebratis extra territoriũ nõ teneatur, nec obligetur:secundũ Dec.consil.359.in causa Domini Marci,& ita consuluit, vt refert Soc.in l.Modestinus.ff.de excep.genitor suus,& Aret.

4 Quod statutũ Florentinum quòad patrem,qui permiserat filium negociari, & nõ contradixerit pro filio obligatum iubet non trahi ad negocia, quę extra territorium filius gesserit.

*SVMMARIVM.*

1 *FRVCTVS in statutis,seu lege expressi,intelliguntur deductis expensis.*

2 *Aestimatio fructuũ bonorũ beneficialiũ, quę fit pro imponẽdo pensionẽ debet fieri deductis expensis factis ratione quęrendorũ fructuũ.*

3 *Expẽsę factę causa q̃rẽdorũ fructuũ deducũtur ex fructib.*

## OPINIO DCCXCVIII.

1 STATVTVM, seu lex faciẽs mentionem de fructibus intelliguntur deductis impensis:secundùm Bart.in l. fructus,per illum tex.ff.sol.mat.Bal.Ang. & omnes Moder.in l.non amplius,in prin.ff.de lega.1.& idem tenet Bal.met. in l.1.col.2.per illũ tex.C.de fruct.& lit.expens. cum alijs latè congestis per Alex. in d.l.fructus in 4.not.& per Fely.in c.ad nostrã,in 1.& 2.col. ext.de iureiur.& in c.ad aures,col.pẽ.de rescrip.

2 Et Dec.cons.159.statutũ col.1. vbi idem consuluit de pensione, quæ ex fructibus detrahi debet in æstimando ualore beneficij. & opinio prætcitatorum Doct. videtur cõi calculo approbata ab omnib':ut asserũt Moder.in d.l.non amplius, &alij Scrib.passim,& sequitur eã,ampliatq;post alios relatos per eũ,Tiraq.in trac.de retract. lib. 1.§.15 in Glo.1.n.1.& seq.Et ad hoc facit tex.in l. si à nõ domino.§. fi.ff.de petit.hæred.vbi ad literã dicit Iureconsultus, q̃ fructus intelligũtur deductis impensis,quę quęrendorũ, colligẽdorũq; fructuum gratia fiunt. quem quidem text. dicit vnicum ad hoc,&singularem Rom.in sing.334. Malæfidei possessor il 1. *Cõis opin.*

3 Et ob hoc tenẽt Bal.& Ang.in l.1.C.de fruct. & lit. expen. quòd poterunt deduci expensę factæ propter custodiendos fructus, & operas factas:licèt Bar.& Alex.in l.cũ quæritur.§.prędijs. ff.de leg.3.uelint contrarium, videlicèt,q̃ expensæ factæ custodiæ causa repeti nõ possint, nec repetuntur aliquo pacto, etiam si sint maiores, quàm fructus rei custoditæ:secundùm Bertach. in suo repert.in 1.pat.in verb. Expensæ,sub ver. seu nu.40.& cæteros signatos per eum ibi.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM prohibitio, uel ordinatio facta p laicos in pręiuditiũ Ecclesię, aut eidẽ subditorũ, factũ,uel facta, etiã per indirectũ nõ ualet, nec tenet.*

## OPINIO DCCXCIX.

1 STATVTVM, prohibitio,vel ordinatio in præiudiciũ ecclesiæ,aut laicorũ,etiã subditorũ molẽdina habẽtiu,seu de nouo cõstruẽtiũ facta,vel factũ, etiã p indirectũ nõ ualet,nec tenet aliquo modo:vt cõsuluit Collegiũ Bononiẽse: vt cõstat in cons.13.inter cõs.Anch. in eodẽq; casu cõsuluit Calder. ut est uidere inter cons.Anch.consil. 155. quæ cons.refert,& sequitur Alex.cons.21 r. col.fi.vol.2.Soc.cõs.272.col.4.lib.2. Ias in l.ciuitas, col.4.ff. si cer.pet.in l.quominus,q.25.ff de flum.in l.1.ff.de leg.& Boer. decis.125. Sed tamẽ contrariã partẽ,q̃ imò tale statutũ valeat etiam in præiudiciũ ecclesię:tenet Bal.inter cõs.Anch. in cons.11.Calder.titubanter,& sibi contrarius, cons.21.tit.de const.cui cõsilio se subscripsit Ancha.sibi parũ constans.& præcitatũ cons.Bal. 11. sequitur Ias.sibi contrarius,cons.236.col.3. uol. 2.& cons.39.in fi.lib.3.Curt.Iu.cons. 147. circa fi.Dec.in c.ecclesia Sanctę Marię,de cõst.col.24. vers.tertiò,conclusio supra facta,in cõs.269.col. 4.& cons.271.col.4.& cons.293.col.pen.& Ias.in l.filiusfam.§.Diui,col. 11.uers.tu ultra alios ff.de lega.1. Tamen in istis tam ambiguis iuris nostri interpretum sententijs quid dicẽdum? profectò casu eueniente intrepidè semper cõsulerem pro prima opinione tanquam magis communi,& in iure verissima:& quod sit magis cõis,attestatur Ias.in d.l.quominus,ui q.25. & Boer. decis. 125. *Cõis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *RESPONSIO positionibus nõ fit simpliciter per debitorẽ cõuentũ si negat recepisse cẽtũ,vel quid simile petitũ,si ad datur,q̃ si appareret ista cẽtũ habuisse, affirmat, & fatetur expendisse in negocijs petentis, vel restituisse, habetur pro confesso stante statuto, quòd positionibus simpliciter, & præcisè respondeat.*

2 *Responsio simpliciter facienda ex forma statuti positionibus debet esse sine plica.*

3 *Responsio ex fo m statuti simpliciter facienda positionibus potest modificari.*

4 *Respondens positioni mentionẽ facienti de aliquo instrumento,si dicit credo prout apparet in instrumento,ualida est ista responsio ex communi opinione Doctorũ.*

## OPINIO DCCC.

1 STATVTVM disponens, q̃ positionibus simpliciter, & p̃cisè responderi debeat, alias habeatur pro cõfesso.si cõtingerit in casu prædicti statuti, q̃ Titius negaret se recepisse centu a Mæuio,quæ ab eo in iudicio petebantur hoc etiã supplendo, q̃ si appareret in aliquẽ eũ ẽ tũ ipsum Titiũ ista centũ habuisse, affirmat,& fatetũ in negocijs dicti Mœuij petẽtis,seu agẽtis ex pendisse uel ei restituisse,hoc casu animaduerte,

q̃

ꝙ non videtur esse dicto statuto simpliciter responsũ,& respondens ipse habetur pro confesso: sm̃ Bar.Rom.Alex.Frãc.de Aret.&Ias.col.4.in l. 1.§.si quis simpliciter,ubi simul cũ Alc.n.30.ait istã esse cõem opin.ff.de uer.blig.Bar.& alios in l.1.ff.de vulg.& pup. Annib.Cauensẽ,in prag.8. quinta die dilationũ prædictarũ n.41. Boer.post alios cõplures congestos per eum, decis.339.n. 4. & Vrsillum in add. Affl.in decis.189.nu.2. Cõis opin.

2 Vbi refert ita extitisse decisum in Sacro Concilio Neap.stante dicto statuto,ꝙ quis debeat respondere simpliciter,ꝙ responsio ipsa deberet esse sine plica.& est text.in d. pragmatica.8. decidens,quòd omnis positio,cui non fuerit simpliciter respõsum per verbũ credit,uel nõ credit,ipso iure habeatur pro confessata.& tradit Nat:a, cõsil.59. num.12.volum.1.vbi ait, quòd vbicunq; statutũ mandat responderi per uerbũ credit, vel non credit,dat formã,quæ omnino est seruanda.

3 Sed stante dicto statuto,posset tunc responsio modificari,& sic si mutuũ, & restitutio in secreto facta extiterit,posset positioni respõderi modificatè;si mutuasti,restitui.& admitteretur talis responsio: ut latè probat Neuiz. iu sylua nuptiali lib.3.nn.54.Est igitur respondendum tutius in prẽsẽti casu:vt aduertit Cepol.in cau.60. scilicet ego nihil habeo de tuo ad quod tenear.

4 Fallit etiã secũdò antedicta cõis opinio non procedere quotiescunq; in positione mentio fieret de instrumento:tunc quippè per partem responderi posset:credo prout in instrumento continetur,& valida satis,& sufficiens erit talis respõsio:vt firmauere Spec.in tit.de testibus.§.qualiter.nu.5.Guid.Pap.decis.334. Annibal Cauẽsis in d.pragm.8. nu.43.Bal.in l.de ætate.§. nihil.ff. de interrog.act.Dec.cons.118. viso instrumento promissionis factæ.num.6.& Iosephus Ludouici cum alijs aggregatis per eũ in decis. Vmbriæ. 8. nu.11.vbi admonet istam esse cõem opinionem. Cõis opin.

¶ Fallit quoque præmemorata sententia cõmunis Doct.in duobus alijs casibus, traditis per Annibalem Cauensem in d.prag.8.n. 49. & seq.

¶ Et fallit eadem cõis opinio in altero casu deciso per Ioseph.Lud. in d.decis.8.per totam.

## SVMMARIVM.

*1 STATVTVM põt facere,ꝙ possessio defuncti cõtinuet in hæredẽ absq; alia apprehẽsione.*

*2 Iura possessoria vigore statuti disponentis, quòd possessio defuncti continuetur in hæredem absq; alia apprehensione,non competunt,nec conceduntur hæredi ante adeptam corporalem possessionem.*

*3 Hæres in quẽ cõtinuat possessio absq; alia apprehensione vigore statuti,volens ingredi possessionẽ bonorũ hæreditariorũ debet citare possessorem etiam iniustum.*

*4 Possessio defuncti non continuat in hẽredẽ vigore statuti disponentis possessionem defuncti absq; alia apprehensione continuari in hæredem, quando ante aditam hæreditatem possessio per alium fuit apprehensa.*

## OPINIO DCCCI.

1 STATVTVM potest facere, quòd possessio defuncti continuetur in hæredem absq; alia apprehensione.l. raptores. C. de epis.&cler.& ibi not.Bar.& Bal.in l.fi.C.de sacrosan. eccl. per c.ex literis de cõsue. Ang.in l.qui uniuersas. §.fin.ff. de acq.possess.& in l.1. de distract.pigno. Alexan.& Moder. omnes communiter in l. 1.in princ.& in l.cùm hæredes in prin.ff. de acq.poss. Cõis opin.

2 Sed remedium.c. reintegranda.3.q.1.& iura possessoria uigore istius statuti hæredi non competunt,nec conceduntur ante adeptam corporalem possessionem: & sic hæredi spoliato huiusmodi ciuilissima possessione conceditur possessorium adipiscendæ:ut in l.1.C.quorum bonorum. non autem interdictum recuperandę possessionis:secundùm Bal.in auth. defuncto. q.3.C. ad Tertul. Alex.in l.in suis.col.3.ff.de lib.& posthu. & cons.37.vol.1.Doct.omnes,præcipueq; Curt. Iun.in l.fi.nu.25.C.de edic.Diui Adr.tollen.Ias. in l.si sorori.C.de iure delib.& latè Ruin. consil. 27.nu.6.lib.5.& cons.25.num.5.vol.4.& ista est cõis opinio.teste Ripa,in l.1.n.37.ff.de acq.poss. & in rub.ext.de causa poss.& propriet.n.24.Alc. in tract.de præs.in 3.par. præs. in princ. & Paris. consil.1.n.159.vol. 1. quamuis Dec. & malè in cons.84. & consil. 487.& Soc. in l. rem quæ nobis,n.13.ff.de acq.poss.tenuerint contrarium. Cõis opin.

3 Retenta tamen dicta cõi sententia tanquã uerissima,dic vlterius, ꝙ hæres debet citare possessorẽ,etiam iniustũ,qui bona hæreditaria occupauit,& aliter non põt possessionem dictorũ bonorũ ingredi, vbi est occupata,stante etiã isto statuto,ꝙ possessio defuncti cõtinuetur in hẽredẽ. ita consuluit Alex.cons.83.visa facti.nu.8.& 10.vol. 2.& Bal.in rub.de caus.poss.& propr.col.fi.per l. 1.§.necessariò.ff.si uenr. nom.mul. in poss.mitt.

4 Interpretatur ulterius hoc statutũ,ꝙ possessio defuncti continuetur in hæredẽ nõ habere locũ quando medio tẽpore possessio fuit apprehensa, videlicet ante aditã hæreditatẽ defuncti,seu post aditã, prius tamen quã hæres possessionẽ ipsam realiter apprehẽdat tertius occupasset defuncti possessionẽ: tunc enimuerò huiusmodi cõtinuatio nõ esset facienda: nec hæres posset petere ex forma talis statuti possessionẽ in eũ continuari: sm̃ Raph.Cum.&Raymũ.in l.Pomponius.§.quæsitũ,& ibi Ias.per illũ tex.ff.de acq.poss.& in d.l. si sorori.col.1.& cõs.147.col.8.uol.2.Alex.in d. cons.83.col.1.& seq.&Natta cons.237.circa motiuũ transmisũ de saluaguardia.sub nu.4.vol.2. & istã aiunt esse cõem opinionẽ prędicti Doct. & Io.Bapt.Plotus,post alios quamplures ibi per eum relatos,in repet.l.si quando.C.unde ui.nu. 8.ubi etiam.nu.13.14.15.30.31.& 32.limitat, & declarat dictam communem. Cõis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *INSTRVMENTA habentia exequutionem vigore statuti possunt exequi etiam si sint obscura, & illiquida, & liquidatio fieri potest in processu.*

2 *Instrumentum illiquidum regulariter nullam meretur executionem.*

## OPINIO DCCCII.

1 STATVTVM disponens, ꝙ instrumenta executioni mãdẽtur, quod quidem statutũ reperit in omnibus ferè Italię partibus, si aliquod instrumentum esset obscurum, & nõ liquidum, ut quia cõtineret promissionem refectionis damnorum, & interesse, hoc casu absque dubio potest peti executio, & satis est, ꝙ in processu fiat liquidatio damnorum, & interesse: secundùm Bar. in l. 1. ff. de eden. nu. 8. per tex. in l. 2. C. de sent. quæ sine cert. quant. proferuntur: quem sequuti fuere Bal. Fulgo. Cast. & Ro. in d. l. 1. & hoc idem repetit ipsemet Bar. quem sequitur ibi Alex. in l. 1. nu. 17. ff. de leg. 2. & Bar. refert, & sequitur consulendo Roma. cons. 76. nu. 5. qui quidem Doct. vno ore omnes concludunt instrumenti nondum liquidati executionem peti posse, cuius tamen liquidatio in processu fieri posset. Idem sentit Castren. cõs. 165. nu. 2. vol. 2. vbi ait, quòd saltem post petitã executionem debet conuentum in instrumento liquidari: & hanc opinionem communẽ esse attestatur Ias. in d. l. 1. nu. 31. ff. de eden. licèt ibi Ias. contrarium sentiat, & Rom. cõs. 211. nu. 5. allegationes, conetur distinguendo resoluere istã materiam: tamen à prædicta cõi fatuum esset recedere &c. quã sequitur, declarat, ait esse cõem, & in practica obseruari Couarr. in tract. de varijs resolutionibus iuris Pontificij, & Cæsarei, in 2. lib. c. 11. ubi refert omnes contrarium asseuerãtes.

*Cõis opin.*

2 Et nota hic, ꝙ instrumentũ non liquidũ regulariter nullã merer executionẽ: vt latè ponit Dec. cons. 107. nu. 2. post infinitos Doct. ab eo citatos.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM, vel consuetudo disponens testamentum fieri posse coram quinq;, aut paucioribus testibus, tam circa leuia, quàm circa grauia valet, et tenet.*

2 *Lex municipalis, vel cõsuetudo potest addere formam testandi vltra solennitatem traditam á iure ciuili.*

3 *Consuetudo Venetorum, disponens testamentum fieri posse coram presbytero parrochiali, valida est.*

4 *Forenses possunt testari coram quinq;, aut paucioribus testibus vigore statuti, aut consuetudinis localis disponentis testm valere corã quinq;, aut paucioribus testib.*

5 *Testamentum factum coram quinque, aut paucioribus testibus vigore statuti, aut consuetudinis, extenditur etiam ad bona alibi sita.*

6 *Testm̃ factũ corã quinq;, aut paucioribus testib. ex forma & vigore statuti, corã totidẽ etiã reuocari põt.*

7 *Statutum, aut consuetudo disponens testamentum valere coram quinq;, aut paucioribus testibus, non extenditur ad codicillos, vt fieri possint coram tribus.*

8 *Testamentum factum coram quinq;, aut paucioribus testibus à vasallo extra locum vbi viget statutum testamentum fieri posse coram quinq;, aut paucioribus testibus, in loco vbi seruatur ius commune non valet, sed seruari debet ius commune.*

9 *Christianus existẽs in territorio Saracenorũ põt testari sm̃ formã iuris gentium seruari solitã à Saracenis.*

10 *Peregrini possunt testari non seruata solennitate iuris ciuilis.*

## OPINIO DCCCIII.

1 STATVTVM, vel consuetudo disponens, quòd testamentum possit fieri coram quinq;, aut paucioribus testibus, tam circa leuia, quã circa grauia valet, & tenet, ac integerrimè seruatur: secundũ Cyn. Bar. Bal. & omnes Doc. in l. 1. C. de sum. Trin. in l. cunctos populos, eo. tit. in l. 3. ff. de testa. & in l. si non speciali. C. eod. tit. Cifuentes in cõmentarijs super leges Tauri, in l. 3. nu. 20. & ista est cõis opinio. teste Ias. in d. l. 1. nu. 33. cũ 7. alijs seq. Dec. in c. sicut, de prob. nu. 71. vbi, n. 69. & seq. retulit oẽs ferè Doct. in cõtrariã partem inclinantes, licèt ipse demum resideat cum communi, & Boer. decis. 228. num. 6. & seq.

*Cõis opini.*

2 Et sic manifestè apparet legẽ municipalẽ, vel cõsuetudinẽ posse addere formam testãdi vltra solẽnitatẽ traditã à iure ciuili. d. l. si nõ speciali, vbi per illũ tex. ita cõiter not. Doct. vt cõstat ex congestis per Alex. ibi, & p alia superius relata.

3 Imò cõsuetudo Venetorũ introducẽs, seu dispõnẽs, ꝙ testamẽtũ fieri posit corã presbytero parrochiali tm̃, ualida est: sm̃ Bal. i d. l. si nõ speciali.

4 Ampliatur primò dictũ statutũ, ꝙ cõprehẽdat non solùm ciues, verũ etiã forenses ibidem testãtes: secũdũ Bar. in prę allegata. l. 1. cũ quo sentiũt omnes Doct. cõiter: vt meminit ibi Ias. num. 40.

*Cõis opin.*

5 Ampliatur secundò loco prefata cõclusio, ꝙ testamentũ sm̃ formã dicti statuti cõditũ, ubiq; potest effectũ sortiri, etiã quò ad bona alibi existentia: ut uolunt oẽs Scrib. in d. l. 1. pręsertimq; Ias. ibi. n. 44. vbi asserit hanc esse cõem opinio. quam sequũtur etiã Cyn. Bar. Bal. Faber. Saly. & Ias. in d. l. cũctos populos, & Cifuen. in d. l. 3. Tauri, n. 21.

*Cõis opin.*

6 Interpretatur tertio loco dictum statutum, ꝙ licèt quinq; testes sufficiunt in confectione testamenti, dic ꝙ sufficiant etiã ijdem in reuocatione ipsius: secundũ Dec. & alios ibi relatos, per eũ, in c. cognoscentes in 2. lect. nu. 16. de const.

7 Fallit primũ præfata cõclusio habere locũ dũtaxat in testamẽto, nõ aũt in codicillis: quia statutũ nostrũ disponẽs in testamẽto sufficere quinque testes, nõ ob hoc præsumitur, ꝙ in codicillis suffi-

sufficiãt tres testes: sm notabilẽ doctrinam Bar. in l.2. circa fin. ff. de leg. 1. cõiter ibi ab omnibus Scribentibus approbatam: ut referunt Moder. inibi, & Ripa in tract. de peste, in tit. de priuileg. ultimarum voluntatum causa pestis, nu. 47. *Cõis opin.*

8 Limitatur secundò dicta communis conclusio, quando aliquis subditus, vel uasallus conderet testamentum extra territorium statuentiũ, & in loco, ubi seruatur ius commune: tunc enim ualet testamentum factum secundùm formam iuris communis, arg. l. si fundus. ff. de euict. cum aliis relatis per Corneum cons. 232 circa primũ, col. 2. lib. 4. & per Cifuentes in d. l. 3. Tauri, n. 22. vtpotè: quia seruanda est forma, quæ seruari consueuit in loco ubi fit testamentum.

9 Adeò quòd Christianus testator existens in territorio Saracenorũ potest condere testamentum seruata solennitate iurisgentium, quam seruant hostes Christianæ fidei in suis testamentis: secundùm Pau. de Cast. eleganter, & Ang. in l. 2. C. quemad. testa. aperian. quos refert, & sequitur Ias. in d. l. cunctos populos, col. 8. licèt Barr. contrarium asseueret in l. qui à latronibus. ff. de testa. & Barba. in rub. de testam. fol. 14. ubi poteris uidere multa congesta per eum.

10 Et uide Ang. in auth. omnes peregrini. C. communia de succeßionibus. vbi per illum textum teuet peregrinos posse facere testamentum non seruata solennitate iuris ciuilis, cuius piam opinionem impugnare nititur Barb. in d. rub. de testa. fol. 15. Ego uerò inhæreo dictæ Ang. sententiæ ne uerba d. authen. omnes peregrini non aliquid operentur, arg. l. si quando. ff. de leg. 1. & c. si Papa, de priuilegiis lib. 6. & l. 1. ff. de mil. testa.

*SVMMARIVM.*

1 *NATVS transeundo, vel casu extra ciuitatem, in qua extat statutum disponens neminem admitti ad ipsius collegium, nisi natum ibi, uel originarium, potest admitti ad collegium non obstante, quòd natus sit extra ciuitatem.*

2 *Originarius non dicitur quis loci in quo natus est casu, uel transeundo: secundùm communem opinionem, licèt, & alia contraria sententia sit etiam cõis, vt nu. 4.*

3 *Natus extra ciuitatem suorum maiorum non obligatur oneribus ciuitatis, vel loci vbi uerè natus est.*

5 *Doctor eminentis scientiæ potest admitti ad collegium, non obstante statuto disponente neminem admitti ad collegium, nisi sit natus in ciuitate, vel nisi sit originarius.*

OPINIO DCCCIV.

1 STATVTVM alicuius Ciuitatis disponens, quòd nemo debeat ad collegium ipsius admitti, nisi sit natus ibi, uel nisi sit ciuis originarius, non habet locum quoties quis esset natus alibi, & sic extra dictam Ciuitatem transeundo, uel casu: potest enim tunc ille esse de collegio, etiam quòd sit natus in alio loco, & Ciuitate per transitum, vt per Ioan. de Plate. in l. filias. C. ad municip. Tamen huiusmodi opinionem non ausus est firmare Bar. ibi, sed casu eueniente semper consulerẽ, & iudicarem pro opinione Ioan. de Plate. tanquã in iure uerißima.

2 Quia originarius nõ dicitur quis loci, in quo natus est casu, & transeundo: ut per Canonistas omnes in c. Rodulphus de rescr. & ita se habet cõmunis opinio, de qua testantur Moder. inibi, & Boer. decis. 13. nu. 52 & ita fuit decisum in Concilio Salmanticensi Diui Iacobi. reste Vasquio in tract. de succeß. progressu. lib. 1. §. 2. num. 9. ubi sequitur opinionem hanc, ac demonstrat ueriorem, equioremque fore. *Cõis opin.*

3 Cõprobatur alia rõne isthæc sentẽtia Ioã. de Plat. Nam per hanc natiuitatem filius in Ciuitate, ubi uerè natus fuit, oneribus nõ obligatur, cũ ibi parens fuerit ad tempus. l. 1. ubi Bartol. ff. de capt. & post lim. reuer. quem sequitur Abb. & Fely. in d. c. Rodulphus. & istam opinionem ait esse communem August. de Arimi. in l. huiusmo di. §. legatum. ff. de leg. 1. Ripa in tract. de peste, in 2. par. uers. 18. *Cõis opin.*

4 In contrariam uerò partem inclinarunt nõnulli Doct. quòd natus casu in loco, ubi mater non habebat permanere, dicatur ibi, ubi natus fuit, sortiri originem, quorum opinionem docet communem esse Ias. in l. huiusmodi. §. legatum, num. 14. ff. de leg. 1. *Cõis opin.*

5 Item hoc statutum non admittens in collegium Doctorem forensem limitatur, ut non habeat locum in aliquo eminentis scientiæ: secundùm Barba. in rub. de reb. eccles. non alie. col. 3.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM loquens in uno ex æquiparatis per modum regulæ, habet locum & in alio.*

2 *Statutum fori mercatorum Ciuitatis Bononiæ loquens de literis cambij, habet locum in scriptis priuatis.*

OPINIO DCCCV.

1 QVANDO duo per modum regulæ æquiparata sunt à iure, statutum loquens in uno ex æquiparatis habet locum & in alio: secundùm Gloss. communiter approbatam, in l. si quis seruo, in princ. C. de fur. & tradit Soci. in l. 1. col. 2. ff. de lega. 1. Curt. Iun. cõsil. 150. num. 4. & August. Berous in quæst. sua 105. num. 6. *Statutũ.* *Cõis opin.*

2 Vbi arguit de literis cambij ad scriptum priuatum, dicens statutum fori mercatorum Ciuitatis Bononiæ loquens de literis cãbij haber locũ in scriptis priuati vti per regulã æquiparatis.

SVM-

## *SVMMARIVM.*

1  *TATVTVM iubens libris mercatorum, seu cãpsorum adhiberi plenam fidem ualet, & tenet, quasi publica authoritate nitatur.*

2 *Liber mercatorum ex forma statuti faciens plenam fidem vbique, etiam extra territorium plenè probat, licèt in iudicio vbi producitur non adsit tale statutum.*

3 *Fides scripturæ consideratur iuxtà legem loci ubi scriptura celebratur.*

4 *Statutum indiscretum, vtputà disponens, quòd omni scripturæ mercatoris pro se credatur, non tenet nec ualet, & est pronum ad falsum.*

5 *Statutum iubens libris campsorum, seu mercatorum adhiberi plenam fidem non extenditur ad negocia non pertinentia ad mercaturam, & ad eorum officium.*

6 *Liber mercatorum pannorum, uel alterius mercaturæ non probat depositum, vel mutuum in eo descriptum si non spectet ad eorum artem, stante statuto, quòd eorum libris plena adhibeatur fides.*

7 *Statutum disponens, quòd potestas teneatur pro sua familia, non extenditur ad gesta extra officium.*

8 *Liber mercatorum infamium non probat sicut liber aliorum mercatorum, stante statuto, quòd libris mercatorum adhibeatur plena fides.*

9 *Liber rationum descriptus à mercatoribus alibi commorantium extra territorium ubi viget statutum nõ probat in loco statuti, disponentis eorum libris plenam adhiberi fidem.*

## OPINIO DCCCVI.

1  TATVTVM iubens libris campsorum, seu mercatorum adhiberi plenam fidem ualet, & tenet, quasi tunc publica authoritate nitatur: secundùm Ioan. And. in add. Specul. in tit. de instru. edit. §. nunc dicẽdum, Bal. & Ang. in l. quædam. §. nummularios. ff. de eden. Innoc. in c. cùm P. tabellio. de fid. instrum. eundem Bal. in l. cunctos populos. col. 14. C. de summa Trinit. Ancha. in c. canonum statuta, ext. de constit. Benue. Stracca, in tract. de mercatura, in tit. quomodò in causa mercatoris procedendum sit, nu. 31. cum aliis abundè cõgestis per Grauet. in tract. de antiq. temporũ, in 1. part. nn. 27. ubi ait huic cõclusioni neminem ex Scribentibus aduersari. Et ista communis sententia probatur in c. cùm dilectus, de fide instrum. ut latè Moder. in l. admonendi. ff. de iureiuran. & in c. 2. de fide instrum. *Cõis opin.*

2 Ampliatur hoc statutũ extendere uires suas extra territorium statuentium: & liber, seu scriptura mercatoris sic roborata à statuto vbique probat, licèt in iudicio, in quo producitur, nõ adsit huiusmodi statutum: secundùm Ioan. And. in d. §. nunc dicendum. Bar. & Doct. in l. 1. in 7. quęstio. princ. C. de summa Trinit. & fide cath. Bald. in l. exemplo. C. de prob. & in l si non speciali. nume. 1. per illum tex. C. de testa. Ant. de But. colũ. 3. cæterosque Canonistas in d. c. 2. de fide instru. Rocchum Curt. in repet. c. fin. num. 46. de consuet. Dec. in c. 1. col. 17. de prob. Benuenu. Stracca, in d. tract. de mercatura, in titu. quomodò in causa mercatoris procedendum sit, num. 31. & Ias. in l. si arrogator. col. 16. ff. de adopt. ubi asserit huic ampliationi nunquàm inuenisse contra dicentem, & Grauet. in tract. de antiq. temp. in 1. part. nume. 9. attestatur istam esse communem opinionem. *Cõis opin.*

3 Et ratio istius communis videtur ista: quoniam circa scripturæ fidem inspicitur locus, ubi celebrata est, ubicunque postmodum producatur: vt voluit Bal. consil. 79. libr. 3. per text. in l. si fundus. ff. de euict. Guido Papę, in quęst. 272. & Ias. in l. ius autem ciuile. col. fi. ff. de iust. & iure.

4 Limitatur primùm statutum non procedere, si esset indiscretum, uidelicet, ꝙ omni scripturæ mercatoris pro se crederetur: quia tunc careret ratione, imò esset pronum ad falsum committendum: vt per Bald. in l. vnica, nu. 13. C. de confess. cuius dictũ reputat singulare, & sequitur Panor. in cap. bonæ, il 2. circa finem extra de postu. prælat. Ias. in repet. d. l. admonendi, nu. 102. vbi omnes Moder. hoc idem tenẽt, Marsil. in sing. 458. Liber mercatoris, circa medium, & Benuen. Strac. in pręcitato tract. de mercatura. in tit. quomodo in causa mercatoris procedẽdũ sit. nu. 37. & seq.

5 Dictumq; statutum, ꝙ libris mercatorũ detur plena fides, interpretatur secũdo loco in pertinentibus ad mercationem, & eorum officium, non autem in alijs: prout tradit Rom. cons. 204. col. 2. post Io. And. in d. §. nunc dicẽdum in addit. magnis, Aret. cons. 33. col. 1. & cons. 44. Alex. & Ias. in d. l. admonendi. idem Ias. in l. age. nu. 4. C. de transac. Deci. in c. post cessionẽ, de ꝓbat. nu. 39. & consil. 30. col. 2. Grauet. consil. 3. nu. 15. Riminal. consil. 35. nu. 12. & consil. 279. nu. 1. consil. 297. & 301. nu. 3. Marsil. in repet. rub. ff. de fideiuss. nu. 109. & in repet. l. fin. nu. 168. ff. de iurisd. omniũ iud. & Benuenũ. Stracca, in allegato tract. de mercatura, in tit. quomodo procedendũ sit in causa mercatorum, nu. 40. fol. 254.

6 Licèt idem Dec. titubanter, & parũ sibi constans contrarium teneat in d. l. age. nu. 5. quem taxat Alciatus ibi, & primam opinionem dicit esse communem, puta si sit mercator pannorũ, & in libro sit scriptum aliquid de mercatura pãnorum: secus si scriberet de aliquo deposito, vel mutuo, quod non esset de arte sua. argumen. l. tertię. §. eodem modo. ff. nau. caup. stabu. *Cõis opin.*

7 Idem videmus in alio simili statuto disponente, ꝙ potestas teneatur pro sua familia: quod quidem statutum restringitur ad ea, quæ pertinent ad officium, puta si familia delinqueret in officio, nõ si extra causam officij: secundùm Ro-

man.

ma.consil.11.& consil.25.Grauet.in d.consi.3.& Alciat.in d.l.age.col.pen.post Ang in l.1.C. si rector prouin.

8 Tertiò limitatur præfatum statutum, quòd credatur libris mercatorum,ut intelligatur procedere,nisi talis mercator sit infamis,uel aliàs in curreret infamiã.ita uoluit Bal.in d. l.cunctos populos,col.41.quem refert,& sequitur Ias.in §.sed iste,col.24.instit.de act.& in repet.d.l.admonendi,num.102.& Stracca in d.tract. de mercatura, in tit.quomodò in causa mercatorum procedendum sit sub nu.30.fol.253.

9 Limitatur quartò mentionatum statutum intelligẽdum,ac interpretandum esse,quatenus liber mercatoris conscriptus sit in territorio statuentium,& non alibi; vndè si Aquilanus Romæ commorans,& ibi in libro suo annotaret se soluisse centum, quæ Martino Aquilano debebat, seu soluere tenebatur: tunc virtute prædicti statuti nõ probaretur solutio: vt uoluit Seuer in d. l.omnes populi,nu. 164.post Bal.in c.cũ dilectus. extra de fide instru.& Ias.in d. l. cunctos populos. Sed cõtra istam limitationẽ complura scribit, & refert,prętermissaque authoritate Bal.Corn.cõsil.319.circa primum,in ultima dubitatione,uolu.3.ubi dictam quæstionẽ insolutam reliquit.

*SVMMARIVM.*

1 *COMPROMISSVM fieri non debet inter socerum,& generum,post mortem eius uxoris stante statuto,quòd causæ uertentes inter affines compromittantur.*

2 *Affinitas dissoluitur morte alterius coniugum.*

3 *Compromissum fieri non debet inter liberos naturales, & alios de agnatione paterna,stante statuto,quod causæ inter affines debeant compromitti.*

4 *Filij naturales non dicuntur agnati,siue coniuncti cognatis ex linea paterna.*

5 *Compromissum fieri debet inter filios naturales,& coniunctos ex linea materna stante statuto, quòd causæ inter affines compromittantur.*

6 *Cognatio,coniunctio, & proximitas est inter filios naturales,& coniunctos ex linea materna.*

OPINIO DCCCVII.

1 STATVTVM disponens, quòd causæ uertentes inter affines debeant compromitti, nõ habet locũ,nec procedit si causa uertatur inter quondã socerum, & generum.

2 Quoniam est dissoluta affinitas propter mortem alterius coniugum:secũdũm Bar.Bal.Ang.in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postulan. hoc idem firmat, ac tenet idem Bal.in l.fi.C.de uerb.signif.& in l.rei iudicatæ. ff. sol.mat.& Saly.Pau.Cast.& Alex.inibi, & Ias. in l.non tantũm.ff.de re iud.ubi Alex.audacter asseuerat hanc esse communem opinionem, num. 27.& Crotus in tract. de testibus, in 2. quæst.6. quęstionis princ. Cõis opin.

¶ Salyc. uerò præcipitanter uidetur tenere contrarium,in d.l. fin. cuius fundamentis optimè respondet Alex. in præcitata. l. non tantũm, & consil.207.uol.7. ubi consuluit pro dicta communi, quam disputando sequitur etiam, declarat,& citat Marcus Antonius Blancus in tract. de compromis is.q.3.numero 23. & sequen.fol. paruo 62.

3 Item sub hoc statuto minimè comprehenderentur filij illegitimi.

4 Quod quippè non habet difficultatem aliquam,sed intelligitur in filiis naturalibus de agnatione paterna.

5 Quia quò ad eos non dicerentur coniuncti: tamen quò ad matrem, & coniunctos per matrem,benè comprehenderentur.

6 Cùm inter eos benè sit coniunctio, cognatio,& proximitas.l.si suspecta.§.de inofficioso.ff. de inof.testam.& §.vulgò,instit.de succes.cog. & not.Cy.in auth.itaque.C.communia de success.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM, quòd compromissum fieri debeat inter coniunctos,& affines dicitur fauorabile.*

2 *Statutum, quòd lites,& controuersiæ debeant compromitti inter coniunctos,& affines comprehendit etiam fœminas.*

3 *Dictio quisquis,vel quicunque comprehẽdit ex propria significatione etiam fœminam.*

4 *Relatiuum quis,uel qui concipit etiam fœmininum.*

5 *Relatiuum quis,uel qui declaratiuum est.*

6 *Relatiuum quis,vel qui generale est ad masculum, & fœminam,maiores,& minores,liberos,& in potestate constitutos.*

7 *Statutum, quòd nullus proficiscatur de nocte sub tali pœna comprehendit etiam fœminam.*

8 *Statutum disponens, quòd nullus audiatur uolens opponere exceptionem, quòd pactum sit nullum,comprehendit etiam fœminam:quia statutum loquitur in materia,quæ par est maribus,& fœminis.*

9 *Adiectiuum coniuncti prolatum sine termino comprehendit etiam ex proprio significatu,tam masculinum, quàm fœmininum.*

10 *Masculinum in materia statutaria concipit fœmininum.*

11 *Coniunctorum,proximorum & propinquorum appellatione ueniunt,tam fœminę,quàm masculi.*

12 *Statutum loquens in masculo comprehendit etiam fœminam,si agatur de fauore, secus uerò de odio.*

13 *Masculinum in dispositione legis correctoria in materia fauorabili concipit fœmininum, vbi militat eadem ratio.*

14 *Fœmina comprehenditur etiam sub propria hominis significatione.*

15 Statu-

15 *Statutum, quòd compromißum fieri debeat inter coniunctos, et affines comprehendit et fœminam nuptam.*

16 *Mulier non potest compromittere ex semetipsa prætermissa forma statuti, disponentis, quòd mulier contrahere non poßit sine præsentia duorum consanguineorum, vel cum decreto iudicis.*

17 *Statutum ad compromittendum de litibus inter affines non procedit inter sponsum, & sponsam: quia inter eos non videtur contracta affinitas.*

18 *Affinitas non contrahitur per sponsalia puerorum.*

19 *Dispositio loquens de affine, non habet locum in sponso, & sponsa.*

20 *Affinitas non dicitur contracta inter virum, & vxorem, & eorum affines, etiam per matrimonium, seu sponsalia per verba de præsenti cõtracta: nisi illud matrimonium consumatum sit per carnis copulam.*

21 *Matrimonium ratum licèt perfectum sit quò ad vinculum sacramenti, & illud tanto sanctius sit, quanto à carnis coniunctione alienius: tamen ipsum matrimonium imperfectum remanet quò ad significationem: cùm illud non illa omnia significet, quę significaret carnali copula consumatum.*

22 *Affinitas per solum coitum, & commistionem carnalem contrahitur.*

23 *Affinitas est vinculum causatum ex carnis copula consanguineorum.*

24 *Affinitas est proximitas personarum ex coitu proueniens, omni carens parentela: quia illa affinitas nunquàm contrahitur sine coitu.*

25 *Affinitas non inducitur, nec contrahitur, etiam si interueniret osculum.*

26 *Affinitas non contrahitur, etiam si fieret pollutio extra claustra pudoris, & vasa naturæ. Nam non inducitur affinitas ipsa, si vir non fregerit claustra pudoris: quia cessante commistione sanguinis, cessat etiam affinitas.*

27 *Affinitas non contrahitur ex vitio sodomitico. Vndè vir coiens contra naturam cum eius vxore non inducit affinitatem,*

28 *Affinitas contrahitur ex illicito coitu.*

29 *Affinitas contrahitur per concubinatum.*

30 *Coitus est de substantia ad inducendam affinitatem, siue illa interueniat sponte, siue coactè, & per vim, siue interueniat cum dormiente.*

31 *Statutum cogens affines ad compromittendum habet locum etiam inter virum, & vxorem: qui etsi affines non sint, sunt tamen principium, & causa affinitatis, dummodò interueniat matrimonium consumatũ per carnis copulam.*

32 *Cautio prestita inter inimicos de non offendendo affines, & attinentes, tam actiuè, quàm paßiuè vsque ad tertium gradum, secundùm ius canonicum inclusiuè cõputandum, non comprehendit sponsum, & sponsam, & consequenter eorum consanguineos, & affines: & sic si offensio inter eos interuenerit non diceretur fracta, & rupta ipsa cautio: & ita aliàs fuit iudicatum in facto in magna Curia Vicariæ: vt habetur infra etiam sub num. 41.*

33 *Affinitas inter sponsos non dicitur propriè affinitas, sed impropriè.*

34 *Affinitas contrahitur per matrimonium consumatum, non autem per sponsalia.*

35 *Affines propriè sunt quando duæ agnationes, seu cognationes, quę inter se diuersæ sunt per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationem accedit.*

36 *Viro non licet dimittere vxorem cum qua consumauit matrimonium per copulam carnalem, secus uerò sponsam: cùm vxor nondum cognita poßit ingredi religionem.*

37 *Matrimonium uocatur vbicunque mulier est tradita viro ita, vt ea vtatur.*

38 *Sponsa etiam per vim cognita à sponso potest contra voluntatem ipsius sponsi religionem introire.*

39 *Statutum faciens mentionem de affinibus non comprehendit sponsos.*

40 *Verba in statutis propriè intelligenda sunt.*

41 *Cautio de non offendendo dicitur odiosa, & ideò restringenda est.*

42 *Matrimonium dupliciter probari potest, verè, & præsumptiuè: & vbicunque illud verificatur præsumptiuè quatuor requisita necessariò copulatiuè debent concurrere.*

43 *Matrimonij præsumptio non inducitur propter oscula, & cohabitationem insimul masculi, & fœminę.*

44 *Matrimonium non probatur probata copula, seu cohabitatione masculi, & fœminæ.*

## OPINIO DCCCVIII.

1 TATVTVM, quòd fieri debeat compromissum inter coniunctos, & affines dicitur fauorabile: secundùm Bal.col.fin.Pau.Castren.Saly.Roma. Alex. Corne.Ias. Dec.& cæteros omnes uniuersaliter, in l.qui se patris.C.undè liber.Dec.cõsil.13.& pro tenui facultate mea, sub num.6.& seq.& cons.44.& diligenter, sub num.2.Anchar.cons.187.apud me quæstio ista, Fulgos.cons.15.in fin.Alex.cons.125.uiso processu causę.nu.11.& seq.uol.7.& in l.1.col.antepen.ff.solut.mat.& Marc.Ant.Blanc.in tract.de compromis.in 2.q.princ.num.3.vbi tollit omnia obstacula, & intonat istam esse communem opinionem: prout explicauimus etiam supra in Opinio.778. *Cõis opin.*

2 Itaque statutum hoc tanquàm fauorabile non solùm comprehendit masculos, verùm etiã fœminas.teste Alex.in d.cons.125.nume.4.13.14.& 16.vbi planè demonstrat istam esse magis communem, ubi monetur etiam ad hoc corroborandum, quòd statutum memoratum loquitur per adiectiuum, seu terminum communem: vt apertisimè discernitur in illa dictione, Cõiunctos.ideò ex propria significatione comprehenditur fœmina etiam in statutis.l.si quis id quod.ff.de iurisd.om.iud.& l.1.cũ ibi not.per Bar.ff de uer.signif.etiam non obstante relatiuo, qui. ut in d.l.1.& ibi Bart. *Cõis opin.*

3 Dum ptotumpit hanc dictionem, quisquis, vel

vel quicunque comprehendere ex propria significatione fœminam.& not.Bar.in l.si quis in tãtam.C.unde ui,& Dec.in l.fœminæ,sub nu. 100. ff.de reg.iur.

4 Et sic relatiuum,quis,uel qui,concipit similiter quoque fœmininum: vt vltra Barto.in d.l. si quis in tantam,firmat itidem Alex.in l.2.nu.16. ff.de vulg.& pupil.subst. & alij Doct.omnes unanimiter,& concorditer in l.quicunque. ff. de ser. fugit.& in l.1.ff.de uerb.signif.& Dec.conf.339.

Cõis opin. consului aliàs respectu legitimationis,sub nu. 1. vbi prędicat istam esse communem opinionem.

5 Et ratio uidetur isthæc, quoniam relatiuum ipsum quis,vel qui,declaratiuum est.ut l. omnes populi.ff.de iust.& iu.& l.cunctos populos,& ibi Bar.C.de sum.Trinit.& fid. cath.

6 Imò ipsummet relatiuum,quis,vel qui,generale est ad masculum, & fœminam, maiores, & minores,liberos,& in potestate constitutos. l. 1. §.de pupillo,& ibi Bar.ff.de constit.pecu.& Dec. in d.conf.339.sub uum.1.

7 Sed hoc utique vendicat sibi locum in materia indifferenti:vt explicat affabrè quidem Bart. in l.1.col.1.ff.de pecul.& in l.iura.ff.de legi.Cyn. & Bal.in d.l.quicunque.ff.de ser. fugit.ubi determinant,quòd si statutum disponeret, quòd nullus proficisceretur de noctè sub tali pœna, comprehenderet absque dubio aliquo etiam fœminam,& sequitur etiam Dec.in d.conf.339.nu.2.

8 Et hunc non ab re firmat Bal. in l. in multis. ff.de statu hominum,statutum disponens, quòd nullus audiatur volens opponere exceptionem, quòd pactum sit nullum,comprehendere etiam non immeritò fœminam ipsam: cùm in statutis exploratum sit masculinum concipere fœmininum: quia statutũ loquitur in materia, quæ par est maribus,& fœminis,in qua profectò uiget eadem ratio.l.fi.C.de indic.vid.tollen.

9 Et facit similiter doctrina Alex.in conf.115. circa dubitationem.num.10.uol.2. vbi explicat adiectiuum coniuncti prolatum absque alio termino comprehendere similiter ex proprio significatu tam masculinum, quàm fœmininum,ubi allegat Bar.in l.1.per illum text.ff.de uer.sign. & sequitur Ias.in d.l.si quis id quod,col.2.

10 Vbi concedit in materia statutaria indubitanter masculinum concipere fœmininum in se. & Dec.etiam conf.223.in casu proposito tria occurrebant.num.2.& seq.

11 Vbi huius rei summam excussam tradit,sub nomine cõiunctorum venire tam fœminas,quã masculos. & idem quoque appellatione proximorum. & appellatione propinquorum, & idẽ vult ipsemet Dec.in d.l.fœminę.num.125.ff. de regulis iuris.

12 Concludens,quòd in materia fauorabili masculinum comprehendit etiam fœmininum. & hæc fuit doctrina originaliter tradita per Hostiẽ. in c.Rainaldus de testa.& Archid. in c. si quis suadente 17.q.4. quòd præmemoratum statutũ loquens duntaxat in masculino comprehenderet absque dubio alio effectualiter,& uirtualiter quoque fœminam si ageretur de fauore:secus verò si ageretur de odio.per l.15.sed si.ff.de uentre in poss.mitten.& in l.cùm quidam.ff.de liber. & posthu.& ita demum intelligunt sanè.l.1.cum similibus.ff.de uer.signif.

13 Et facit etiam Glo.in l.Gallus.ff. de liber. & posthu.in uer.Neptis secundùm Alex.in d.consil.125.quæ probat, atque in medium adducit, quòd dispositio legis correctoriæ, vt est dispositio illius legis,si loqueretur in masculino, conciperet fœmininum etiam ex identitate rationis, saltem in materia fauorabili.& ad hoc illã Glos. ponderat ibi Raph.Cuma.potissimùm: quia loquitur statutũ per adiectiuum, non autẽ per substantiuum in masculino genere, & etiam loquitur per terminum communem. ex quo concludit,quòd comprehendatur fœmina:prout se habet magis communis omnium Scribentium sententia,saltem quando concurreret, atque militaret eadem ratio indifferenter. & sic firma remanet concors omnium opinio, quòd stante eo, ꝙ prælibatum statutum fauorabile sit, fœmina fidenter sub eo comprehendatur. Cõis opin.

14 Et de hoc mirandum quippè nullatenus foret.Nam sub propria hominis significatione cõprehenditur etiam fœmina.l.hominis.ff.de uerborum signific.

15 Et isthæc communis est adeò uera, vt ea extendat uires suas,procedatque etiam in fœmina nupta,vt & ipsamet cum suis propinquis teneatur compromittere. vt concedit Alex. in d. consil.125.uol.7.

16 Cæterùm eadem communis ita explanata, & amplificata claudicat locum non obtinere, si extaret statutum, quòd mulier contrahere nequeat,nisi sub certa forma, vtputà cum præsentia duorum propinquorum,uel cùm decreto iudicis:nam tunc absque illa solennitate non posset compromissum facere. ut efficax testimoniũ est Ang.in l.fin.§.necessitatem.C.de bonis, quæ lib.cui innititur Lanfranc.in tract. de arbitris in §.iuxta,quæst.4.

17 Vndè statutum hoc de compromissis faciendis inter affines,& coniunctos tanquàm fauorabile finaliter haberet locum etiam, vbicunque impropriè foret contracta affinitas,ad finem, vt inter eos, & eorum affines esset locus compromisso:ut firmat Ias.cum aliis signatis per eum,in l.quod Seruius.ff.de condi.ob cau. Sed isthæc opinio erronea,& falsa discernitur: prout contrarium asseuerauit Couarruuias in epito. de testa. seu sponsal.in 2.par.cap.6.§.7. de affinitatis impedimento,in fine.

18 Quare si sponsalia essent contracta per pueros,nulla censeretur tunc inter eos contracta affinitas.c.1.de sponsal.in prin.in 6.& firmat Glo. in uer.Affinitas, Bart. col.2.& alij uniuersaliter in d.l.quod Seruius.

19 Quo-

19 Quoniam dispositio in affine loquens nō habet vtique locum in sponso,& sponsa. ita amplè Cassan.in commen.consuet. Burg. *Des droitz, & appar des gens maries*.§.5.in princ.

20 Imò eatenus hoc amplio,vt si extitisset contractum matrimonium per uerba de præsenti,& illud non appareret cōsumatum per carnis copulam,non uideretur contracta modo aliquo affinitas inter virum,& vxorem,& eorum affines. ita Couar.cum aliis congestis per eum in d.§.7. sub num.3.& seq.

21 Licèt enim matrimonium perfectum quidē sit quò ad uinculum,& sanctitatem sacramenti, vt fuit inter Mariam,& Ioseph. c. Beata. c. coniux,& c.omne 27.q.11.Imò illud tanto sanctius est,quanto à carnali coniunctione alienius.teste August.ad Aeditiam , & Magistro in 4. sentent. dis. 26.& Tabiēse in sua summa Tabiena,in uer. Matrimonium, il 2.§.6. nihilominùs tamen ipsum matrimonium imperfectum extat quò ad significationem:non enim illa omnia significat, quæ significaret carnali copula consumatum: secundùm Concilium Coloniense,in tit. de sacramento matrimonij,cap.sed dices,Hostiē.in summa in tit.de matrimonio. §. quid sit matrimonium,Tabiens.in d. summa Tabiena in uer.Matrimonium,el 3. §. 1. & Ang. de Clauasio in sua Sum.in ver.Matrimonium,il 1.q.3.

22 Nam affinitas ipsa per solum coitum, & commistionem carnalem contrahitur , & non aliter, nec alio modo. textus est apertus in c. discretionem,in c.super eodem, & in c. pen. de eo qui cogno. consangui. vxor. suæ, & not. in regula non præstat impedimentum de reg.iur.in 6.in c.spōsum.de sponsal.in c.literas.de desponsa. impub. & in c.de incestis.35.q.3.

23 Quia affinitas ipsa est vinculum causatum ex carnis copula consanguineorum : secundum Beatum Thom.in 4.sen.dist. 12.art.1.

24 Et ideò non immeritò diffiniebant ipsam affinitatem Hostien.& Rayn. in summa, esse proximitatem personarum ex coitu prouenientē omni carentem parentela.quibus accedit Ioa.And. in commento arboris de affinitate, & ibi etiam Iac.de Zochiis,& Præpositus Papiensis, Bartholomęus Fumus in sua Summa Armilla, in uer. Matrimonium.§.26.& Couar. in d.§.7.nume.1. & seq.& non intempestiuè quidem adiiciunt de coitu : vtpotè quia nunquàm affinitas hæc sine coitu contrahitur.c.lex diuina.27.q.2.

25 Vndè inibi arbitrantur , quod si interuenisset osculū tantùm, ꝙ nō sufficeret modo aliquo.

26 Et eodem modo si fieret pollutio extra claustra pudoris,& uasa naturæ:vt not. Glo. in c. extraordinaria. 35.q.3.& Card.in Clem. 1. in 3.q. de consang. & affinit. vbi refert tres pollutionis extraordinariæ species,& constanter firmat non induci aliter affinitatem, si uir non fregerit claustra ipsa pudoris:cessante enim commistione sanguinis,cessat quoque affinitas.

27 Nec ipsa affinitas contrahitur ex uitio sodomitico : & sic vir coiens contra ordinem naturæ cum eius vxore,non inducit affinitatem : secundùm Card.in d.Clem.1.in 3.q.de consang.& affinit.nam non fit tunc commistio sanguinis.d.c. lex diuina.27.q.2.

28 Est benè uerum, quòd affinitas ipsa contrahitur ex illicito coitu:secundùm Ioan. And.in arbore affinitatis, Abb.& Aret.per text.ibi,in c.in literis de testib.Glo. Abb.Henric.& alios in d. c. discretionem,Syluest.in eius summa in uer.Matrimonii,*Pottauo*, impedimento.15.ubi nō obscurè deducit istam esse communem opinionem,& Couarr.in d.§.7.sub num.3. Cōis opin.

29 Contrahiturque etiam affinitas ipsa per concubinatum,aliumq́ue illicitum coitum.l. liberi, & ibi Bal.C.de nup.l.1.§.fin.& ibi Glo.ff.de concubinis,Glo.Inno.Sicul. & alij oēs in d.c.discretionē,& Bal.in Marg.in uer. Affinitas, & in l. cū acutissimi.col.1.C.de fideicom.licèt, & malè cōtrarium asseueret Coras.in miscell. lib.1. cap. 3. quem refert Couar.in d.§.7.sub nu.3.

30 Est ergò coitus de substantia, siue interueniat spontè, siue coactè,& p vim.ut in d.c.discretionē, siue interueniat cū dormiēte:vt not.Host. in summa de sponsalib.§.& qualiter, & sequitur Io.And.in cōmento super arbore affinitatis, & Couar.in d.§.7.sub num.2.

31 Et quanquàm statutum affines cogens ad compromittendum sortiatur etiam locum inter maritum,& vxorē,qui etsi affines non sint, sunt tamen principium,& causa affinitatis.ita Bal.& Saly.in l affinitatis,nu.1.C.communia de successionib.Paul.Castren.& Alex.in l.1.C.und. uir, & uxor,Ias.in d.l.quod Seruius.col.2.& ista est cōmunis opinio. attestante Curt. Iun. in d.l. qui se patris.num.79.& Annib.Troysio Canense in pragmat.Odia quæ inter coniunctos, sub num. 36. Nihilominus ista communis intelligēda quippè foret cum grano salis, ubicunque, ut supra conclusum extat,matrimonium ipsum per carnis copulam inter uirum, & uxorem consumatū esset. Cōis opin.

32 Et quemadmodum sponsus , & sponsa cogi nequeunt ad compromittendum uigore statuti præmemorati cessante copula : ita pariformiter cautione data de non offendendo cōsanguineos, affines,& attinentes tam actiuè, quàm passiuè vsque in tertium gradum:illa tunc non comprehenderet modo aliquo sponsum , & sponsam , & consequenter eorum agnatos,& cognatos.

33 Nam inter sponsos non dicitur propriè affinitas,sed impropriè:vt not. Glo.in d.l. quod Seruius.in ver.Affinitas,quæ communiter approbatur.attestante ibi expressè apostilla à latere posita,& hoc idem firmat Ang. Aret.in §.affinitatis, num.6.instit.de nupt.& facit Glos. in l.Labeo in uer.Continentur.ff. de grad. affinit.& est bonus tex.in l.si qua,& ibi Glo. in uer. Non propriè. ff. de rit.nupt. Cōis opin.

34 Et ratio potest assignari isthæc. Nā affinitas con-

cõtrahitur per matrimoniũ cõsumatũ,nõ autẽ per sponsalia,ex iuribus, & authoritatibus ante signa [illegible]s,& est text.in c.nõ debet,de cõsan.& affi.

35 Quia affines propriè sunt [illegible] duæ agnationes,[illegible] cognationes,quæ inter se diuersæ sunt,p nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationẽ accedit.iuxta notata in d.§.affinitatis,inst. de nupt.& in l.non facilè.[illegible].affines.ff.de gra.affi. & ita firmat Franc.Hercul.in tract.de cautio.de non offendendo,in cap.32.num.8.

36 Et ad præmissorum corroborationem facit etiam altera viuax ratio, siquidem text.in c. in publico,de cõuet. cõiug.interpretatur l.diuinã, quòd non licet viro dimittere vxorem, vt intelligatur de matrimonio copula carnali consumato:quod non habet locum in sponsa:ex eo quia non prohibetur vxor nondum cognita ingredi religionem.c.verum,& c.ex publico,de conuers. cõiug.& sic patet, quòd copula ad perfectionem matrimonij requiritur.

37 Et notatur per Dec.in l.nuptias, nu. 6. ff. de reg.iur.quòd coniugium vocatur,vbicunque mulier est tradita viro, ita quòd ea vtatur, ex iuribus per eum allegatis.Et Abb.in d.c.ex publico infert ad quæstionem, quòd si statutum disponat,quòd maritus lucretur dotem muliere decedente sine liberis, an si decederet ante copulã lucraretur dotem?

38 Quinimò etiam si cognita sit sponsa per vim à sponso, nihilominùs potest contra voluntatem sponsi religionem introire:vt firmat Ang.in l. 1. §.remouet.ff.de postul. cui innititur non vulgari anchora Marsil. in l. 1.§.præterea.num. 15.ff. de quæst.& Hier.Cuchalon in add.Decij in d. l. nuptias,& Cagnol.ibi,num.111.

Et ideò stante statuto faciente mentionem de affinibus,in eo nullatenus includuntur sponsi.teste Bar.in d.l.quod Seruius,vbi subdit se hoc habuisse in facti contingentia in quodam statuto Perusino.

40 Quia stante differentia inter matrimonium ratum, & inter matrimonium consumatum, & sic inter sponsalia,& matrimonium,uerba in statutis propriè intelligenda forent: vt concedit Glo.in ver. Non continebuntur,in l.librorum. §. quod autem, & ibi Bar.ff.de leg.3.& in l. Labeo. ff.de suppel.leg.

41 Imò cautio ipsa de non offendendo dicitur odiosa,& ideò meritò restringenda venit: vt explanat Frã.Herc.in d.tract.de cau.de nõ offendẽdo,in c.19.nu.9. Nam odia semper restringenda sunt:vt habet in l.cũ quidã ff. de lib.& posth.in l. fi.in fi.C.de edic.Diui Adr.tol.in inst.de usuca.in prin.& in regula,odia.de reg.iur.in 6.

¶ Et dũ euenit præsens casus in Ciuitate Ducali in facto,in anno 1577. quòd frater carnalis sponsæ Curtij Falconij de villa Sanctæ Rufinæ comitatus eiusdẽ Ciuitatis offensus fuerit per Syluiũ Giraldũ germanũ fratrem Paridis Giraldi, inter quos,id est inter ipsos fratres ex una, & ipsum Curtium ex altera parte præstita extiterat cautio de se inuicem non offendendo, tam pro se, quàm pro eorum consanguineis, affinibus, & attinentibus actiuè, & passiuè vsque in tertium gradum, secundum ius canonicum inclusiuè computandum, fuerunt fideiussores ipsi bis condẽnati ad solutionem pœnæ vnciarũ 25. promissæ in ipsa cautione,tanquàm si illa incursa fuisset ex memorata offensione: & introducta eadẽ causa in Magna Curia Vicariæ per remediũ appellationis,ex eisdem actis ipsi fideiussores,in ea me patrocinante,in anno 1578. extitere absoluti:cũ cautio pdicta rupta nullatenus extiterat per offensionẽ factã in personã fratris sponsæ:qui appellatione affiniũ nõ fuit aliter cõprehensus.

42 Vndè vt scias te extricare in præsenti negocio,illud signanter aduertendũ est, quòd matrimonium dupliciter probari posset,uno modo quidẽ probatur verè,vbicunq; testes perhibent per verba de præsenti in faciẽ ecclesię fuisse cõtractum: quo nẽpe casu est ad fauorẽ matrimonij ferenda sententia. Altero uerò modo verificatur matrimoniũ ipsum iuris cõiectura: & tunc præsumptiuè illud probatur,qn quatuor requisita copulatiuè concurrerent,videlicet diutina in eadẽ domo cohabitatio. Tractatus recipiens ad inuicẽ. Specialis mentio tractatus, vt iudex qualis fuerit arbitretur. Et vltimo loco eos ita notos extitisse in vicinia,in qua cõmorabãtur:secundũ cõem omnium in iure Scriben. opin. de qua expressè meminit Soc.cons.39.uol.1.Alex.cõs.150.in causa, & lite inter dominã Lucretiã,vol. 5. Dec. in c in præsentia.u.75.& seq.de prob.& Io.Bap.Ferret. cõs.346.pro asserto matrimonio.nu.7. vol.2. Cõis opin.

43 Et ideò nõ ab re concludebat Inno.in c.attestationes,de desponsatio.impub.oscula, & simul cohabitationẽ non inducere aliter matrimonij psumptionẽ,nisi sequatur cognitio,& copula carnalis:licèt & malè consuluerit contrariũ Marti. Garrat.Laudens.cons.30.cõtracta sunt spõsalia.

44 Quia de iure canonico ex cohabitatione masculi,& fœminæ nõ psumitur matrimoniũ,sed fornicatio.c.aliter.30.q.5.& Glo.in c.illud de præs. in vir.vxorẽ,& Ab ibi i fi.& in c.ecclesia,de cõst.

¶ Itaq; aduerte in articulando ò Aduocate ne erres:quia vidi nõnullos ex illis aduocatis,qui cõsueuere sedere ad Eurotã amisisse,pcipitasseq; varias,diuersasq; causas non absq; leui aliena iactura. Vndè hæc oia non didici quidẽ spatiando frequenter per Ciuitatẽ,sed potius assiduè sedẽdo,& reuoluendo diu,noctuq; libros. Nam qui sedendo assiduè studet,cõtinuò sessu bracas teret, & soleas conseruat. Singulare itaque remedium est. *Hauer le brache rotte, & le scarpe sane.*

## *SVMMARIVM.*

1 *COMPROMISSVM fieri non debet inter nouercam, & priuignum post mortem patris stante statuto disponente, quod coniuncti, & affines teneantur ad compromittendum.*

2 *Affinitas extinguitur inter nouercam, & priuignum per mortem patris.*

3 *Statutum de causis compromittendis inter coniunctos non procedit, quando opponeretur exceptio litis ingressum impediens: quia illa exceptio cõpromissũ impedit.*


4 *Statutum de litibus, & causis compromittendis inter affines, & coniunctos, non comprehendit clericos, etiã in minoribus ordinibus constitutos.*

5 *Statutum disponens, vt causæ inter coniunctos compromitti debeant, non obtinet locum contra habentẽ sẽtentiam, uel instrumentũ, paratam executionẽ habẽs.*

6 *Compromissum in Regno non potest fieri inter coniunctos in causis feudalibus, & in casibus, in quibus reperirentur instrumenta, sententiæ, vel obligationes liquidæ.*

7 *Statutum disponens compromissum fieri non habet locum, quando actor fundaret intentionem suam in instrumento promissionis iuratę: quia tunc ratione periurij compromissum fieri prohibetur.*

## OPINIO DCCCIX.

1 *Statutum.* VB statuto disponente coniunctos, & affines teneri ad compromittẽdum, non cõprehenduntur nouerca, & priuignus: nec aliquo pacto habent beneficium istius statuti, ut alter alterum possit ad compromittendum compellere.

2 Et sic statutum hoc cessat inter priuignum, & nouercam mortuo patre, stante affinitate sopita: secundũ Bal. in l. affinitatis. C. com. de succes. & Alex. cons. 207. circa fi. uol. 2. vbi asseuerat hãc
*Cõis opin.* esse communem opinionem omniũ Doct. & Moder. apostillantes Alex. inibi, Annib. Cauens. in pragmatica. 20. Odia, quæ inter coniunctos, & Marcum Antonium Blancum in tract. de compromissis. q. 3. nu. 20. fol. par. 67.

3 Nec non ipsum statutũ minimè haberet locum, vbicunque opponeretur aliqua exceptio litis ingressum impediens: tunc enim illa indubitanter impediret compromissum. ita Bal. Salyc. Fulgos. & Alex. in l. fratris, per text. ibi. C. de transact. Bal. in l. si iudex. ff. de his qui sunt sui, uel alie. iu. & idem Alex. in l. non distinguemus. §. de liberali. ff. de arbit. Roma. in repet. rub. col. 18. ff. de arbit. & Marsil. in sing. 467. Viget statutum, post princ.

4 Similiterq́ue præsens statutum limitatur, vt nullatenus comprehendat clericos ad compro-
*Cõis opin.* mittendum: secundùm Doct. omnes communiter, & uniuersaliter in c. 1. de oper. nou. nunciat. & in l. 1. C. de sum. Trinit. & fid. cath. & Alex. consil. 210. consideratis his omnib. & cõs. seq. uol. 2.

¶ Imò hoc eatenus uerum est, ut procedat etiam in clericis in minoribus ordinibus constitutis, vt nec statutum ipsum illos vllo pacto arctare queat ad compromittẽdum: vt voluit Bal. in c. cùm uenissent, de eo qui mit. in poss. Alex. in d. cons. 210. & seq. & Soc. cons. 71. & cons. 57. in causa filiorum, col. 7. uol. 3.

5 Itidem etiam statutum memoratum nõ sortiretur vtique locum contra eum, qui haberet sententiam, uel instrumentum, habens executionem paratam ex forma statuti: secundùm Bart. & Ang. in l. post rem. ff. de transact. Bart. Bald. & Ias. in l. eleganter. ff. de condict. indeb. Pau. Cast. cons. 79. super primo dubio, Ang. in l. post rem. ff. de transact. Lanfranc. in tract. de arbit. in 7. par. quæst. 45. in fin. Roma. in d. repet. rub. col. 17. ff. de arbit. Franc. Aret. cons. 95. & consil. 129. Marsil. cum aliis coaceruatis per eum in d. sing. 467. col. 1. & Capicium decis. 48.

6 Et est textus in Regno apertissimus in dicta pragmatica, Odia quæ inter coniunctos, disponens compromissum fieri non posse inter coniunctos ipsos in causis feudalibus, & in casibus etiã, in quibus vigerent, atque concurrerent instrumenta, sententiæ, & obligationes liquidæ: vbi Annibal Troysius Cauensis in suo commento, num. 77. & seq. amplè explicat, quæ dicantur instrumẽta, & sententiæ liquidæ.

7 Imò vbicunque statutum similiter pręciperet, quòd ad instantiam rei conuenti fieret compromissum, minimè gentium illud locum obtineret, quando actor agęns fundaret intentionẽ suam in instrumento promissionis iuratę: quia tunc ratione periurij compromissum fieri prohibetur: vt firmat Pau. Castren. cons. 13. uisis, & cõsideratis omnibus, uol. 2. Soc. cons. 117. Lanfran. in d. tract. de arbit. quæst. 50. Marc. Anto. Baucr. in tract. de virtute iuramenti. 24. casu, Ias. in dicta. l. eleganter, col. 2. ff. de cond. indebit. Marsil. in d. singul. 467. in princ. & Alex. cons. 37. viso, & opportunè discusso processu, numero 29. uolum. 2. vbi recensuit ita aliàs apud Parmam fuisse iudicatum.

## SVMMARIVM.

1 *STATVTVM disponens monasterium, vel religionem ingredientes patri, vel matri succedere non posse, validum est.*

2 *Statutum excludens ingredientes monasterium, vel religionem à successione patris, vel matris, conceptum uerbis futuri temporis vel veluti si ingressa fuerit, non valet.*

3 *Statutum præcipiens: non petentes creditum suum infra certum tempus, illud amplius petere non posse, nõ valet, nec tenet.*

## OPINIO DCCCX.

1 STATVTVM disponens, quòd monasterium, uel religionem ingredientes patri, uel matri succedere non possint, valet & tenet: secundùm Bart. in l. fin. C. de pact. cùm initiat vinculum ante ingressum.

2 Secus

2 Secus autem esset, si dictum statutum uteretur uerbo futuri temporis, veluti si ingressa fuerit &c. tunc enim secundùm eundem Bart. valeret statutum. Sed Docto. omnes unanimiter tenent hoc statutum indistinctè non ualere, præcipueque Ange. Imol. Roma. & Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerborum obligat. & idem Ias. cum aliis latè ibi congestis per eum in d. l. fin. vbi hoc idem tenet Deci. Claud. Aquen. Riminal. aliique Moder. Soc. in l. fin. ff. de his, quę pœnæ nomine, & Georg. Natta in tract. quòd stātibus masculis. q. 2. princ. num. 58. & ista est uera, indubitata, & communis opinio contra Bar. vt asserit Alexan. conf. 139. viso themate, col. penult. vol. 2. Dec. in cap. in præsentia, ext. de prob. nu. 197. Ioan. Bapt. Castell. in addit. ad Matthesil. in sing. 145. Nota dictum &c. Ruinus consil. 205. num. 2. uol. 1. Bolognettus in dicta l. fin. numero 105. & Mantua ibi num. 78. cum aliis seq. & idem Dec. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. numero 188. de constit. & Fely. in d. cap. in præsentia. num. 38. & ibi D. Brunorus à Sole in addit. & Campegius in tract. quòd stantibus masculis. q. 12. nu. 60. cum aliis seq. *Cõis opin.*

3 Item nec ualet statutum præcipiens, quòd qui non petierit creditum suum infra tale tempus, vtputà infra decennium, amplius petere nō possit: secundùm Bar. in l. omnes populi. in 3. q. princ. ff. de iust. & iure, & alios quamplures congestos per Thom. Ferrat. in caut. 38. num. 2. vbi asseuerat hanc esse communem opinionem, & nouissimè Antonius Gallesius in tract. de formulis cameralis obligationis super form. cam. obli. 3. q. nu. 11. fol. 123. quamuis ibi dicat istud statutum non seruari in urbe Romæ. & de hac communi diximus supra in uer. Statutum disponēs, ꝙ qui nō petierit creditum suum à debitore &c. *Cõis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *DOS constituenda filiabus per propinquos, stante statuto illam excludente à successione patris, & præcipiente dotari arbitrio propinquorum, non potest arbitrari in minus legitima, in plus autem sic, quando legitima non sufficeret.*

2 *Legitima est pars minuscula.*

3 *Bonus vir non potest arbitrari, quòd legitima filię sit auferenda.*

4 *Legitima censetur æs alienum, & est debita iure naturæ.*

5 *Legitima succedit loco alimentorum.*

6 *Substantia contractus regulariter conferri non potest in voluntatem alterius contrahentium.*

7 *Substantia dotis, seu contractus dotalis conferri potest in voluntatem alterius contrahentium, non solùm per verba importantia arbitrium boni viri, sed etiam liberam voluntatem.*

8 *Arbitrium boni viri semper videtur stipulationi insertum esse.*

OPINIO DCCCXI.



1 STATVTVM excludens filias à successione patris, pręcipiensque eas dotari arbitrio propinquorum: tūc nō possent propinqui minùs legitima arbitrari: secundùm communem opinionē omnium Doct. quàm allegat Grammat. in decis. 101. num. 20. Et quamuis alleget quòd propinqui in casu præallegato minùs legitima arbitrari nequeant; nihilominùs poterunt arbitrari in plus, quando legitima non sufficeret: secundùm Saly. & Fulgosium in authē. res quæ, in 2. notab. C. comm. de lega. Alex. conf. 69. vol. 1. dicentem, quòd ita consuluit Ang. consilio incip. Dominus Gregorius Pagoni &c. *Cõis opin.*

2 Quia secundùm eum, legitima est pars minuscula. l. si quis plures filios. C. de inoff. testam. & Bal. conf. exordiente, Antonius plures filios.

3 Vtpotè, quia bonus uir non potest arbitrari, quòd legitima filiæ sit auferenda.

4 Quæ censetur æs alienū, & debita iure naturali. l. Papinianus. §. si quis impubes. ff. de inoff. test.

5 Et succedit in locum alimentorū, & legitimę per not. per Cyn. in l. sancimus. C. de sec. nupt. & idem per easdem rationes tenet Alex. cōs. 7. vol. 2. cons. 8. uol. 4. & istam opinionem approbare videtur Soci. in l. hęredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. colum. pen. dicens quòd istam sententiam tenet, & firmat Salyc. in disputatione inchoante, Statuto cauetur &c. & Bal. consil. incip. materia diuiditur, & consil. exordiente, Statutum tria capita, subdensque ibi, ꝙ secundùm hanc opinionem sæpius Moder. Perusini consuluerunt habētes istam opinionem pro canonizata, & quòd aliàs fuit iudicatum in ardua causa in Ciuitate Florentiæ, in qua vtrinque erant consilia Docto. totius Italiæ. Et dictam sententiam tenet etiam, sequiturque Corn. cons. 197. uol. 1. cons. 91. 107. 162. colum. fin. uol. 2. & consil. 111. in consil. 115. vol. 3. & cons. 1. & cōs. 258. volu. 4. & Curt. cons. 27. 38. & seq. & 78. col. 32.

6 Et si quis opponeret præfatæ communi conclusioni hoc fundamento, uidelicet, quòd regulariter substantia contractus in alterius ex contrahentibus uoluntatem cōferri non potest. l. quod sæpè. §. 1. ff. de contrahen. empt.

7 Responde breuiter, ꝙ dotis substātia potest. l. cùm post. §. gener. ff. de iu. dot. & non solum per uerba resonantia, seu importantia arbitriū boni uiri, vt ꝓmitto dotē arbitrio meo, & quā æstimauero, seu arbitratus fuero. l. si sic. ff. de leg. 1. sed etiam per uerba liberam voluntatem importantia, vt promitto dotem, quam voluero. l. si fideicom. §. quanquàm. ff. de leg. 3.

8 Idcircò semper uidetur boni uiri arbitrium stipulationi insertum esse. l. 3. C. de dot. promiss. ubi omnes not. & in l. 1. ff. sol. matr.

## SVMMARIVM.

1 STATVTVM excludẽs fœminas propter masculos principaliter est fauorabile, & est introductum pro conseruatione agnationis, & familiarum: secundũ unã opinionem communem licèt, secundùm alteram magis communem sit odiosum. vt num. 2.

3 Statutum in totum legitimam tollere non potest, sed diminuere.

4 Statutum excludens fœminas transuersales, est fauorabile, excludens uerò filias, uel ascendẽtes est odiosum.

5 Nepos ex filio excludit fœminas stante statuto, quòd fœminæ propter masculos excludantur.

6 Nepotes continentur appellatione filiorum.

7 Consuetudo extenditur ad casus comprehensos sub casu in ea expresso saltim ex lata vocabuli significatione, & contra ius, & á iure exorbitans.

8 Nepos in successione tenet locum patris.

9 Subrogatus sapit naturam eius in cuius locum subrogatur, & vtitur eisdem priuilegijs quibus ille cuius loco subrogatur.

10 Clerici excludunt fœminas stante statuto, quòd masculi excludant fœminas.

11 Statutum inter laicos est seruandũ inter clericos, quando statutum iniecit vinculum ante clericatum.

12 Iudicare contra communem opinionem, est contra stimulum calcitrare.

13 Legitimati per subsequẽs matrimoniũ excludũt fœminas stante statuto, quòd fœminæ excludantur p masculos.

14 Statutum excludens fœminas propter masculos ligat etiam fœminas ingredientes religionem, & professas.

15 Iudæi masculi conuersi ad fidem Christi simul cum eis, de cuius successione agitur, excludunt fœminas similiter conuersas, stante statuto, quòd fœminæ excludantur propter masculos.

16 Vnus masculus excludit fœminas, stante statuto, quòd fœminæ excludantur stantibus masculis.

17 Masculi excludentes fœminas uigore statuti à successione, excludunt etiam venientes ex earum persona.

18 Arrogatus in filium ab auo materno excludit fœminas, stante statuto, quòd stantibus masculis fœminæ excludantur.

19 Arrogatus per omnia est similis filijs legitimis, & naturalibus, tam ratione patriæ potestatis, quã etiã quò ad effectũ suitatis, et respectu successionis ab intestato.

20 Arrogatus continetur appellatione filiorum.

21 Arrogatus dicitur filius legitimus, & naturalis.

22 Statutum excludens fœminas stantibus masculis est de iure licitum.

23 Masculi carentes virilibus, uel quomodocunque, & qualitercunque incapaces, ac inhabiles ad sobolem procreandã, & conseruandã familiã, excludunt fœminas stante statuto illas excludente extãtibus masculis.

24 Impedimentũ accidentale non attenditur, sed naturale.

25 Masculi non excludunt fœminas à successione bonorum existentium extra territorium statuti, stante statuto, quòd fœminæ excludantur stantibus masculis, & quò ad bona prędicta statutum non extenditur.

26 Filia simpliciter á statuto exclusa, in testamento patris prçterità, potest illud rumpere, si pater extraneos vel filios instituerit.

27 Pater tenetur necessariò vocare filiam in suo testamento, vel eius filios, etiam stante statuto, quòd stantibus masculis fœminę excludantur.

28 Filij legitimati per rescriptum Comitis Palatini non excludũt fœminas stante statuto, illas excludente stantibus masculis.

29 Filius spurius legitimatus per Principem excludit fœminas stante statuto, quòd stantibus masculis fœminę excludantur.

30 Filius spurius legitimatus per Principem, uerè, ac propriè legitimus, & naturalis censetur.

31 Masculi incapaces successione, vt deportati, vel fratres sancti Francisci, & similes, vigore & ex forma statuti excludentis fœminas stantibus masculis illas non excludunt.

32 Deportati, & professi religionem sancti Francisci habentur pro mortuis.

33 Masculi non excludunt fœminas uigore statuti illas excludentis si succedere nolunt.

34 Fœminæ exclusæ per statutum propter masculos, masculis non existentibus succedere non prohibentur.

35 Rex in Regno filiabus minoribus, filijs non extantibus in feudalibus dat Balium, & cum perueniunt ad ætatem nubilem 14. vel 15. annorum procurare solet illas maritare secundum paragium.

36 Fœminę exclusæ á successione per statutum stantibus masculis non censentur exclusæ à bonis emphyteoticis, & eorum successione.

37 Adoptiuus non excludit fœminas vigore, & ex forma statuti illas excludente.

38 Fœminæ exclusæ à successione per statutum non censentur exclusæ à supplemento legitimę.

39 Fœminæ exclusæ à successione per statutum, & iussæ stare dote contentæ, non possunt petere supplementum legitimę.

40 Legitima non debetur ei, qui ab intestato succedere non potest.

41 Statutum prohibens supplementum dotis, uel legitimæ, non extenditur ad magnum excessum.

42 Dos etiam stante statuto fœminas à successione excludente, & iubente esse sua dote contentas, succedit loco legitimæ: secundùm vnam communem opinionem, licèt secundùm alteram magis communem eius loco non succedat.

43 Fœminę exclusę per statutum quousque vixerint masculi, masculis deficientibus etiam post quadraginta annos admittuntur ad successionem, secus si simpliciter sint exclusæ.

44 Fœminę momẽto á successione exclusæ per statutũ illas simpliciter excludẽs, perpetuò censentur exclusæ.

45 Fœminę, quibus dos est promissa, censentur exclusę per statutum disponens fœminas dotatas succedere non posse stantibus masculis, secus si statutum exigeret dotem esse datam.

46 Masculus moriens antequã portionẽ sibi debitã adeat, similiter excludit fœminam à successione stante statuto ipsam excludente, & sufficit masculum momento viuere, vt perpetuò fœminam excludat.

47 *Infans filius si horam vixerit tantùm post mortem patris, hæreditatem patris sui non aditam transmittit ex potentia suitatis ad quoscunque heredes, etiam quòd fœminę superſint, ſtante ſtatuto fœminas excludente.*

48 *Fœminæ per ſtatutum excluſę à ſucceſſione patris ſtantibus maſculis computantur in numero filiorum ad faciendum partem in legitima: ſecundùm unā communē opinionē, licèt et altera contraria ſimiliter ſit cōis.*

49 *Soror dotata à ſtatuto excluſa ſtantibus maſculis, non cenſetur excluſa à ſucceſſione fratris morientis ab inteſtato poſt mortem patris.*

50 *Soror excluſa per ſtatutum à ſucceſſione patris ſtantibus maſculis dotata per fratres poſt mortem communis patris, cenſetur etiam excluſa à ſucceſſione fratris morientis poſt mortem patris, & ei ſuccedere nequit in bonis quę frater habebat tempore dotationis, ſtantibus alijs fratribus, de quo etiam nu. 52.*

51 *Dos conſtituta à fratribus ſorori de paragio ſtante ſtatuto pręcipiente fœminas ſtantibus maſculis de paragio dotari, & illas excludente à ſucceſſione paterna, dicitur profectitia de bonis paternis, & non fraternis.*

52 *Soror excluſa per ſtatutum à ſucceſſione patris ſtantibus maſculis dotata per fratrem poſt mortem patris, non cenſetur excluſa à ſucceſſione bonorum fratris quæſitorum poſt dotationem.*

53 *Hæreditas adita per fratrem non dicitur amplius hereditas patris, ſed fratris.*

54 *Mulier vt repellatur à ſucceſſione alicuius requiritur, quòd ſit dotata de bonis eius, de cuius hereditate agitur.*

55 *Feudum paternum poſtquàm peruenit ad filium non dicitur amplius paternum, ſed filij.*

56 *Statutū, ſeu cōſtitutio Regni In aliquib⁹ eſt ſtricti iuris, & ſtrictè debet intelligi in caſu dūtaxat de quo loquit.*

57 *Statutum ſimpliciter excludens fœminam dotatam à ſucceſſione intelligitur, vt excludatur à ſucceſſione dotantis, & non vlterius.*

58 *Statutum excluſiuum fœminarum an porrigatur ad bona exiſtentia extra territorium, conſiderantur ſex caſus vtiles, & neceſſarij. Et materia hæc quomodò, & quibus caſibus forenſis ſtatutis ſubijciatur fuſiſſimè tractatur, & reſoluitur.*

## OPINIO DCCCXII.

1 STATVTVM excludens fœminas propter maſculos eſt principaliter fauorabile: ut per Bal. in l. maximum vitiū. C. de lib. præt. & per Alex. cōſ. 89. & cōſ. 132. uol. 6. & conſ. 141. uol. 7. & per And. de Iſer. & Afflic. in conſt. In aliquibus, lib. 3. rub. 23. nu. 11. & ſeq. & Grammat. ibi, & Ioan. de Neuiz. in ſua Sylua nuptiali. lib. 1. nume. 169. quia pro conſeruatione agnationis, & familiarum eſt introductum: ut uolūt Bal. & cęteri in d. l. maximum vitium, Coraſius in ſuis miſcellaneis iuris ciuilis. lib. 5. c. 16. num. 2. Afflict. in d. conſt. In aliquibus, ſub nu. 71. & alij quāplures eiuſdem ſententiæ relati per Curt. Iun. conſ. 87. nu. 5. vbi aſſerit hanc eſſe cōem opinionem, & per Loffredum conſ. 14. ſub nu. 13. & ſeq. & luculenter Georg. Nattā, in tract. quòd ſtantibus maſculis. in 1. q. principali, n. 16. cum aliis omnibus ſeq. ubi nonnihil corroborat dictam communē. — *Cōis opin.*

2 Soc. Iun. uerò conſ. 1. nu. 46. & 108. lib. 1. circa iſtam materiam refert quatuor opiniones, & denique ſecundam opinionē, uidelicet, quòd dictum ſtatutū ſit odioſum aſſeuerat eſſe magis cōmunem. Sed quid concludendum in tam uariis iuris noſtri interpretum ſententiis? Ego pro nūc inhæreo primę opinioni, hac potiſsimum ratione omiſsis aliis. — *Cōis opin.*

3 Quia huiuſmodi ſtatutum in totum legitimā tollere non poteſt, ſed diminuere, ex quo legitimā reduxit ad dotē datam, uel promiſſam, quæ dicitur eſſe loco legitimę: vt tenent Bal. & Saly. in 2. no. p illū tex. in l. qm̄ nouella. C. de inoſ. teſt.

4 Sed opinio hæc de plano procederet, & ſtatutum hoc fauorabile reputaretur, vbicunque excluderet fœminas tranſuerſales: ſecus uerò ſi excluderet deſcendentes, ut filiam, vel aſcendentes, vt matrem: tunc quippè odioſum diceretur. ita Corn. conſ. 90. ſcrupuloſè videtur. nu. 11. uol. 3. Curt. Iun. conſ. 9. circa præmiſſam, & Rubeus conſ. 45. uiſo ſtatuto, nu. 3.

5 Ampliatur primùm hoc ſtatutū diſponens, quòd filius maſculus excludere poſsit fœminam, vt pcedat ēt in nepote ex filio, qui quidē poteſt dictā fœminā excludere: ſecundū Bal. Alex. & alios Doct. in l. venia. C. de in ius voc. Anch. in c. canonū ſtatura, de conſt. Ruinum conſ. 141. nu. 3. vol. 2. & conſ. 58. nu. 5. poſt alios ibi per eum congeſtos, uol. 5. Nattā in d. tract. quòd ſtantibus maſculis, in 3. q. ptinc. nu. 63. cum aliis ſeq. & Laurum de Palatiis in tract. quòd ſtantibus maſculis nume. 25. Afflic. in d. conſt. In aliquibus. nu. 64.

6 Quoniā appellatione filij nepos comprehenditur. l. liberorū. vbi Bar. ff. de uer. ſig. & Mod. in d. l. venia. Ro. conſ. 129. Rocchus de Curte in rep. c. fi. de conſuet. Gozad. conſ. 90. col. 4. Marſil. cōſ. 85. uu. 14. & latius in ſing. 303. Filiorū appellatione, & Iaſ. in l. de qnibus. n. 16. ff. de leg. ubi atteſtatur hanc eſſe cōem opi. & Soc. Nepos, cōſ. 144. n. 83. lib. 3. poſt Dec. in l. 2. col. 3. C. de in ius uoc. — *Cōis opin.*

7 Cōprobatur ēt iſta cōis: quia conſuetudo extenditur qn̄ caſus, ad quē fit extenſio, cōprehenditur ſub caſu expreſſo, ſaltē ex lata vocabuli ſignificatione: nā ad talē caſum extenditur cōſuetudo etiam contra ius, aut à iure exorbitans. l. filium habeo. ff. ad Maced.

8 Cōprobatur poſtremò iſthęc cōcluſio: qm̄ nepos in caſu noſtro locū patris tenet: ſcd̄m Paul. Caſt. cōſ. 154. pſens caſus, & Ftā. de Aret. cōſ. 64.

9 Subrogatum etenim ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. l. 1. §. hæc actio, ubi Bar. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſſus fuerit. Et perſona ſubrogata vtitur eiſdem priuilegiis, quibus ille, cuius loco ſubrogatur. l. decernimus, & ibi per Bart. C. de aqueduct. lib. 11. & l. comperimus, ubi etiam Bar. C. de proximis ſacr. ſcrin.

10 Amplia secundò præfatum statutum,vt non solùm habeat locum in laicis, uerùm etiam in clericis,qui absque dubio possunt gaudere beneficio dicti statuti contra fœminas, easque excludere:secundùm Sand. in c.ecclesia sanctæ Mariæ. col.27.vers.Septimò quæro &c. de constit.Bald. in l.cunctos populos,in 2.lect.col.2.uers. Sed hic vlterius quæritur,& consil.30.uol.1.Abb.in c.cõstitutus.de in integ.rest.in 5.not.Lapus in alleg. 100.& seq.in quæstione proposita,Barba. consil. 54.in fin.Soc.Iun.cons.10.nume.23.vol. 1. & alios quamplures relatos per Ioan.Bapt. Castellionei,in add. ad Roma. in sing. 441. Habeo casum in facto, ubi attestatur hanc esse communem opinionem, Paris.quoque consil. 47. nume.62.uol.3.Brun.in tract.quòd stãtib. mascul. in 12.art.princ.q.11.& Dec.in d.c. ecclesia sanctæ Mariæ,num.217.& sequitur etiam, aduertit que ab ea non esse recedendum, ac tollit omnia obstacula Natta in d.tract. quòd stantibus masculis.q.3.principali,nu.82.cum aliis seq.

Cõis opin.

11 Quoniam statutum inter laicos est obseruandum etiam inter clericos,qñ statutũ iniecit uinculum ante clericatum. c. restitutus de in integ. rest.& notãt Canonistę in d. c. ecclesia S.Mariæ.

¶ Contrariam verò sententiam sequutus est, Laurus de Palatiis in dicto tractatu, q̃ stantibus masculis.nu.106.& Soc. Iun.in d.cons.1. nu. 63. uol.1.ubi dixit hanc opinionem esse ueriorẽ: tamen quicquid ipse Soc. suadeat,ob hoc in iudicando,& consulendo semper sequerer communem.

12 Quia iudicare contra cõmuném, esset cõtra stimulũ calcitrare:ut per Grauet.cõs. 91. nu. 11.

13 Ampliatur tertiò istud statutum excludens fœminas ꝓpter masculos, q̃ excludat etiam per legitimatos per subsequens matrimoniũ: secundùm Anch.cõs.242.ex tenore,& Dec.cons. 155. & diligenter pro tenni.col.pen.& fi.& in c. cùm in cunctis.nu.29.de elect.But.in c.constitut. col. 2.eod.tit.Pau.Cast.in l.fi.C.de his,qui ven.ætat. impet.Cãpegium in trac.de dote.in 1.par.5.par. prin.q.59.in fi.Crot.in rep.l. Gallus. §. & quid si tantũ.n.82.&169.ff.de lib.& posth.& Paris.consil.13.uol.2.

14 Ampliat̃ quartò dictũ statutũ excludens fœminas extantibus masculis,ligare ẽt fœminas in gredięntes religioné,& sic operat̃ cõtra fœminas professas religionẽ,seu moniales: vt per Io. And. in reg. fine culpa.de reg.iur.in 6. in mercurialib. Pau.Cast.cõs.339.primũ dubiũ,de quo quæritur col.2.& 3.Rom.i l.stipulatio hoc modo cõcepta. ff.de ver. obl. Abb. & alios in c.quod clericis.de foro cõp.Ab.& Fely.col.18.in d.c.ecclesia S.Mariæ,& Ripã in suis respõ.in tit.de longa consuetudine.c.6.n.11. vbi audacter attestatur hanc esse cõem opi.& Soc.Iu.cõs.25.n.11.volu.3.& Io.Cephal.cons.146.n.26.uol.1.ac ei inhæret quoq; cõsulendo, Iacob.Mandel.ostenditq; magis cõem fore,cõs.98.n.1.& Afflic.in d.cõst. In aliquibus. nu. 17. qui ait in hoc non dubitare, ꝓsertimq; si statutum conditum esset ab Imperatore,seu Rege. Nonnulli uerò Doct. & malè fuerunt in contraria sententia.quos refert Ruinus cõs.200.nu. 8.lib.2.& Laurentius Syluanus.cons.49. nu. 4.

Cõis opin.

15 Amplia quintò hoc statutũ,q̃ fœminæ excludantur propter masculos, extendi ẽt ad Iudæos, & sic inter Iudæos hoc casu à filiis masculis fœminæ excluduntur:vt uoluit Ana.in c.Iudæi.il 2. col.5.de Iudęis,& Fely.ibi n.4.Corasius in miscel laneis iuris ciuilis,lib.5.c.16.sub nu.8.Laurus de Palatiis in tract.q̃ stantibus masculis,num.258. cũ aliis seq.Natta in d.tract. q̃ stantibus masculis.q.2.prin.nu.105.cũ aliis seq. Cãpegius in tractã.q̃ stãtibus masculis.q.60.n.239.cũ aliis seq. vbi refert cõsulentes,ꝓ hac parte,tollit obstacula.& meminit ita extitisse iudicatũ,& obseruatũ Mantuæ in facti cõtingẽtia, & nouissimè Marq. de Susan.in tract.de Iudæis,& infidelib. in 2.par. c.2.n.4.& seq.post alios ibi relatos per eũ,vbi audacter asseuerat hanc esse cõem opi.Quã arbitratur de plano ꝓcedere Brun. in trac. q̃ stantibus masculis.q.5.art.6.n.55.cũ aliis multis seq. vbicunq; masculi essent cõuersi & Christiani,ac fœminæ simul cũ eis,de quorũ successione ageret Iudæi forẽt, ut tũc haberet locũ antedictũ statutũ. Cõis opin.

16 Amplia sexto loco, q̃ dictũ statutũ,q̃ stantibus filiis masculis fœmina excludatur, habet locũ,& procedit ẽt stante vno:secũdũ Bal.in l.1. C. de coud.inser.per illum tex.quem refert, & sequitur Dec.in c.prudẽtiã.§.adiicim⁹.n.8.d of.deleg.

17 Pręallegatũq; statutũ,q̃ fœmina excludatur superstitibus masculis amplia septimò, vt procedat, vt tam filia,quã uenientes ex persona eius à successione repellanẽ:vt per Bar.in l.2.§.uidendũ.in fi.ff.ad Tertul.& in d.l.liberorũ.col. pen. ꝓ illã legẽ.C.de colla.Ruin.cõs.120.nu. 2.uol.1.& cõs.151.n.6.uol.2.cũ aliis cõgestis per Dec. cõs. 656.iuridicã,Laur.Sylua.cõs.1.n.65.& Rui.cõs.8. nu.9.uol.3.& ista est uera, & indubitata cõclusio.

18 Amplia ulterius,q̃ sub huiusmodi statuto exclusiuo fœminarum comprehenditur non solùm filius legitimus,& naturalis,sed etiam arrogatus in filium ab auo materno.

19 Quia per omnia similis est filio uero legitimo,& naturali,tã rõne patrię potestatis,quã quò ad effectũ suitatis, ac ẽt respectu successionis ab intestato:vt §.in nr̃a.inst.de act.§.pẽ. inst.de hęr. quæ ab intest.iuncta l.cũ in adoptiuis.circa fi. ff. adop.& l.si te parẽs,& ibi Bar.C.de suis,& legit.

20 Imò dic, quòd arrogatus filii appellatione cõtinetur.l.filij appellatione.l. iusta,& d. l. liberorum.ff.de uerb.signific.

21 Ergò sequuta arrogatione,cũ in eo concurrant vinculũ ciuile,& naturale.d.§.in nostra, filius legitimus,& naturalis dicetur,& eadẽ rõne, qua filius legitimus, & naturalis fœminam excludit, eadẽmetipse arrogatus excludere videt̃.

22 Ampliatur, seu interpretatur nonò dictum statutum excludens fœminas propter masculos, q̃ est de iure licitum, & consequenter,q̃ ualeat, & te-

& teneat: secundùm Bal. in l. cùm lege. C. de epis. & cler. Ioan. And. Ant. de Butr. & cæteros omnes in c. Raynutius de testa. vbi deducunt istam esse communem opinionē: quā sequitur etiam, & citat Brunus in tract. quòd stantibus masculis. q. 1. art. 1. n. 12. Georg. Natta, in d. tract. quòd stantibus masculis, in 1. quæst. principali. nu. 1. cum alijs sequen.

Cōis opin.

23 Ampliatur decimò mentionatū statutū excludēs fœminas extantibus masculis, habere ēt locum in masculo virilia sua non habente, vel quo modocunque, & qualitercunque incapaci, ac inhabili ad sobolem procreandam, & conseruandā familiā: ut uoluit Bal. notabiliter consil. 68. Martinus Ioannis de Florentia. colum. 2. vers. non obstat, quòd quidam sunt agnati, posito inter consilia Angeli.

24 Cùm istud sit impedimentum accidentale & non naturale, attendi non debet, & ideò natura communis hominum, & non alicuius specialis vitium attendi debet. l. nam ad ea. ff. de legibus. l. iusto. §. non mutat. ff. de vsucap. cum alijs concordantibus.

25 Fallit primò loco istud statutum excludens fœminas propter masculos, non habere locum extra territorium statuentium, & sic non propagatur, nec extendit radices, & uires suas quò ad bona existentia extra territorium statuentium: secundùm Bart. in l. cunctos populos. q. 6. C. de summa Trinit. & fide cath. Alex. conf. 128. consideratis uerbis instrumenti. uolum. 1. ubi latissimè respondet omnibus ferè rationibus Salyc. contrarium asseuerantis, in l. cunctos populos. C. de summa Trinit. & ista videtur communis opinio: vt testatur Alexan. in allegato conf. 48. num. 1. circa medium, vol. 3. vbi ait ab ista sententia communi non esse recedendum, & Rolan. à Valle post alios relatos per eum in tract. de lucro dotis, in quæst. 20. num. 14.

Cōis opin.

26 Interpretatur secundò dictum statutum excludens filiam à successione patris, quod ipso mediante non excluditur ad inualidandum testamentum inter liberos conditum. Et sic filia simpliciter à statuto exclusa, si in testamento patris fuerit prçterita, potest illud rumpere, si pater extraneos, vel filios instituerit: quia in hoc filia extranea persona non reputatur: secudū Corn. in l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto, col. 3. vers. præ dicta faciunt. C. de testa Cuma. consil. 119. circa fin. cum alij relatis per Boer. decis. 241. nume. 9. vbi ait hanc esse communem opinionem, & Berous post alios relatos per eum, in repet. c. Raynutius, nume. 234. cum alis seq. de testa. ubi ad vtranque partem doctè, subtiliter, ac latè hanc quæstionem disputat.

Cōis opin.

27 Et ratio dictæ communis opinionis videtur ista: quia pater tenetur necessariò uocare filiam in suo testamento, uel eius filios: ut decidūt Bar. Ias. cæterique Doct. communiter in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. oblig. & de dicta communi attestantur Moder. inibi, & Guil. Bene dic. in repet. d. c. Raynutius de testa. num. 81.

Cōis opin.

28 Fallit tertiò præfatum statutum disponens, quòd stantibus masculis filia fœmina non succedat, non habere locum in filijs legitimatis per rescriptum Comitis Palatini, vel alterius habentis potestatem legitimandi, cùm non excludant fœminam: secundùm Nattam in d. tract. quò d stantibus masculis. q. 3. num. 1. cum quatuor sequen. Dec. in l. liberos, circa fin. C. de collat. in c. in pręsentia. n. 40. ext. de prob. & latè cōsuluit cons. 52. & Curt. Senior consil. 16. nu. 5. & seq. & conf. 35. num. 16. cuius consilio complures Excellentes, & Illustres Doctores se subscripserunt, & ita in opulenta hæreditate fuit Mediolani indicatum, & ista est communis opinio: secundùm eundemmet Dec. in d. l. liberos, & de dicta communi attestatur etiam Franc. Curt. in præallegatis consilijs, & D. Cardinalis Albanus in lucub. in Bar. in l. filium, nume. 2. & seq. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. & Gozad. consil. 6. nume. 9 vbi sequitur etiam, & dicit ab ea non esse discedendum in iudicando & consulendo. Et de veritate istius conclusionis cōmunis plura scribit Ias. in l. si is, qui emptore. ff. de vsucap. Crotus in l. Gallus. §. & quid si tantū. ff. de lib. & posthu. Brunus in tract. quòd stantibus filijs masculis, filiæ fœminæ non succedant. q. 12. art. 4. Cōis opin.

29 Declaratur hoc non procedere in filio spurio legitimato per Principem, qui quidem sub statuto prædicto ad exclusionem fœminarum comprehenditur.

30 Quia ipse verè ac propriè legitimus, & naturalis censetur: ut concludunt Bart. & alij omnes communiter, in d. l. si is, qui pro emptore, & latè per Alex. consil. 52. uol. 1. ergò filius iste dicetur excludere fœminas, sicut legitimus & naturalis. & hoc voluit idem Alex. in l. sed si hac. §. patronum. ff. de in ius uocan. qui attestatur istud Doctores cōmuniter tenere. & in d. cons. 11. col. 5. & consil. 87. colum. 5. uol. 2. Cōis opin. Cōis opin.

31 Limitatur quartò, quòd dictum statutum exclusiuum fœminarum cessat si masculi sint incapaces, vt putà si sint deportati, uel fratres Sancti Francisci.

32 Quia tunc habentur pro mortuis, & pro non stantibus: ut per Bart. in l. 1. §. penul. ff. de bonorum possess. secundùm tab. quem sequitur Bald. in auth ingressi, circa fin. C. de sacrosan. eccles. Ruinus consil. 154. num. 5. vol. 2. & Afflict. in d. constit. In aliquibus, num. 10.

33 Interpretatur similiter hoc statutum habere etiam locū si masculi extarent, & succedere nollent. l. 2. §. sed si sint sui. ff. ad Tertul. & ibi notat Bart. quia huic statuto potest masculus renunciare: vt per Bal. in l. maximum uitium. colum. 7. uers. sed pone frater. C. de lib. præt. & Afflict. cum alijs aggregatis per eum in d. constit. In aliquibus. nume. 9. & hoc non habet difficultatem aliquam.

34 Fallit

34 Fallit sextò hoc statutum, quòd stantibus filijs masculis fœminę non succedant, quòd si masculi non supersint, sed solùm fœminæ, ipsæ admittentur: ut per Bart. in l. fin. in q. 1. ff. ad Tertul. Bald. in l. in quibus. C. de secun. nupt. & ista Cõis opin. est communis sententia omnium Scribentium, & lõgo, & diutino tempore obseruata: vt refert, & attestatur Soc. Nepos, consil. 80. nume. 6. uol. 2. & est text. in Regno, in d. constit. In aliquibus, vbi disponitur quòd patet non habens filios masculos, nec nepotes masculos, sed duntaxat filias fœminas, tunc ipsæ filiæ fœminæ succedunt patri in omnibus bonis burgensaticis, & feudalibus, exclusis agnatis transuersalibus.

35 Cæterùm si antedictæ filiæ minores reperirẽtur, Rex daret eis balium in feudalibus, & cùm peruenerint ad ætatem nubilem 14. vel 15. annorum prouideret eis dare uirum, atque maritare secundùm paragium earum. & ex hoc text. in d. constit. In aliquibus, decidit tres utiles, & quotidianas quęstiones ibi Afflict. nu. 5. & seq.

36 Limitatur septimò hoc statutum excludens fœminam dotatam à successione dotantis, non excludere eam à bonis emphyteoticis, cùm de ipsis non fiat mentio: prout uoluit Bal. in l. liber Cõis opin. ti, libert ęque. C. de oper. liber. & alij Doct. communiter in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. liber. Imol. & alij omnes, in c. potuit, de loca. & conducto, & Ruinus consil. 4. nume. 5. volum. 1. vbi hoc declarat, & limitat.

37 Interpretatur octauò loco dictum statutum pręferens masculos fœminis, non habere locum in adoptiuis: vt uoluit eleganter Ioan. de Ana. consi. 37. viso casu. cuius dictum refert, comprobat, & sequitur Dec. in d. c. in præsentia. nu. 117. & seq. & Tiraquel. cum alijs infinitis ibi relatis per eum, in repet. l. si vnquam. C. de reuocan. donat. in uerb. susceperit liberos. nu. 11. fol. 146.

38 Interpretatur nonò præallegatũ statutũ, ꝙ licèt excludat fœminas à successione, non ꝓpter hoc excludit à supplemento legitimę: ut per multa concludit Saly. in auth. nouissima. C. de inoff. testa. in l. serui nostri, propè fin. ff. de noxal. in l. sancimus. C. de nupt. & in auth. res quæ. C. communia de lega. ubi etiam Raph. Cuma. Hoc idẽ tenet Alex. consil. 7. colum. 2. lib. 2. consil. 49. uel 69. uolum. 1. & consil. 78. uolum. 4. Et hoc idem tenuit Soc. Iunior in d. l. Gallus. §. & quid si tantùm. & ita consuluit, consil. 30. & 150. uolum. 1. Cõis opin. & istam scribit esse communem opinionem Soc. in l. hæredes mei. §. cùm ita. colum. fin. ff. ad Trebel. & Grammat. ultra alios per eum congestos, decis. 101. num. 46. & in d. constit. In aliquibus, num. 22. & seq. Et istam quæstionem latè disputat ad vtranq; partem Aug. Berous, in repet. d. c. Raynutius, nu. 230.

39 Moderatur, & coharctatur hoc statutum non procedere, quando ex dispositione statuti, fœmina nõ posset succedere, sed deberet stare dote eõ tenta: tunc filia non posset petere supplementum legitimæ: secundùm Bart. & alios in d. §. & quid si tantùm, Ang. consil. 105. in fin. & ista est Cõis opin. communis opinio ex allegatis per Alex. in d. §. & quid si tantùm, & Ias. in d. authen. nouissima, Soc. cons. 150. primò igitur radix, Ias. consil. 82. statuto ciuitatis, lib. 2. Dec. cons. 26. diligenter, in cons. 89. viso puncto, in fin. & consil. 203. in casu, & cæt. Curt. consil. 37. considerato themate, Brun. in consil. suo posito in fin. dicti tract. quòd stantibus masculis num. 8. Calca. consil. 11. col. penul. & fin.

40 Quia legitima non debetur illi, qui ab intestato succedere non posset, vt filiæ ipsi dotatę, quæ stante hoc statuto non succederet: secundùm Ang. in d. consil. 105. statuto cauetur, quòd si aliquis decesserit ab intestato, & Alber. Brunum cũ magna catherua Doctorum relata per eum in memorato consil. suo posito in fin. d. tract. quòd stantibus masculis, num. 9. vbi prædicat istam esse comumem opinionem. Cõis opin.

41 Et quamuis istud statutum prohibeat supplementum dotis, uel legitimę; nihilominus non habet locum in magno excessu, ex quo detegitur patris dolus. l. undè si Nerua. ff. pro socio, & tenet, ac declarat Pau. Castren. consil. 110. colum. penult. quod refert Ruinus consil. 98. nu. 4. post princ. volum. 2.

42 Et quia etiam dos ipsa in casu mentionati statuti succedit loco legitimæ: secundùm Bal. in authen. res quę. colum. penul. C. communia de leg. Cyn. & Bart. in l. sancimus. C. de nupt. Andr. de Iser. & Afflict. cum magna catherua Doctorum relata per eum in d. constit. In aliquibus, sub nu. 42. & seq. Alex. consil. 209. nume. 201. vol. 5. Ias. in l. 1. §. ueteres, sub num. 26. ff. de acquir. possess. & Curt. Sen. consil. 5. nu. 3. vbi perhibet istam esse communem opinionem: quam sequitur Laurus de Palatijs in tract. quòd stantibus masculis sub num. 35. Cõis opin.

¶ Et quamuis Brunus in tract. præcitato, ꝙ stantibus filijs masculis. q. 5. sub n. 34. asserat cõtrariam partem, uidelicèt, quòd dos non subrogetur, seu succedat loco legitimæ, esse magis cõmunem; nihilominus spreta huiusmodi assertione vti falsa, concurrendum est in practica cum prima opinione, tanquam realiter communi, & sacrosancta, cum qua concurrit etiam Corn. consil. 107 nu. 3. vol. 2. Dec. cons. 260. n. 3. Afflict. decis. 111. nu. 11. Capic. decis. 176. nu. 9. Paris. consil. 63. num. 51. volum. 2. & consil. 26. nume. 83. volum. 3. Afflict. cum cæteris aggregatis per eũ sub num. 42. & seq. & Grammat. in d. constit. In aliquibus, num. 18. ubi pariter concludit, quòd ista legitima portio debetur filiabus ipsis ex rebus, & bonis hæreditarijs, & ita asserit vidisse de facto seruari: prout latius scripsimus supra in Opin. 455. Legitima non debetur, post prin.

43 Fallit decimò, quòd filia exclusa à statuto dõ nec supersunt masculi possit aliquando succedere. Vnde scias, quòd filia, quam statutum à successio-

cessione donec supersunt masculi excludit, etiã si post quadraginta annos deficerent masculi ad successionem admittetur: vt per Bart. in l. fin. ff.
Cõis opin. ad Tertul. cuius opinionem fatetur esse communem Soc. consil. 63. in causa vertente, col. 1. lib. 1. Dec. consil. 607. num. 16. Io. Dilectus, in tract. de arte testandi, caut. 6. nu. 5. tit. 11. & Soc. Nepos consil. 110. num. 4. & 16. uolum. 2. & consil. 1. num. 1. lib. 1. & consil. 31. nume. 1. eodem uol. quam quidem Bart. doctrinam communem sequuntur Bal. Pau. de Cast. Saly. Corn. cæterique omnes in l. 2. C. de liber. præt. post alios quamplures relatos per Soc. consil. 1. nu. 1. lib. 1. Et intelligit procedere vltra prærallegatos Doct. ipsemet Soc. Iunior in d. consil. 110. nu. 16. & consil. 114. num. 1. 2. & 3. eodem uolum. quando fœmina nõ simpliciter excluditur, sed temporaliter, ueluti donec, & quandiu masculi supersint; secus autem esset si fœminæ excluderentur simpliciter per statutum extantibus masculis: quia hoc casu exclusio earum esset perpetua.

¶ Et hoc idem procedit etiam in feudo: ut constitutio Regni, In aliquibus amplificetur, at que locum sortiatur similiter, ubicunque tractaretur de successione in feudo plano, & de tabula: adeò quòd deficientibus masculis, fœminæ in eo succedant: ut extit religiosè quidem decisum in facti contingentia in Sacro Concilio Neapol. attestante intelligentissimo Dño Vincentio de Franchis in decis. 7. in causa Angelæ, sub nu. 1.

44 Interpretatur vndecimò loco dictum statutum, quòd filius masculus excludat fœminam simpliciter, locum habere etiam in ea, quæ momento fuit exclusa, ut in perpetuum excludatur, & sic sufficit tunc, quòd momento masculus fœminam excluserit, ut sit exclusa in perpetuũ: secundùm Bald. in l. si quis posthumus. §. 1. col. fin. ff. de lib. & posthu. quam sequitur Dec. cons. 623. colum. 1. & Alex. consil. 43. lib. 3. repetito in consil. 53. consideratis his, quæ in themate, num. 4 uolum. 6.

45 Interpretatur duodecimò prædictum statutum excludens fœminas dotatas à successione, verificari etiam in ea fœmina, cui dos promissa fuit: ut per Bal. in l. non fine. C. de bonis quæ liber. Affl. decis. 61. & Ias. cons. 11. col. 2. lib. 1.

¶ In contrariam uerò sententiam videntur inclinare Iacob. de Aret. Pet. Cyn. & Fulgos. in d. l. non fine, Cuma. & Imol. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonst. Alex. cõs. 13. colum. 4. uolum. 3. & Soc. consil. 207. colum. 2. uolum. 2. Sed in isto conflictu opinionum casu eueniente semper consulerem pro prima opinione, quæ uidetur verior, ubi statutum simpliciter excluderet fœminam dotatam; secus ubicunque exigeret dotem esse datam: ut per Soc. consil. 92. colum. 3. volum. 1. quem sequitur Brunus in tract. exclus. fœminarum, in 7. quæst. colum. penult.

46 Limitatur decimotertiò hoc statutum, vbicunque filius masculus moreretur antequàm portionem sibi debitam ex forma dicti statuti adiret, & agnosceret: quia tunc portio, ad quam ipse filius admittitur ex dispositione statuti excludentis fœminam non transmittitur ad quoscunque hæredes: ut voluit Saly. in l. 1. colum. 2. & seq. C. de adult. sed Salyceto noli adhibere fidem, ne te decipiat: quia contra eum est cõmunis opinio: ut per Alex. consil. 20. uolum. 1. Soc. consil. 143. uol. 1. & consil. 296. uolum. 2. & per Brun. in suo tract. exclus. fœm. in 13. art. prin. q. 6. Tiraquel. in tract. res inter alios acta, in limit. 42. & sequen. fol. par. 54. & Nattam in add. Alexan. in d. cons. 20. num. 1. Cõis opin.

47 Quia secundùm præcitatos Doct. sufficit, quod filius masculus fuerit momento tẽporis, ut perpetuò excludat fœminam, & sic ex potentia suitatis ipse filius infans, si horam vixerit tantùm post mortem patris, hæreditatem patris sui non aditam transmittit ad quoscunq; hæredes.

48 Limitatur decimoquartò mentionatum statutum, quòd filiæ istæ exclusæ per ipsum statutum à successione patris, computentur in numero filiorum ad faciendum partem in legitima: quia non excluduntur in totum, sed uocantur ad dotem ipsam, quæ loco legitimæ succedit. Vndè si extarent quatuor filiæ fœminæ, & unus masculus: tũc legitima dicti masculi non esset triẽs, tanquam fœminæ haberentur pro non existentibus, sed esset semis, tanquàm filiæ ipsæ exclusæ facerent partem cum masculo, & in numero filiorum computarentur ad calculandum eandẽ legitimam: ut uoluit Curt. Sen. cum magna catherua Doct. relata per eum consil. 5. ubi sub nu. 1. & seq. istam opinionem communem uocat, Cõis quam, ut ueriorem sequitur Illustris Afflict. in opin. d. constit In aliquibus, nume. 54 & seq. ubi profert utile, & magnum quippè uerbum, se intellexisse ita semper iudicatum extitisse in Sacro Regio Concilio Neap.

¶ Et licèt contrariam partem, uidelicèt, quod ipsæ filiæ exclusæ aliter non numerentur in filiorũ numero in minuenda legitima, firmauerit Brunus cum alijs Doct. aggregatis per eum in dict. tract. quòd stantibus masculis. q. 5. art. 13. num. 19. cum cæteris multis seq. asserendo eam ueriorem, & communem, ac ita fuisse in facti contingentia iudicatum in patria sua; nihilominus à prima opinione, uti sacrosancta, & continuò obseruata in ipso Sacro Regio Concilio, & realiter & re uera magis communi, fatuum foret in decisiuis discedere. Et ista opinio ita retẽta aduerte, quòd est utilis ad multa in practica: vt ostendit Brunus in d. art. 13. nu. 43.

49 Limitatur decimoquintò antedictum statutum, vbicunque filia vigore eiusdem statuti dotata esset à patre, & post mortem ipsius moreretur unus ex fratribus suis ab intestato: quia tũc repelli non deberet à successione sui fratris præmortui ipsa soror, esto quòd amplius non sunt bona

bona pātris à quibus pet statutum filia excludebatur, sed patrimoninm ipsius fratris effectū apparet, & consequenter soror ipsa posset succedere cum alijs fratribus in bonis quondam patris, quę reperirentur in hęreditate ipsius fratris ultimo loco mortui: ut uoluit Bal. & Paul. Castr. in l. 1. C. de leg. hæred. Bal. in c. 1. §. quin etiam, num. 3. in tit. Episcopum, uel Abbatem, in vsib. feud Ang. consil. 126. testamenti factio, Io. Campeg. in tract. de dote, par. 5. quęst. 67. Rom. cons. 40. visis, ac discussis puncto, & constitutionibus, & consil. 442. vt decisionem accipiat, sub num. 1. cum alijs seq. & in d. l. 1. §. ueteres. ff. de acquir. possess. vbi istam opinionem sequuntur Alex. n. 8. & seq. & Ias. num. 20. cum cæteris seq. ubi adijcit communem esse, & in l. sicut maior, nume. 3. C. de repud. hæred. & in l. lecta. §. quod si stipulatus, sub nu. 8. ff. si cert. petat. Curtius Iun. consil. 65. num. 1. & Afflict. etiam in d. constit. In aliquibus, num. 21. & seq.

Cōis opin

50 Sed ubicnnque soror esset maritata, & dotata à fratre post mortem cōmunis patris, ei succedere nequiret stantibus alijs fratribus, & præsertim in bonis, quę habebat tempore dotationis ipsius sororis: deberet enim remanere contenta dote recepta, sm formā allegati statuti: vt uoluit Glo. in cōstit. Regni, vt de successionibus, in uer. coniugatæ, Afflict. in d. constit. In aliquibus, nu. 16. & in decis. 243. nume. 5. & seq. & est text. expressus in d constitut. ut de successionibus, ubi apertissimè disponitur, quòd coniugatę & dotatæ à fratrum successione repellantur. Semper enim in excludendo fęminam à successione per existentiam masculorum consideratur an de bonis illius, de cuius successione agitur, dotem receperit. l. quoniam nouella, in fin. C. de inoff. testa. & l. ut liberis. C. de collat. And. de Iser in c. 1. de nat. success. feud & in d. constit. In aliquibus, num. 32. & in d. constitut. vt de successionibus, num. 18. & communiter Doct. in l. 1. §. ueteres. ff. de acquir. possess.

Cōis opin.

51 Nec obstabit sororem extitisse nnptam, ac dotem recepisse post mortem patris, vt sic dicatur dotata de bonis fraternis, & non paternis, iuxta. l. sed si plures. §. 2. ff. de vulgari & pupil. & per Afflict. in dicta constit. ut de successionibus, 10. not. quia, cùm hęrediras peruenerit ad filios cū onere dandi paragium sorori, & sic ex necessitate, non diceretur de bonis fraternis, sed de hæreditate patris, & erit dos profectitia à bonis paternis non autem aduentitia de bonis fratris.

52 Vndè ex his concluditur excludi ab omnibus bonis, quæ de hæreditate paterna fuerunt: à bonis autem postea quæsitis per fratrem succederet fratri vna cum alijs fratribus: quia de illis bonis nouiter acquisitis per fratrem non est dotata, sed tantùm de bonis fratris, quæ fuerunt paterna, & transiuerunt cum onere prædicto, uidelicèt dandi dotem sorori, & ab illis exclusa reperitur per dotationem: vt eleganter determinauit Afflict. in d. constit. In aliquibus, num. 23. Et ita in facto uidimus consultum, & responsum, obtentumq; in anno 1563. per D. Ioannē Franciscum de Nobilibus de Ciuitate Ducali compatrem meum, & Iurisconsultum equidem e nunctæ naris, & insignis eruditionis, in quo quippè consilio apparet elegantissima, & profundissima subscriptio illustris D. Alexandri Oliuæ conciuis mei, aduocati concistorialis, & præclaris animi dotibus mirificè ornati.

53 Et cùm præsens res non careat difficultate: ideò inuento alto mari necessario nauigandum arbitror, ne post terga discrimina, obstaculaque obscura remaneant, & lectores in labyrinthum erroris facilè incidere possint. Discurro itaq; quod hæreditas adita per fratrem nō dicatur amplius hęreditas patris, nec bona paterna, sed fraterna: secundùm Bal. in c. 1. §. quin etiā, in tit. epis. uel abbat. Ias. in l. 1. §. veteres, colum. 3. ff. de acquit. poss. & in l. eius qui in prouincia col. 5. ff. si cer. pet. Ioan. de Neuiz. in sylua nupt. lib. 2. nu. 82. Grammat. consil. ciuili. 53. in causa hæreditatis, num. 9. & sequen. & Cęsarem Vrsill. in addit. Afflict. in decis. 178. nume. 3. ubi explodit, deridetque distinctionem Afflicti, & sequacium supra relatam in d. constit. In aliquibus, sub num. 16. & refert etiam ita obtinuisse in facti contingentia in magna Curia Vicarię.

54 Et ratio est. Nam mutata persona mutatur quidem conditio rei. l. per procuratorem, alias Paulus. ff. de acquit. hęred. & firmat And. de Iser. in c. 1. in tit. de nat. success. feud. sub nu. 14. cum alijs seq. quòd ad hoc, vt repellatur mulier dotata à successione alicuius, requiritur, quòd sit dotata de bonis eius, de cuius hęreditate agitur. & refert, sequiturque Afflict. in constit. ob filiorum culpas, num. 9. in tit. ut pater foriudicati nihil ex delicto filij possit condemnari, in 2. par. rub. 9. & idem Andr. de Iser. & Afflict. in d. constitut. In aliquibus, nume. 20. & sequen. & Grammat. consil. ciuili 31. Vincentius, sub nume. 25. & sequen.

55 Et hinc meritò concludebat And. de Isern. in dicto cap. 1. de nat. success. feud. in usibus feudorum, quòd feudum paternum postquàm peruenerit ad filium non dicatur amplius paternum, sed ipsius filii.

55 Et ad hoc ut ab hęreditate patris excludatur filia, necesse est, ut sit dotata de bonis patris, antequā transeant ad filium: stante maximè, quòd pręmemotata cōstitutio, In aliquibus, est stricti iuris, & strictè debet intelligi, & solummodò in casu, de quo loquitur, & non dilatatur. Alex cōs. 151. num. 3. uolum. 2. & consil. 29 uolum. 1. ubi propriè loquitur de antedicta constit. Regni, In aliquibus. Et inter alia ponderat accuratè quidem constit. illam continere illud uerbum, debere (quod necessitatem importat) intelligi, quod dotata excludatur solùm, & duntaxat ab hære-

ditate

ditate dotantis. Et licèt ibi loquatur in materia feudali: tamen quantum ad intellectum ipsius constit. concordat cum aliis. Vndè Afflict. in d. constit. vt de successionibus, num. 23. determinat non obstare, quòd filia habuerit dotè de bonis paternis, & frater teneat, & possideat per successionem bona paterna: quia non dicuntur amplius ea bona paterna, sed fraterna: ea ratione potissimùm, mutata persona &c. vt d.l. per procuratorem, aliàs Paulus.

57 Et sic denique statutum excludens simpliciter fœminam à successione, intelligendum vtique foret à successione dotantis, & non ulterius: secundùm communem opinionem omnium in iure Scribentium, trutinatam, discussam, atque citatam per Curt. Iuniorem, cons. 65. casus talis est, sub num. 1. Et hanc partem audiui aliàs uerbotenus, & in scriptis fulcitã subtilissimis & nouis argumentis, & realissimis rationibus per accuratissimum, peritissimumque D. Terentium Turcanicum V. I. D. cõciuem meũ: quem in cõsulendo, atque disceptando semper noui in fractione panis veritatis strenuum defensorem. Cùm itaque ego infœlix peccator videam quæstionem hanc controuersissimam, atque plenissimam sentibus, & spinis, in qua certatim omnes variant, difficulter quidem eius exitum, & veritatem inuenire possum. Vndè in tam dubitabili, & tenebroso passu expectarem uidere decisionem Sacri Regij Concilij Neap. pro resolutione, & extricatione præsentis quęstionis: & tanto magis, cùm Vrsillus in add. Afflict. in d. decis. 178. numero 3. recenseat præsentem casum in eo pendere, & controuerti per remedium appellationis in decisum. Attamẽ fateor aliàs præstitisse patrocinium in anno 1573. ad fauorem Reuerendi D. Marij de Altonatis, contra Magnificam D. Violantem eius sororem ciues meos, penès grauissimum D. Alphonsum de Hoyo, tunc meritissimum, & laudatissimum auditorem Serenissimæ D. Margaritæ de Austria, in Ciuitate nostra. quæ quidẽ D. Violantes, cùm prætenderet succedere in bonis Põpeij sui fratris ab intestato mortui simul cum prędicto D. Mario, consului ex distinctione memorata Afflicti, & sequacium prælibatam sororem non potuisse succedere in bonis antedicti Pompeij sui fratris. & cùm partes ipsæ vidissent tam magnum torrentem controuersiarum, non aliter expectato dubio litis euentu, & sententia, inter se ad concordiam deuenerunt.

58 Sed statutum hoc excludens fœminas dotatas, an excludat eas ab hæreditate patris decedentis ab intestato à bonis vbique existentibus, vel à bonis solummodò in loco statuti situatis? Et quia materia hæc quomodò, & quibus casibus forensis statutis subiiciatur, confusè admodum tractatur, considerandi vtique necessariò forent complures casus.

¶ Et primus est, quando defunctus de cuius successione agitur, & fœmina, quæ prætenditur exclusa ab hęreditate, & is, qui vult succedere, omnes sub sunt iurisdictioni alicuius loci, in quo viget statutum excludens fœminas: defunctus verò alia bona habebat in alieno territorio, in quo huiusmodi statutum uiget; & quæritur an vires ipsius statuti porrigantur ad ista bona; ita quòd fœmina exclusa à bonis in territorio statuti existentibus, censeatur ab aliis, quæ alibi reperiuntur exclusa. Et Alexã. consilio 16. & consilio 128. uolum. 1. Lap. in allegat. 91. numero 7. & ibi Quintil. Mandos. in add. in litera, P. Card. cons. 2. Corn. cons. 202. num. 11. vol. 2. & consil. 162. num. 6. vol. 3. Ias. consil. 163. per totum. vol. 2. & in l. re coniuncti, num. 215. ff. de leg. 3. Gozad. cons. 49. num. 8. Curt. Iun. consil. 110. no. 7. Paris. consil. 68. num. 9. vol. 2. omnes indistinctè firmauerunt statutum non extendi ad bona in alieno territorio sita, & plerique ex eis planum faciunt istam esse communem opinionem: cui inhęret Rota Rom. attestante Puteo, decis. 357. lib. 1. & hæc est quæstio Bar. in l. cũctos populos, num. 42. C. de sum. Trinit. & fide cath. qui in sua distinctione est communiter reprobatus: vt in medium reserauit Cur. Iun. consil. 5. nu. 42.

¶ Secundus verò casus est, quando defunctus statuto erat quidẽ subditus, sed tam is, qui vult succedere, quàm fœmina exclusa, sunt forenses. Et in his terminis Brun. de stat. fœm. & cogn. lin. à successione excludi. artic. 6. prima. q. num. 26. uers. In hoc difficili, Soc. Iun. consil. 25. num. 15. vol. 3. & Ruin. cons. 48. num. 4. vol. 3. tenuerunt, quòd fœmina non excludatur. Mens enim statuentium non est statuere in commodum illorũ, quibus incommodum, & damnum præstare non possunt. Natta, cons. 148. num. 1. uol. 1. Nam in huiusmodi successione, quæ ab intestato per statutum defertur, habenda est ratio vocatorum, non autem defuncti: vt concedit Alex cons. 100. num. 2. uol. 3. Et vt idem Alex. inquit cõs. 44. nu. 15. vol. 5. requiritur, quòd & persona defuncti, & is qui vult succedere sint subditæ statuto. & Alexandrum sequitur Paris. cons. 12. nu. 26. vol. 3.

¶ Tertius casus est, quando & defunctus, & fœmina, & is, qui vult excludere, sunt forenses. Et iste est casus, in quo consuluit Ruin. in d. cons. 48. uol. 3. qui firmat fœminam non excludi: cuius opinio adiuuatur, & optima ratione. Quia forenses non debent gaudere beneficio statutorũ. Brun. in d. artic. 6. Paris. vbi supra, & Tiraquel. in tract. de primigen. quęst. 44. num. 4. & etiam ex his, quæ supra adducta fuerunt; & in hoc casu loquitur etiam Bart. in d. quęst.

¶ Quartus casus est, quando persona, quæ uenit excludenda, est subdita statuto, forensis autem ille, qui pręrendit succedere, & excludere. Et hoc casu Alex. consil. 111. num. 3. & 14. vol. 7. cõcedit, quòd forensis succedit de iure communi: cùm per statutum sit remotum obstaculum fœminę: sed contrarium firmauit cons. 41. per totũ, eod. vol. & hoc casu Rota Roma. tenuit in causa Par-

Parmen.de Valentibus,forensem non excludere personam exclusam à statuto, cuius tamen præcipua intentio fuit excludere nubentes extra territorium,non autem includere consanguineos.

¶ Quintus casus est,quando is,qui vult excludere,& fœminæ sunt subditæ statuto, defunctus autem forensis.Et hoc casu consuluit Ruin. conf. 195.num.5.uol. 2. fœminam non excludi, licèt malè:secundùm aliquos ex præcitatis Doct.

¶ Sextus igitur,& vltimus casus est, quando is,de cuius hęreditate agitur, est forensis:persona autem,quæ uult excludere est subdita & incola,& fœminæ sunt forenses.Qui casus cùm in specie discussus,& decisus non reperiatur,authoritatibus decidi non potest,sed rationibus in quibus Doct.inter se discordes reperio, qui enim asseuerant subditum, & incolam posse excludere sorores, mouentur primò.

¶ Quia cùm subditus tanquàm incola debet gaudere beneficio statuti, & intentio statuti sit non tantùm excludere fœminas, quàm includere masculos:cùm exclusio oriatur propter inclusionem; undè ipse potest sui inclusionem tanquā id quod fuit principium in mentem statuentium allegare contra forensem dicentem exclusionem sibi non obstare.

¶ Secundò,si quando vterque esset ciuis,masculus excluderet fœminam, multò magis dicendum est, quòd ex tacita statuentium mente excludat forensem non agnitam à statuto, & ideò malè consuluit Alexan.consilio 44. uol. 5. vt ibi in additione.

¶ Tertiò cùm Bart. distinctio in d. l. cunctos populos,num. 42. quòd si statutum loquatur in personam, si defunctus erat forensis, statutum non liget: si autem subditus statuto,secus,sit communiter reprobata;necesse est,quòd Doct.noluerint considerari personam defuncti, & reprobēt Bar.etiam quando defunctus esset forensis. Doctores enim vt plurimùm generaliter loquendo reprobant distinctionem Bart. & consequenter intelligunt statutum habere locum, siue defunctus sit forensis, siue subditus. Cyn. in d. l. cunctos populos.col. fin. & Bald. num.17. cum seq. Alex.conf.19.num.7.vol.6. vbi apost. & eàdem
Cōis conf.44.voln.5.quòd ista est communis,& uera
opin. opinio,Soc.Iun.conf.25.num.8.cum seq.vol. 3. Brun.cumulatissimè in loco præcitato, Ioan. Lecirier,de primogeni.lib.2.quæst.7.num.6.Paris. conf.84.num.42.& seq. vol. 1. Tiraquel. de primigeni. quæst.46.num.2.qui in fine.d. quæstionis planum facit ita seruari in Gallia, & Natta conf.138.num.1.vol.1.& conf.seq. nume. 13.& conf.14.vol.3.Et opinio hæc adiuuatur ex eo, φ persona defuncti non uideatur habenda in consideratione, cum statuentes prouideant non defunctis,sed superstitibus. Respectu enī defuncti statutum non potest disponere, nisi de rebus : cū enim post obitum personæ tractetur de successione ipsius,ipsa persona uon est habenda in consideratione, sed persona potius,cui statuentes prouidere uoluerunt,alioquin nullus daretur casus in quo procederet antiquorum Doct.opinio, & eorum,qui illos sequuntur,qui constituunt cō munem opinionem, vt ex eorum numero supra allegato,vt ex authoritatibus eorum,qui testantur de communi,apparet,nisi detur iste.

¶ Quartò,quia Doct.antiqui ea moti sunt ratione, siquidem,statutum quomodocūque sit cō ceptum,semper de bonis dicitur disponere.Cyn. in d. l. cunctos populos,cum aliis præcitatis, & quamplures refert d.apost. ad Alex.iun d.cōf.44. volum.5. & in conf.16.vol.1. quæ dicit, & explanat hanc rationem veram,& distinctionem Bar. verbalem.

¶ Nec illos monebat maximus numerus, & catherua Doc.quos refert Rolan.conf.24.vol. 3. Alex.enim conf.41.in fi.vol.7.quærit,an statutū comprehendat clericum.idem consil.111.nu.3. & 14.eo.vol.loquitur iuxta quartū casum, cuius contrarium tenuit in d.conf.41.in prin.& in his terminis procedit conf.Bald.460.vol.1. & Sign. 168.loquitur in longè diuersa materia, Abb.etiā conf.52.num.2.vol.2. quęrit an statutum respiciens solennitatem actus liget forensem.Soc. cō sil.97.vol.1.loquitur in statuto habilitante notarium,& sequitur opinionem Bart. quòd statutū loquens in rem, afficiat forensem. idem cōs.132. vol.2.loquitur de statuto habilitante minorem. Corn.conf.45.lib 1.ne verbum quidem, & conf. 152.eod.lib.loquitur etiam in aliis terminis,Ias. conf.59.col.2.vol.3.agit de statuto,quòd minor habeatur pro maiori,Aret.conf.54.col.2.loquitur de solennitate adhibenda per mulierem,Tiraquel.de leg. connub.Gloss.1.num.225.Marsil. in l.fi.num.91.de iurisd.om.iud. Brun. conf. 20. Alciat.conf.84.num. 2. Franc. Marci decis. 155. in fine, & Natta, conf. 47. omnes tractant longè diuersas materias ab ista,de qua agitur, & Dec. conf.276.col. 3.uers.2.refert doctrinam Bart.sed asserit,quòd requirit altiorem indaginē,qui omnes si deducantur ex his,quos refert Rolan. non admodum multi pro sua opinione remanebunt.

¶ Præterea omnes sequi videntur Bar. quando tam is, qui uult succedere, quàm is qui vult excludere sunt forēses.quorum opinio conuenit his,quæ primo, & secundo casui ex supra distinctis dicta fuerunt, qui nihil habent commune cum proposito: cùm is qui vult excludere sit subditus statuto,& consequenter ab eo vocatus.

¶ Qui verò contrariam opinionem tenebāt, mouebantur,quòd veniens ab intestato, venire dicitur ex tacita defuncti voluntate.l. si quis cū nullum,& l.conficiuntur.ff.de iure codicill.& illa voluntas defuncti censetur conformis statuentium menti. Bar.in l.hæredes mei. 5. cùm ita.ff. ad Trebel.quod nempè intelligendum est secundùm legem suę patriæ.Georg.Natta,in tract. de stat.quęst.2.num.36. vers.7. & 8. Si igitur pater in propria patria potuit secundùm legem ipsius patriæ

patriæ vocare filias unà cum filio: ita & tacitè. quod argumentum fuit Iacob. Butrig. in dicta l. cunctos populos, in 3. col. vers. Quidam dicunt. & Saly. ibidem, n. 13. & seq. & Puteus decis. 31. lib. 2. licèt non sit decisio, sed votū particulare ipsius datum Ioanni Aloysio Aragoniæ, qui sequutus fuit opinionem Putei, & vidi in voto suo iisdemmet rationibus, quæ leguntur in d. decis.

¶ Secundò arguebant à causa testati ad causam intestati, Bald. in l. precibus. C. de inoff. dot. & Euerar. in loco à causa testati. Sicut enim statutum exclusiuum fœminarum cessat stante testamento. Alex. consilio 131. num. 2. in fin. & num. seq. volum. 1. Ias. in l. si emancipati. numero 34. C. de collat. & Ruin. conf. 144. nume. 15. & consil. 152. num. 3. uol. 2. cum aliis, de quibus per Tiraquel. in l. si unquàm, in ver. Susceperit liberos, num. 123. ne filiæ fœminæ sint deterioris cōditionis, quàm extraneus. Et quia statutum disponit in causa intestati, cui dispositio ex testamento refragatur: ita etiam debet cessare in causa intestati. Voluntas enim tacita testatoris habetur pro expressa: vt in d. l. si quis cùm testamētum nullum, ponderanda ex ratione text. in illis verbis: Intelligitur enim is quoque hæres scriptus.

¶ Quibus in contrariam partem inclinantes respondebant, quòd opinio Salyc. reprobatur per Doct. & Bald. in d. l. cunctos populos, numero 17. & Alexandrum. consilio 128. columna 3. volum. 1. & Corne. consilio 162. propè finem. volu. 3. et quòd in casu Putei defunctus erat ciuis & inter forenses de ipsius successione agebatur, secundùm terminos secundi casus supra constituti: hic uerò versamur in casu, in quo ciuis vult excludere forenses à successione bonorum illius, qui non erat subditus statuto, sed habebat bona in territorio statuentium, & allegabatur ad hoc præmemorata decisio Putei. 357. libr. 1. incip. Dubitaui ego secundo Octobris, & in Rota fuisse resolutum testatur, quòd statutum Parmen. exclusiuum fœminarum non porrigitur ad bona existentia extra territorium, quæ Rotæ decisio unà cum opinione omnium, qui firmant statutum non extendere uires suas vltra suum territorium necesse esset concludere, quòd sit falsa, si præsumendum est mentem testatoris decedentis ab intestato fuisse conformem statuto patriæ suæ, & ita indirectè statutum habebit locum extra suum territorium.

¶ Quò uerò ad argumentum à causa testati ad causam intestati, afferebant Docto. ipsi, quòd ex eo sequeretur, quòd nunquam daretur casus, in quo statutum exclusiuum fœminarum locum haberet. Nam si ex præsumpta mente testatoris deberet cessare dispositio statuti, sicut per expressam, certè daretur præsumptio, quòd ex æqualitate affectionis erga filios utriusque sexus defunctus ab intestato ex æquis portionibus semper uocasset masculos, & fœminas, & eò magis, cùm mens ipsius adiuuetur ex dispositione legis maximum vitium. C. de lib. præter. quæ cùm sit clara adiuuat dubiam defuncti mentem, ex quo statutum redderetur elusorium, quod est absurdum. Ruin. consi. 160. nume. 4. uol. 4. cum mille similibus.

¶ In hac igitur quæstione plena sentibus, & spinis, in qua certatim omnes ita uariant, vt difficulter eius rei exitum inuenire possim, uidendum esse duxi de ueritate opinionis Salyc. in d. l. cunctos populos, nume. 14. vers. Si verò bona. C. de summa Trinit. & fide cathol. an sit uera, uel pro ipsa, & an contra ipsam sit communis opinio: & infiniti propè Doct. tenebricosum hunc tenebrosum, disputabilemque articulum in medium referauerunt illam esse communiter reprobatam, & præsertim Tiraquel. de primogenit. quæst. 46. numero 15. & 23. & contra illam uigent duæ conclusiones pariter communi calculo receptæ, uidelicet, quod statutum non porrigit uires suas extra suum territorium, magis cōmunem patefacit Grauet. consilio 30. nume. 3. qui plures refert, Rub. Alexand. consilio 71. in ulti. dub. & Tiraquel. in loco allegato, numero 1. & sequen. & hanc opinionem sequuta fuit Rota Roma. in decis. Putei 355. lib. 1. *Cōis opin.*

¶ Altera etiam est, quod statutum, siue sit conceptum in personam, siue in rem, semper afficiat bona contra, distinctionem Bart. quam opinionem esse communem testantur allegati in discursu in 3. fundamento Doctorum asseuerantium, statutum exclusiuum fœminarum habere locum, etiam quando testator, & persona exclusa sunt forenses: quæ quippe opinio vix potest habere locum in alio casu, præterquàm in hoc, in quo uersamur: vt ex distinctione casuum, quæ habetur in discursu uideri potest. *Cōis opin.*

¶ Quò uerò ad ueritatem rationis, quæ per Salycet. allegatur, pariter explanauerunt Doct. illam non subsistere: nititur enim in dispositione l. conficiuntur. ff. de iur. codicill. vbi hæredes uenientes ab intestato, ideò intelliguntur instituti ex testamento, quia creditur, quòd testator relinquendo ab illis fideicommissum, illos hæredes instituerit: quæ ratio Baldo, Corneo, & aliis allegatis in discursu non placet: quia hæc est præsumptio, & supra præsumptionem dispositio: & ideò Gloss. ibi in uersic. Creditur, dicit, quòd non admittit probationem in contrarium. ex quo Bald. ibi colligit, quòd si defunctus reputauerit hæredem ab intestato indignum, & intestatus decesserit, ipse hæres succedet periudè ac si fuisset institutus, non obstante reputatione defuncti. Lex enim est, quæ defert hæreditatem decedentium ab intestato. l. secunda. §. hæc autem bonorum. ff. vnde legit. & §. primo, institut. de hæred. quæ ab intestato defer. ibi in illis uerbis: ex lege duodecim tabularum, quæ denotant eam immediatam. Vndè licet persona defuncti sit causa

me diata, tamen immediata debet attendi. S arn. in reg. de iur. quęst. non tollen. quæstio. 3. propè fin. versic. Et hoc plurimùm, cum aliis congestis per Tiraquel. in tract. cessan. causa, limit. 20. num. 6 Et ideò non à testatore, sed à lege dicuntur habere titulum. Bald. in l. si emancipati, num. 11. C. de collat. oan. de Garron. in repet. auth. ex testamento. C. de secund. nupt. num. 7. & seq. Non enim potest dici institutus, licèt veniat ex tacita mente defuncti. Mar. Salom. in repet. l. Gallus in princ. num. 39. ff. de lib. & posth.

¶ Prætereà sicut ex præsumpta mente defuncti non potest argui, quòd in bonis in alieno territorio existentibus succedatur, secundum statutum suæ patriæ, & originis: quia censetur conformare se cum dispositione iuris communis, quòd statuta non porrigunt vires suas extra territorium: ita iste forensis censebitur se conformare cum dispositione iuris communis volẽtis, quòd succedatur secundum statuta locorum, in quibus sita sunt bona, cùm præsumatur quodammodò hæc statuta sciuisse: quia de illis saltem in genere potuit cogitare. Aretinus cons. 11. numero 4. Alex. cons. 33. n. 29. & seq. vol. 2. Ex alio ẽt tollebant Doct. dispositionem. d. l. conficiuntur, ut non mirùm sit, si ibi ex fideicommisso iniuncto hæredibus ab intestato iisdem ex testamẽto censetur instituti: quia cùm aliter grauari non possunt. l. ab eo. C. de fideicõ. in necessarium antecedens censetur eos testator honorasse. Sicut dicitur de seruo simpliciter hærede instituto, cui in necessarium est relicta libertas, de qua nulla fuit habita mentio. l. quidem. C. de necess. seru. hære. inst. §. 1. inst. quibus ex cau. manumi. non licet. Non quippè obstant authoritates, quæ allegantur ad probandum, quòd quãdo testator est forensis. statutum loci, in quo sita sunt bona, non debet attendi: quia Ruin. consil. 48. uol. 3. respondet in casu, quo & defunctus, & is qui volebat excludere. & fœmina exclusa erant forenses. Idem consilio 49. num. 5. eod. uol. recedit ab opinione pro qua allegatur, num. 7. idem consilio 39. numero 16. uers. Nec prædictis, uolu. 1. loquitur in casu, quo testator erat subditus, & bona erant in territorio statuentium. Ias. consilio 80. numero 3. uolum. 3. uidetur facere in contrarium, dum vult in successione habentis bona in diuersis locis attendi debere statuta vniuscuiusque loci. Grat. consilio 21. numero 30. volum. 1. fuit 1
potius in contrarium, dum firmat, quòd attendatur persona filij subditi statuto excludente matrem, non autem matris forensis. & hanc opi-
Cõis opin. nionem dicit magis communem, Alexand. con- 2
silio 19. numero 7. uolum. 1. proponit casum, quando defunctus ratione incolatus erat subditus statuto: nos autem versamur in defuncto 3
forense.

¶ Prætereà ipse testatur de communi, quòd 4
statutum siue sit conceptum in rem, siue in personam, semper afficiat ipsas res. idem consil. 44. volum. 5. reprobatur per add. Curt. Iun. consilio 5. num. 42. uers. Ad septimum, meminit de communi cõclusione distinctionis Bar. Et licèt asseueret, quòd debet attendi domiciliũ uiri: tamen adiicit copulatiuè, & ubi bona sunt sita, nam si simpliciter attendi deberet locum domicilij, sequeretur, quòd adhæreret opinioni, quam ipsemet reprobatam communiter testatur, & Butrigarij, qui pariter communi voto Doctorum omnium reiicitur. Bero. consilio 60. numero 30. & sequẽ. loquitur in diuerso statuto, videlicet prohibente aliquid relinqui. Et mouetur, quòd statutum loquens in personam, non afficiat forensem, & non ex ratione Salycẽt. Soc. consilio 36. num. 4. sequitur opinionem Salyceti, ꝙ statutum loci originis porrigat uires suas extra territorium, quæ est damnata. Natta consil. 581. num. 24. vol. 3. est merus relator opinionum, & de ueritate illarum nihil affirmat, sed unamquãque earum supra quo consuluit dicit applicari, & ita Cephal. cons. 309. num. 68. uol. 3. Riminal. consil. 268. num. 14. vol. 2. nititur ea ratione, ꝙ defunctus censetur relinquere bona uenientibus ab intestato, quibus contra suam uoluntatem non potest adimere hæreditatem: quę ratio falsa vtique est. Cùm disponendo de rebus statuta ligent etiam forenses: vt inquiunt Doct. omnes. Paris. consilio 53. nume. 84. sequitur distinctionem Bart. quæ ut pluries dictum fuit, discernitur apertissimè communiter reprobata. Grauet. consilio 271. numero 4. consuluit in statuto dante formam actui. Votum Putei inter suas decisiones 31. libro 2. continet diuersum casum à proposito, uidelicet, quando defunctus erat subditus statuto. Et nõ sequitur, quòd rõnes, quas ipse sequutus extitit, fuisset etiam amplexus quando defunctus est forensis, & is qui vult excludere est subditus. Ex quibus reducendo omnia, quàm simplicissimè ad ueras, & genuinas sententias concurro cum regula, quòd quando defunctus, & persona sunt forenses, is uerò qui agit ad exclusionem subiacet statuto exclusiuo fœminarum, excludat sorores uigore l. maximũ uitium. C. de lib. pręterit. prætendentes ex æquis Cõis
portionibus cum fratre succedere. opin.

## SVMMARIVM.

1 *ILIVS faciens testamentum in casibus à iure permißis tenetur parentes in aliquo hæredes instituere; aliàs testamentum est nullum.*

2 *Legitima debetur parentibus in bonis filij propter honorem, & reuerentiam, quam filij erga illos prestare tenentur.*

3 *Testamentum filij in quo mater sine causa reperitur præterita est ipso iure nullum.*

4 *Legitima matri debita in bonis filiorum potest per statutum tolli: cùm debita sit tantùm iure positiuo, non iure naturę.*

5 Legi-

5 *Legitima filiorum potest in totum tolli per statutum: secundùm unam magis communem sententiã, licèt se cundùm alteram illi contrariam similiter communẽ penitus tolli non possit.*
6 *Legitima filiorum per statutum rationabile ex æqua, & iusta causa introductum, in totum tolli potest, & statutum ualet.*
7 *Legitima filiorum per statutum introductum absque ratione, & absque causa tolli non potest, & statutum est inualidum.*

## OPINIO DCCCXIII.

1 *Statutum.* INSTITVTIO patris, & matris est necessaria de iure communi in testamento filiorum: vnde filius faciens testamentum in casibus à iure permissis, tenetur parentes in aliquo instituere hæredes: quia illis præteritis testamentum uiribus caret. §. siue igitur, & §. hæc autem disposuimus, in auth. vt cùm de app. cognos. notat Calder. cons. 5. an si testator, in tit. de testa. Bal. cons. 84. ueritas, lib. 4. & hæc est communis opinio: vt constat ex congestis per Scriben. in auth. nouissima. C. de inoff. testa. & per Barba. in cap. Raynutius, col. 67. de testa. contra Bartol. in d. authen. nouissima. *Cõis opin.*

2 Quia legitima debetur parentibus propter honorem & reuerentiam, quam filij erga illos præstare tenentur. d. §. hoc autem. Et præcipuè debetur matri, ne à luctuosa filii hæreditate dicatur excludi. l. fin. C. de instit. & substi. sub cond. factis, & l. liberi. §. 1. C. de inoffi. test. & hoc latè docuimus supra in uerb. Filius, in conclusione in cip. Institutio parentum &c.

3 Imò ipsa matre sine causa præterita testamẽtum iure communi est ipso iure nullũ: vt not. in §. exhæredatos, in auth. de hæred. & Falcid. Azo. in summa de lib. præter. circa fi. & Bar. in l. filio præterito. col. 10. ff. de iniust. testam. Cagnol. in l. 1. num. 5. ff. de inoff. testa. & Doct. in §. fi. insti. de exhæred. liberor.

4 Limitatur isthęc communis opinio, seu limitari potest per statutum contrarium disponens: unde legitima matri debita, cùm sit de iure positiuo, potest per statutũ tolli, sicut legitima debita patrono: secundum Bal. in l. 1. §. ius naturale, col. fi. ff. de iust. & iure, Alex. cons. 3. circa præmissa, col. 3. uol. 7. & Corn. cons. 150. circa præsentẽ, col. 2. & seq. vol. 2. & istam esse communem opinionem asseuerant audacter Io. de Imo. in l. qd̃ de bonis. §. fi. ff. ad leg. Fal. Alex. cons. 168. col. 1. uolu. 7. Dec. cons. 372. col. 2. & Paris. cons. 23. col. 2. vol. 2. & sequitur Alciat. in tract. de præsump. regula prima, præsump. 8. sub nu. 3. *Cõis opin.*

¶ Et licèt hoc nullam in se dubitationem habeat, vt meminit Georg. Natta in tract. q̃ stantibus masculis in 1. q. princ. nu. 7. & seq. nihilominus si statutum tolleret in totum legitimã filiorum, ista nẽpè esset quęstio difficilior difficultate ipsa, & sic difficillima omnium quęstionum, quę inter Doct. hactenus discussæ appareant.

5 Sed quòd statutum ipsum penitus legitimã filiorum auferre possit, voluerunt, Dy. in c. indultum de reg. iu. in 6. & Io. Aud. ibi, in mercur. Bar. & Imo. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demon. Bal. in l. 1. n. 17. C. de sum. Trini. Oldra. cons. 107. Ang. in auth. de hæred. & falc. in princ. Signorol. de Homodeis cons. 37. Alex. cons. 75. col. 4. uol. 1. Corn. cons. 210. colum. pen. uol. 1. August. Berous in c. Raynutius, nu. 209. de testa. & Dec. consil. 19. in quibus locis istam cõmunem opinionem esse perhibent: pro vt hoc idem fatentur Nicolaus Arelatanus in scholiis ad Alciat. in d. præsump. 8. & Ripa, in 1. responsorum. c. 7. & magis cõem affirmat Loffred. cons. 14. num. 21. & seq. & Natta in d. q. 1. nu. 1. & 6. *Cõis opin.*

¶ In contrariam uerò partem uidelicet, q̃ legitima liberorum per statutum prorsus tolli nõ possit, sed tantummodò diminui, inclinauerũt Cyn. & Bal. in l. sancimus. C. de nuptiis, Salyc. in authen. nouissima. C. de inoffi. testa. q. 2. Alber. in l. quoniam in priorib⁹. C. eodem titu. col. pen. Iacob. de Belui. in d. authen. de hæred. & falc. in princ. & Alex. cum aliis concordan. signatis per eum cons. 55. col. fin. vol. 2. & istam presupponũt esse communem Canonistarum sententiam Stepha. Aufrerij in decis. Cap. Tholos. 437. Barba. in cap. Raynutius, colum. 45. de testam. & Arelata. in loco præcitato. *Cõis opin.*

6 Cæterùm in huiusmodi uarietate, atque opinionum conflictu pro resolutione aduertenda veniret ista uerissima distinctio, uidelicet. quòd aut statutum inductum est ex causa æqua, iusta, & rationabili, & tunc valet & tenet, potestque legitimam penitus tollere.

7 Aut statutum caret ratione (& ut apertius loquar) absque causa conditum ac inductum sit, eo casu tanquàm irrationale non tenet. & distinctionem hanc tradit Curt. Iun. consilio 10. colum. 2. vbi recitat istam communem opinionem fore, & Dec. consilio 525. visis his, quæ accuratè, & eleganter scripta sunt, num. 5. & ei inhærent pariter Arelatanus, in d. addit. ad Alciat circa finem, & Couarruuias in epit. tit. de sponsalibus in 2. part. cap. 8. §. 6. num. 5. fol. par. 175. in quibus locis faciunt mentionem de huiusmodi communi. *Cõis opin.*

### SVMMARIVM.

1 *STATVTVM habilitans, ue l inhabilitãs personam alicuius aliàs inhabilẽ, seu habilẽ de iure cõi, non extenditur modo aliquo ad forensem.*
2 *Filiusfamiliàs forensis testari non potest in loco ubi extat statutum disponens filiumfamiliàs testamentum condere posse, uigore dicti statuti.*
3 *Statutum legitimare nequit personam sibi non subditã, nec circa illam aliquid disponere potest.*

## OPINIO DCCCXIV.

1 STATVTVM habilitans, uel inhabilitās personam alicuius, aliās inhabilem, seu habilē de iure communi, non extenditur aliquo modo ad forenses: secundùm Bar. in l. 1. ff. de tut. uel cura. datis ab iis, vbi asserit eleganter quòd statutum Ciuitatis, quod disponit circa personam legitimādam ad aliquē actum, nō extenditur, nec porrigitur ad oēs, qui non sunt suę iurisdictionis.

2 Hoc idem uidetur intrepidè tenere ipsemet Bar. in l. cunctos populos. col. 6. in 3. q. C. de sum. Trinit. vbi cōcludit quòd si statutum disponeret, filiumfamiliàs posse condere testamentum, tunc filiusfamiliàs forensis in Ciuitate, in qua reperitur huiusmodi statutum, non poterit testari.

3 Nam statutum legitimare nequit personam sibi non subditam, nec circa ipsam disponere aliquid. & cum Bar. transeunt oēs Doct. in prętextis locis, & p̄sertim Ias inibi, in 1. lect. col. 5. & in 2. lect. col. antep. Mai s. in l. fi. col. 30. vers. Hanc tñ conclusionem. ff. de iurisd. om. iud. Alex. cons. 45. col. 3. uol. 5. Corn. cons. 45. colum. pen. vol. 1. & cons. 94. col. 2. uol. 2. & Ruinus cons. 120. col. fin. vol. 1. & cons. 201. col. 1. eod. uol. vbi ait hanc esse communem opinionem. *Cōis opin.*

### SVMMARIVM.

1 *STATVTVM simpliciter disponens maritum lucrari dotem, aut bona mobilia mortua vxore in matrimonio, recipit interpretationem, nisi supersint filij.*

2 *Maritus etiam existentibus filijs primi matrimonij lucratur dotem ex forma statuti simpliciter disponentis maritum lucrari dotem mortua vxore in matrimonio, quando coniecturis, seu uerbis statuti colligi potest mentem statuentium id uoluisse, & derogatur l. hac edictali.*

3 *Statutum disponens maritum vxore præmortua lucrari totam dotem, vel partem, aut bona mobilia in pręiudicium primi matrimonij valet, & tenet.*

4 *Statutum disponens maritum vxore præmortua lucrari dotem, uel bona mobilia in præiudicium filiorum primi matrimonij, est fauorabile et introductū fauore matrimonij, & publicæ utilitatis.*

5 *Statutum disponens uxore præmortua lucrari totam dotem vel partem, non habet locum in matrimonio putatiuo, sed in uero tantùm.*

6 *Statutum disponens maritum lucrari dotem uxore præmortua non habet locum in dote promissa.*

7 *Dare, & promittere paria sunt.*

8 *Mulier ex sola promissione dotis dicitur habere dotem.*

9 *Maritus stante statuto, quòd præmortua vxore lucretur dotem, illam lucratur etiam quòd momento matrimonium carnali copula consumatum durasset.*

10 *Maritus etiam dotē ex forma statuti lucratur, si vxor moriatur antequàm ducatur ad ipsius domum.*

11 *Maritus etiam ex dispositione statuti dotem lucratur si post contractum matrimonium per uerba de præsenti ante copulam consecutam vxor ingressa fuerit monasterium mendicantium.*

12 *Lucrum dotis habitum per maritum uigore statuti uxore præmortua non communicatur per maritum cum eius fratribus, sed est præcipuum mariti.*

13 *Maritus stante statuto, quòd uxore præmortua lucretur dotem, illam non lucratur, sed perdit si transeat ad secundas nuptias.*

14 *Maritus stante statuto in domicilio uxoris, quòd vxore præmortua vir lucretur dotem, vigore talis statuti illam non lucratur, sed attenditur statutum domicilij mariti, etiam quòd vxor duxerit maritum ad eius domum, & num. 15.*

## OPINIO DCCCXV.

1 STATVTVM simpliciter disponens, seu loquens de marito lucrante dotem, aut bona mobilia mortua vxore in matrimonio, recipit interpretationem per l. hac edictali. C. de secun. nup. id est, nisi supersint filij prioris matrimonij: ut per Bart. Bal. Sal. & alios communiter, in d. l. hac edictali in 6. q. & sic filij primi matrimonij non obstante dicto statuto possunt totam dotem, & bona mobilia petere: iuxta dispositionem tex. in d. l. hac edictali. & istā opinionē sequuntur omnes Doct. in l. unica. C. de inoff. dot. & dicunt esse magis cōem Ias. & Curt. Iun. in auth. præterea. n. 14. C. vnde vir & vx. & August. Berous in suis quęst. familiaribus. q. 119. nu. 2. & illam sententiā cōmunē sequebatur similiter publicè legendo Perusij D. Ranaldus Ridolphius pręceptor meus. interpretans annis præteritis cum non modica vtilitate suorum scholariū. d. auth. præterea. qui quidem optimis fundamentis respondebat Bar. & sequacibus in l. ea lege, in 4. q. C. de condic. ob causam, contrarium asseuerantibus. *Cōis opin.*

2 Nota tamen quòd vbicunque statutum non faceret mentionem expressè, & specificè, quòd maritus etiam existentibus filiis primi matrimonij lucretur dotem, sed ex coniecturis, ac verbis ipsius statuti, menteque statuentium colligi possit facillimè, quòd vellet derogare d. l. hac edictali, & sic præiudicare filiis prioris matrimonii, uidetur derogatum. d. l. hac edictali absque aliquo dubio, licèt expressè statuentes non fecerint mētionem de ipsa derogatione, & maritus tunc lucrabitur dotem etiam existentibus filiis primi matrimonii: secundùm Baldum, consilio 495. colum. 2. uolum. 5. Salycet. in d. l. hac edictali in 6. quęst. Paul. de Castr. consilio 192. colum. secunda. uol. 2. vel. 1. Roma. consilio 44. colum. 3. & istam asseuerat esse communem opinionē omnium Doct. Paris. cons. 91. col. 4. lib. 3. *Cōis opin.*

¶ In

¶ In contrariam uerò partem præcipitanter inclinauit Soc.consil.35.colum.2.uol.4. & Curtius Senior conf. 78. colum. 5. videlicet quòd si statutum specificè d.legis hac edictali non deroget,non censeatur aliquo modo derogatum.Tamen quicquid isti Doct.suadeant, temerarium, & fatuum esset in iudicando, & consulendo recedere à præallegata communi opinione: quã declarat,sequitur, & tuetur Rolan. à Valle post alios ibi per eum relatos,in tract. de statuto de lucro dotis,in q.25.nu.1.& 3.

8 Sed hoc dubium cessat,quotiescunque statutum disponeret,quòd uxore præmoriente sine liberis maritus lucretur totam dotem, aut partẽ dotis,vel bona mobilia in præindicium filiorum primi matrimonij: tunc ualet dictum statutum, & præiudicat filiis primi matrimonij:secundùm Bal.in l.1.col.3.C.de inoffic.dotibus,& Paul.Castren.ibidem.colum.2.idem tenet Bal.in d.consil.495.& in d.l.hac edictali,col.2.& ibi Salyc.in 6.q.Pau.de Cast.in d.cõs.192.col.2.&conf.443. colum.2.vol.2. & ita se habet communis opinio omnium Doc.de qua testatur Boerius decis.113. num.4.Berous in d.q.119. num. 1.Ruinus cõsil. 58.colum.6.& conf.59.vol.3.Paris.conf.91. col. 2.vol.3.& Rolan.à Valle cõs.72. Statuto Ciuitatis Casalis,num.2.vol.1.Brun.in trac.quòd stantibus masculis,artic.1.num.15.& Hipoly. Riminal.conf.166. Magnifica D.Ioanna,nu.2. & seq. posito inter cõsilia ultimarum uoluntatũ,vol.1.

*Cõis opin.*

4 Et istud statutum fuit inductum rationabili, & iusta causa,& dicitur fauorabile, ac inductum fauore matrimonij, & publicæ utilitatis, vt viduæ citius,& facilius virum reperire possint: vt per Bal.in d.conf.495.colum.4.& Dec. conf. 19. colum.2. Alcia.in trac.de præsump.in 1.reg. præsumpt.8.nu.6.Paris.d.conf.91. colũ.3.Et ita per istam rõnem, & alias quamplures concludebat acutissimus præceptor meus D.Ranaldus Ridolphius Perusinus,dum erã sub eius disciplina Perusij,interpretãs d.auth.præterea.

5 Interpretatur secundo loco prædictum statutum , quòd procedat in matrimonio vero, secus in matrimonio putatiuo. Ideò statutum de lucrando dotem per maritum , non habet locum in marito putatiuo : secundùm Bal.dum,Salycc. in l. prima. C. de condictio.ob causam,Alexan.in l si cùm dotem.§.fin.ff. solut. matrimo. & Ripam in rubri.eod.titu.colum.15. & istam ait esse communem opinionem Rolandus,in tract.de statuto de lucro dotis,in q.97.numero 1.6.7.& 13.

*Cõis opin.*

6 Interpretatur tertiò dictum statutum disponens maritum lucrari debere dimidiam partem dotis,& aliam partem restituat, quòd tunc maritus non lucrabitur dotem promissam, sed tantum solutum: secundùm Bartol. consilio 133. statuto Ciuitatis Augulinæ cauetur, & ista est magis communis opinio Doctor. de qua meminit Boerius decis.21.nu.7.9.13.

*Cõis opin.*

¶ In contrariam uerò sententiam idem Bartol.in l.iubemus.§.sanè.C. de sacrosanct. eccles. Angel.sibi contrarius consilio 158. Ias. sibi contrarius,in l.si donaturus.§ fina.colum.pènult.ff. de condit.caus.dat.Alexan.in l non tantùm.colum.6.ff.de re iud.Soc. in l. de diuisione, colum. 2.ff.solut.matrimo.Crotus,in rubric.eodem tit. & ibi Parpal. colum. 7. Ruinus sibi contrarius consilio 197.uolum. 1. Tiraquel. in tract. de retract.conuentionali, in §. fin. numero 33. & sequen.circa finem dicti tractatus,videlicet,quòd maritus ex forma huiusmodi statuti lucretur dotem nõ solùm solutam,sed etiam promissam. Tamen quicquid isti Doctores dicant, videtur prima pars tutior, & magis communis: secundùm Salyc.in l.si constante, colum. 2.C.de donat. ante nupt.& Ias.in rub.ff.solut.mat.col.6.

7 Et ratio est, quia dare, & promittere paria sunt.l.fin.C.ad legem Falc.

8 Et quia mulier ex sola promissione dicitur habere dotẽ:vt not.in l.cùm post.§.1.ff. de admi. tut.& in l.1.§.accedit.C.de rei vxo.act.& ita residebat, cũ prædicta cõi præcitatus D. meus Ranaldus Ridolphius,quẽ immitantẽ vestigia Bar. & omniũ Illustriũ Doctorũ de habendo veritatẽ præ occulis,per septẽ annos audiui defensorẽ cõmuniũ opinionũ:ideò non est mirũ si Perusij hac tẽpestate in eum virũ euasit, quem totus orbis prędicat.& illam partem sequitur etiam,& tuetur Illustrissimus D.Cardinalis Albanus in lucubra.in Bar. in d.§.sanè.nu.3.& seq.

9 Interpretatur quarto loco dictũ statutũ desferens lucrũ dotis marito mortua vxore,ꝙ habeat locu etiam si vno momento matrimoniũ carnali copula cõsumatũ durasset,ac vna nocte concubuisset uxor cũ marito:secundũ Bal. in l.nõ tantũ.C.de lega.& cũ Bal.sentiunt Ang.Corn.& alij Doctores cõiter ibi, licèt ibi Ias.contradicat opinioni Bal.& malè,vt p Mod. in d. auth.præterea, & per Tiraq.qui sequitur cõem etiam in repe.l.si vnquã,in ver.Donatione largitus.C.de reuo.do. & in tract.res inter al.ac.in limit.44.fol.par.54.

*Cõis opin.*

10 Imò dic in fortioribus terminis, ꝙ si statutũ in Ciuitate viri disponeret simpliciter, ꝙ vxore præmoriente maritus lucretur dotẽ, habet locũ etsi mulier præmoriatur ante, quã ad domũ sui mariti ducta fuerit, & tunc maritus lucrũ dotis potest cõsequi:vt per Bar.eleganter,in l.nihil. ff. rer.amo.& istam ait esse cõem opin.Rolan.à Valle in tract.de lucr.dotis,in q.16.nu.9.

*Cõis opin.*

11 Interpretatur vlterius hoc statutum de lucro dotis locum etiam habere, si uxor post matrimonium per uerba de præsenti, ante tamen copulam consequutam, ingressa fuerit monasterium mendicantium, & in ea professa fuerit: quia tunc maritus potest consequi & lucrari dotem:secundum Bartol.& Paul.Cast. in l.Deo nobis,in princ.C.de sacrosan. eccle. Fely. in rubric. de sponsal.colum.4.Ias.in authen. si qua mulier. colum.2.C.de sacrosan.eccles.& in l.si decesserit:

colum. 2. ff. qui satisd. cogan. & in l. ex ea. §. in insulam. col. 2. ff. de uerb. oblig. & ita consuluit ipsemet Ias. consil. 135. colū. 1. uol. 2. in quibus locis ait hanc esse ueram, & communem opinionem Doct. quam sequitur etiam Alciat. in 2. libro de verb. signifi.

Cōis opin.

12 Et animaduerte circa præmissa vtiliter, q̄ dictum lucrum dotis non uenit communicandum per maritum cum fratribus: quia tanquam aduentitium pręcipuum est mariti: secundùm Bart. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. sol. mat. l. 1. C. de bonis quę lib. cum quo transeunt Bal. in l. si donaturus. 3. fin. col. 1. & in l. in actione. §. fin. ff. pro socio. Floria. Saly. Angel. Corn. & Fulgos. ibi, & Alexan. in addi. ad Bar. inibi, Corn. cōs. 149 colum. 2. vol. 1. Aret. in §. fuerat col. 19. instit. de act. & ista opinio communi calculo ab omnibus Scriben. est approbata: secundùm Florian. in l. filia. §. si filius. colum. 4. ff. famil. ercisc. Crotum in d. l. frater à fratre. ff. de cond. indeb. colum. 24 & omnes Moder. Baldū Nouellum in tract. de dote, in 6. parte, speciali. 37. Campeg. in eod. tract. de dot. in 5. par. q. 7. & Moder. in c. in pręsentia, de probat.

Cōis opin.

¶ Sed in ista quæstione reperiuntur tres aliæ opiniones contrariæ, quæ communiter reprobantur per Moder. in d. l. frater à fratre, & per Doc. supra citatos.

13 Interpretatur vlterius præmissum statutum disponens, quòd maritus per mortem vxoris cū liberis lucretur dotem, non habere locum vbicū que maritus transiret ad secunda vota, & sic propter transitum ad secundas nuptias maritus perdit huiusmodi lucrum quò ad proprietatem: secundùm Bal. in authen. uxore. C. de secun. nupt. in auth. ex testamento. C. eod. tit. & in l. pro hæreditariis, col. 2. C. de hęred. act. idem uoluit Saly. in leg. fœminæ. §. illud. C. de secun. nup. Roma. in l. si cum dotem. colum. 10. ff. solut. mar. & consil. 90. col. fin. Alex. in l. 1. §. hoc autem. col. 2. ff. ad Trebel. Corn. consi. 269. colum. fin. vol. 4. & in d. authen. ex testamento, Paul. de Cast. in l. fin. C. de bonis mat. & in l. 2. ff. sol. matr. & istam fatetur esse magis communem opinionem Boerius decisio. 185. num. 7. cum aliis seq. Ruinus consi. 101. uol. 1. & Ripa in d. l. fœminę.

Cōis opin.

¶ In contrariam uerò partem titubanter inclinarunt Bal. & Corn. in l. fin. C. de bonis mat. per illum text. Tamen reperio Cremen. in sing. vltimo, asseuerantem se consuluisse contra Bal. in d. l. fin. ubi admonet, quòd Ant. de But. idem cōsuluit, consi. exordiente, Circa examinationem, & reperio similiter fuisse iudicatum in Curia Burdegalensi contra dictum Bal. in d. l. fin. vt attestatum apparet per Boer. in d. deci. 185. num. 7. cū aliis seq. Vnde reprobata communiter per Scriben. ista secunda opinione Bal. quæ de iure optimis fundamētis, & rationibus reprobari posset, inhæreo primę opinioni communi, secudū meū solitum, & conuentū institutū, stylum, & moré.

14 Interpretantur prædicta septimo loco similiter, quòd si statutum loci vxoris, ea præmortua absque liberis, disponeret deferendum esse lucrum totius dotis: tunc attendendum esset statutum loci mariti, non autem vxoris: secundum Archid. in c. illud. 12. dist. Bar. & omnes communiter in l. cunctos populos. C. de summa Trinit. & fide cath. & in l. exigere dotem. ff. de re iudic. Bal. consi. 32. col. 1. & consi. 208. uol. 3. consi. 53. colum. fin. vol. 5. Alex. consi. 100. col. 1. uolu. 1. & consil. 129 colum. 2. vol. 7. Cuma. consi. 25. col. 1. & consi. 109. col. 2. ubi asserit hanc esse communem opinionem, & Curr. Iun. consi. 129.

Cōis opin.

¶ Et quamuis nonnulli Doctor. & pręsertim Ang. in d. l. exigere dotem, aduersentur, ac contradicant mentionatæ communi sententiæ, tenēdo, quòd statutum loci uxoris inspiciendum sit, vbi celebratus fuit contractus dotis: attamē propter hoc non discedo à dicta communi, à qua discedere hæreticum esset in iudicando, & consulendo: vt asseuerat Soc. Iuniot, consi. 14. uol. 1. sequendo communem opinionem, & Ias. in l 1 numero 24. cum aliis sequentibus. C. de summa Trinit. & fide catho. ubi istam communem opinionem limitat in septem casibus.

15 Et intantum hoc procedit, quòd si vxor duxerit maritum ad eius domum, attendatur statutum domicilij ipsius mariti in lucro dotis, & non statutum loci uxoris: vt per Bald. in l. cùm quædam puella, colum. 1. ff. de iurisd. om. iud. cui consentit Ioan. Bapt. de Sancto Seueri. aliàs Caccialupus, in repet. l. cunctos populos, fol. 19. C. de summa Trinit. & fid. cath.

¶ Sed contrarium tenuit idem Bal. reuocando sententiam in melius, in l. fin. C. si à non compet. iud. indic. fuer. colum. 1. videlicet, quòd in isto casu attendatur domicilium vxoris, & non viri. & hoc idem uoluit sequendo Bald. in d l. fin. Alex. in addit. ad Bart. in d. l. exigere dotem in princ. & Curtius Iunior ibi, & Cagnolus colū. 4. Dec. consi. 283. col. 5. Fely. in c. 1. col. 14. de sponsal. & Ias. in d l. cum quædam puella. colum. 1. & ista est communis opinio: secundùm Purpuratum. in d. l. cunctos populos, nu. 120. quam quidem communem declara, & intellige procedere, vt per Fely. in d. c. 1. in 3. limit. Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTA inferiorum appellationem prohibentia nullam firmitatem habent.*

2 *Statutum condere potest Ciuitas, q̄ in causis summariys procedatur appellatione remota.*

3 *Statutum conditum à Ciuitate, primam, atque secundam appellationem habente, potest prohibere appellationem.*

4 *Appellationem solus Princeps potest prohibere, & committere.*

*mittere in rescripto, ut procedatur in causis appellatione remota.*

5 *Appellatione prohibita non censetur prohibitus recursus ad superiorem per viam supplicationis, & querelæ: quia si non potest appellari, potest querelari.*

6 *Appellare licet non possit officialis in syndicatu condemnatus: tamen potest supplicare in terris ecclesiæ, sed in Regno observatur contrarium: cùm in eo nullatenus retardetur executio sententiæ promulgatę in syndicatu contra officialem per appellationem, & querelam.*

7 *Statutum, ob quod prohibetur appellatio, Princeps confirmare potest.*

8 *Statutum disponens, quòd exceptio nullitatis opponi non possit contra statuta non valet.*

9 *Statutum licet prohibeat appellationem, & querelam: tamen tunc potest proponi nullitas.*

10 *Nullitas proponi potest, etiam quando appellatio sublata sit per querelam appellatione remota.*

11 *Statutum tollens facultatem proponendi nullitates licèt valeat: tamen non procedit si nullitas evidens, & manifesta sit: tunc enim non obstante tali statuto opponi potest de nullitate ipsa.*

12 *Manifestum habet vim quasi sententia.*

13 *Manifestum non indiget probatione, nec expressione aliqua.*

14 *Notorium notorietate iuris, inducunt acta iudicij.*

15 *Notorium esse, debet constare ex actis.*

16 *Nullitas notoria impedit executionem sententiæ: & tunc idem iudex etiam potest retardare executionem ipsam.*

17 *Nullitatis notorium induci potest, etiam si adhuc notorium non sit, sed fieri possit notorium ipsius nullitatis ob paratas probationes.*

18 *Notorium resultans ex actis non indiget allegatione, & propositione.*

19 *Notorium ex facto iuris resultans, non est opus, ut à parte allegetur: quia aliundè elicitur.*

20 *Statutum tollens facultatem proponendi nullitates non procedit, quando processus esset nullus ex defectu iurisdictionis iudicis iudicantis: tunc enim nullitas proveniens ex defectu iurisdictionis nunquam sublata intelligitur.*

21 *Statutum tollens exceptionem non intelligitur tollere exceptionem notoriam.*

22 *Statuto non obstante, quòd non possit appellari, posset tunc appellari à sententia, à qua quis pronunciaret se iudicem incompetentem esse.*

23 *Statutum, quòd à sententia arbitri non possit appellari, nec supplicari, nec de nullitate opponi, nec aliquo modo excipi, non tollit singulare remedium restitutionis in integrum.*

24 *Statutum prohibens appellari, uel officium iudicis implorari, non tollit remedium restitutionis in integrum.*

25 *Statutum prohibens facultatem appellandi, ac de nullitate opponendi non impedit, nec ligat manus iudici, ut ipse officium suum exercere nequeat, & minorem in integrum restituere.*

26 *Statutum tollens iudicis officium non censetur tollere officium, quod iudex à seipso interponit.*

27 *Statutum tollens omnia remedia, non videtur tollere remedium extraordinarium, & sic officium iudicis.*

28 *Statutum excludens omne remedium, intelligitur excludere duntaxat remedium ordinarium, non autem extraordinarium.*

29 *Officium iudicis non videtur exclusum, etiam quando remotum sit omne remedium.*

30 *Statutum prohibens appellari, petique reductionem laudi ad arbitrium boni viri, non impedit tunc quin possit peti reductio ex enormi, & enormissima læsione.*

31 *Laudum latum ad fauorem alicuius per arbitros, approbatum, & confirmatum per iudicem rectam. nitonis, mandatur executioni in Regno, nec auditur appellans: nisi prius facta reali executione.*

32 *Statutum disponens, quòd à sententia lata super reductione, sive sit confirmatoria, sive infirmatoria prima non possit appellari, si primò fuerit petita reductio ab una parte, & in sententia super reductione lata, fuerit læsa altera pars: tunc ipsa pars læsa non obstante dicto statuto poterit ab illa sententia appellare.*

## OPINIO DCCCXVI.

1 TATVTA inferiorũ prohibentia appellationem, nullam protectò firmitatem habent: secundũ Bar. in l. omnes populi. 3. quęst. principali. ff. de iust. & iur. cuius doctrinam sequuti sunt omnes Legistæ universaliter *ibi*, & Canonistæ in c. sicut Romana, de rescrip. *vbi* Ripa, num. 19. intonat istam esse cõmunem opinionem Doctorum vtriusque classis, cui innititur etiam Bal. cons. 86. vol. 3. & Rolan. à Valle cons. 19. Quæritur an à sententia lata, num. 5. cum aliis seq. uol. 1. Cõit opin.

2 Sed isthæc communis claudicat primò, quòd licèt statutum conditum à Ciuitate appellationem prohibere, tollereque nequeat: tamen statutum condi vtique posset à Ciuitate, quòd in causis summariè procedatur appellatione remota, ita Bal. in l. fi. C quorum appel. non reci. Alex. post Bar. in 1. consti. Digestorum. §. omnem.

3 Secundò claudicat etiam communis memorata, vbicunque Ciuitas haberet cognitionem primarum, secundarum, & tertiarum causarum: tunc enim statutum conditum à Ciuitate primam, atque secundam appellationem habente, posset indubitanter prohibere appellationem: secundùm Raph. Cuma. cons. 136. col. 3. & Rolan. in d. cons. 29. sub num. 5.

4 Tertiò limitatur quoque eadem communis locum non obtinere in supremo Principe, qui solus posset prohibere appellationem, & committere mediante rescripto, vt procedat in causis appellatione remota, & tũc appellari nequit modo aliquo. l. 1. in fi. & *ibi* Glo. & Bar. ff. à quib. appel. non lic. & c. pastoralis, ubi Dec. & alij de appella.

5 Quar

5 Quartò cohar&atur similiter presens communis opinio, quòd ubicunque essemus in casibus in quibus esset prohibita appellatio à sententia: non tamen tunc foret modo aliquo prohibitus recursus ad superiorem per viam supplicationis, & querelæ: quia etsi non ualet appellari, potest vtique querelari. l. 1. & auth. quæ supplicatio. C. de precib. Imper. offer. & est Glo. in c. querelam, de procurat. communiter approbata ibi ab omnibus, & in Clemen. constitutionem. §. insuper, de elect. cui inhærent etiam Corset. in singu. in uerb. Querela, el 2. & Rolan. à Valle cons. 38. de duobus quæritur, num. 7. cum aliis seq. uolum. 2. qui ambo isti Doct. aiunt istam esse communem sententiam, & obseruandam in consulendo, & iudicando, & sequitur etiam Ioan. Cephal. consilio 163. Dominus Philippus Giordanus, numero 6. uol. 2.

Cōis opin.

Cōis opin.

6 Et infert ex his vtiliter quidem Amod. Iustinus in tract. syndicatus, fol. 15. & 35. ad quæstionem officialis condemnati in syndicatu, quòd si certò sciret iniustè se condemnatum, posset vtique recurrere ad supplicationis remedium: nam non esset sibi aliter prohibita supplicatio, per d. auth. quæ supplicatio, & ita obseruatur in practica in terris ecclesiæ: vt meminit Grammat. cum aliis congestis per eum, decis. 35. num. 4. Sed in Regno etiam per querelam, & appellationem interpositam non retardatur modo aliquo executio sententiæ prolatæ per syndicatores contra officiales: vt apertissimè disponitur in pragmatica 38. Regiæ dignitati, ante fin.

7 Quintò restringitur quoque prelibata communis, quòd Princeps statutum ipsum, ob quod prohibetur appellatio, confirmare possit: vt efficax extat testimonium Saly. in l. fin. C. de sent. & interloc. om. iud. Bald. in d. consilio 86. & Marsil. in sing. 71.

8 Sextò itidem interpretatur hæc eadem communis sententia, quòd quemadmodum non ualet statutum appellationem prohibens: ita pariformiter statutum disponens, quòd exceptio nullitatis opponi nequeat contra statuta, minimè valeret, neque teneret. ita Bal. in l. 2. colum. 2. C. de his quæ pœn. no. Barth. Cæpol. in rub. de uer. signif. in vltima par. princ. & Alexan. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi, aut clam.

9 Septimò interpretatur etiam utiliter antedicta communis, quòd quamuis ualeret statutū appellationem admitti prohibens: tamen nullitas proponi posset tunc, etiam quòd statutum ipsum tolleret appellationem, uel querelam: secūdùm Papiens. in sua pract. in forma execut. sent. diffi. num. 8. & seq.

10 Necnon nullitas ipsa proponi posset etiam, vbicunque appellatio sublata foret per clausulam appellatione remota: ut voluit Glo. in c. cōquæstione de restit. spoliat. Bal. & Ang. in l. 1. C. qui pro sua iurisdict. Docto. omnes in c. licet de sent. excommu. in 6. & Bald. in addit. Specul. in tit. de appel. uers. Dicit statutum.

Cōis opin.

11 Et esto quòd ualeret etiam statutum tollens facultatem opponendi nullitates aduersus sententiam: nihilominus tamen hoc statutum non procederet primò, ubicunque nullitas esset euidens, & manifesta, eaque scaturiret ex actis, & processu: tunc quippè non obstante huiusmodi statuto opponi liceret de nullitate. teste Ant. de Butr. in c. cùm Bertoldus de re iudic. colum. pen. Ang. in l. tale pactū. §. qui prouocauit. ff. de pact. Ruin. cons. 74. clarissimè, nume. 2. & cons. 144. visis iis, num. 5. uol. 4. & cons. 62. discusso laborioso, in fin. uol. 5. Dec consi. 8. viso puncto, col. fin. Paris. cons. 97. vt præsentis, num. 20. & 23. uol. 1. & cons. 98. asserta, num. 23. uolu. 3. Boss. in sua pract. in tit. de proclam. quod fit bon. publi. nume. 15. & Corn. cons. 4. diu post consilium redditum, num. 8. & seq. uol. 2.

12 Et ratio est. Nam manifestū habet vim quasi sententiæ. ita Bart. Alex. colum. pen. & alij omnes in l. si constante. ff. solut. matri.

¶ Et consequenter nullitas euidens ex actis nunquam exclusa censetur. Alex. cons. 200. uiso, & discusso, in fin. vol. 2. & cons. 47. perspectis iis, num. 9. vol. 5. Oldrad. cons. 106. quod litera, num 4. Curt. Sen. cons. 59. Dux Philippus, numero 10. Barbac. cons. 38. exordior, num. 2. uol. 2. Riminal. cons. 180. uisa facti, nu. 8. & Ruin. in d. cōsil. 74. sub num. 2.

13 Imò etiam manifestum ipsum, redeundo ad propositum nostrum, nec indiget probatione, nec expressione aliqua. l. 1. & ibi Bart. ff. de resti. in integ. & l. 1. ff. de exercitoria, & Spec. in tit. de actore. uers. Quid si iste.

14 Vnde cùm acta ipsa iudicij reddant notoriū notorietate iuris. c. uestra, & cap. fina. de cohab. cle. & mul.

15 Et tanto magis, cùm notorium esse, debeat constare iudici ex actis: secundùm Bal. post Cyn. in l. ea quidem. colum. pen. C. de accusa. & Alex. cons. 98. vol. 4. Ideò non mirandum quippè est, si nullitas præallegata tanquàm manifesta, & patēs opponi queat, statuto prælibato non obstāte.

16 Quia vbicunque appareret notoriè de nullitate, ipsemet iudex posset dubio procul retardare, & impedire executionem sententiæ: & tunc ex eodem officio prouideretur: ex quo ipsum officiū subest: vt notatur in c. ex literis in fin. de rest. spo. & in c. alieni. 2. q. 7. & per Archid. in c. si eo tēpore de rescrip. in 6. per Innoc. in c. si fortè de electio. & in c. constitutus de filiis presbyter. & per Papienl. in d. tit. seu forma execut. sent. diffi. sub num. 5. & per apostill. ibi post literam B.

17 Imò Card. in Clem. 1. de sequest. poss. & fruc. in fin. idem arbitratur dicendum si non esset adhuc notorium, sed fieri, & induci posse notorium ipsius nullitatis propter probationes paratas, & sequitur etiam Oldra. cons. 12. quæstio est prima in fi. primi numeri.

18 Et denique notorium ipsum resultans ex

actis

actis est tam maximæ efficaciæ, vt illud nullatenus indigeat allegatione, seu propositione. ita Spec. de iud. deleg. §. 7. uers. Item si est suffraganeus, & de cita. §. 1. uers. Sed quid si citatus, Rota Rom. decis. 2. de appel. in nouis. & Fely. in c. cùm ordinem. num. 11. & seq. de rescript. vbi hoc interpretatur, atque limitat in duobus casibus nō procedere.

19 Nam notorium prædictum resultans, ut supra ostensum est ex facto iuris, nō est opus aliter, quòd id à parte allegetur: quia aliundè elicitur. Abb. in c. afferte. colum. 2. de præsump. & l. 1. & ibi Doct. C. qui, & aduer. quos, & est text. secundū Innoc. in c. Rainaldus. §. fin. de testam. & facit ad hoc etiam text. in c. uenerabilis. §. quia uerò constitit, de except. & ibi Bal. in positione casus, & Abb. vltimo notabili.

20 Secundò statutum hoc auferens occasionē proponendi nullitates claudicat etiam non sortiri locum, ubicunque processus esset nullus ex defectu iurisdictionis iudicis iudicantis: tunc enim nullitas prouenienς ex defectu ipsius iurisdictionis nunquàm sublata intelligitur: secūdum Glo. Cōis opin. uniuersaliter ab omnibus receptam, in Clem. 1. de sequest. poss. & fruct. & Corn. cons. 203. in hac consultatione uidetur prima facie dicendum, numero 8. uol. 2. ubi mentionem facit expressè de ipsa communi.

21 Et sicut statutum auferens facultatem proponendi nullitatem non procedit, quando nullitas esset manifesta: ita etiam statutum tollens exceptionem, non intelligeretur vtique tollere exceptionē notoria [...] ut concedit Bal. in rub. C. de probat. post princ. Fely. in cap. ex parte. el 2 fallen. 5. de offic. deleg. & Abb. cons. 44. in præsenti quęstione duo sunt, uol. 1. per Glos. in c. ex conquestione, in uer. Post appellationem. de restitu. spoliatorum.

¶ Cęterùm aduerte ne decipiaris amantissimè lector: quia dicentes de nullitate in Regno à sententiis, siue decretis diffinitiuis magnę Curię Vicariæ, seu uim diffinitiui habentibus, quæ ex natura causarum, vel ex forma ritus, aut regiarum pragmaticarum haberent executionem paratam, non obstante appellatione, si succumbuerint, tunc si sententia, seu decretum fuerit à ducatis septuagintaquinque infra, procurator, seu principalis, qui ipsas nullitates proposuerit, soluere tenetur pœnam ducatorum sex. Si uerò fuerit summa supra ducatos septuagintaquinque, proponens nullitates, seu nullitatem, soluere obnoxius est pro pœna ducatos duodecim, absque dilatione aliqua; & actuarius, & scriba causę tenentur statim interposito decreto, per quod fuerit declaratum nullitates non subsistere, id denuntiare magnifico Perceptori prouē tuum magnę Curię Vicarię, aliàs ipsi ex huiusmodi incuria de propria eorum pecunia insolidum debent ipsam pœnam soluere. Vndè si causa per procuratorem agitaretur, isque compareret coram eo dem causæ actuario proponendo nullitates, seu nullitatem, & succumbendo postmodum, teneretur vtique ad solutionem pœnæ antedictę, à cliēte non repetendę, nisi haberet mandatum speciale à suo principali. Sed si causa per principalem agitaretur, & ipse proponeret nullitatem, seu nullitates memoratas, teneretur quippè ad solutionem antesignatę pœnę. Dicentes uerò de nullitate à decretis interlocutoriis similiter ad finem differendi, si decreta ipsa fuerint interposita per magnam Curiam facto uerbo in banca, succumbentes tunc soluere tenerentur pœnam ducatorum trium: si uerò per iudicem domi pro uidentem, soluere debent carolenos quindecim, exigendos eadem forma supra seruata. vt sancitum extitit in anno 1574. die ultimo mensis Martij per regiam pragmaticam, exordientem, Quotidie apud nos multi cōqueruntur actores.

22 Octauò interpretatur similiter prememorata communis opinio, quòd licèt ualeret statutū prohibens, quòd appellare non liceret: attamen tunc ipso statuto non obstante posset indubitanter appellari à sententia, qua quis pronunciasset se iudicem incompetentem: vt determinat Ang. cons. 195. in fin. cui innititur Dec. cons. 49. col. 2. & consil. 360. col. 1. & Curt. Iun. consilio 124. numero 13.

23 Nonò coercetur quoque mentionata communis, quòd uigore statuti disponentis, vt à sententia arbitri non posset appellari, nec supplicari, nec de nullitate opponi, nec aliquo modo excipi, non impediatur quis petere restitutionem in integrum: quoniam per statutum ipsum, nunquam uidetur tolli singulare beneficium restitutionis in integrum: vt consuluit Bald. cons. 208. præmissis tribus, & cons. 236. statuto Ciuitatis, volu. 1. Roma. cons. 90. uiso themate quęstionis materiæ propositæ, & Soc. Iun. cum aliis congestis per eum cons. 48. uiso puncto suprascripto, sub num. 55. uol. 1. ubi expressè deducit istam esse communem opinionem. Cōis opin.

24 Nec utique dissimilè videtur huic communi sententiæ Bal. quod notat Alex. in l. ab arbitro, num. 11. qui satisd. cogan. quòd licèt per statutum prohibeatur appellari, vel iudicis officiū implorari: tamen poterit peti tunc restitutio in integrum. & sequitur Alciat. in l. postquam liti, in fi. C. de pact.

25 Decimò cohibetur etiam antesignata communis, quòd statutum prohibens remedium appellandi, ac de nullitate opponendi, minimè impediatur iudex officium suum exercere, & minorem in integrum restituere. ita Barbac. cons. 80. duo sunt, nu. 8. uol. 3.

26 Imò secundum eum inibi si statuto foret iudicis officium sublatum, minimè intelligeretur sublatum officium, quod iudex à seipso interponeret. & sequitur Dec. consilio 524. visis iis, colum. fin.

27 Vndecimò non extendit communis præmissa ui-

ſa uires ſuas, vbicunque ſtatutum tolleret omnia remedia: tunc enim illud non uideretur tollere remedium extraordinarium, & ſic officium iudicis: ſecundùm Calc. conſil. 28. illud aſſeram, num. 36.

28 Et hoc idem uidetur concludere Barbac. cōſilio 9. uiſo. num. 5. & ſeq. volum. 1. ibi aſſerendo, quòd ſtatutum excludens omne remedium, intelligatur tantùm excludere remedium ordinarium, non autem extraordinarium.

29 Nam quotieſcunque remotum foret omne remedium, non cenſeretur modo aliquo excluſum officium iudicis: ſecundùm Bar. in d. l. 1. §. & parui. ff. quod vi, aut clam, Alexã. conſ. 113. viſo themate, num. 12. vol. 5. & ibi apoſtill. Barbac. in d. couſil. 80. num. 8. vol. 3. Bar. & Ang. in l. planè. ff. de pet. hæred. Dec. in dicto conſil. 524. col. fin. & Iaſ. conſil. 133. prima conſideratione, num. 1. vol. 1. & iſta eſt concors, communiſque opinio, vt planè conſtat ex allegatis authoritatibus. *Cõis opin.*

30 Dnodecimò claudicat præcitata communis, vbicunque ſtatutum prohiberet appellari, petique reductionem laudi ad boni viri arbitrium: tunc etenim ſtante enormi, enormiſsimaque læſione, poſſet abſque dubio aliquo peti hniuſmodi reductio: vt conſuluit Soc. Iun. cum aliis aggregatis per eum, in d. conſ. 48. numero 49. & 51. uolum. 1.

31 Sed in Regno ex diſpoſitione Regiæ pragmaticæ 21. Et ſi aliqua partium ſe grauatam ſenſerit, tit. de reclamatione laudi, ſeu ſententiæ arbitrorum. Laudum latum ad fauorem alicuius per arbitros, ſen compromiſſum fuerit neceſſarium, ſeu voluntarium, approbatum per iudicem loci, poſt reclamationem factam mandatur executioni, nec auditur modo aliquo appellans: niſi prius facta reali executione.

32 Cæterùm ipſa Regia pragmatica non uendicaret ſibi locum, vbicunque ſuper reductione, reclamationeque laudi ad boni viri arbitrium, laudum hoc improbatum eſſet: tunc non obſtante d. Regia prag. ſeu ſtatuto, pars læſa appellare poſſet ab illa ſententia: vt voluit Alex. conſ. 106. uiſo themate antepoſito, colum. 3. uolum. 3. & Soc. Iun. conſilio 15. duplex inſpectio, ſub num. 12. & ſeq. & 32. uol. 1.

*SVMMARIVM.*

1 *GABELLA ſolui non debet de contractu nullo, ſtante ſtatuto diſponente, quòd de contractibus, uel qualibet negociatione ſoluatur gabella.*

2 *Gabella non ſoluitur, niſi quando ex contractu agi poteſt.*

3 *Gabella quæ ſoluenda eſt ex forma ſtatuti de libello, nõ uenit ſoluenda tunc de libello nullo.*

4 *Libellus nullus non eſt libellus.*

5 *Libellus nullus, ſeu ineptus à iudice lacerandus eſt.*

6 *Statutum diſponens, quòd de contractibus, vel qualibet negociatione ſoluatur gabella, non comprehendit legatum.*

7 *Legatum non eſt propriè negociatio.*

8 *Statutum diſponens, quòd de contractu ſoluatur gabella, non intelligitur de contractu ſuper re ineſtimabili: & ſic ſuper re, quę nullatenus æſtimari queat.*

9 *Gabella ſoluenda de quolibet inſtrumento vigore ſtatuti, non debet iterum ſolui de eodem inſtrumento refecto. Quod non procedit in inſtrumento, cui aliquid additum ſit. nec in inſtrumento omninò refecto: cùm is nouus cenſeatur, & de eo tunc gabella ſoluenda venit.*

10 *Gabella quãuis ſoluenda ſit de negociatione vini, olei, & ſimilium rerum: tamen ea tunc ſoluenda non eſt ab iis, qui vendunt tales fructus in prędiis ſuis recollectos, ſed ab iis, qui emunt, & vendunt.*

11 *Gabella quamuis de contractu ſoluenda ſit: tamen illa tunc ſoluenda non eſt de contractu per reſtitutionem in integrum reſciſſo.*

12 *Gabella non eſt ſoluenda per fideiuſſorem de fideiuſsione, ſtante ſtatuto, quòd de contractu ſoluatur gabella: quia non debet ille duplici onere grauari.*

13 *Statutum ſanciens, quòd de pretio cuiuſcunque rei in contractu deductę ſoluatur gabella, intelligitur de emptione ſolummodò; propter uerbum pretij appoſitum in ipſo ſtatuto.*

## OPINIO DCCCXVII.



1 STATVTVM diſponens, quòd de contractibus, vel de qualibet negociatione ſoluatur gabella, non habet locum in cõtractibus nullis: ideoque de contractu nullo non erit ſoluenda gabella aliqno modo vigore dicti ſtatuti: ſecundùm Aluarot. in c. 2. quo tempore miles, in uſib. feud. Bal. in l. non dubiũ. C. de legib. & in l. fin. §. ſed quia. C. commun. de leg. Guliel de Cu. in l. ab emptione. ff. de pact. Bar. in l. ſi conſtante. C. de donat. ant. nnpt. Ang. & alios omnes vniuerſaliter, & communiter in l. Marcellus. . res quæ. ff. ad Trebel. Marſil. conſilio 117. num. 54. conſ. 120. nnm. 4. & conſ. 131. num. 25. vol. 2. Iaſ. in l. poſsideri. §. Nerua filius, num. 7. ff. de acq. poſſ. Riminal. conſ. 86. numero 13. vol. 1. & ita conſuluit Roma. conſ. 78. licèt commnni iure, quo vtimur, vbi copioſus D. Horatius Mandoſius in add. in litera A, congerit alios Doct. complures eiuſdem ſententiæ. *Cõis opin.*

2 Et ratio viuax huiuſcemodi communis aſsignari poſſet iſthæc. Nã gabella nullatenns ſoluitur, niſi quando ex contractu agi poteſt. ita Bar. & Alex. in l. lege Falcidia non habetur. in fi. ff. ad leg. Falcid. Rnin. conſil. 34. num. 9. vol. 4. & Maria. Soc. conſ. 130. nn. 5. uol. 3.

3 Et qnemadmodum gabella non ſolnitur de contractu nullo: ita pariformiter gabella ipſa

cùm

cùm de libello est soluenda ex forma statuti, de libello nullo tunc soluenda non est: secundùm Iaf. Claud. Seysfel. Dec. Rip. Cagnol. nume. 117. Bolognet. num. 69. & alios Moder. omnes communiter in l. edita. C. de eden. quo in loco aliud videtur innuere Bart. & malè quidem, contra quem stare communem omnium Scribentium scholam non obscurè explanat Cagnol. vbi supra, num. 117. & seq. *Cõis opin.*

4 Quia libellus nullus non est aliter libellus. l. filiusfamilias. ff. de testam.

5 Et eo magis cùm libellus nullus, uel ineptus, est à iudice sciudendus. ita Gloss. Barto. & cæteri omnes vniuersaliter in l. 1. ff. de offic. assess. Spec. in tit. de assess. §. officium, in princ. & in tit. de libelli conceptio. §. sequitur, vers. Iudex autem si viderit, Bal. consil. 54. colum. 2. vol. 1. Abb. cons. 88. colum. 2. vol. 1. in cap. cùm inter, in fin. de cõ suet. in c. si clericus laicum, de foro compet. & in c. fin. de libel. oblat. & Curt. Iun. conf. 163. nume ro 2 uol. 2. *Cõis opin.*

6 Interpretatur similiter antedictum statutũ, quòd in illo non comprehendatur legatum: vt per Ioan. Lupi in rep. rub. de donat. inter uir. & vxor. §. 68. uum. 13. & per Ioan. Berthach. in tracta. de gabell. in 8. part. de gabel. contractuum. 3. quæst.

7 Ex quo legatum ipsum non est propriè negociatio: secundùm Barto. in l. cætera. §. sed & si quis ad opus. ff. de leg. 1. quem sequuntur omnes Doct. communiter ibi, & pasim in iure nostro, teste inibi Iaf. nu. 16. *Cõis opin.*

8 Tertiò non intempestiuè declaratur statutum hoc, quòd de contractu soluatur gabella, vt non intelligatur de contractu super re inæstimabili: vt voluit Bart. in l. 4. §. toties. in fin. quem legit cum §. prætor ait. ff. de dam. infect. & in l. ita tamen, in princ. ff. de adminiſt. tut. Bartho. Cæpol. in rub. colum. 14. ff. de uer. signif. Paul. Cast. in l. benignius, de legi. Cagnol. in l. 1. ff. si certum pet. num. 61. Ang. Imol. Alex. & alij omnes communiter in d. §. prætor ait. ubi Roma. explanat hoc procedere si res nullo modo posset æstimari; aliàs secus. *Cõis opin.*

9 Quartò interpretatur quoque statutum memoratum, quòd gabella soluenda de quolibet instrumento per statutum, vt non debeat solui iterum gabella ipsa de eodem instrumẽto refecto. ita Anto. de Butr. in cap. 3. in Gloss. de iudic. & Alex. in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de uerb. obli gat. & in l. 1. §. si quis ædificium. ff. de oper. nou. nuncia. in lect. & in add.

¶ Sed hoc non sortitur quippè locum, vbicunque huic instrumento refecto aliquid adderetur: vt firmat Alex. in d. §. si quis simpliciter, per notata ibi in Glo.

¶ Nec itidem procederet statutum prædictũ quotiescunque contractus foret omninò refectus: tunc enim cùm is nouus censeatur, gabella soluenda nempè uenit. teste Ant. Butr. in c. 3. co lum. pen. de iurepatro. & Iaf. in l. ius ciuile, num. 19. ff. de iust. & iur.

10 Quintò prædicta interpretantur etiam, quod licèt gabella soluenda sit de negociatione vini, olei, & similium rerum: tamen ea soluenda non esset ab iis, qui vendunt huiusmodi res in prædiis suis perceptas, sed ab iis qui emunt, & uendunt. c. eiiciens, dist. 88. Abb. consil. 6. in fin. uol. 2. Dec. in c. ecclesia sanctę Mariæ, col. fi. de const. & Iaf. in dicta l. cætera. §. sed & si quis ab opus, colum. 2. ff. de leg. 1. & Grauet. consilio 6. numero 116.

11 Sextò interpretandum necessariò venit quo que prælibatum statutum, quòd quamuis gabella de contractu soluenda sit: nihilominus tamen gabella ipsa soluenda aliter non est de contractu per restitutionem in integrum rescisso. ita Rimi nald. conf. 306. præsens articulus. uol. 2.

12 Septimò similiter hoc statutum de soluenda gabella pro contractu claudicat etiam, vt locum sibi non uendicet modo aliquo in fideiussore propter rationis diuersitatem: ne ille grauetur duplici onere: secundùm Ripam, col. 10. & alios Moder. omnes in l. 1. ff. si cer. pet.

13 Octauò statutum disponens, quòd de pretio cuiuscunque rei in contractu deductæ soluatur, soluique debeat gabella, intelligitur absque dubio aliquo de emptione duntaxat, ob uerbum pretij in statuto appositum. teste Bald. per Glos. ibi, in l. cùm dotem. C. de iure dot. cui non vulgari quidem anchora innititur Iaf. in l. 1. col. 7. C. de iur. emphy.

## SVMMARIVM.

1 *PVRA limitatoria, seu specialia non tolluntur per statutum, vel per nouam legem, etiam, quòd in eo, uel in ea reperiatur clausula non obstantibus statutis, & legibus.*

2 *Ius specialiter competens nunquàm videtur sublatum per generalem dispositionem statuti, seu legis.*

## OPINIO DCCCXVIII.

1 PER statutum, uel legem nouam iura limitatoria, seu specialia non uidentur sublata, etiam si in ea, uel in eo reperiretur clausula, non obstantibus statutis, & legibus. auth. de hęred. quæ ab inteſt. ubi Glo. in ver. Vacantibus, & ibi Scribẽ. l. sciendum. ff. qui satisd. cogan. ubi Glo. in uers. non compelli, & omnes Doct. communiter. Roma. conf. 40. visis, consil. 322. in casu, & cõf. 399. vt præsens, col. 3. *Statu tum.* *Cõis opin.*

2 Quia ius specialiter competens nunquàm videtur sublatum. & ista est communis opinio. l. decurionibus, ubi text. Glos. & Docto. C. de silen-

Cõis silentiar.lib. 12. & Gloss. communiter approba
opin. ta in §.prætereà si quis in feudatus, & ubi Bald.
Iser. Aluarot. Præpos. & alij Doct. de prohib. feu.
alien. per Federi. Fely. in cap. 1. col. 6. uer. Decla
ra, de rescrip. Ias. in l. sicut certi. colum. fin. C. de
rescrip. Ias. in l. quod dicitur, in secundo not. ff.
de uerb. oblig. & in l. 1. 3. nota. ff. sol. matr. & Cot
ta, in memorali, in uer. Dos habet &c.

## SVMMARIVM.

1 *STATVTVM imponens pœnam cor poralem pro homicidio, vel alio delicto, intelligitur si dolus adsit, nec lata culpa sufficit.*

2 *Homicidium commissum culpa absque dolo punitur pœna capitali stante statuto imponenti pœnam corporalem pro homicidio qualitercunque commisso, etiam quòd fiat ad defensionem: secundùm aliquos, sed concluditur contrarium.*

3 *Homicida committens homicidium ad necessariam defensionem non incurrit peccatum mortale.*

4 *Homicida ob homicidium per eum patratum ad defensionem personæ pro necessitate ineuitabili non incurrit irregularitatem.*

5 *Clericus sicut & laicus potest vim ui repellere defendendo se, sua que bona.*

6 *Clericus ita aggressus, vt mortem euitare non possit, potest aggressorem mutilare, occidereque, & non incurrit aliter irregularitatem.*

7 *Clericus actualiter celebrans aggressus potest dimittere celebrationem missæ, & si se tuendo aggressorem occideret, posset illicò reuerti ad altare, & sacrificium perficere.*

8 *Homicidium est hominis occisio indebita, atque iniusta.*

9 *Statutum excludens omnes exceptiones, non excludit exceptionem innocentiæ.*

## OPINIO DCCCXIX.

1 STATVTVM imponens pœnam corporalem pro homicidio, uel pro alio delicto interpretatur, & intelligitur si dolus adsit, nec lata culpa sufficit: vt per Barto. in l. 1. §. nõ autem. ff si quis test. lib. esse. Bal. in l. data opera. C. qui accusa. non poss. C yn. Bald. Ang. & Pan. Castren. in l. 1. ff. de legib. & per eandem doctrinam idem Pan. de Castro in l. etsi seuerior. C de his, qui not. infa. refert se euasisse quendam à morte, ubi etiã Alexan. colum. 2. sequitur quoque Dec. alios ci tans legendo in cap. 2. de constit. & consulendo consil. 9 & Marsil. in l. lege Cornelia. num. 3. ff.
Cõis ad leg. Cornel. de sicar. & opinionem hanc ad-
opin. mittit communem esse Claud. Aquen. in d. l. 1. ff. de legib. num. 35. & Ias. in l. in actionibus, numero 26. ff. de in lit. iur. ubi Dec. & alij respondẽt omnibus fundamentis pro contraria parte allegatis. Et circa hoc scripsimus supra latè in Opi. Statutum disponens, quòd bannitus non possit reuerti ad Ciuitatem, circa fin.

2 Sed coarctatur mentionatum statutum nõ procedere, quando disponeret quem corporaliter puniri pro homicidio qualitercunque commisso: tunc enim quamuis culpa homicidium committatur, debet reus decapitari: secundum Saly. in l. 2 colum. 3. C. de noxa. & huiusmodi casu, ut uoluit ipse Saly. fortè non distingueretur vtrum homicidium factum sit ad defensionem; & hoc dictum Salyc. sequitur Alex. in l. & si seuerior. C. ex quib. cau. infam. irrog. & Fely. in c. testes, col. 9. de rescrip. Licèt hoc firmare non ausus sit ob contraria relata per eum Cassaneus. in consuetud. Burgundiæ rub. 1. nu. 4.

¶ Nam opinio hæc Saly. & sequacium uidetur nimis scrupulosa, & penitus cæca, & inutilis, & quò tendat nescio. labitur enim a ueritate omninò in maximam fallaciam, atque insaniã: & ideò meritò contra ipsã Salyc. opinionem doctissimè, religiosissimeque consuluit Franc. Beccius consil. 51. in casu ptoposito prima fronte dicendum uidebatur, uolu. 1. quem comperi ibi hunc locum præsentis meæ opinionis citasse.

3 Et ratio assignari posset istha c vltrà alias quamplurimas allegatas per Bec. ubi supra contra Salyc. Nam ob homicidium commissum ad necessariam defensionem non incurritur peccatum mortale: vt firmat S. Thom. in secunda secundæ, quæst. 64. art. 5. ad cuius sententiæ corroborationem multa fundit Ioan. Tabiensis in sua summa Tabiena, in uer. Homicidium. §. 8. & Bartho. Fumus in sua summa Armilla, in uer. Homicidium, sub §. 2.

4 Quia homicidium patratum ad defensionẽ personæ pro necessitate ineuitabili est excusabile, & ex eo minimè incurritur irregularitas. Clemen. 1. de homicid. & firmat Bartho. Brix. in c. de his in quæst. exordiente aliquis repellendo violentiam, quòd in præsenti casu nulla incurritur irregularitas. cui accedit Hostien. in c. 2. de homicid. & in c. sicut, vbi protulit magnum, & vtile quippè verbum, Clementem 4. ita aliàs pronunciasse, & sic etiam Curiam tenere, & obseruare.

5 Imò hoc amplificatur vtiliter, procedere etiã in clerico, qui quidem potest sicut & laicus vim vi repellere defendendo se, bonaque sua. arg. c. significasti extra de homicid. & c. dilecto, de sent. excommu. lib. 6. vbi disponitur etiam, quòd quilibet tenetur propulsare iniuriam à vicino, & proximo.

6 Quare si clericus ita aggrediatur, vt aliter mortem euitare nequeat, nisi occidat, vel inuasorem mutilet, hoc agendo non euadit, neque efficitur irregularis: vt in Clem. si furiosus, extra de homicid. Nam potius aggressor videtur seipsum occidere, quàm ab aggresso occidi: & ideò ille nullum quippè tunc peccatum incurreret.

7 Et

7 Et hinc est, quòd si clericus, seu presbyter dum actualiter celebraret inuaderetur, rectè profectò, iusteque dimittere posset eo casu celebrationem: & si se tuendo occideret aggressorem ipsum, posset incontinenti reuerti ad altare, & sacrificium, remque diuinam perficere, etiã alieno sanguine pollutus: secundùm Ioan. de Lignano in tract. de iusto bello, & Panor. in c. clerici arma portantes, extra de uit. & honest. cler. & Dec. in l. vt uim, nu. 8. ff. de iust. & iur.

8 Vndè cessante peccato, doloque malo in præsenti casu, necessariò debet similiter cessare pœna. Et eo magis cùm opinio Saly. præmemorata penitus diffinitionem ipsius homicidij destruere videatur. Nam homicidiũ, secũdùm S. Thom. in secunda secundæ, quæst. 100. art. 8. ad tertiũ, & in quæst. de ma. quæst. 13. art. 4. ad vndecimũ, est occisio hominis iniusta. cui quidem diffinitioni innituntur omnes Theologi, & Canonistę cõmuniter variis in locis, & Bartho. Fumus in d. sum. Armilla, in uer. Homicidium. §. 1. Cõis op.

9 Vndè stante innocentia, puritateque animi ipsius homicidæ, non mirandum ergò est si innocentibus iura subueniũt, ut in præsenti ca nul la pœna imponi debeat. Quia stante statuto excludente omnes exceptiones, non excluderet illud tunc modo aliquo exceptionem innocentiæ. ita Bal. in l. edita, in repet. Paduana, col. pen. uer. Ex tribus autem constat. C. de eden. & Ioan. de Ana. cons. 59. visa inquisitione, col. 1. & Marsil. cum aliis aggregatis per eum in sing. 59. Innocentibus.

## SVMMARIVM.

1 *STATVTVM, pactum, uel cõsuetudo introductis ad dandum, & ad tradendum aliquid publicę vtilitatis causa, uelut pro fabrica construẽda, vel faciendis paramentis pro cõsequendo spiritualia, non est obseruandum.*

2 *Pactum, uel statutum factum post traditionem rerum spiritualium ad dandum aliquid vel tradendum publicæ utilitatis causa, ueluti pro fabrica cõstruenda & similibus pro consequendo spiritualia est obseruandum.*

3 *Statutum, uel consuetudo disponens simpliciter soluendum esse aliquid pro lampada ardente ante sacrã Eucharistiam est rationabilis, & ualet, & tenet.*

4 *Consuetudo soluendi aliquid pro lampada ardente ante sacram Eucharistiam non inducitur ex eo, quòd aliqui ex deuotione faciant tales sumptus, sed necesse est, quòd animo inducendi consuetudinem id soluatur, & sciente, & consentiente populo uel maiori parte, & nume. 5.*

6 *Consuetudo soluendi aliquid pro lampada ardente ante sacram Eucharistiam introducta ab hominibus particularibus de Vniuersitate animo illam inducendi sciente & consentiente populo vel eius maiori parte obligat totum populum & Vniuersitatem.*

## OPINIO DCCCXX.

1 STATVTVM, pactum, vel cõsuetudo disponens ad dandũ, & tradendum aliquid publicæ vtilitatis causa, ueluti pro fabrica construenda, uel pro paramentis faciendis pro consequendo spiritualia, non ualet, nec tenet: secundũ Doct. omnes in c. veniens, ext. de testib. Panor. & alios communiter in c. cùm M. Ferrarie. de constit. vbi Ripa, nu. 174. Cõis opin.

2 Sed hoc non procedit in pacto facto post traditionẽ rerũ spiritualiũ: tunc profectò obseruandum esset huiusmodi pactum, uel statutum: secundũ Io. And. & Panor. in d. c. veniens, & ista est cõis opinio, teste Ripa, & alius Mod. in d. c. cũ M. Ferrarien. num. 176. Cõ. opin.

3 Nec habet locum antedicta conclusio, vbicunq; consuetudo ipsa disponeret aliquod soluẽdũ esse simpliciter pro lampada ardente ante sacram Eucharistiam: tunc enim dicta consuetudo dicitur rõnabilis. c. ad apostolicam, de simo.

4 Et animaduerte, quòd hęc consuetudo non dicitur inducta ex hoc duntaxat, quòd aliqui homines Vniuersitatis particulariter ex deuotione fecerunt sumptus pro ipsa lãpada: quia opus est, quòd prædicti homines particulares fecissent impensas intentione inducendi cõsuetudinẽ, non autẽ ex particulari deuotione: vt per Abb. in c. fin. col. 4. de consuetudine.

5 Imò requiritur necessariò, quòd tales impẽsæ sciente, consentienteque vniuerso populo, vel saltem maiori parte eiusdem fuerint factæ.

6 Et hoc casu dicta cõsuetudo obligat Vniuersitatẽ, & totum populũ ad soluendũ pro eadem lãpada: secundũ Canonistas cõiter in d. c. fi. & Legistas, in l. de quibus. ff. de legi. quã quidẽ cõem sequitur, & attestatur Rocchus Curt. in d. c. fi. & Ripa in suis singularibus responsis, in tit. de legibus, & consuetudinibus, cap. 10. nu. 7. Cõis opin.

## SVMMARIVM.

1 *MVTVS, cæcus, fœmina, & aliæ personę similes de iure inhabiles, vel aliter imperfectę, ad tenendum feudalia, admittuntur ad feudũ, statuto, vel proclamate disponente, quòd qui cœperit bannitum, seu aliquem malefactorem habeat tale castrũ in feudum.*

## OPINIO DCCCXXI.

1 STATVTVM, uel proclama disponens, quòd qui cœperit bannitum, seu aliquẽ malefactorẽ habeat tale castrum in feudũ: tunc mutus, cæcus, fœmina, & aliæ similes psonæ de iure inhabiles, vt in c. 1. an mutus, uel aliter imperfect' in sib. feu. ad feudũ admittũtur: secundùm Gui. de Cu. Bal. Saly. Ro. & Alex. in l. filiusfamiliãs. ff. si cer.

Cōis opin. pet, & Iaso. ibi nu, 3. cum aliis sequen. dicit istā doctrinam Gui. ab omnibus cōmuniter approbari, & hoc idem tenet ipsemet Iaſ. in l. 1. nu. 14. in 2. lect. C. de sacrosan. eccle. & l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. nou. num. Alex. conſ. 35. nu. 5. lib. 6. Alber. in tract. de ſtat. in prima par. q. 181. Bald. in tract. de ſtat. in uer. Capere, ver. Castrum, & Alciat. de uer. signif. lib. 1. fol. 8.

*SUMMARIUM.*

1 *STATUTUM puniens delicta intelligitur de consumatis, non de attentatis.*

2 *Verba statutorum sunt propriè, & non impropriè intelligenda.*

3 *Consuetudo generalis, quæ uiget per vniuersum mundum, derogauit omnibus legibus disponentibus conatum puniri, etiam non sequuto effectu.*

4 *Affectus etiam non sequuto effectu punitur in crimine leſę maieſtatis, & proditę, & expugnatæ patriæ.*

5 *Expugnans patriam committit crimen leſę maieſtatis.*

OPINIO DCCCXXII.

1 STATUTUM puniens delicta, intelligitur de cōsumatis, & non de attentatis. vndè si statutum disponeret, quòd si quis dolosè occiderit hominem pœna mortis puniatur, intelligitur secuta morte effectualiter tantùm, & non aliter: secundùm Bartol. & omnes communiter, in l. is qui cum telo. C. ad legem Corn. de sicar. Bartol. in l. 1. §. Diuus. ff. eod. titu. Bald. & omnes in l. si quis seruo. C. de furt. & in authen. sed nouo iure eodem tit. Ioan. de Imol. in c. 1. de præsump. & hoc latè probat, & confirmat per nonnulla alia similia exempla Marsil. in l. qui falsam monetam, nu. 23. cum multis seq. ff. de falsis, & Grammat. decis. 2. per totam, vbi refert ita in contingentia facti fuisse iudicatum in Sacro Regio Concilio Neapolitano.

2 Nam statutorum uerba necessariò debent propriè intelligi, non autem impropriè, & fictè, ubi absonus intellectus non sequitur: & sic statuta ipsa requirunt casum uerum, & non fictum. l. 3. §. hęc uerba, ubi Bart. no. ff. de negociis gestis, & alij Doct. in l. 1. ad leg. Corn. de sicar. & istam

Cōis opin. aiunt esse communem opinionem Dec. in l. non vult. hæres, nu. 4. cum aliis seq. ff. de regu. iur. & Auguſt. Berous in c. si quis episcopus, num. 6. de accuſat. Et circa hoc diffusius scripsimus supra in Opinio. Statutum disponens, quòd mulier, & minor non possint contrahere, in decima limitatione.

3 Et eo maximè prædicta uera sunt: cùm hodie per consuetudinem generalem totius mundi derogatū sit omnibus legibus disponentibus conatum puniri, & consequenter per talem consuetudinem conatus non punitur, nisi sequatur effectus: secundùm Spec. in tit. de accusa. §. 1. cū quo sentiunt Ang. Pau. de Caſt. Alex. Iaſ. & cæteri in l. 1. §. hæc autem uerba. ff. quod quisque iur. Fely. in tract. quādo conatus puniatur, in 3. col. cum aliis abundè congestis per Marsil. in d. l. qui falsam monetam, nu. 24. & hoc idē tenet Boer. decis. 306. num. 3. & Hieronymus Chucalon, in add. ad Dec. in d. l. non vult hæres, ubi admonet hanc esse cōem opin. & Grāmat. quoque in d. decis. 2 num. 19. Cōis opin.

4 Sed hoc declarāt non procedere Ang. Paul. Caſt. & Iaſ. in d. §. hæc autē uerba, in crimine proditæ ac expugnatæ patriæ: quorū quippè opinionē in istis duobus casibus dicit cōem Boerius, in tract. de seditiosis, circa fi. nu. 41. & seq.

5 Et iste vltimus casus cōprobatę ex eo, quod scripsit Soci. conſ. 121. prætermittenda est disputatio, col. 2. uol. 4. ubi dixit, ꝙ ille, qui uenit ad expugnandū patriā cōmittit crimen læſæ maiestatis. ut habetur per Bart. in extrauag. qui sint rebelles, in uer. Tenore, & in uer. Rebellādo, & per Doct. in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maieſt.

*SUMMARIUM.*

1 *IMMUNITAS alicui concessa ab omnibus, & quibuscunque oneribus cum clausula non obstantibus quibuscunque non includit onera taxarum, equorum, & hospitationis militum stante statuto disponente, quòd ad onera taxarum, equorum, & hospitationis militum etiam exempti teneantur, exceptis his qui à Principe literas speciales cum speciali derogatione habuerint, nisi in specie nominentur.*

2 *Statutum circa onera dicitur transire in contractum, & non poteſt reuocari absque specialissima derogatione.*

3 *Onera taxarum equorum, & hospitationis militum sunt onera realia.*

4 *Nemo poteſt se excusare ab oneribus realibus etiam si esset exemptus & priuilegiatus.*

5 *Status pacificus, & publica quies conseruatur armorum intuitu.*

OPINIO DCCCXXIII.

1 STATUTUM disponens, ꝙ ad onera taxarum, equorū, & hospitationis militum etiam exempti teneantur, exceptis his, qui à Principe literas speciales illius sanctionis habuerint, quo casu non sufficit clausula immunitatis omnibus, & quibuscunque oneribus, cùm

cum clausula non obstantibus quibuscunq;,etiã
si de uerbo ad uerbum deberet fieri mentio in
specie, quibus omnibus derogetur nisi in specie
fiat mentio de immunitate, etiam respectu taxa
rum equorum, & onerum belli cum derogatio-
iis ne istius statuti: secundùm communem opinio-
1. nem omnium Doct. quam citat, & sequitur De-
ci. cons. 165. viso, col. 2. & seq. cons. 168. uerecun-
dè, col pen. Ias. cons. 121. uol. 4. Fely. in c. accedẽ
tes. col. 3. de rescrip. & Gomesi. in prooemi. reg.
cancel. 95. & ista est communis opinio.

2 Et comprobatur. Nam statutum ipsum circa onera dicitur transire in contractum, adeò quod non posset reuocari saltem absque eius specialissima derogatione: secundùm Ludo. Bolog. cons. 4. viso, col. fi. & Rube. Alex. cons. 9. in causa, col. 2.

3 Onera enim taxarum, equorum & hospitationis militum, sunt onera realia, à quibus nemo potest se excusare.

4 Etiam si esset aliàs priuilegiatus, & exemptus: vt per Paris. cons. 52. tenetur uol. 1. Rube. Alex. in præcitato cons. 9. num. 6. per tex. in l. 3. §. munus, & in l. rescripto. §. sciendum, ubi Bart. num. 3. ff. de muner. & hon.

5 Et quia etiam status pacificus, & publica quies conseruatur armorum intuitu, ut uoluit Signorol. de Homod. cons. 82. n. 6. in quæstionib.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM disponens super gradibus, uel de gradibus loquens, interpretari, & intelligi debet de gradibus iuris ciuilis, & computatio fieri debet secundùm ius ciuile.*

2 *Computatio graduum, secundùm ius canonicum, dicitur impropria.*

3 *Computatio graduum fieri debet secundùm dispositionem, & computationem iuris ciuilis non autem canonici, etiam in terris ecclesiæ: siquidem computatio graduum, quæ fit de iure canonico, solummodò locum habet quò ad matrimonia, non tamen quò ad alia.*

## OPINIO DCCCXXIIII.

1 STATVTVM disponens super gradibus, uel de gradibus loquens, debet interpretari, & intelligi de gradibus iuris ciuilis, & fieri computatio graduum secundùm ius ciuile. ita tenent, & concludunt per quamplures rationes Iacob. Butrig. & Bal. in l. fin. C de succes. edict. & inter alias rationes assignant istam.

2 Quia computatio graduum secundùm ius canonicum est impropria. sequitur ibi Alex. nu. 6. Bar. in l. Iurisconsultus. §. 1. ff. de grad. affin. & in d. l. fi. & idem ibi Saly. & Ias. in d. l. fi. nu. 12. & & Dec. nu. 14. & Alber. Brun. in trac. quod stantibus masculis, art. 5. nu. 20. sub quæst. 2. vbi etiã latè distinguit ante, nu. 20 & idem consuluit Bart. in cons. exordiente. quæritur utrũ gradus. & ista est
communis opinio: vt per Cottam in memorali, Cõis
in uer. Graduum computatio, & Mod. in d. l. fin. opin.
ubi Ias. Dec. & alij Scriben. ampliant, limitant, ac diffusè declarauit in pluribus casibus dictam communem.

3 Et quia etiam computatio ipsa graduum regulariter fieri debet secundùm computationem iuris ciuilis, non autem computationem iuris canonici etiam in terris ecclesiæ. Nam cõputatio graduum, quæ fit de iure canonico, habet locum duntaxat quò ad matrimonia, non tamen quò ad alia: vt firmauere Glo. & alij omnes Doct. in §. hactenus, instit. de grad. cog. Cy. Bal. Alex. Ias.
& cæteri in d. l. fi. & Fely. in c. ex literis de consti. Cõis
vbi prædicat istam esse communem opinionem. opin.

*SVMMARIVM.*

1 *CONDEMNATVS ad mortem pro crimine, ac delicto capitali efficitur seruus pœnę.*

2 *Condemnatus ad pœnam mortis per sententiam vigore contumaciæ, & fictę confessionis ex forma statuti, non efficitur seruus pœnę donec venerit in iudicis potestatem.*

3 *Sententia lata contra cõtumacẽ potius pręsumitur propter uitium contumacię lata, quã propter ius partis.*

4 *Sententia lata contra contumacem nunquam transit in rem iudicatam.*

## OPINIO DCCCXXV.

1 REVS pro crimine, ac delicto ca- *Statu*
pitali condemnatus ad mortẽ *tum.*
mediãte sententia diffinitiua secundũ formam iuris cõmunis, efficitur seruus pœnæ. l. qui vltimo. ff. de pœnis.

2 Sed condẽnatus ad pœnam mortis per sententiã vigore contumaciæ, ac fictæ confessionis ex forma statuti non efficitur seruus, donec venerit in iudicis potestatẽ: secundũ Bal. in l. data opera. C. qui accu. non pos. & in l. 1. C. de hæ. inst. vbi omnes hoc sequuntur, & in l. eius. §. si cui. ff. de testam. Et sic ista sententia non operatur effectũ suũ, donec præfatus reus condẽnatus ad mortem repertus fuerit: tunc enim ipsi pœna vltimi
supplicij erit imponenda: & ita se habet commu Cõis
nis opinio: vt patet ex allegatis per Boer. decis. opin.
268. nu. 8. cũ aliis seq. vbi refert nonnullos Doc. in contrariam sententiam inclinantes.

3 Et ratio huiusmodi communis opinionis uidetur ista. Quia sñia lata contra aliquẽ cõtumacẽ, potius præsumitur propter vitiũ contumacię lata, quã propter ius partis. tex. est in l. p̃sens. ff. de pig. & in l. si ideò. ff. de euic. & in l. fi. de emp. & uend. quæ iura ad hoc allegat Roma. cõs. 329. præsens consultatio, col. penult. vbi etiam citat Bar. in l sępè. ff. de iud. & in l. res inter alios. ff. res inter alios acta, & Ant. in c. quãuis, de re iud.

4 Imò ulterius dicas, quòd dicta sententia lata ex forma statuti contra contumacem nunquàm transit in rem iudicatam: ut firmauit Ioan. de Anania, in cap. de his, extr. de accus. cuius dictum pro ualdè singulari, & notabili refert, & sequitur Ludo. Bolog. consi. 34. circa fin. & Marsil. in sua pract. crim. in §. ordine successiuo, numero 2.

## *SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM disponens, quòd capi possit debitor personaliter ad simplicem creditoris nutum, nulla præcedente citatione, non debet ampliari, vt locum sortiatur in cessionarium.*

2 *Cessio facta etiam non potentiori lite pendente non ualet, & cedens incidit in vitium litigiosi.*

3 *Cessio facta ante litis contestatam ualet, secus si post ipsius litis contestationem.*

4 *Cessio facta per minorem non ualet. nam minor ipse iura sua cedere nequit sine iudicis decreto, & authoritate.*

5 *Cessio actionum facta ex falsa causa, siue scienter, siue ignoranter ea facta sit, ipso iure non ualet.*

6 *Cessio facta sine causa non ualet.*

7 *Cessio facta per laicum clerico tanquam facta in potentiorem in dubio præsumitur simulata, & nulla: quod procedit vbicunque cessio facta esset Episcopis, seu alijs clericis iurisdictionem habentibus super laicos.*

8 *Cessio quæ fit inter uiuos potentiori ratione officij, uel dignitatis non ualet, & cedens debet perdere ius quod habebat.*

9 *Cessio facta potentiori bona fide ualet: secus si malitiosè causa opprimendi aduersarium.*

10 *Cessio potentiori bona fide facta causa mutādi iudiciū, inducit, vt cessionarius per exceptionē excludi possit, sed non perditur ob hoc actio: nam tenetur eam ex se metipso personaliter prosequi: nec posset amplius illam alteri cedere.*

11 *Cessionarius, & creditor simul possunt præsentare instrumentum in Regno secundùm formam ritus, stante retrocessione facta crediti per cessionarium creditori, cùm tunc uideatur reintegratum creditum in personam creditoris.*

12 *Cessionarius, & creditor possunt simul in Regno præsentare instrumentum secundùm formam ritus, vbicunque creditor se obligauit cessionario in contractu cessionis præsentare ipsum instrumentum secundùm ipsius ritus formam.*

13 *Instrumentum in Regno potest præsentari secundùm formam ritus per unum ex fratribus, seu socius ad fauorem alterius fratris, & socij post diuisionem factā bonorum communium, & societatis inter eos: si hoc ex pacto inter eos actum sit.*

## OPINIO DCCCXXVI.



1 STATVTVM disponens, quòd debitor capi possit personaliter ad instātiam creditoris nulla præcedente citatione, ampliari non debet modo aliquo, vt id etiam tūc locum obtineat in cessionario: sed prius denūciandum necessariò esset debitori cessio facta, liquidandumque, & discutiendum ius cessum, nec ne fuerit ualidè cessum: secundùm Bal. quæst. 10. & Salyc. in l. per diuersas. C. mandati, Alex. in l. postulante, col. 2. ff. ad Trebel. ubi non obscurè deducit istam esse communem opinionem, & Dec. quoq; in l. 1. col. fi. ff. si cer. pet. cui innituntur etiam idem Alexand. consilio 95. uisis processibus circa lites, num. 10. uol. 2. & Marsil. sing. 26. Licèt ex forma statuti, vbi refert cōmunem opinionem istam aliàs practicasse Bononię, in foro mercantiæ in causa magni momenti: licèt, & malè quidem asseuerent contrarium Pau. Castren. cons. 91. col. 2. vol. 1. Franc. Scaghionus in ritu 163. Instrumentorum appellatione, sub num. 21. & Roma. cons. 38. in casu proposito approbo quę consulta fuerunt, in prin. uidelicet statutum hoc concedens executionem, & capturā contra debitorem, comprehendere etiam cessionarium. Cōis opin.

¶ Sed retenta communi memorata tanquā sacrosancta, aduerte, quòd pręsens difficultas cessaret hodie ob clausulas, quæ apponuntur in instrumentis, attestante apostill. ad Alex. in d. consilio 95. in litera A, in fin. Cęterùm autumarem ipsas clausulas in instrumento cessionis debiti appositas non posse afferre præiudicium debitori, vt is uigore ipsarum clausularum capi possit ad instantiam cessionarij non discussa prius prædicta cessione, & citato, uocatoque debitore.

2 Nam multa occurrere possent, vt non teneat cessio hęc: & pręsertim si ea celebrata esset lite pendente: cessio enim quę fieret non potentiori, si actio esset dubitata, vt quia foret in litigiū deducta, stante dublo ipsius litis euentu, nō posset regulariter alteri cedi, & cedens indubitāter tūc incideret in vitiū litigiosi, & puniretur. l. fin. C. de litig. & c. ecclesia, & ibi Glos. vt lit. pen. Quod fallit in casibus ibi positis, & not. etiam Abb. in c. ex parte col. 2. de alien. iudic. mut. causa fact.

3 Sed hoc quippè procederet cum grano salis, ubicunque foret facta cessio post litem contestatam: secundū Glo. & alios oēs in l. lite, & in l. fi. C. de litig. & Ang. in auth. eod. tit. concludentes, quòd ante litis contestationem in personalibus actionibus teneat cessio, nec habeat locum uitium litigiosi, uerùm post litis contestationem sic. Licèt Petr. Duennas & malè quidem, in regu. 88. cessio regulariter in potentiorem facta est nulla, in 3. ampliat. num. 3. asseueret ipsam cessionem,

sionem tam ante, quàm post litem contestatam non ualere.

4 Nec non potest contingere etiam, ut cesio hęc facta sit per minorem. Nam minor ipse cedere iura nequiret modo aliquo absque iudicis decreto, & authoritate. ita Spec. in tit. de act. cess. §. 1. num. 19. & Iacob. Philipp. Port. Imol. consilio 198. num. 4.

5 Potest itidem occurrere, vt cesio ipsa actionum facta sit ex falsa causa: & tunc, siue scienter, siue ignoranter illa facta extet, ipso iure non ualet. Bal. in l. fi. C. de fal. cau. adiect. leg.

6 Similiterque etiam potest accidere, quòd cesio pręmemorata fiat sine causa: tunc enim illa nullatenus ualeret, neque teneret d. l. per diuersas, & l. ab Anastasio. C. mandati, & Bar. in l. in causæ. §. ex parte. in fi. C. de proc.

7 Postremò contingere posset etiam, quòd cessio fieret per laicum clerico, quæ tanquàm facta in potentiorem, in dubio præsumeretur nulla & simulata ita Glo. in c. fin. de alien. iudic. mu. causa fact. cui inhęret Iaffred. I. anfranc. cum aliis aggregatis per eum, decis. 87. cesio facta per laicum clerico. Sed hæc opinio Gloss. & sequacium

Cōis opin. communiter reprobatur, attestante Abb. in d. c. fin. num. 2 Iacobino de Sancto Georgio. in l. 1. numero 13 C. ne liceat potentioribus. Verùm opinio Glos. saluari facilè posset procedere secundum Pet. Duen. in d. reg. 88. in 4. ampliat. nu. 4. cum aliis allegatis per eum, ubicunque cesio facta esset Episcopis, seu aliis clericis iurisdictionē habentibus super laicos.

8 Et ratio est, iudicio meo, Nam cesio, quę fit inter uiuos potentiori ratione offici, uel dignitatis non ualet, & cedens debet perdere ius quod habebat. vt in l. 2. C. vt lit. pen.

9 Quod de plano procederet, quotiescunque cesio ipsa fieret potentiori malitiosè, causa opprimendi aduersarium, secus autē si fieret bona fide. arg. in l. stipendia C. de procur. & not. Spec. in tit. de ces. act. §. 1. vers. Quod autē dixi, & Abb. in d c. ex parte. col. 1.

10 Et hinc est, quòd si cesio fieret potentiori, non equidem malitiosè, sed eo tantùm respectu, ex quo ille nobilior, & ditior est: si fieret inquam causa mutandi iudicium, posset vtique tunc excludi cesionarius per exceptionem l. pen. & ibi Doct. ff. de alien. mu. iud. verumtamen in casu hoc non perderetur vtique actio, deberetque, ac teneretur ille qui cesit agere: sed profectò non posset amplius illam actionem alteri cedere, nec in ea procuratorem statuere, cæterùm teneretur personaliter prosequi. textus est in d. l. pen. & ibi Bar. & Abb. in d. c. ex parte.

11 Itaque vt eò redeamus vndè vtilisimis digresionibus discesimus, aduertendum est, quòd licèt in Regno instrumentum secundùm formam laudabilis ritus pręsentari nequeat per cesionarium, vt disseruimus amplè supra in Opinio. 779. Tamen vterque simul cesionarius, & creditor posset dubio procul pręsentare instrumentum ipsum secundùm formam ritus: vt voluit Bolognet. in d. l. 1. sub nume. 59. ff. si cer. pet. & potisimum ea ratione, secundum eum ibi, quia stante renunciatione facta per cesionarium iuri suo, censetur reintegratum creditum in personam creditoris. Et quāuis contra opinionem hanc cōplures rationes efficacisimæ, allegari possent: nihilominus in practica ab ea non foret aliter recedendum.

12 Sed ad euitandum horribiles illas dissentientium opinionum procellas, suadeo, vt creditor in instrumento cesionis sibi reseruet actionem, facultatemque pręsentandi instrumentum secundùm formam ritus: & sic se obliget in ipso instrumento cesionis creditor de illud pręsentando congruo tempore. & ita ex præsenti remedio, & cautela tollitur omnis altercatio, & res redditur penitus tuta, & clara. & sic aliàs ex meo consilio apposita extitit isthæc clausula in uariis, diuersisque cesionis instrumentis, qua mediante instrumenta crediti extitere pręsentata per creditorem, & cesionarium secundùm ipsius ritus formam: & ita in facti cōtingentia meminit Scaglionus in d. ritu 163. sub nume. 21. in practica obseruatum vidisse.

13 Et hinc negociari cautè quidem admoneo socios, & fratres in diuisionibus bonorum inter eos faciendis: idest, ut nomina debitorum, quę partim in faciem unius ex fratribus proprio nomine cantari uidētur, & partim in personam alterius ex ipsis sociis: ita diuidant mediante contractu, specialique reciproca promisione, vt alter alteri se obliget de pręsentando instrumenta contra debitores secundùm formam ritus: quia cùm ista sic reciprocantur, unusquisq; ex sociis, & fratribus posset vtique recuperare, consequique suum creditum, uia executiua contra debitores sibi in diuisione asignatos: dummodo ex huiusmodi conuentione unus ex sociis, & fratribus præsentet instrumenta secundùm ritus formam ad fauorem alterius. Et dum ad meum cōsilium aliàs aliqui clientes confugiere, ita diuisiones, & contractus celebrati extiterunt, & præsentati omnes alij contractus crediti postmodum secundùm ipsius ritus formam.

## SVMMARIVM.

1 *STATVTVM, vel consuetudo, quòd cesio bonorum fiat modo vituperabili non valet, tanquam inducta, seu inductum contra bonos mores, & honestatem.*

2 *Cesio bonorum in Regno quomodò fieri debeat, traditur forma.*

3 *Consuetudo, statutum, uel præceptum contra honestatem, & bonos mores non valet.*

4 *Princeps per eius rescriptum mandans quem admitti ad cessionem bonorum, debet is simpliciter recipi sine aliqua ignominia.*

5 *Consuetudo contra honestatem à Principe approbari non potest.*

## OPINIO DCCCXXVII.

1 STATVTVM, aut consuetudo, quòd uolens cedere bonis ducatur cũ tubis per Ciuitatem, uel faciat ignominiosum, probrosumque actum, vt dare terga leoni, vel percutere anum, aut nates ad columnam: prout moris est in Capitolio Vrbis, non ualet, neque tenet: secundùm Doct. omnes per text. ibi in l. fin. C. qui bonis ced. poss. nam hoc uidetur inductum contra honestatẽ, bonosque mores. ita Cyn. Bald. & cæteri omnes communiter in d. l. fin. & Ias. cum aliis aggregatis per eum in §. eum quoque, nume. 28. instit. de actio. Cõis opin.

2 Et ideò meritò in Regno mediante Regia pragmatica, in anno 1546. emanata, incip. Priscarum legum duritiem, sancitum extitit ad reprimendum modum hactenus cum infamia ob seruatum in cessione bonorum, quòd recurrens ad miserabile beneficium cessionis bonorum debeat omnium bonorum, iuriumque suorum nomina creditoribus assignare, & in actis magnæ Curię Vicariæ insinuare, & debitam summam confiteri, & alia seruare, quæ priscis legibus in huiuscemodi bonorum cessione stabilita fuere: & denique vocatis instantibus creditoribus publicè, in die qua regitur Curia in ipsa magna Curia Vicariæ, debeat voce præconis publicari nomen uolentis cedere, & deinde ascendere ipse tenetur supra columnam erectam ad hunc effectũ ante palatium eiusdem magnæ Curiæ, assereréque alta, & intelligibili voce se bonis suis cedere, & in actis ipsius magnæ Vicariæ Curiæ insinuare: prout iste modus moderatus, modestusq; seruatur hodie in cessione bonorum. Et si aliter fieret in Regno, cessio bonorum redderetur vtique nulla: & officiales tunc incurrerent etiam pœnam mille ducatorum, per d. prag. Priscarum legum duritiem.

3 Et hinc est, quòd non valet consuetudo, seu statutum contra honestatem, & bonos mores. c. cùm decorem, & c. cùm ab omni, de ui. & honest. cler. Abb. in c. cùm inter, in 3. not. de consuet. & Rocch. Curt. in repet. c. cùm tanto, post sessionem primam, num. 30. fol. par. 19. de consuet. vbi hoc ampliat sortiri quoque locum in præcepto contra honestatem emanato, vt id tunc nullatenus valeat, & refert, discutitque etiam complura exempla, quibus consuetudo dicatur contra bonos mores.

4 Vndè si Princeps mandaret mediante eius rescripto aliquem ad cessionem bonorum admitti, deberet nempè recipi simpliciter absque opprobrio aliquo. Nam in ipsius Principis actu glossandum non est. ita Bal. cons. 301. vol. 5.

5 Imò denique consuetudo contra honestatem à Principe approbari minimè posset: vt concedunt Bal. & Fely. col. 3. uers. Vltimo nota in c. ad nostram de probat.

### SVMMARIVM.

1 *STATVTVM loquens, disponensque de contractibus, & sic vt mulier contrahere non possit sine consensu propinquorum, habet etiam locum in quasi contractu, vt in aditione hæreditatis.*

2 *Statutum de contractu loquens habet locum etiam in quasi contractu, dummodò militet eadem ratio in contractu, & quasi contractu.*

## OPINIO DCCCXXVIII.

1 STATVTVM, quòd mulier contrahere non possit absque propinquorum consensu, ita & taliter interpretatur, atque procedit, vt illa tunc adire hæreditatem nequeat modo aliquo sine ipsorum consanguineorum consensu, & sic quasi contrahere: quoniam pro contractu accipitur omnis obligatio. l. omnẽ. ff. de iud. Abb. & alij omnes in c. qua fronte. de appel. Paul. Castren. Roma. & cęteri vniuersaliter in l. multum. ff. de acq. hęred. Signorol. cons. 165. Roma. cons. 394. præsupposito, in princ. Bar. & alij communiter in l. more. ff. de acq. hæred. & in d. l. multum. §. 1. & ita ẽt tenet Matth. de Afflic. in decis. 206. n. 6. & Ias. in §. omnem. col. 11. & seq. inst. de act. & in l. siue apud acta. col. 1. C. de transact. Cõis opin.

2 Et isthæc communis, concorsque opinio procederet de plano, atque indiscriminatim: secundùm Roma. in cons. 12. viso facto proposito, cæterisque consiliis, sub num. 6. vbicunque eademmet ratio militaret, vigeretque in quasi contractu, quæ concurreret in contractu: vt explicat etiam D. Horat. Mandos. in addit. Roma in d. cõsil. 394. sub litera B, ubi in medium exponit istã esse communem sententiam. Cõis opin.

### SVMMARIVM.

1 *STATVTVM disponens, quòd vxor testari non possit absque viri sui consensu non valet, secundum magis communem opinionem.*

2 *Statutum exigens tantummodò præsentiam mundualdi in Regno in testamento vxoris valet.*

3 *Statutum, quòd minor viginti quinque annis non possit testari sine consensu, vel præsentia propinquorum valet: Et si testamentum ipsum tunc conditum sit sine consen-*

*consensu à statuto requisito non sustinetur modo aliquo.*

4 *Statutum, quòd filiusfamiliàs testari possit absque patris consensu ualet.*

5 *Statutum, quòd filiifamiliàs possint testari; ipsis prohibetur, vt nullatenus valeant in testamento disponere de vsufructu spectante ad eorum parentes in suis bonis.*

6 *Statutum, quòd filiifamiliàs testamentum conficere possint, tunc filiafamiliàs non posset testari de dote profectitia.*

7 *Statutum, quòd pupillus posit adire hæreditatem, & se obligare sine tutore valet.*

## OPINIO DCCCXXIX.

1 

TATVTVM, quòd vxor testari nequeat sine uiri sui consensu non valet, neque tenet. ita Pau. Cast. in l. ex facto; in prin. per tex. ibi. ff. de uulg. & pupil. & Alex. cons. 55. consideratis verbis dicti statuti, in fi. vol. 1. & consilio 155. volum. 2.

¶ In contrariam verò partem, uidelicet, quod statutum prohibens vxori testamentum condere absque consensu viri ualeat, inclinauit Ang. in §. 1. in auth. vt factę no. constit. & consil. 126. testamenti factio, Bal. in l. 3. ff. de testam. & Dec. cons. 455. placet conclusio. Quia secundum allegatos Doct. potestas testandi inducta est de iure ciuili, quod alio iure tolli posset. Sed quicquid isti Doct. suadeant noli aliter recedere à prima sententia præmemorata tanquàm sacrosancta, & communi: cui accedit etiam Ioan. Lupi. in repet. c. per uestras. §. 81. sub numero 14. & seque. de don. inter vir. & uxorem, & Cotta in memorali, in uer. Statutum, quòd vxor non possit testari, ubi meminit non obscurè quidem de prædicta Pauli Castrensis opinione cōiter recepta. Cōis opin.

2 Cæterum ubicunque statutum exigeret tantummodo præsentiam mundualdi in testamento vxoris: tunc ex quo tractatur de re merè fauorabili vxori, fragilitatique sexus profigua, & non dependenti aliter ab alieno arbitrio ualeret vtique, & teneret: secundum Afflict. deci. 160. Nunquam mulier de iure Longobardorum, vbi refert ita extitisse decisum, & iudicatum in Sacro Concilio, & etiam in const. Instrumentorum robur. cui innititur non uulgari anchora Maran. in tract. de iudic. in 3. par. princ. numero 95. cum aliis omnibus seq. & Vrsil. in add. Affli. in d. decis. 160. & ita seruatur quotidie in Regno sine scrupulo aliquo.

3 Sed isthęc communis opinio ita explanata choarctatur primò non sortiri locum in minore. Nam statutum, quòd minor vigintiquinque annis non possit testari sine consensu, vel præsentia propinquorum valet, facitque alias testamētum esse nullum: & sic testamentum ipsius minoris conditū tunc sine consensu requisito à statuto non tenet modo aliquo. teste Bar. in l. non idcircò. C. de codi. cùm quo senti unt omnes ibi communiter, & in l. 2. ff. de leg. 1. & Bald. in l. fin. col. ult. ver. Extra quæro. C. de fideicom. Cōis opin.

4 Secundò claudicat eadem communis etiā, vt locum non obtineat in filiofamiliàs: quoniā statutum, vt filiusfamiliàs testamentum absque patris consensu condere possit, valet, & tenet. ita Ioan. Ceph. cons. 256. videbatur prima fronte, num. 36. uol. 2.

5 Verùm stante huiusmodi statuto, vt testamentum filiisfamiliàs condere liceat, non licebit vtique tunc filiis in testamento disponere de vsufructu, quem in eorum bonis ad parentes spectare legumlatores decreuerunt: ut uoluit expressè, constanterque Bald. in l. si quęramus. ff. de test. & Ceph. in d. consil 256. nu. 37.

6 Nec similiter stante prælibato statuto, vt filiifamiliàs testamentum conficere possint, minimè valet testamentum filiæ de dote profectitia conditum: secundùm Ceph. in terminis in dicto consilio 256.

7 Et licèt statutum non ualeat, quòd vxor testari non possit absque uiri consensu: tamen statutum disponens, quòd pupillus possit adire hæreditatem, & se obligare sine tutore indubitanter valeret. ita Angel. in l. more. ff. de acquiren. hæred.

## SVMMARIVM.

1 

*TATVTVM, quòd vicinus præferatur cuilibet emptori, non obtinet locum, quando via publica extaret in medio.*

2 *Vicinus fundus dicitur, qui ad vnguē cohæret: non autem si esset via in medio.*

3 *Ius congrui, seu protomiseos non tollitur existenti in medio via vicinali.*

4 *Ius congrui, ac protomiseos non tollitur, etiam via uicinali in medio existenti, de qua aliter non constet constitutam esse à vicinis.*

5 *Via vicinalis dicitur propter quam accessus vicinis patet, & non alys, & quę in vicis extat, & in vicos ducit.*

6 *Via vicinalis licèt sumat publicę viæ naturam: vt quā do collatione, vel non collatione priuatorum refecta sit, & non extet memoria in contrarium, tamen non dicitur publica.*

7 *Datio in solutum etiam voluntaria, ex solutione necessaria, excludit vigore statuti, & constitutionis Regni sancimus, ius congrui, & protomiseos.*

8 *Datio in solutum dici potest voluntaria: tamen solutio quæ fit mediante ipsa datione insolutum dicitur necessaria.*

9 *Datio in solutum non fit officio iudicis, sed adiudicatio fit iudicis decreto. Et ideò datio in solutum appellatur, quando debitor sponte creditori dat rem pro aliquo debito.*

*debito: Sed quando aßignatur res debitoris iudicialiter creditori, tunc illa adiudicatur creditori.*

10 *Seruitutes eundi, & redeundi non connumerantur inter rҫs immobiles, & consequenter domini earum nō habent ius congrui.*

11 *Constitutio Sancimus est correctoria iuris communis, & per consequens odiosa, & strictè intelligenda.*

12 *Ius congrui uigore seruitutis eundi vicinus prætendere nequit, existente alia re immobili vicina.*

13 *Seruitus eundi non potest propriè immobilis dici.*

14 *Seruitutes non poßidentur, sed quasi poßidentur.*

15 *Seruitus dici potest ius coquendi panem in furno alieno.*

16 *Seruitus viæ promitti potest per non habentem fundum.*

17 *Ius congrui competit marito ratione rei dotalis, cùm sit dominus.*

18 *Ius eundi habens per aliquam domum, vel fundum non est dominus illius, cuius est prædium seruiens.*

19 *Vsufructuarius alicuius fundi non potest agere iure congrui.*

20 *Mandati contractus est bonҫ fidei, & extendi non potest, nisi de uerisimili mente mandantis: quia procurator non potest prætendere authoritatem, nisi quatenus ex uerbis mandati appareat sibi conceßa.*

21 *Mandatum habens in principali non uidetur habere in accesßorio, quod potest expediri sine principali.*

22 *Obligatio sine causa velut indiscreta non ualet.*

23 *Causa ubi non exprimitur præsumitur error, qui excludit consensum.*

24 *Procurator habens plenum mandatum, seu cum libera potest omnia, quæ potest dominus, excepta dilapidatione.*

25 *Procurator habens mandatum ad uendendum cum libera simpliciter, non potest remittere, neque donare.*

26 *Procurator habens mandatum ad vendendum, tenetur recipere pretium conuentum rei venditæ, & illud suo principali restituere, sed potest concedere tempus emptori ad soluendum.*

27 *Argumentum non procedit sumptum à maiori in mādatis, nec potest argui ex tacita mente constituentis.*

28 *Procurator cum libera non potest agere illicita, cùm in ipso mandato illicita nullatenus contineantur.*

29 *Clausula in mandato apposita cum libera in casibus in quibus mandata soleant graue præiudicium afferre, potius exprimitur ex tabellionum stylo, quàm ex mandantis voluntate.*

30 *Mandantem habuiße notitiam, & scientiam, asserenti incumbit onus probandi.*

31 *Donatio causa mortis licèt hodie nudo pacto fieri posSit, non procedit tamen in pacto præsumpto, ne duo concurrant specialia.*

32 *Iuri protomiseos, seu congrui renunciari non potest per procuratorem habentem mandatum cum libero arbitrio, & numero supra 20. cum alijs sequentibus.*

## OPINIO DCCCXXX.



1 STATVTVM disponens, quòd vicinus præferatur cuilibet emptori in emptione rei immobilis, limitatur primò locum non obtinere vbicunque via publica extaret, reperireturque in medio: secundùm Bal. in trac de iure protomiseos, licèt & malè quidem Barth. Cæpol. in tit. de ripa asseueret contrarium.

2 Et quòd uera sit Bal. opinio, ostenditur hac viuaci ratione. Nam vicinus fundus dicitur, qui ad unguem cohҫret, non autem si reperiatur via in medio. l. 4. §. hoc iudicium. ff. finium regun. & ibi Bar. & alij, & eidem sententiæ Bald. inhæret etiam Marc. Mant. in tract. de iure protomiseos quæst. 10. ubi illam ab omnibus contrariis tuetur, atque ueriorem esse enunciat.

3 Cæterùm vbicunque via vicinalis extaret in medio, tunc vicinus indubitanter quidem posset agere iure congrui, & protomiseos, non obstante huiusmodi vicinali via: Et sic ipsa via vicinalis nullatenus impedire videtur ius congrui: secundùm Afflict. decis. 62. per magnam Curiā Vicariæ, vbi mentionem facit aliàs ita iudicatū extitisse in Sacro Concilio.

4 Quod interpretatur de plano procedere ibi Vrsillus in add. sub num. 1. & seq. vbicunque cōstaret viam ipsam constructam fore à vicinis; aliàs hoc nō apparente, via vicinalis haberet vim publicæ viæ, & tunc vtique cessaret prælibatum ius congrui in via uicinali, quemadmodum & in publica Sed curiositas hæc mihi non arridet, & eam penitus periculosam esse non me præterit. Nam in præsenti casu non consideratur vtrum à vicinis via vicinalis confecta, constitutaque sit, verùm solummodò attenditur, vt accessus per eam pateat uicinis, & non aliis. Vndè hoc stante satis planè colligitur viam esse vicinalem absq; aliqua alia ostensione, & uerificatione, vt illa uia vicinalis sumptibus priuatorum, & vicinorum constituta sit.

5 Itaque hæc limitatio, & restrictio omninò destruitur ex definitione viæ vicinalis tradita à lege. Nam uia uicinalis illa quippè dicitur, ob quam accessus vicinis patet, & non aliis, & exit ad vicinorum prædia duntaxat, & non ad viam publicam: & sic uicinales uiæ ipsæ sunt, quæ in uicis reperiuntur, & in vicos ducunt. l. 2. sub §. si quis nemine prohibente, uers. Viæ autem publicæ. ff. ne quid in loco publico, & notat Bal. cons. 385. ex quadam scriptura orta est, num. 2. vol. 5. Ergò eo ipso, quòd colligitur uiam esse uicinalem, attenta eius natura, & situatione, non posset aliter dici illam sumpsisse uim publicæ uiæ.

6 Et licèt aliquādo naturā uia uicinalis publicæ uiҫ assumat, ut qn̄ illҫ non collatione priuatorum refectæ sint; et ubicunque etiam collatione

priua-

priuatorum, sed non extet memoria: tamen tūc non diceretur publica uia: vt firmat Glos. in d. l. 2. §. si quis nemine prohibente, in uer. Publicas. Vndè ex definitione uię uicinalis supra tradita, & ex authoritate Gloss. prememoratæ, apparet nullatenus posse procedere opin. Vrsilli in loco præcitato.

7 Secundò recipit etiam interpretationem statutum memoratum in datione in solutum ultrò emanata alicuius rei stabilis, id est necessitate urgente, & sic pro debito. Nam res ipsa in solutum data spontè creditori pro suo credito à debitore, à propinquioribus retrahi nequiret; imò tunc ius retractus vigore præmemorati statuti, seu constitutionis Regni sancimus, locum non sortiretur: ut firmauere Spec. in tit. de emptio. & vendit. §. nunc dicendum, & ibi Ioan. And. in addit. Franc. Aret. cons. 123. Alex. consil. 52. uol. 1. Lucas de Penna in l. 3. colum. 2. C. de præd. curia. lib. 10. Neapod. in 1. constit. sub tit. de iure congrui in Glos. in uer. Emit, colum. 3. & Afflict. in tract. de iure protomiseos. §. 3. nume. 16. ubi planè exprimit ita practicari. & eidem opinioni disputando videtur accedere quoque Marc. Man. in d. tract. de iure protomiseos, quæstio. 1. fol. par uo 21. & seq. vbi accuratissimè quidem remouet omnia obstacula vrgentia pro contraria parte. & eidem sententiæ adstipulatur itidem Tiraq. cum magna Scribentium Illustrium cohorte co acceruata per eum, in tract. de vtroque retract. in
Cōis §. 1. Glo. 14. num. 5. & ista est concors, & commu
opin. nis opinio, vt aperte constat ex numero tam probatissimorum authorum.

¶ Quæ profectò ratione non caret: quoniam prçcitata constitutio sancimus, cùm odium contineat, eò quòd ad rescindendum contractum tendat, quem tamen partium voluntate finitū, imperiali, seu regio rescripto, extingui non oportet. l. causas. C. de transact.

¶ Idcircò non extendēda de uenditione, quę actus voluntarius reputatur ad dationem in solutum necessariam. l. rem legatam. ff. de adimē. lega. Vnde cùm constitutio ipsa sancimus, loquatur solummodò in alienatione per uenditionē, uel per emphyteosim, uel per locationem, tanquàm odiosa, & stricti iuris, non deberet excedere proprium casum. l. quicquid astringendę. ff. de uer. oblig. & in c. in nostra, de iniur. & firmat Alex. in dicto consil. 52. num. 4. Et præsertim cùm tendat ad contractus rescissionem, quod etiam odiosum est. l. si diuersa. C. de transact. Præterea ipsa datio in solutum fit ex necessitate, ad euitandum potissimùm expensas litis, ad euitandum quoque ingratitudinē, & opprobrium redundans ex non solutione debiti: inspecto tamē statu, & tempore transacto ipsius debiti, & denique ad subterfugiendum acclamationes satellitum in exequendo. Et nihilominus d. constitutio sancimus, in præsenti materia loquens, debet intelligi in alienatione voluntaria: ut not. in l. quemadmodum. C. de agric. & censi. lib. 10. & per Roma. cons. 117.

8 Et esto quòd isthæc datio in solutum dici posset uoluntaria: tamen solutio quæ fieret mediante ipsa datione in solutum necessaria quippè foret: vt per Cephal. consil. 125. uol. 1. & per Rolan. à Valle cons. 21. volum. 1. Stante igitur, quòd debitor uigore contractus, & obligationis potuerit res suas immobiles in solutum tradere loco pecuniarum promissarum in ipso contractu, & hoc fuerit in eius arbitrio, uidelicet, vel pecunias, uel bona dare: secundùm Dec. consil. 12. & Soc. Iun. cons. 41. vol. 3. cessaret vtique omnis fraus, quę fortè pręsumi posset.

¶ Et licèt Tiraq. in dicto §. 1. Glos. 14. & Corasi. in miscellan. iuris ciuilis, lib. 3. cap. 3. numero 2. & seq. admittant præmissam opinionem procedere tantummodò in datione in solutum necessaria cum interpositione decreti iudicis: tamen consideratio, seu curiositas istorum Doctorum penitus inutilis, & impossibilis omninò redditur.

9 Nam datio in solutum non fit officio iudicis, sed potius adiudicario solet fieri ex iudicis decreto: Ideò datio in solutum de iure appellatur, quando debitor sponte creditori dat rem pro aliquo debito. l. pretij. C. de rescin. uen. Quādo uerò assignatur res debitoris iudicialiter creditori, res illa adiudicatur creditori. l. à Diuo Pio. §. si pignori, de re iud.

¶ Nec obstare videtur illud principale fundamentum pro contraria parte adductū, quòd appellatione alienationis contineatur omnis species, per quam dominium transfertur, & sic ipsa datio in solutum: vt in cap. 1. de alie. feud. pat. & c. nullum, de reb. eccle. non alienan. quia hoc procederet, quando probatum foret, quòd cōsuetudo generaliter disponeret alienationes fieri. Sed cùm prælibata cōstitutio sancimus, loquatur, & disponat super venditione, non extenditur quippè ad dationem in solutum, uel ad alium casum similem, etiam si eadem ratio militaret, quod fortius procedit in casu isto, ex quo est contra ius commune, & contra ius quæsitum tertio, & in eius præiudicium. Et ubicunque tractatur de præiudicio alterius, nedum nō fit extensio, sed restrictio fit impropriando uerba. Bart. in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliberan. & ibi etiam Alex.

¶ Imò toleratur tunc, quòd uerba nil operarentur: vt fusissimè per Moder. Canonist. in c. 1. de rescrip. in 6. cum similibus, & est Glo. in cap. imperialem, in princ. de prohib. alien. feud. per Fed. quòd licentia de alienando in inuestitura concessa, quia est contra naturam feudi, restringitur quantum est possibile. Et cùm alia obstacula adducta in contrarium parùm, aut nihil urgeant; & tanto magis cùm sufficiant responsiones traditæ per Marc. Manr. in d. tract. de iure protomiseos in 1. quęst. & per Alex. in d. cōs. 52. vol. 1.

vol. 1. vbi ita affabrè in propriis terminis consuluit: non auderem vnquàm me opponere contra torrente m tam Illustrium Doct. præcitatorum. Concurro itaque ex his rationibus, & authoritatibus antesignatis cum ipsa sacrosancta, & communi opinione superius roborata, quòd ex allegata datione in solutum sicuti voluntaria, & solutione necessaria emanata ad fauorem creditoris non competere vicino rei tra ditæ in solutum ius congrui.

10 Tertiò claudicat etiam antedictum statutum, ut illud minimè locum obtineat in seruitutibus accedendi, & recedendi. Nam seruitutes ipsæ nullatenus connumerantur inter res immobiles: & consequenter domini ipsarum ex eis non obtinent ius congrui ad alias res, per quas tales seruitutes habent.

11 Et primò, quia d. constitutio sancimus: est correctoria iuris communis, & per consequens odiosa, & strictè intelligenda: prout frequentiori Doctorum calculo teneri ait Tiraq. in præfat. retract. municipalis, num. 60. & sequen. ubi id tenentes exprimit esse ætate, numero, & authoritate superiores, inter quos Illustris Afflict. noster, Bal. & Moder. omnes in d. constitu. sancimus id asseuerant, ita vt de hoc non sit vllo pacto dubitandum.

*Cõis opin.*

12 Vndè concludendum est, quòd uigore ipsius seruitutis eundi, existente alia re immobili vicina, non potest vicinus prætendere ius congrui. Nam d. constitutio sancimus, loquitur, & sic omnes Doct. ibi intelligunt, de re immobili, ut ipsius uerba sonant: at hæc seruitus eundi per se considerata, & propriè uti consideranda uenit in casu d. constitutionis sancimus, contra ius commune non potest ullo modò dici immobilis: ergò non comprehenditur in præsenti facti specie.

13 Et quòd ita considerata ipsa seruitus non sit immobilis, firmat Panor. in cap. nulli. colum. 3. uersic. Quid autem in seruitutibus, de reb. eccle. non alien. cui innititur Alexan. cons. 52. numero 3. uolum. 1. & Tiraquel. in loco præcitato. §. 1. gloss. 5. numero 1. & gloss. 7. numer. 58. ubi prorumpit, quòd propriè ipsæ seruitutes nõ possunt dici immobiles.

14 Et primò hoc ideò est. Nam seruitutes non possidentur, sed quasi possidentur. ita Specul. de empt. & uendit. §. 1. vers. Primò autem, & Bartol. in l. seruitutes *la grande*. in 1. opposit. ff. de seruit.

15 Imò seruitus dici potest quoque ius coquendi panem in furno alieno: vt uoluit Bal. in l. penult. colum. 3. uersic. Item si debeas. C. de conditio. insert. Vndè si habens seruitutem istam, prætenderet ex hac ratione habere ius congrui, fatuus absque dubio aliquo reputaretur. Nam non ualeret consequentia, habet quis seruitutem, ergò & ius congrui.

16 Imò itidem seruitus viæ promitti posset per non habentem fundum: secundùm Alex. in l. non existimo. ff. de uerbor. obliga. per l. hæredes. 5. an ea. ff. de constit. pec. itaque ex mera seruitute non conceditur ius congrui.

17 Secundò ad hoc, vt agens iure congrui possit obtinere, necesse est, quòd rem collateralem habeat, & ipsius rei sit dominus: vt loquitur d. constit. sancimus, ubi Bald. in princ. asseuerans, illud competere marito ratione rei dotalis, cùm sit dominus, per l. doce ancillam. C. de rei vend. & Afflic. inibi etiam. §. 1. numero 36. & seq. & ante num. 41.

18 Et habens ius hoc eundi per aliquam domum seu fundum, non est dominus illius soli per quod transit, ex quo remanet in dominio illius, cuius est prædium seruiens. per text. apertum in l. loci corpus, in princip. ff si seruit. vendic. & in l. 2. §. viæ priuatę solum. ff. ne quid in loco publico. ergò deficit actio, cùm hoc substantiale requisitum deficiat.

19 Tertiò dubium non est, quòd habens vsum fructum in aliqua re minùs ius habet, quàm vsufructuarius Quia habens ius eundi ad domum, seu prædium, uidetur vsum habere, quod minùs est. Sed usufructuarius alicuius fundi nõ potest agere iure congrui: ex quo res fructuaria nõ est fructuarij: ergò multo minùs aget habens tantùm vsum. ut ita affabrè concludit Afflict. in d. constit. sancimus. §. 1. num. 37. referens ita tenere etiam Sebastianum Neapo. ibi. & ita me patrocinante extitit iudicatum in anno 1577. per Magnificum D. Capitaneum Terræ Collis secati ex voto, & consilio Excellentis D. Ioannis Vincentij Burri ciuis mei sui auditoris, in causa iuris congrui mota per Reuerendũ D. Fœlitianum contra Franciscum Ansonij de eadem Terra super stabulo, in quo rem nullam collateralem habebat, sed tantùm uigore transitus, & iuris eundi per ipsum stabulum ad aliud suum stabulum remotum, & non coniunctum, ut ei ob hoc nullum competeret ius congrui.

20 Quartò choarctatur etiam statutum antedictum non procedere ubicunque esset constitutus procurator etiam cum libera, ut tunc illud minimè extendatur ad cedendum, & renunciandum iuri protomiseos nondum nato. Et primò hoc iustificatur ea ratione. Nam hic agitur de contractu mandati, qui est bonæ fidei. §. actionum institu. de actio. Nec potest extendi, nisi de uerisimili mente mandantis. Quia aliàs fines mandati diligenter obseruandi sunt. l. diligenter. ff. mandat. Nec procurator potest facultatem, authoritatemuè prætendere, nisi quatenus ex uerbis mandati appareat sibi concessa. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de recep. arb. & qui arbi. recip.

21 Secundò habens mandatum in principali, non censetur habere in accessorio, quòd potest expediri sine principali: secundùm Paul. Castr. con-

consilio 12.volum. 1. Vndè constat procuratorem non posse præiudicium inferre suo principali aliter, quàm loquatur mandatum, & consequenter super ipso accessorio, & iure congrui.

22 Tertiò cùm in obligatione facta per procuratorem non exprimantur,nec exprimi possint causæ, ob quas obligari uoluerit ad cedendum prædicto iuri congrui: ideò obligatio ueluti indiscreta,& sine causa non subsistit. l. 2. §. circa. ff. de doli mali excep.& c.si cautio,de fid. instru. cum aliis per Alexan. adductis consilio 13. colum.1.uolum. 1.& consil. 18.colum.2.uolu. 4.& conferunt plura per Marsil.citata in rubric.numero 90.C.de probat. & per Parif. consilio 96. numero 8.vol.3.& præter eos Bald.in l.2.§.creditum,colum. 1.ff.si cert petat & Anchar. consilio 330.aliàs 331.visa facti,col.2.

23 Et ratio est, quia ubi non exprimitur causa, ibi præsumitur error, qui excludit consensum l.si per errorem.ff.de iurisdict. om. iud. ita Abb.& Fely.in c.si cautio circa princ.

24 Quartò habens plenum mandatum; seu cum libera,etiam potest omnia, quę potest dominus,excepta dilapidatione: vt uoluit Barto. in l.qui Romæ.§.Callimachus.ff.de uerb. oblig. & planè colligitur ex not.per Barto.Bald.Ang.

Cōis opin. Saly.Alexan.& alios uniuersaliter in l.si procurator.C.de procurat.Itaque stante,quòd procurator dilapidat expressè ex cessione facta pueriliter absque causa, ac nulla recepta pecunia, seu præmio actus in præiudicium sui principalis nullatenus ea subsistere potest.

25 Quintò habens mandatum ad uendendum cum libero arbitrio simpliciter minimè potest tunc remittere,neque donare:ut not.in l. procurator cui generaliter,& ibi Glos.& Doct. ff. de procurat.& l filius. item uideamus.ff. de don. l.13.§.planè.ff.quod ui,aut clam.

26 Imò procurator ipse si benè uenderet bona constituentis,tenetur recipere pretium conuentum rei uenditæ,& restituere illud suo principali:& solummodò authoritate sibi tradita in mãdato potest prorogare terminum solutionis. teste Barto. per illum text. in d. § Callimachus in

Cōis opin. fin. ubi hoc Doct communiter sequuntur,& pręsertim Alex.colum.3.& sic procurator ipse tunc potest concedere tempus ad soluendum.

27 Sexto fines mandati non debent pręteriri: & in mandatis,& facultatibus alicui concessis non procedit argumentum sumptum à maiori,nec potest argui ex tacita mente constituentis.ut c.cui de non sacerdotali, & c.quamuis cū ibi not.de præben.in 6.

28 Septimò in generali mandato cùm libera non continentur illicita:secundùm Barto. & alios,pręsertimque Illustrissimum D.Card.Alba num in l.si procurator ff.de cond.indeb.

29 Octauò stante,quòd talis cessio de iure congrui tendat in pręiudicium mandantis prælibata clausula cum libera apposita in mandato nō obtinet locum in præsenti casu.Nam in his,quæ solent graue damnum mandara afferre,clausula hæc,potius ex tabellionum stylo,quàm mandantis uoluntate exprimitur, non habet eam uim,vt speciale mandatum inducat;& sic clausula præmissa apponitur tunc absque consensu mandantis, & eo prorsus ignorante: vt utiliter aduertit Couarru. cum aliis choaceruatis per eum in rubric. de testamen. in 2. part. sub numero 14.

30 Et ulterius afferenti mandantem habuisse notitiam,& scientiam incumbit onus probandi.c.1.de constit.in 6.l. uerius.ff.de probat.l.fin. ff.pro suo,Glos.in cap.statutum in princ.in uer. Lucratur,de rescript. Alexan. consil.o 135. colum.1.uol. 7.

31 Item in simili concludendum uidetur in donatione causa mortis,quę etiam hodie nudo pacto fieri potest.Gloss.in l.cùm pater.§. Mœuio. ff.de leg.2.Bald.in l.cùm uirum.colum.1.C. de fideicom.Ias.in l.2.ff.de leg.1. Quod non procedat in pacto præsumpto,eadem ratione. ne duo concurrant specialia. uoluit Aret. in dicta l. 2. Dec.in l.semper qui non prohibet, colum. 1. ff. de reg.iur.& conf.245. in causa, in 2.dubio, & Corne.conf.254.col.3.uol.1.

32 Et ex his itaque me patrocinante in anno 1573. ita iudicauit Excellentissimus D. Triultius Gualderius Vrbeuetanus, tunc Auditor Serenissimæ D.Margaritæ de Austria ad fauorem Notarij Nardi Pallutij de Terra Montis Regalis,vt mandatum factum cum libera per eum in personam Ioannis Tudini non extenderetur ad cedendum, seu renunciandum iuri congrui, & protomiseos: & cùm ipse procurator illicita egerit contra formam mandati meritò non potuit constituenti inferre pręiudicium quantum uis minimum. Et ideò fuit sententialiter prędicta cessio iuris congrui declarata nulla, & inualida:& postmodum eandem sententiam per iudicem ad quem in eodemmet anno confirmatam uidi.

## SVMMARIVM.

1 *LEX, vel statutum per non usum tollitur, secundùm vnam communem opinionem, licèt contraria opinio sit magis communis, quòd solùm per desuetudinem nunquam tollatur lex.*

2 *Statutum per solum non vsum, etiam spatio mille annorum nunquam tollitur.*

3 *Statutum per non obseruantiam, & contrariam consuetudinem abrogatur.*

4 *Statuti non usum alleganti incumbit onus probandi.*

4 *Allegari, & probari debet id quod facit ad victoriam reportandam.*

6 *Allegans tenetur probare quod allegat.*

7 *Præscriptio contra legem per contrarium vsum infra quantum tempus inducatur, remissiuè.*

8 *Pri-*

8 *Priuilegium continens actum reiterabilem per contrarium usum perditur spa tio triginta annorum.*

9 *Statutum, seu lex vt tollatur per contrarium vsum, necessariò requiritur, ut vsus ipse obtineatur in contradictorio iudicio, uel scientibus, & non contradicentibus dominis.*

## OPINIO DCCCXXXI.

1 STATVTVM, seu constitutio Sancimus, concedens vicinis ius congrui, non vendicat aliter sibi locum in aliquibus locis Regni, in quibus illa non extiterit usu recepta, & per desuetudinem antiquata. Nam ipsa lex per non usum tolli uidetur. §. primo. in authen. de hæredibus & Falcid. ibi: Sed quoniam ita positas leges iam neglectas uenimus reparare. & §. quibus, iu 1. constit. C. ibi, ab illis, quæ in desuetudinem abierunt. & ita firmat Alexã. consil. 6. uiso themare, num. 2. uolu. 1. vbi nunciat istam esse communem opinionem: cui accedit per quamplurima fundamenta Ioan. Igne. in repet. l. necessarius. §. non aliàs, n. 122. ff. ad Sylla. & Rolã. à Valle in trac. de lucro dotis q. 99. Proponitur.

Cōis opin.

¶ In contrariam uerò partem, uidelicet, quòd per non usum non tollatur lex modo aliquo, inclinauit Cyn. in l. 2. C. quæ sit longa consuet. Doct. omnes uniuersaliter in l. rem non nouam. C. de iudic. & in l. falso. C. de diuer. rescrip. Aret. magistraliter in procem. instit. in §. igitur, num. 2. cum aliis sequen. And. de Iser. in princ. libri feud. num. 20. & in c. si rusticus de pace tenend. & eius violat. Afflict. in d. const. sancimus, de iure congrui. c. 1. §. scriptum, in 1. not. ad fin. Alber. Brun. consil. 99. Alex. consil. 45. nume. 5. & consil. 196. num. 15. uol. 2. Fely. in c. 1. colum. 4. & seq. de treuga, & pace, & Pet. Rauen. in tract. de consuet. sectione 4. nu. 58. & seq.

Cōis opin.

2 Et sic præcitati Doct. concludunt etiam, quòd si per mille annos statutum, seu d. constit. sancimus. non extitisset obseruata, quia casus non contigisset, non propterea tolleretur d. constit. vt firmat etiam, & probat Ioan. de Amicis consil. 1. num. 43. & seq. Rocch. Curt. in c. fin. cum ceteris congestis per eum, sessione 4. num. 76. de consuet. & Chis. decis. 177.

¶ Et dum esset mota lis in Curia nostra Aquilana, in anno 1555. per Gabrielem Grasciã contra Iacobum Colettæ tanquàm emptorem cuiusdam uiridarij contigui, & collateralis rebus suis, & oppositum extitisset per DD. Aduocatos ipsius Iacobi, non mediocris equidem auctoritatis, d. constit. sancimus, non fuisse in patria nostra usu receptam, ac illam in desuetudinem habiisse, fundando se in doctrina Alex. in d. consil. 96. & sequacium: tamen hoc non obstã te, prolata extitit tunc sententia in eadem Curia Aquilana ad fauorem præd icti Gabrielis, patrocinante pro eo D. Paschali Turcanico cõpatriota meo maximo practico: quòd non obstante desuetudine allegata, eidem Gabrieli cõ peteret ius congrui in memorato horto. Quæ quidem sententia extitit postmodum seruatis seruandis confirmata in magna Curia Vicariæ, et denique introducta causa hac per remediũ appellationis in Sacro Regio Concilio, eaque trutinata, & facta discussione, me præsente, iutium ambarum partium per principales Illustres Docto. Neapolitanos, in anno 1559. uidi eandem sententiam hisce oculis in ipso Sacro Concilio confirmatam, & approbatam. Et exin de in posterum, dictum ius congrui semper extitit, & extat in uiridi obseruantia, quamuis antea penitus esset incognitum: sed ex patrocinio supradicti Domini Paschalis Aduocati cępit esse in usu, & quotidie vtitur tam in hac Ciuitate, quàm etiam in eius comitatu.

3 Et de hoc mirandum non est. Nam opinio præmemorata, quòd per non usum tollatur lex, procedit absque scrupulo aliquo, ubicunque in illo non usu implicitus sit contrarius usus: tunc enim lex nũquàm tollit̃ p desuetudinẽ, sed per cõtrariam cõsuetudinẽ sic. ita Bal. in l. non recepti tia. C. de constit. pecun. Ioan. And. & alij Canonistæ omnes in cap. Ioannes, de cler. coniug. Cyn. & cæteri omnes unanimiter, & concorditer in l. fin. C. de iure dom. impe. Glo. Bar. Alex. & reliqui in l. de quibus. ff. de legib. Bartol. in procem. Digestorum. §. anteã, Ioan. de Amicis in d. consil. 1. num. 43. Bertran. consi. 255. existimo sub correctione, sub num. 6. vol. 6. August. Bero. cons. 173. in causa nobilium de Gonzaga, num. 29. uol. 1. & Roderic. Suares in suis allegat. in procemio fori, post allegat. 28. num. 4. cũ aliis seq. fol. par. 329. ubi ad corroborationem, & clariorem intelligentiam præsentis communis opinionis plurima exempla recensuit. Cōis opin.

4 Vndè alleganti non usum statuti incumbit onus probandi, postquàm redactum est in uolumine statutorum: secundùm Mis. decis. 170.

5 Quia omne id, quod facit ad uictoriam reportandam, allegari, & probari debet. l. si adulterium cum incestu. §. item Pollioni. ff. de adult. l. cùm allegas, de usuris. l. 1. & 2. C. de iure hast. fisl. lib. 10. & Ang. in l. nemo carcerem, char. pen. C. de exact. trib. lib. 10.

6 Et quòd allegans teneatur probare quod allegat, est tex. in l. actor. C. de prob. & ibi Cyn. Bar. Bal. & alij omnes.

7 Sed intra quantum tempus præscribatur contra legem per contrarium vsum, uide Doct. explicantes, & simul resoluentes in d. cap. 1. de treuga, & pace, & per Marc. Ant. Bauer. in rubr. instit. de testamen. num. 11. Balb. in trac. de præscrip. in 5. par. 5. partis principalis, quæst. 10. & August. Bero. consil. 137. consideratis diligenter in hac causa, nu. 35. vol. 3.

8 Et

8 Et quemadmodum præscriptio contra legē infra aliquale stabilitum tempus inducitur: ita pariformiter etiam priuilegium alicui concessum continens actum reiterabilem, per contrarium vsum perderetur, vbicunque per triginta annos continuè, pacificè, & sine lite cōtrarium seruatum fuisset: secundùm Innoc. Card. Ant. Butr. Abb. & alios omnes vniuersaliter in c. accedentibus, per tex. ibi, extra de priuileg. & in c. cùm accessissent, de constit. Alex. cons. 33. ponderatis his quæ continentur in priuilegio, sub numero 2. cum aliis seq. volum. 5. & Zasium cō sil. 16. ordo Cisterciensis, sub num. 8. & seq. volum. 1. ubi non obscurè explicat istam esse communem opinionem.

Cōis opin.

¶ Et tunc certè priuilegium ipsum amissum, perditumque ex non usu: per vsum contrarium nunquàm reuiuiscit. l. qui res. §. aream. ff. de solut. & Grauet. cons. 322. Domina Abbatissa, num. 3.

9 Et qualis usus esse debeat, ut statutum, seu lex tollatur per contrarium vsum, explicat August. Bero. in d. cons. 173. num. 61. uol. 1. ubi cōcludit, quòd necessariò requireretur, quòd ipse contrarius vsus inductus, obtentusque esset in contradictorio iudicio, uel sciente, & non contradicente domino.

## SVMMARIVM.

1 *STATVTVM, quòd vicinus, seu agnatus valeat rem venditā retrahere oblato eodem pretio, non sortitur locum, si res ipsa fuerit simulatè uendita. Et talis simulatio probatur per tres coniecturas.*

2 *Contractus simulatus habetur pro infecto.*

3 *Simulatus contractus non dicitur contractus.*

4 *Contractus simulatus non habet ueram essentiam, & substantiam contractus: sed dicitur figuratus, seu depictus: extrinsecus enim apparet, intrinsecus nihil habet.*

5 *Contractus simulatus est ipso iure nullus, nec firmatur iuramento.*

6 *Simulatio contractus probari potest præsumptionibus, & coniecturis.*

7 *Simulationum plures species remissiuè.*

8 *Simulatio præsumitur in tribus casibus.*

9 *Præsumptiones, indicia, & coniecturæ quę nam sint probantes simulationem, residet in iudicis arbitrio.*

10 *Vicino nullum præiudicium fraudulenter afferri potest super iure congrui sibi spectante.*

11 *Peccat mortaliter contrauenicns prohibitioni legis, etiam ciuilis.*

12 *Legis præcepto obtemperat qui consultè agit.*

13 *Lex secularis est donum Dei.*

14 *Leges ciuiles nobilissimos thesauros aperiunt.*

15 *Leges seculares dicuntur emanasse diuino quodam motu, & subtilissimo animo.*

16 *Leges ciuiles diuinitus per ora Principum fuerunt promulgatę.*

17 *Imperatores Deus de cælo constituit, ut leges conderent.*

18 *Legum omnes serui sumus, ut liberi esse possimus.*

19 *Lex ciuilis, & imperialis lux est dirigens in iudicijs decernendis.*

20 *Lex nulla est, quæ aliquam rem inutilem, aut iniquam fieri uelit.*

21 *Legis virtus est imperare, uetare, permittere, & punire.*

22 *Peccatores legem ciuilem odio habent.*

23 *Pater fraudans filiū sua legitima, mortaliter peccat.*

24 *Peccat mortaliter non solùm pater fraudans filium legitima, sed etiam dans ei consilium fraudandi talem legitimam.*

25 *Filia vt sua legitima priuari possit difficilè est. Nam leges abhorrent quemlibet modum priuandi filium legitima.*

26 *Donatio omnium bonorum tanquàm inofficiosa reuocatur saltem usque ad legitimam.*

27 *Legitima prius detrahenda est, quàm legata.*

28 *Legitima detrahitur etiam ex legatis pijs.*

29 *Filius debet habere legitimam in proprietate, & vsufructu, nec potest grauari in usufructu.*

30 *Donatio facta filio per patrem propter benemerita vt ualeat, debent necessariò illa benemerita in specie probari, aliàs donatio ipsa non minuit legitimam.*

31 *Patris confessioni etiam cum iuramento non statur in preiudicium legitimę filij.*

32 *Patris confessio alienantis bona super receptione pretij non præiudicat filiis: cùm necessaria sit uera, actualis, & realis pecuniæ, & pretij numeratio.*

33 *Patris confessioni de debito simpliciter factę non preiudicat filio quò ad minuendam legitimam.*

34 *Legitima non debetur de bonis feudalibus.*

35 *Filia præsens tempore conditi testamenti paterni, & illud approbans in eo quo fuit instituta: & declarans, seu renuncians amplius non petere, non potest petere supplementum legitimæ.*

36 *Pater assignans aliqua bona præcipua alicui ex filijs suis pro exoneratione propriæ conscientiæ, quę ille ex suis laboribus, & industria acquisiuerit, religiosè agit, & alij filij conqueri non possunt prætendendo diminutionem eorum legitimæ.*

37 *Filia admittitur ad reuocandum bona alienata per patrem in fraudem suæ legitimę: secus alienata ex causa onerosa absque fraude.*

38 *Doctores leges profitentes dogmata legum dilacerare non debent, sed illa inuiolabiliter obseruare in consulendo, & aduocando ad euitandum erroris, & peccati labyrinthum.*

39 *Simulationis materia valdè utilis, & quotidiana.*

40 *Simulatio est quędā falsitatis imago, veri superficiem non autem medullam continens, & quid contractus simulatus num. 41.*

42 *Notarius rogans se de simulato instrumento, pœna falsi punitur.*

43 *Clementissimus Dominus Deus noster dissimulat bo ninum peccata propter pœnitentiam.*
44 *Simulatio est multiplex.*
45 *Simulatio tripliciter contrahi potest: prout etiam numero 46. & 47.*
48 *Differentiæ plures inter contractum simulatum, seu fictitium, & fraudulentum.*
49 *Simulatus contractus est ipso iure nullus, & fraudulentus est aliquid: & quando valeat, & teneat.*
50 *Simulatio pluribus modis probari potest. Et quando, & à quibus opponi & probari valeat. numero 63.*
51 *Simulationis exceptioni renuntiari non potest, etiam per pactum incontinenti appositum: secus si ex inter uallo: num. 52. & quando dicatur incontinenti & ex interuallo. num 53.*
54 *Simulationis exceptio opponi potest, etiam quòd in instrumento adsit clausula, omnia & singula &c. quod ampliatur & num. 55.*
56 *Statuto disponente, quòd nulla exceptio opponi possit contra instrumentum censuale, an intelligatur exclusa exceptio simulationis.*
57 *Simulationis opponens exceptionem, suam videtur detegere turpitudinem.*
58 *Iuramentum appositum in contractu simulato non ligat.*
59 *Iurans omnia & singula in instrumento contenta fuisse & esse uera, non potest opponere exceptionem simulationis parte reluctante: secus uerò tacente & patiente: quia tunc talis exceptio ualeret & noceret.*
60 *Instrumentum simulatum non venit appellatione instrumenti.*
61 *Instrumentum principale si est nullum, omnia in eo contenta redduntur inualida.*
62 *Simulatio vitiat omnem contractum, & omnem sententiam.*
64 *Regia pragmatica prohibens opponi exceptiones contra instrumentum annui census excepta solutionis, non propterea intelliguntur exclusæ exceptiones simulationis, & alia rationabiles & legitima.*
65 *Statutum prohibens opponi exceptiones contra instrumentum censuale, non intelligitur exclusa exceptio, quæ colligi potest ex forma & tenore ipsius statuti.*
66 *Statutum excludens & prohibens contra instrumentum opponi posse exceptiones, præter solutionis, non ob id intelligitur exclusa exceptio compensationis, nec exceptiones quæ incontinenti probari possent. & num. 68.*
67 *Statutum loquens de contractu, intelligitur de contractu uero & non ficto.*
69 *Statutum mandans & disponens instrumentum mandari debere executioni, intelligitur si instrumentum de iure subsistit.*
70 *Lex, seu superior tradens nobis modum aliquid facien di: modus ille habetur pro forma, & à tali forma etiam partium consensu recedi non potest. & numero 71.*
72 *Actus vitiatur, si vnum ex pluribus requisitis pro forma deficiat.*
73 *Regia pragmatica, & dispensatio super censibus est stricti iuris, & strictè debet intelligi.*

## OPINIO DCCCXXXII.



1 STATVTVM disponens, quòd agnatus, seu vicinus possit retrahere rem uenditam oblato eodem pretio, non uendicat aliter sibi locum, si res ipsa fuerit simulatè uendita: & talis simulatio, secundùm communem scholam omnium in iure Scribentium, probatur per tres coniecturas, teste Paul. Cast. cons. 74. uol. 2. *Cōis opin.*

2 Et ratio quare hoc statutum non procedit in contractu uenditionis simulato, ea est: quia simulatione gestum pro infecto haberi debet: & sic contractus simulatus habetur pro non facto, & celebrato. ita Specul. in titu. de confessionibus. §. nunc uidendum in fin. & de donat. uer. Item pone, Ripa in 5. respons. num. 28. in tit. de constitu. & Paul. Castrens. consilio 7. per l. nuda. ff. de contrahen. empt. & per l. imaginaria. ff. de regulis iuris.

3 Imò ipse contractus fictus non dicitur contractus, cùm deficiat in substantialibus. vt uoluit Ripa in d. respons. 5. num. 31. & Barto. in l. si filios. C. de reuoc. his, quæ in fraud. cred. per l. emptor. ff. de aqua pluuia arcend. & per d. l. imaginaria.

4 Et sic contractus simulatus non habet ueram essentiam, seu substantiam contractus, sed dicitur figuratus, seu depictus: extrinsecus enim apparet, intrinsecus nihil habet: secundùm Barthol. Soc. consilio 67. circa primam quæstionem, uol. 1. Rip. in d. respons. 5. numero 30. & Iaso. in §. fuerat, numero 88. institu. de actionibus.

5 Et postremò contractus iste simulatus est ipso iure nullus, & non firmatur aliter iuramento: vt concedit Gloss. in uer. Simulauit, in fin. in l. emptione. C. plus uale. quod agit. cui innituntur Bald. & alij uniuersaliter ibi. Innoc. in 7. mēbro, & Anto. Butr. in 8. membro, & alij Canonistę omnes in cap. cùm contingat, de iureiuran. Bart. & Paul. Castr. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & in l. contra leges in fin. ff. de legib. & Bal. in l. 1. circa medium. C. de oper. libert.

6 Cæterùm redeundo ad institutum nostrum, quòd simulatio contractus probari possit præsumptionibus, & coniecturis, ultra Paul. Castrē. in præcitato consilio 74. ita firmant etiam Bartol. & cæteri omnes in l. post contractum. ff. de donar. Bald. in l. 3. C. plus valere quod agitur, Corne. consilio 4. num. 2. & cons. 135. num. 34. uolum. 1. Alex. cons. 197. num. 7. uol. 7. Ias. in l. cùm ea quæ, num. 4. C. de transact. Soc. consilio 18. num. 24. uolum. 1. Afflict. in tract. de iure proto-

protomiseos.§.4.num.10.Bar.in l.pacta. C. de pact.Grauet.conf.73.num.7.Francisc.Aret.in l. is qui.ff.de acq.hæred.in princ. Dec. conf. 644. num.4.& Cephal.conf. 198.num.16.uol. 2.

7 Et licet reperiantur innumerabiles ferè species simulationum, quę probari, uerificarique consueuere per inditia,& coniecturas,quæ sparsim tractantur per Scrib. uariis in locis iuris nostri:tamen aliquæ discutiuntur, atque trutinantur per Afflict.in d.tract.de iure protomiseos.§. 4.num.10.cum aliis seq.

8 Et in tribus casibus præsumitur etiam simulatio ipsa,de quibus in l.ab Anastasio: secundũ Bal.ibi in 1.not.C.mandati.

9 Est benè uerum, quòd quænam inditia, cõiecturæ,& præsumptiones sint,probantes, inducentesque simulationem, iudicis arbitrio diiudicandum relinquitur:secundùm Bal.conf.311. uol.5. Corn.conf.346.uol.1.Aflict.decis.40.nume.19.Grauet. conf. 156.nu.14. & Cephal. in d.conf.198.num.17.uol.2.

10 Et cùm nullum admodum remedium tradi queat, quo priuari possit uicinus iure congrui: Ideò aliquos reperi peruersæ conscientię, qui fraudulenter,laborando contra propriam salutem,mediãte donatione,uel permutatione, uel aliis similib' cõtractibus simulatis,vicinis in iure congrui eis spectante præiudicium attulere.

11 Et quemadmodum fraudans uicinum iure congrui meritò peccat:quia contrauenieñs prohibitioni legis etiam ciuilis mortaliter tunc, & indubitanter peccare censetur.c.2.de maior. & obed & probatur in c.solitæ, eod.ti.& in cap. qui resistit.11.q.3.& in c.Iulianus,u.q. 3. & ita firmant Card.Abb.& cæteri omnes in d.c.2. & in c.concupiscentiam de constit.& Fely.in c. ecclesia sanctę Mariæ,num.37.cum aliis sequẽ.de constit. vbi hoc ponit pro regula cum quatuor limitationibus,& Boer.etiam in decis.1.nu.73. cum aliis seq. & ista est communis, & concors opinio, attestantibus plerisque ex memoratis Doct.cùm qua uidetur concurrere etiam cum quodam temperamento Couarru. in reg. peccatum,par.2.§.5.nu.2.& seq de reg.iu.lib. 6. & Illustris.D. Card.Albanus in conf.27. sub nu.2.

Cõis opin.

12 Quæ etiam comprobatur primò. Nam consultè agit qui præcepto legis obtemperat.l.inciuilem.C.de furtis,& l.filiæ licet. de collat.

13 Secundò fulcitur quoque,quia lex secularis est donum Dei.l.3.ff.de legib.

14 Et leges ipsæ nobilissimos aperiunt thesauros.§.nos uerò,in procem.Digestorum.

15 Imò leges ipsæ seculares dicuntur emanasse diuino quodam motu,& subtilissimo animo. l.fin. C.de præscrip.long.temp.

16 Et sic leges ciuiles diuinitus per ora Principum fuerũt promulgatę. d.l. fin.uer. Ideoque enim,& §.quia igitur,in prin.in auth.de fid. instru & c.nemo.16.q.3.

17 Et hoc est,ꝙ Deus de cœlo constituit Imperatores, vt leges conderent. d. §. quia igitur. c. quo iure.8.dist.c.si.16.q.3.Fely. in procem. Decret.in prin.& in d.c.ecclesia in iis,de const.Ab. in c.super,ne cler.uel mona.& Bal.in cons.Schismatis,colum.1.

18 Legum deniq; omnes serui sumus, vt liberi esse possimus. attestante Cicerone in orationibus.Hoc enim vinculum huius dignitatis, qua fruimur in Repub. hoc fundamentũ libertatis; hic fons æquitatis,mens, animus & consiliũ; & sententia ciuitatis posita est in legibus, vt corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine legibus, suis partibus vt neruis,ac sanguine,& membris uti non potest.

19 Et denique lex ciuilis, & Imperialis, lux est dirigens in iudiciis decernendis: ut in c. in istis temporalibus legibus,dist. 4.

20 Nam secundũ Ciceronem in ueteri rethorica.Nulla est lex,quę aliquã rẽ inutilem, aut iniquam fieri uelit;Omnia supplicia,quę à legibus proficiscuntur:culpæ,aut malitiæ uitandæ causa constitutæ sunt. Hæc igitur Imperialis lux, & lex uetat,& prohibet usuras,rapinas,furta, homicidia,falsa testimonia,iniustã occupationem alienæ rei,uenena,diuinationes,& innumera uitia, sicut patet per totum iuris ciuilis corpus.

21 Quia legis uirtus est imperare,uetare, permittere,& punire.l.legis.ff.de legib.

22 Hanc autem lucẽ,& Imperialem legẽ peccatores odiohabent, fugiunt; & declinant furtũ, rapinã,usurã,& homicidia perpetrando; occupando iniustè alienas res;falsò testificando, uenena propinando, & varias, diuersasq; fraudes ad alienam iacturam committendo.

23 Ita etiam, ut redeat sermo noster vndè fluxit,concludendũ est,ꝙ pater fraudans filiũ legitima sua similiter peccat mortaliter:secundùm Bar.in l. hæreditariũ.ff.de bo. auth.iud.possi.& Glo.in c.de his,de sepulturis, & Cle. pastoralis, de re iud.ubi ob delictũ patris filius non priuatur legitima,& l. quãdo q.s. C. ne sine iussu principis certis iudicibus liceat confiscare. vbi si deportatus,dãnatusuè de crimine capitali habeat filios,uel nepotes dimidia pars bonorũ remanebit penès filios,& cętera alia penes fiscũ,& ideò furtiuè filius ipse tunc partẽ suã abscondit non tenetur in foro conscientię. Imò quemadmodũ sanxerũt filiũ legitima fraudari nullo modo debere:ita ẽt nec tẽpore,cõditione, uel alio onere grauari.l.qm̃ in prioribus.C.de inoff. testa.

24 Vndè nõ tantũ patet fraudãs filiũ legitima mortaliter equidẽ peccat, sed ẽt dans ei cõsiliũ fraudandi huiusmodi legitimã: vt determinat Bar.in d.l.hæreditariũ,vbi meritò dãnat cõsiliũ Dy.super hoc tanquã peccati nutritiuũ; & damnat quoq; Aret.in §.itẽ si quis in fraudem, in fi. inst.de act.Io.Dilectus de arte testandi in tit.de exhæred.libe.cautela 17.& Marc.Mantua in authen.nouissima,uer.Secundò dubitate contingit.fol.par.17. C.de impub. & aliis substit.

25 Et hinc est, quòd ex omnibus remediis, & cautelis circa hoc traditis à nostris maioribus, raræ erunt, quæ non subuerti possint: cùm difficilè equidè sit priuare filiam sua legitima. vt Veronens. aduertit cautel. 21. ex eo quòd leges plurimum abhortent quemlibet modum priuandi filium legitima. teste Alex. consil. 47. num. 3. in fin. uolum. 1. & Cotta in memorali in uerb. Anima.

¶ Quare ex centum limitationibus in materia hac traditis per Vasquium ad d. l. quoniam in prioribus, meritò non potuisse cautelam seligi audacter affirmo, quæ potuisset adaptari ad priuandum filiam legitima.

26 Et primò subuerti facilè potest illa cautelà donationis omnium bonorum, quę tanquàm inofficiosa reuocatur, saltem usque ad legitimam. l. 1. & toto tit. C. de inoffic. dona. Bart. in l. Titia. §. Imperator Alexander. ff. de leg. 2.

27 Nec tuta aliter discernitur secunda cautelà prælegati faciendi: cùm prius detrahenda nempè sit legitima, quàm legata. l. fin. §. & si præfatam. C. de iur. deliberau. Alexan. consilio 175. volum. 6. Barto. in l. in quartam, quæstio. fi. ff. ad leg. Falcid. ubi Bering. nume. 118. cum concordantibus adductis per Rolan. à Valle consil. 39. num. 24. uol. 3.

28 Imò etiam de legatis piis detrahitur legitima. Alexan. consil. 45. uol. 1. in fin. Mantua in d. auth. nouissima in prin. uers. Quibus pręmissis, & uer. Nono dubitare contingit.

29 Alias uerò duas cautelas tradit Gloss. in §. prohibemus, auth. de triente, & semis. quarum una de seruis manumittendis hic non adaptatur: aliam uerò impugnat Marc. Mant. in d. authen. nouissima, uers. Restat, eandemque cautelam ponit quoque Veronens. in d. cautel. 21. Nec illa sustineri potest modo aliquo: quia filius debet habere legitimam in proprietate, & usufructu, nec potest in usufructu grauari. d. l. quoniam in prioribus. ita Ant. Gabriel. in rub. de legit. conclusio. 1. nu. 3. & Vasqui. in d. l. quoniam in prioribus, num. 454.

30 Aliam, & quinto loco tradunt cautelam Doct. ut fiat donatio filio propter benemerita, quæ tamen in specie probentur. pet notata per Bart. in l. si fortè, de castrens. pecu. & per Doct. in l si donatione. C. de collat. qui dicunt habere uinculum necessarium, pro quibus agere possit contra patrem. Grauet. consilio 165. num. 6. alias donatio propter benemerita non minuit legitimam: ut not. in authen. undè si parens. C. de inoffic. testam. quæ pariter potest impugnari. per ea, quæ tradit Pinellus in l. 1. part. 3. numero 63. uers. Infertur undecimò. C. de bo. mater. & Tiraquel. in l. si unquam, uers. Donatione largitus, nu. 20. C. de reuoc. donat.

31 Sexta colligitur cautela ex dictis, & traditis per Grauet. consilio 41. quòd pater donet filio, & asserat cum iuramento acquisita fuisse ex bonis dotalibus, uel ex industria filij, sed & hæc itidem periclitatur, cùm non stetur confessioni, assertioniq; patris, etiam cum iuramento in præiudicium legitimæ filij: secundùm Barto. in l. cùm quis decedens. §. codicillis, núm. 4. ff. de leg. 3. Afflict. in tract. de iure protomiseos. §. 4. sub nume. 11. & sequen. Iacob. Menoch. consilio 39. noua excitatur dubitatio, num. 49. & sequen. volum. 1. & Pinell. in dict. l. 1. in 3. part. sub num. 77. C. de bonis mater. Si tamen uerè probarentur, prędicta subsisterent.

32 Vndè in pręsenti casu requireretur utique actualis numeratio pecuniæ facta patri, ad euitandam quamlibet fraudis suspitionem. Nam non sufficeret patrem alienantem bona sua cõfiteri in instrumento recepisse pretium, sed necessaria foret uera, actualis, & realis pecunię, & pretij numeratio: ut firmauit Ioan. de Plat. in §. item si quis in fin. instit. de inutil. stipul. & Ias. in l. si arrogator, num. 24. ff. de adop.

33 Cùm confessio ipsa patris de debito ita simpliciter facta non præiudicaret filio modo aliquo quò ad minuendam legitimam suam. ita Spec. & ibi Ioan. And. in addi. in titu. de confess. §. nunc uidendum, Alex. consil. 45. habita super his in fin. uol. 1. & apostilla ibi in litera E, & Ias. in d. l. si arrogator, num. 25.

34 Septima potest assignari cautela, vt ex quo legitima non debetur de bonis feudalibus, Deci. cons. 269. num. 15. Paris. cons. 17. num. 30. uolu. 2. Menoch. cons. 104. num. 14. & Marc. Mant. in d. authen. nouissima, uers. Septimò dubitare contingit, uendat pater bona burgensatica, & emat feudalia: uerùm nec ista potest sustineri.

35 Octaua extàt cautela, quòd pater testetur coram filia, eique aliquam portionem titulo institutionis relinquat, & prohibeat eam amplius non petere de bonis suis, & studeat quantum possibile ei sit (& hic punctus) quòd filia præsens consentiat, & expressè testamentum approbet. ita in specie Ruin. cons. 56. nu. 9. & seq. uol. 2. Paris. cons. 1. nu. 104. uol. 3. Ant. Rubeus Alexan. cons. 73. num. 5. Soc. Iun. cons. 122. nu. 9. in fi. & nu. 21. & seq. uol. 1. cum cõcordantibus per Menoch. adductis, cons. 71. nu. 21.

36 Nona colligitur cautela, & melior cęteris ex allegatis per Graue. in cons. 165. quòd pater declaret in testamento, quòd talis filius, uel etiam omnes filij multa bona superlucrarunt corũ industria, & laboribus; undè pro exoneratione cõscientiæ suę, & ne ipsi eorum laboribus defraudẽtur, ante omnia ipsis assignat certa bona præcipua tanquàm eorum peculium aduentitium. & hãc crederem posse subsistere: dummodò ueritas opituletur. ut Cotta ostendit in d. memorali in uer. Anima, & Francis. Aret. cons. 64. uer. Venio, & ita consului in anno 1577. & aliis multis uicibus, & semper obtinui penes grauissimos, & intelligentissimos iudices.

37 Po-

37 Postremò pro nunc, & sic decima potest assignari cautela, quòd pater emancipet filios, & postmodum ipsis bona uendat præsente pecunia lucrata per ipsos filios eorum industria, eosque postea instituat in reliquis bonis, & filiam in dote assignata: & sic diminuetur legitima ipsius filiæ: ut colligitur ex allegatis per Pinell. in dicta l. 1. nume. 76. & sequen. par. 3. C. de bonis mater. & per Docto. in l. prima, & fin. C. si quid in fraud. patro. Sed & hæc cautela eodem morbo laborat: cùm non liceat patri alienare simili fuco, vt extrinsecus causa uideatur onerosa, intus uerò lucratiua contineatur donatio in fraudem filiæ: nec poterit filia excludi à iure reuocandi, constito de fraude, cùm plus ualeat quod agitur, quàm quod simulatè concipitur. ita Pinell. ubi supra, num. 77. Si uerò alienatio esset ex causa onerosa, & esset uera, & sine fraude: tunc utique filia non admitteretur ad reuocandum, per ea quæ notat Pinell. in loco præcitato.

38 Possent & multæ aliæ cautelæ tutiores in medium afferri, uerùm quia legalem philosophiam profiteor, qua cautum est ius suum unicuique tribui: ne mihi obiiciatur responsum Diocletiani Imperatoris in l. professio. C. de muner. patrimon. Professio, & desiderium tuum inter se discrepant. Nam cùm te leges profiteri proponas, legum dogmata penitus dilaceras, & contra iuris præcepta inniteris. Qua igitur fronte iuris professor in leges committet, & de iure alieno auferendo inuestigabit? non equidem sine rubore, propterea ne filij locupletentur cum iactura sororis, cui legitimæ supplementum deberi non me latet, & ne consultor fraudis fabricet in gehennam, cùm dans tale consilium peccet mortaliter tam ipse, quã pater, ut supra apertissimè conclusum extitit. Vndè ex his, & aliis iustis, rationabilibusque causis consulentes, & aduocati penitus se abstinere debent ab huiusmodi consilio. Cautelæ tamen, ut supra assignatæ, procedant, & dictę sint, dummodò ueritas ita se habeat, remoto omni dolo, fraude, fuco, & machinatione, & non aliter, nec alio modo, & ita protestor coram Deo.

¶ Et cùm nequiuerim tam breuius, & clarius, ut præsens negocium exigebat totius rei summam excussam tradere, decreui consideratè quidem, inuocato prius omnium rerum patre, ad explendam materiam simulationis apponere præsens artificiosam, & undique utilissimam quæstionem summi practici, & in legali scientia consumatissimi Domini Paschalis Turcanici vti patris colendissimi: & tanto libentius, cùm huic nostræ opinioni illud in aduocando, & consulendo maximam opem præstare possit non uereor.

QVAESTIO super statuto prohibente exceptiones, excepta solutionis, contra instrumentum annui census, an intelligatur exclusa exceptio simulationis: in qua potissimùm de interpretatione Regiæ pragmaticæ de censibus uersatur: vbi etiam dilucidè, compendiosèque simulationis materia resoluitur, Authore D. Paschali Turcanico V. I. D. Aquilano.

QVI alicuius artis uel doctrinæ scribendi genus profitetur, preludia quędam (vt exacta materiæ omninò reddatur cognitio) executioni demandare tenetur: vt cùm ibi ventum fuerit, clariorem valeant præstare intellectum. ita exordiente Caio, I.C. in l. 1. ff. de orig. iur. & Vulpiano in l. 1. ff. si cert. pet. & idem in l. 1. ff. de dolo. Quorũ sententia niueis calculis signanda, ac tãtis uiris digna, si rectè pẽderet: Migraret profectò ex hominibus inscitia, & rerum ambiguitas tolleretur; Hęc etenim prolegomena sunt illa, quæ diuinus Plato aduodum necessaria esse prædicauit; ex horum, inquit, cognitione, ambages omnes, enigmata cuncta, loca dubia, abstrusæ Scribentium mentes, Doctorum ardui explicantur conceptus, & denique tota materies digitis percalletur.

¶ Et cùm quęstionem euentilaturus essem, An stante statuto in Ciuitate prohibente omnes exceptiones opponi posse contra contractum, seu instrumentum annui census, excepta solutionis exceptione, possit simulationis ne opponi exceptio: his oibus vsurũ me fore decreui, & ante omnia propalandum esse reor.

¶ Quid sit, siue potius quomodo describatur simulatio, Fictio, siue Paliatio, ne incognita pro cognitis habeantur, iuxta vulgare illud Ciceronis in primo officiorum: Omnis enim quęstio, quę à ratione suscipitur, debet à diffinitione proficisci, vt sciatur id, de quo disputatur. vt etiam meminit Bal. in prelud. feud. nu. 8.

39 Cuius quidem simulationis materiam, valdè utilem, quotidianam, & necessariam esse dicebat idẽ qui (ut aiunt) omnia scripsit, Bal. in l. 1. num. 5. C. plus. val. quod agitur. Ideò tractanda & fauorabiliter admittenda est, iuxta terminos tex. in l. legaui. ff. de liber. leg.

¶ Secundò quotuplex sit simulatio.

¶ Tertiò quot modis contrahatur.
¶ Quartò an & quando, quomodo, & à quo opponi posit.
¶ Quinto & vltimo, vt nihil intactum remaneat, an tali exceptioni renunciari posit, sic uel nè.

40 Et quò ad primum, Simulatio est quædam falsitatis imago veri superficiem, nõ autem medullam habens: prout elici potest ex Bal. in l. & qui num. 1. C. de distract. pign. & Ias. in l. nemo potest, num. 57. cum seq. in 2. lect. ff. de leg. 1. & Ripa post ea quæ ibi allegat & congerit, in l. mutuum damus, num. 40. ff. si cert. pet. & in libr. 1. respons respon. 5. Arelatensis, nu. 30 sub tit. de constit. & statu.

41 Cùm etiam contractus ipse dicatur simulatus, qui extrinsecus est coloratus, intrinsecus uerò substantiam non habet. l. ab Anastasio, vbi Bal. C. mandati.

42 Vnde benè concindit ad hoc Rom. in eius sing. 385. Ponc quòd, vbi dicit, notarium rogantem se de simulato contractu, pœna falsi puniri. vt in c. Imperialem. §. callidis, in uers. Scriba, de prohib. feud. alien. per Frider. in vsib. feudo.
Inde Versus:
*Quod non est simulo, dissimulo quoq; quod est.*

43 Sicut clementissimus Dominus Deus noster, ob suam immensam clementiam, & infinitam misericordiam dissimulat hominum peccata propter pœnitentiam: vt Sapientiæ. c. 11. & Genes. c. 19. vbi Loth dissimulabat exire Sodomam; unde eo dissimulante Angeli apprehéderunt manus eius, ac vxoris & filiarum, & extraxerunt eos extra Ciuitatem. & hæc breuiter quò ad descriptionem simulationis.

44 Secundo uerò loco dico simulationem multiplicem esse, alia propria; alia est impropria; alia discreta, alia indiscreta; alia honesta; alia inhonesta; alia detestabilis; & alia utilis. c. utilem. 22. q. 1. de quibus omnibus breuitatis studio remissiuè me expedio & refero ad Alberic. de Rosate in eius Dictionario in uer. Simulatio, & ad Roland. à Valle, consil. 47. lib. 4. & Gloss. sing. in proœm. Consuet. Neap. in uersic. Simulationis, numero 65.

45 Tertiò alio ex tribus modis committitur simulatio; Vno modo, quando simulatur certus contractus fieri, tamen non fit vt simulatur: Et tunc uendicat sibi locum titulus. C. plus ual. quod agi. Bar. in l. si ex pretio. C. si cert. pet. & Curt. Iun. in l. iuris gentium. §. dolo, nu. 3. ff. de pactis. Et in tali casu, tam ipsi contrahentes, quàm eorum hæredes, ac etiam tertius, possunt opponere huiusce simulationis exceptionem: dummodò non allegent, & opponant eorum fraudem in eorundem utilitatem, & alterius detrimentum. tex. est apertus, in l. post mortem & ibi Scrib. ff. de adopt. & l. cùm profitearis. C de reuoc. don.

46 Alio & secundo modo contrahitur simulatio, uidelicet, quando uerè agitur, vt sic fiat: tamen agitur vt contractus ipse citò distrahatur. per tex. in l. 4. §. ab ignoto. ff. de manu. test. Et talis simulationis natura est, ut per pactum inter ipsos contrahentes agatur expressè, vt dissoluatur.

47 Tertiò & alio ultimo modo contrahitur simulatus, seu fictitius contractus, quando ex mẽte contrahentium non procedit: uidelicet, quã do agitur inter ipsas partes, ut contractus ipse sit nullus: Et tunc habet locum tex. in l. nuda. ff. de contrahen. empt. & in l. imaginaria. ff. de regul. iur. ubi Dec. & Cagnol. & tex. in l. emptor. ff. de aqua plu. arcend. Alex. in l. iurisgentium. §. pactorum. ff. de pactis & ibi etiam cæteri.

48 Sed aduertendum est qualiter inter contractum simulatum, seu fictitium, & fraudulentũ plures sunt differentiæ. Nam fraudulentus contractus est, quando fit in fraudem creditorum, seu alterius tertij; & uerè eo animo agitur, vt ualeat, & teneat vt agitur, ad hoc vt tertius decipiatur: Et tunc habet locum titulus. ff. de his, quę in fraud. cred. Et in tali casu contrahentes ipsi non possunt allegare & opponere talem simulationis exceptionem. per tex. in præall. l. cũ profitearis C. de reuoc don. ubi not.

49 Alia est etiam differentia inter prædictos contractus. Nam simulatus contractus est ipso iure nullus, & fraudulentus est aliquid; ualet & tenet quando fit in fraudem creditorum, sed obstat exceptio doli. diffusè per Bart. & Bald. in l. per diuersas, & in l. ab Anastasio. C. mandati, & multum eleganter & magistraliter Rota Rom. in decis. 484. in nouis, & in decis. 716. in antiquis, & optimè Bar. in suo eleganti consilio 65. Petrus Nicolæ, primo lib. in quibus locis prędicti Doct. tradunt ueram practicam opponendi talem simulationis exceptionem; & similiter Ang. Aret. instit. de act. in §. fuerat, num. 14. & & instit. de except. in princ. num. 28. & 40. Et ibi quoque simulatio ipsa non solum est in specie probanda, sed etiam ipsius simulationis causa.

50 Quartò pluribus probari modis potest ipsa simulatio, quamuis difficilis sit probationis, cũ fiat secretè inter ipsas partes: per scripturas, testes, inditia, argumenta, pręsumptiones, & coniecturas, quæ dicuutur legitimæ probationes. Paul. Cast. cons. 116. num. 2. lib. 1. & consil. 169. num. 4. & cons. 319 num. 3. & cons. 337. num. 1. lib. 2. & ad saturitatem per Tiraquel. in tract. de vtroque retract. Gloss. 14. §. 1. num. 55. Et in his quæ sunt difficilis probationis lex contenta tur his probationibus quæ haberi possunt, prout est simulatio. firmat Inno. in c. Michael, de fil. presbyt. & quę aliàs non admitterentur. Boer. decis. 105. Soc. in reg. 187. Alciat. in tract. de pręsumpt. reg. 3. præs. 38. Paul. Castr. cons. 327. num. 2. libr. 2. Et quæcunque sit probatio ante conclusionem fieri debet: & potest probari & opponi, tam per actorem, quàm per reum, & etiam

etiam per tertium,& eorum hæredes,per prædi ctã,& diffusè per Tiraquel. in d. tract. de utroque retract. Gloss. 2. §. 1. nu. 11. cùm seq.

51 Quinto & ultimo loco, ignorandum nõ est, qualiter huiusce simulationis exceptioni renunciari non potest. firmat Paul. Cast. in l. si falsum. C. plus ualere, num. 5. Ripa in l. nemo potest, nume. 6. ff. de leg. 1 post Bart. & alios antiquos dicit communem esse Doctorum sententiam, pactum etiam expressum in continenti appositũ non ualere de renuntiãdo tali exceptioni: cùm (ut aiunt) eadem facilitate, & ratione renuntiant, qua inducti fuerunt ad simulatè contrahendum: ut per Rip. in d. l. nemo potest. nu. 68. & per Scrib. communiter in l. 2. C. de rescin. vẽ. Cõis opin.

52 Secus si ex interuallo, vt in d. l. nemo potest ubi communiter per Scrib. habetur.

53 Et quando dicatur fieri pactum incontinenti & ex interuallo, uarij varia sentiunt; quidam asserunt ex interuallo fieri, quando aliquid fit post tres dies. per Gloss. in l. si conuenerit. la 1. ff. de pign. act. Alij asserunt, quorum opinio crebriori calculo recipitur, quòd tunc dicatur fieri incontinenti, quando eodem loco & die aliquid fit: sed si non eodem loco & tempore, tunc dicatur ex interuallo: vt copiosè per Tiraquel. in l. si vnquam, in ver. Donatione largitus, num. 119. C. de reuoc. don. per text. in l. si ex duobus. ff. de duob. reis, & in tract. de utroque retract. in tit. de retract. conuen. §. 1. Glo. 5. ubi latè in materia. Tamen alij asseruere, quòd incontinenti aliquid fieri dicatur, antequàm partes ad extraneos, diuersosque actus diuertantur; & tunc dici actum continuum. per text. in l. continuus, & ibi Scrib. ff. de uerb. oblig. Sed quicquid dicant, hoc totum in iudicis arbitrio remittendum, reponendumque arbitror: ut per Grauet. consilio 56. Ias. in l. si ita quis. §. Seia, numero 14. ff. de uerb. oblig.

54 Imò fortius si esset in contractu apposita clausula: omnia & singula in presenti instrumẽto contenta, fuisse & esse vera. qua tamen clausula non obstante simulationis opponi potest exceptio. Rip. in prælleg. l. nemo potest, in 2. fall. parte tamen contraria tacente. l. doli. §. diuersum, ubi Scribẽ. ff de dolo. Paul. Cast. in l. fi. num. 6. C. plus ualere, Dec. in l. qui pecuniam, num 4. ff. si cert. pet.

55 Nec per statutum talis exceptio tolli potest: vt asserit Ias. in d. l. nemo potest, num. 46. & 63. in 2. lect. Et hæc quò ad præludia summo digito tetigisse sufficiant pro clariori infra dicendorũ intelligentia. & ut undè digressimus redeamus.

56 An stante, dico, dicto statuto in Ciuitate, (prout extat in præsenti Regno pragmatica Regis Alphonsi primi, cum insertione dispensationis & bullæ Papæ Nicolai Quinti super censibus) dictante, nullas exceptiones opponi posse contra contractum, seu instrumentum annui cẽsus, excepta solutionis exceptione, intelligatur ne exclusa exceptio simulationis. Et primo aspectu uidebatur respondendum pro parte negatiua, ea potissimùm ratione.

57 Quia opponens exceptionem simulationis, suam uidetur detegere turpitudinem per text. & ibi Doct. in l. cùm profitearis. C. de reuoc. donat. & in cap. inter dilectos, extra de donat. ubi Cano. communiter post Gloss. Alex. consil. 36. num. 2. lib. 2. Grammat. decis. 46. & 89. & Canonistæ in cap. ad nostram, de empt. & uendi. & in c. cùm contingat, de iureiur. Paul. Castr. in d. l. fin. C. plus ualere, num. 6. & ibi alij Doct. & Ripa in prælleg. l. nemo potest, post eos quos ibi allegat, num. 75. ubi de communi testatur, per l. si creditoribus. C. de ser pig. dam. Tum etiam quia, qui omnia dicit nihil excludit. uulgata. l. Iulianus. ff. de leg. 3. Cõis opin.

¶ Quibus tamen minimè obstantibus in cõtrariam sese habere communem & receptam sententiam rationibus & causis quàmpluribus firmamus. Primò per not. doctrinam & distinc. Saly. in l. fin. C. de non num. pec. Aut pars aduersa oppugnat, aut non: Et primo casu non potest opponi, secũdo uerò casu sic. quod firmat Alex. in d. l. nemo potest, num. 16. & 17. & ibi Ioannes de Monte Forte in repet. col. 19. non obstante iuramento, nec clausula omnia, & singula fuisse, & esse uera, parte tacente opponi potest, maximè impetrata absolutione a iuramento, licèt non ea opus esset.

58 Cùm iuramentum appositum in contractu simulato non liget. Bald. in l. 1. in repet. numero 130. ff. de iureiur Fely. in c. debitores, extra eod. tit. propè fin. Glos. communiter recepta in prælle. l. fin. C. plus valere. Aug. in l. 1. C. de dote cauta. Tum etiam tale iuramentum non habeat aliquid consensus. multa congerit in materia ipsa Afflict. in rub. de defens. impon. rub. 15. num. 14. in 1. parte.

59 Vbi approbat, quòd si quis iurat omnia & singula in instrumento contenta esse uera, non potest opponere, seu allegare simulationis exceptionem: si tamen ipsam allegat, seu opponit, & pars contraria passa fuit recipi probationes super dicta opposita simulatione, ualet, & tenet, & nocet. Ias. in d. l. nemo potest, num. 47. in prima lect. post antiquos ibi. Et in hoc Doctores iuuenes, qui si non multa legerunt de facili decipiuntur. Gloss. & Doct. in præal. l. emptor. ff. de aqua pluu. arcend. iuxta illud, multa prohibentur fieri, quæ tamen facta tenent. Alex. consil. 77. nume. 13. lib. 2. Ripa in d. l. nemo potest, num. 65. cum aliis seq. in 2. limit. in quibus locis de communi testatur contra Bart. contrarium tenentem in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam. Fely. in c. ex parte, il 2. extr. de offic. deleg. ubi de d. cõmuni similiter testatur. Cõis opin.

60 Et intantùm quòd instrumentum simulatum non uenit appellatione instrumenti, & in

non

non expressis nequit fieri executio. Tiraquel. in tract. de utroque retract. Gloss. 2. §. 1. nume. 11. enm seq. nbi multa cumulat ad punctum faciẽtia, & Bal. in l. fin. §. in compntatione. C. de iure delib. Fely. & Dec. in c. ex parte, nnm. 12. in 20. & 28. fall. de offic. deleg. post Benedic. de Barziis Perusinum in eius tract. de quarantigia.

¶ Et insuper instrumentum de cuius simulatione constat non prodest. Bal. in l. quamuis. C. si quis sibi nel alt. & per Scrib. in l. generaliter. C. de fide inst.

61 Et si instrumentum principale est nullum, omnia & singula in eo contenta, tanquàm accessoria sunt similiter nulla, eùm habeant originem ab illa radice, infecta sunt omnia. Guid. Papæ decis. ult. Grammat. cons. 1. in fine suarum decis. inserto, ferè per totum.

¶ Firmat etiam Curt. Iun. in l. si quis in eonscribendo, num. 20. C. de pactis, & in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. uend. quòd si principale instrumentum est nullum, omnes clausulæ in eo appositæ sunt similiter nullæ. qđ probat Afflict. in constit. constitutionem diuæ memoriæ, circa princ. & num. 54. & in pluribus locis ibi, rub. 5. parte 3. & per Scrib. in l. non dubium. C. de leg. Hipoly. de Marsil. sing. 327. Nec amplius instrumenti nomen retinet, & habetur pro non facto: ut per Specul. in tit. de confess. §. nunc uidendum. Et est tanquàm depictum in pariete, & corpus sine anima. Bal. in præall. l. 1. num. 7. C. plus ual. quod agi.

62 Nec etiam dubitandum est simulationem vitiare omnia, compromissum, laudum, transactionem, sententiam, & omnem alium contractum. Bal. in d. l. 1. post Bart. in l. per diuersas, & in l. ab Anastasio. C. mand. attento maximè ꝙ tale instrumentum remonet à se omnem consensum, & per consequens deficit in suo substantiali & essentia. Ias. & Curt. Iun. post antiquiores ibi, in l. eùm ea quæ. nu. 2. eum seq. C. de trãsact. Et quod nullnm est, nullum producit iuris effectum. l. 4. §. condemnatum, & ibi Bartol. ff. de re iud.

63 Et ultra prædicta simulatio ipsa pluribus & variis modis probatur. Nam si una ex partibus est simplex & ignara, altera uerò sagax, & astuta, contractus redditur proculdubio simulatus: vt per Alex. cons. 49. n. 15. lib. 4 Barth. Veronẽ. in tract. de simulatio. cõtract. simul. 9. Similiter si cõtractus celebratur in aliquo aucupio, loco occulto, & ad decipiendum apto. Veronensis. d. tract. simul. 2. Nec non quando una ex his partibus emit bona alterius, & alienat sua æque bona. Veronens. simul. 19. Ac etiam quando celebratur cum pacto de retrouendendo infra paucos dies, & multis aliis modis, de quibus diffusissimè. per præcit. Veronens. in d. suo eleganti tracta. per totum, & Ripam in d. l. nemo potest, nume. 73. eum mulris seq. ubi alij omnes.

64 Nec etiam obstat Regia pragmatica, siue summi Pontificis dispensatio, cùm prohibeat opponi exceptiones contra instrumentum annui census, excepta solutionis exceptione: eo quia exceptio simulationis nunquàm intelligitur exclusa: nec etiam omnes aliæ rationabiles & legitimæ: cùm instrumentum simulatum non retineat amplius, vt dictum est suprà, nomen instrumenti: vt habetur communiter per Canonist. in c. itẽ eùm quis. de rest. spol. Ias. in præall. l. ea quæ, & in d. l. nemo potest, in 2. lect. num. 4. Ioannes Bapt. Ferret. cons. 85. in fin. & cons. 53. num. 9. vol. 1. Carauita in ritu 228. nume. 9. & Grammat. cons. ciuili 43. & clarissimè per Ias. in l. si mihi & tibi. §. regula, num. 4. ff. de leg. 1. Alex. consil. 113. num. 8. cum seq. lib. 5. & elegãter Bart. in l. 1. §. & parui. ff. qnod ui aut clam; in quibus locis præcitati Doct. firmant per tale statutum, solùm & duntaxat excludi irrationabiles & illegitimas exceptiones, non autem legitimas & rationabiles.

65 Et alia urgenti moueor ratione: eo quia si tale statutum prohibet opponi exceptiones contra instrumentum censuale, nunquàm intelligitur excludi exceptio, quæ colligi potest ex forma, tenore, & natura ipsius statuti. quod firmat Paul. Cast. in cons. 327. lib. 2. & Albert. Brun. in cons. feud. 117. nu. 260. & Ripa in d. l. nemo potest, num. 65. & seq.

66 Et similiter si prohibet omnes exceptiones excepta solutionis: nihilominus non intelligitur exclusa exceptio compensationis. Ias. in l. eũ qui. §. si iurauero, num. 3. ff. de iniur. Ang. cons. 209. incip. quidam, Alex. consi. 12. num. 13. lib. 2. Barto. de Capua. in ritu, si qni debitores, numero 9. & Carauita in ritu 166. numero 57. eum sequen.

67 Item statutum loqnens de contractu, intelligitur de contractu uerò, non autem ficto, seu simulato. Ias. in præall. l. si mihi & tibi. & Alex. cons. 115. num. 2. lib. 2.

68 Nec tale statutum potest tollere exceptiones quæ in continenti probari possent. Alex. cõsil. 94. per totum, lib. 4. Et si prohiberet nullam posse opponi exceptionem contra instrumentũ habens execntionem patatam: tamen simnlationis non intelligitur prohibita. Ferrett. d. consil. 53. num. 9. & semper intelliguntur exclnsę exceptiones irrationabiles. Glos. communiter recepta in pręall. c. ex parte. Corset. in eius sing. 91. Paul. Cast. in l. fin. ff. de constit. pec. Et si pręsumitur contractus simulatus, præsumitur & eius quarantigia simulata. Barth. Soc. in l. 1. numero 102. ff. sol. matr. & sic si non ualet contractus, nec valet eius quarantigia vt ibi per eum.

69 Et si etiam tale statutum mandaret, & dispo neret instrumenti mandari debere executioni, intelligitur si instrumentum de iure subsistit. Bart. in l. 2. §. pręter, num. 2. ff. qui sat. cog. l. Dinus, num. 1. ff. de test. mil. Guid. Papæ decis. 43. num. 15. cum seq.

¶ Nec

¶ Nec obstant in contrarium allegata, quæ habent locum parte contraria opponente & reluctante, per supra allegata.

¶ Et adhuc insistendo super intellectu, & nero sensu illius pragmaticæ, seu dispensationis. Nã si rectè intueatur, dispensatio illa tradit nobis modum celebrandi contractum, siue instrumentum annui census.

70 Et quando lex, seu superior tradit nobis modum aliquid faciendi, modus ille habetur pro forma. Abbas in c. cùm dilecta, ext. de rescript. & Afflict. in constit. si quis in posterum, num. 2. rub. 17. in 1. parte, ex mente Bar. in l. diem proferre. §. stari. ff. de arbit.

¶ Et omnis forma à iure tradita est de substãtialibus, & essentia actus. Bal. in l. comparationes, num. 8. C. de fide instrum. & forma est illa, quæ dat esse rei. l. cùm quis. C. de iuris & fact. ignor. & l. Iulianus. §. sed & si. ff. ad exhib.

71 Et à tali forma nullatenus est recedendum, nec recedi potest etiam de communi partium consensu. Ias. in l. 1. ff. de lib. & posthu. num. 29. post eos, quos ibi allegat, & in l. stipulatio. §. si quis ita. num. 4. ff. de uerb. oblig.

72 Et si pro forma in aliquo actu plura requiruntur, uno minimo deficiente actus vitiatur, nec aliquid addi, nec diminui potest, sed præcisè obseruari debet: vt per Ias. & communiter Scriben. in l. hæc uerba. ff. de leg. 1. nu. 37. & est text. l. vniuersis. C. de precib. Imper. offer. Et notissimi iuris est, quòd forma non seruata actus est ipso iure nullus. tex. est apertus in l. si unus. C. de testam.

¶ Si ergò contractus fit aliquo ex tribus modis prædictis simulatus, fit contra formam dictæ pragmaticæ, seu dispensationis; maximè si in ipso contractu censuali interuenit læsio ultra dimidiam iusti pretij, etiam si excederet læsio ipsa decimam partem ueri pretij, non ualet, neque tenet: ut colligi potest facilè ex lectura ipsius dispensationis: & sic forma non seruata, ipso iure contractus redditur nullus; & si ualeret & teneret, prout non ualet, neque tenet, ueniret rescindendus ex remedio l. 2. C. de rescind. vend. prout firmat eleganter Ambrosius de Vignate in eius tract. de censib. super c. salubriter, extr. de usuris, post longam eius ad vtranque partem disceptationem, num. 75. & 80. ubi bis de communi testatur. & in hoc iuris puncto in eadem fuit sententia Ioannes Ant. de Nigris, super capit. Regni, in cap. Pro publici boni, nume. 25. ubi similiter de communi testatur.

Cõis opin.

73 Nam ipsa pragmatica, siue dispensatio est stricti iuris, & strictè debet intelligi, & ad vnquem obseruari in casu quo loquitur. uulgata l. quicquid astringendæ. ff. de uerb. obliga. & ibi Bart. & Doct. Grammat. decis. 92. num. 3. cum seq. & Barth. de Capua in constit. pœnam eorũ. num. 22. & in c. ab illo inchoandum, num. 12. O vtinam in celebrandis similibus contractibus cẽsualibus obseruaretur forma illius dispẽsationis, & reformationis Papæ Pij V. si obseruatur Deus scit.

¶ Sed in proposito non possum satis non admirari de practica & stylo aliquorum notariorum qua utuntur in celebrandis contractibus annui census, in quibus miscent contractum emphyteoticum: cum contractus ipsi sint contrarię, seu diuersæ naturæ, & in pluribus differant. Et primò si emphyteota ecclesię per biennium, & priuati per integrum triennium cessauerit à solutione conuenti canonis, cadit à iure suo: vt in l. 2. C. de iure emph. & anth. qui rem. C. de sacrosanct. eccles. & c. potuit, extra locati, Iul. Clar. in §. emphyteosis. q. 8. in princ. & ante eum Ias. in l. 1, num. 48. & seq. C. de iure emph. Quod nõ est in cõtractu censuali, in quo nedum per biennium seu triennium, sed etiam per mille annos non soluerit conuentum censum, nunquàm cadit à iure suo, sed census decursus semper peti potest. vt est tex. cum Gloss. in c. constitutus, in uerb. iuxtà, extra de relig. dom. ubi Cano. & Iul. Clar. in d. §. emphyteosis. q. 1. uer. Contractus autem, in fine. Ac etiam datur alia differentia inter contractus prædictos, eo quia in cõtractu emphyteotico solùm utile dominium transfertur à concedente in recipientem, & in contractu censuali non solùm utile sed etiam & directum: vndè sequitur quòd de re nostra soluamus censum, & pẽsionem de re aliena: ut meminit idẽ Iul. Clar. in pręal. §. emphyteosis. q. 1. sub præall. uers. Cõtractus autem. Alias autem differentias, & latius uide per Ias. in d. l. 1. & 2. C. de iure emphyt. & Ioan. Fab. instit. locati. in §. adeo. num. 4. & Spec. in tit. de emphy. in prin. 14. colum. num. 6. Par. de Put. in tract. de feud. reinteg. in c. & quia, num. 5. fol. 123. Melius igitur esset ipsos contractus particulariter & distinctè celebrari, & non sic mistim, & confusim, stãte eorum contrarietate: ut per Fab. in d. §. 1. numero 4. 13. & 14. Cùm duo contraria non possint esse simul uno & eodem tempore, & in eodẽ subiecto. uulgata l. 1. C. de furt. cum similibus. stante etiam maximè cùm ipsa contrarietas in ducat fraudem: ut dicebat Bal. in constit. Sanci mus, nu. 25. post prin. de iure protomiseos. Sed ad euitandum litis anfractus cautius esset, prout dixi, distinctim celebrari iuxtà formã Regiæ pragmaticæ & dispensationis antedicti Summi Pontificis Nicolai V. cum reformatione Pij V. cum omnibus aliis in talibus contractibus à iure requisitis sine onere conscientiæ. Altissimo Redemptori nostro Iesu Christo, & eius gloriosissimæ matri Virgini Mariæ, & Diuo Bernardino Protectori nostro, quẽ Redemptor ipse in vita & in morte innumeris decorauit miraculis, (vt meminit Guid. Papæ decis. 84.) laus semper honor, & gloria.

Paschalis Turcanicus Aquilanus V. I. D.

SVMMARIVM.

1 LVCRVM dotis faciens maritus ex forma statuti uenit cum fratribus communicandum post mortem communis patris, quando pater ipse sustinuisset onera matrimonij: quia lucrum ipsum respicit onera matrimonij.

2 Lucrum dotis conceditur propter onera matrimonij.

3 Pater stipulans lucrum dotis ex forma statuti pro se, & filio, uidetur donare ipsi filio.

4 Donatio inter patrem, & filium non ualet ipso iure.

5 Donatio inter patrem, & filium licèt firmetur iuramento, tamen hoc non procedit ubi traditio rei donatę secuta non sit.

6 Donatio inducta ex stipulatione facta per patrem filio lucri dotis ex forma statuti, licèt non ualeat in vita ipsius patris, tamen morte confirmatur.

7 Donatio pręsumpta facta per patrem filio contrario indicio reuocatur.

8 Donatio facta per patrem filio potest reuocari, & fieri alteri filio.

9 Donatio pręsumpta facta per patrem filio reuocatur per testamentum ipsius patris postea conditum.

10 Filiorum par affectio est, & naturalis æquitas.

11 Aequalitas inter liberos semper seruanda est.

12 Patrem hortatur lex quantum potest ad seruandam æqualitatem inter filios: quia pater non debet unum filium legitimum facere, & alterum priuignum.

13 Inequalitas parit discordiam, & inuidiam inter filios.

14 Inequalitas inter filios meritò reprobatur à lege.

15 Filius maiori dolore afficitur si pater uni fratri donet, quàm si extraneo.

16 Aequalitas vt inter filios seruetur, uoluntas testatoris interpretanda est.

17 Pater non tenetur dare in dotem tantum uni filię, quã tum alteri.

18 Donatio inter virum, & uxorem, seu inter patrem, et filium, etiam quòd sit morte confirmata, tamen dominium erat, & est patris.

19 Pater potest tacitè, & expressè reuocare ius quæsitum filio, uendendo, uel relinquendo alteri, secundùm unam opinionem, licèt altera sententia contraria, videlicèt, quòd pater feudum, seu emphyteosim receptam pro se, & filiis, non possit uni ex ipsis filijs prælegare, communis extat.

## OPINIO DCCCXXXIII.

1 STATVTVM disponens, quòd maritus lucretur, lucrarique debeat dotem vxore præcedente sine filiis, ita interpretandum venit, vt lucrum hoc cedat patri ipsius mariti, ac ei illud quæratur de iure, vbicunque maritus ipse reperiebatur sub paterna potestate tempore contractus, consumatique matrimonij, & pater sustinebat onera præsentis matrimonij: fit enim tunc peculium profectitium, tanquàm proueniens ex re patris, idest ex oneribus matrimonij, quę subit pater, & sic communicandum uenit inter filios post mortem patris: secundùm Bartol. in tract. de duobus fratribus, quæstio. 5. numero 6. Bald. in l. secunda. C. famil. ercifcun. Abb. consilio 79. colum. 2. uolum. 2. Roma. consilio 406. quæstio præsens, sub num. 1. uersic. Vltima fuit æquissima, & de iure verissima opinio. Petr. de Vbald. in tract. societ. in 5. par. princip. quæst. 12. Quod est nempè cordi tenendum, ex quo passim ab idiotis ignoratur. teste Marsil. sing. 264. & ista est æquissima, & de iure verissima opinio: vt amplè discurrit, & firmat Deci. consil. 67. circa propositum, per totum, Glos. & alij in l. quod si eo tempore. ff. pro socio, & l. dotem filio. ff. de castrens. pecul. ubi generaliter dicitur lucrum dotis respicere onera matrimonij: & hoc idem prouectiori ætate, maturioriq; iudicio tuetur, & concedit idem Dec. cons. 560. nouissimè, ubi refert sic aliàs consultum extitisse Senis.

¶ Rolan. uerò à Valle in tract. de lucro dotis in quæst. 110. An lucrum dotis, quod facit maritus, num. 1. cum aliis seq. recensuit in præsenti articulo tres alias opiniones contrarias, & resoluit materiam mediantibus aliquibus casibus, & distinctionibus recitatis inibi per eum, quibus reiectis, aliter non recedo à prædicta opinione Bart. & sequacium, tanquàm sacrosanctæ; & tanto libentius, cùm pro ea niderim hisce oculis in facti contingentia consultum doctè, & religiosè quidè, more suo, in anno 1555. per Illustrem D. Restaurum Castaldum Perusinum præceptorem meum, dum eo tempore militabam sub eius disciplina, ad fauorem D. Philippi confratris, & cohęredis D. Pernicolæ Ciuitatis Castelli.

2 Quæ quidem opinio potissimùm mihi arridet: cùm principaliter, & specialiter concedatur, assignetutque lucrum memoratum pro alimentis, gubernio, & expensis, & consequenter propter onera matrimonij: & ista est uirtualis, & communis ipsius statuti ratio. attestante Deci. in dicto consilio 560. colum. penult. & ubertim Tiraquel. in l. si vnquàm, uers. Donatione largitus, numero 175. & sequen. & num. 181. & 188. & Roland. à Valle in tract. de lucro dotis, quæst. 4. numero 10. & seq. & quæst. 82. num. 3. & quęst. 92. num. 5. & quęst. 103. num. 12. & q. 106. num. 13. & 30.

3 Et licèt vt plurimùm occurrere soleat, ut pater tempore promissionis dotis stipuletur lucrum præfatum pro se, & filio: posset facilè hæsitari ipsum lucrum hac de causa quærendum filio. Tamen pro resolutione considerandum, speculandumque foret, quòd si pater uellet hoc tantùm

tantùm filio concedere: id certè contingeret per uiam donationis de patre in filiūfamilias.l. filiæ,& ibi Gloss.C. famil.ercisců.vbi Alber.in
Cōis opin. fin.prorumpit hoc uidisse per Doct. communniter approbari:& firmat etiam Bal.in l. 1.in fin. C.per quas perso.

4 Sed isthęc donatio in uita patris non potuit ualere. Nā donatio inter patrem,& filium non ualet ipso iure.l. iubemus. §. 1. & ibi Bald. C.ad Trebel.cum aliis uulgaribus.Nec donatio hæc dici potest confirmata iuramento:cùm nullum iuramentum in præsenti casu apponat, seu pręstet pater recipiens,maximè Inter se,& filiū, sed concedens tantùm.

5 Neque etiam morte patris donatio ista dici posset confirmata. iuxtà regulam uulgarem, d.l. filiæ. Quoniam hoc non sortitur aliter locum, vbi traditio secuta non est. l. Papinianus. ff.de donatio.inter uirum,& vxor.Barto. in l. 1. C.si quis alteri,uel sibi,Bald.in authen.ex testamento.colum. 6.C.de collat.Dec.cons.239.colum.2.& cons.296.

6 Sed esto,quòd ex ipsa stipulatione facta per patrem proprij lucri filio suo inducatur donatio:vt in d.l.filiæ.C.famil.ercisc.cum Gloss. quę licèt non ualeat in uita patris,vt supra ostendimus:nihilominus tamen illa donatio morte cōfirmatur.d.l.filiæ,& l.donationes,quas.C.de donat. inter uir. & uxor. quæ nempè tunc transit in vim vltimæ uoluntatis, si lagatum: secundum Glos.1.in fin.in dicta l. filiæ: cuius opi-
Cōis opin. nio communiter, & uniuersaliter approbatur, & recipitur per Scribentes omnes. teste ibi Albet.

7 Ideò tunc ea donatio prę sumpta contrario iudicio reuocari potest: vt est text. expressus in d.l.filiæ.

8 Nam donatio facta per patrem filio potest indubitanter reuocari,& fieri alteri filio. d l.donationes quas, Bald. in authen. si quas ruinas. colum.6.C.de sacrosanct. eccle. & Alex. consil. 78.uolum.4.

9 Vndè pater conficiens testamentum,instituensque filios ęqualiter, id est unumquemque eorum in ęquali portione, reuocatur nempè eo casu prędicta prę sumpta donatio per hoc testamentū,& institutionem:ut voluit & in terminis firmauit Saly.in d. l.filię.in 2.nota. Licèt & malè ibi Bald. potius argumentando, quàm decidendo nonnullas in contrarium rationes,& argumenta adduxerit: sed rationes Saly. efficaciores discernuntur.

10 Nam naturalis ęquitas,& par affectio liberorum est.l.illud.C.commun.utri. iudic. & l. ut liberis.C.de collat.

11 Semper itaque ęqualitas inter liberos cuiuscunque qualitatis seruanda est.l. inter filios. C.famil.erciscun.l. vt liberis, & ibi Bald. C. de collat.& l.fin. C. communia utrius. iudic. Dec. consilio 339. consuluit Excellentissimus Doctor, nu. 9.& Soc.Iun.consil. 160.col. 5.uol.n.2.

12 Hortatur enim lex patrem quantùm potest ad seruandam ęqualitatem inter filios. §. illud quoque, in authen. de nuptiis, ubi Ang. asserit inibi probari illud uulgare,quòd pater non debet unum filium legitimum facere, & alterum priuignum.sequitur Dec.consil. 59. nu. 3. Rubeus, conf.6. nu. 5.

13 Nam inuidiam,& discordiam parit inęqualitas inter filios.teste Corneo consilio 13.numero 5.vol.3.

14 Proinde meritò inęqualitatem inter filios iura reprobare asseruit idem Corne.consil.289. num.7.uol.5.& Bal.in tract.de subst.§.diximus supra,num.8.

15 Et prę sertim cùm filius rectè maiori afficiatur dolore,si pater uni fratri donet,quàm si extraneo: vt in medium reserauit Aluis.de Alber. sing.7.per text.in §. & quod sępè nobis,in auth. de trient.& semiss.

16 Et hinc est,quòd uoluntas testatoris interpretanda quippè sit,ut æqualitas inter filios seruetur.l.cùm pater.§.patet pluribus.ff.de leg.2. & Alex.cons.81.uol.4.

17 Potest tamen pater dare uni filiæ pro dote plus, quàm alteri. ita Gul. de Cn. in l.cùm is.§. mulier.ff.de cond.indeb.Dec.consil. 26. Ruin. consil.56.num.9.uol.3.Ioan.Cephal.cons.280. num.12.uol.2.& Bertachin.in suo repert.in uerbo Pater dotat.& Afflict.in consti.in aliquibus, num.50.in titu.de success. filiorum Comit. vel Baronum,rub.23.in 3.parte,ubi quamplura ad punctum facientia congerit. & ad id non parū conferunt quæ dicit Paul.Cast.in l.si ita legatū. ff.de condit.& demonst.

18 Secundò esto, quòd donatio fuerit morte confirmata,ut supra docuimus:nihilominus interim dominium fuit, & erat patris. vt est text. expressus in l.sed interim.§.si vxor.ff. de donat. inter uir.& vxor. qui licèt in donatione inter uirum,& uxorem loquatur: tamen idem est inter patrem,& filium.d.l.donationes quas.

19 Et quòd pater possit exprese, & tacitè reuocare ius quęsitum filio,uendendo,& relinquē do alteri:firmat ultra prędictos Doct. Anchar. etiam consilio 132.casus talis est,Roma.consilio 35.visa facti serie, & alij congesti per Tiraquel.de utroq. retract. tit. 1. §. 2. Gloss. 6. numero 23.cum aliis sequen. qui infinita ferè adducit pro utraque parte,& Afflict.in cap.1.numero 21.de success.feud.& Ias.in l.2. quæst. 22. C.de iur.emphyt.

¶ In contrariam uerò partem uidelicet, ꝙ pater feudum, seu emphyteosim receptam pro se, & filiis non possit vni ex ipsis filiis pręlegare in præiudicium aliorum filiorum,inclinauit Alexā. consilio 8. uiis subtilissimis dubitationibus,num.15.cum aliis Doct. aggregatis per apostillam ibi in litera E, ubi non obscurè quidem deducit istam esse communem opinio- Cōis opin.
nem

nem,& Dec.consil. 239. primò non uidetur du birandum,num.6.& Iul. Clar. quoque in tract. feudorum,quæst. 40. quæro nunquid possit vasallus in suo testamento de feudo disponere, uers. Secundò infertur, quòd non poterit pater habens plures filios.

¶ Quam quidem communẽ asseuerat ibi procedere sine scrupulo aliquo in feudo antiquo,& paterno:non autem in nouo. Sed isthæc distinctio mihi non satisfacit. Nam modica differentia est inter feudum antiquum,& nouum: quia sicuti in feudo nouo non succedunt,nisi descendentes primi acquirentis inuestiti: ita in feudo antiquo,agnati,ac collaterales, qui tamen descenderunt à primo acquirente inuestito de ipso feudo.c.1.de nat.success.feud.& Ias. in tract. feud.num.83.uer.Tertia diuisio.

¶ Vndè omnes filij debent inuestiri de ipso feudo, & omnes iurare fidelitatem, non autem unus solus c 1.§.omnes,si de feud.defun.contẽ. sit inter do.& l.Imperialem de prohib. feud. alien.per Federi.per quæ iura patet,quòd nec pater possit assignare uni feudum, & alteri allodium.d.c.1.§.omnes,& argumen.l.vt iurisiurandi.§.fina. de operis liberto. & l. liberi. ff. si quid in fraud. patr. & ita concludit Ioan. Blanchi in summa feud.tit.quibus mod.feud.amit. uersic. Sed nunquid poterit pro anima, cum aliis sequentibus.

¶ Feudum enim est beneficium personarũ, quod transire debet ad omnes filios succedentes æqualiter l.1.C.de anno.trib.lib.10.

¶ Quare si aliqui filij forent minus utiles,nõ posset utique pater eligere utiliorem,& illi feudum assignare: nec etiam hoc posset facere dominus:ut in multis uerificatur articulis in quæstione,quam affabrè disputauit de hoc Pileus referens Ioan.Blanchi in d.summa feud. tit. quis ordo succ.sit.

¶ Sequitur ergò necessariò ex his, quòd omnes filij masculi æqualiter succedant: ut in §. hoc autem notandum,qui feud.dare poss. & de success. feud.in princ.& c.2.de inue.

¶ Et opinionem hanc, quòd pater etiam cũ assensu domini alienare nequeat feudum nouum ex pacto,& prouidentia receptum pro se, & filiis, firmauit etiam Bal. col. 2.& Aluar. consilium.7.in c.1. §. hoc quoque de success. feud. & Laurent. Siluan. cum magna catherua Doctorum relata per eum cons. 15. subtilia sunt dubia num.40. vbi non obscurè deducit istam esse magis communem sententiam,& Alex.quoque consil.106. viso themate instrumenti concessionis,nu.8. uol. 4. cum aliis aggregatis per Ioan.Thom. de Marinis in tract. de generibus, & qualitate feudorum tit. 3. de feud.ex pact. & prouident.nouo,sub num. 16.ubi expressè fulcitur,& sustinet strenuè quidem compluribus rationibus, & argumentis,& authoritatibus contrariam opinionem And.de Iser.in c.1.§.& si libellum,num. 10.de alien.feud. pater.

Cõis opin.

¶ Sed retenta communi opinione tanquàm sacrosancta,aduerte quòd ubicunque in inuestitura expressè conuentum,promissumque sit, quod vasallus facere posset quicquid uelit alienando, testando &c. Quod quidem pactum fieri potest cap.1.per quos fiat inuest.c.1.in fin.quan. dom. propr.priuet.& c.1.an agnat.uel fil.

¶ Quinimò vult text.in d.c.1.in fi. per quos fiat inuestit.quòd ualeat pactum appositum cõtra diffinitionem contractus,& contra eius substantiam: vt in illo §.fi.

¶ Et feudum ipsum similiter cõcedi potest, vt feudatarius de eo testari queat.c. 1. in princ. de success. feud.& qualit.olim feud.alien.pot. & ibi Bal.& Aluar.in §.donare.

¶ Et tunc utique per pactum hoc vasallus potest uendere,donare,in dotem dare, & testari:secundùm Bal.in cap.1.de feud.non habente propr. nat.feud.

¶ Nam ipsum feudum non habet propriam naturam feudi: cùm ex uerbis inuestituræ impropriata,& alterata sit natura feudi ita,& taliter, quòd vasallus testari ualeat de bonis ipsis feudalibus, dummodò in non extraneam personam:ut concedit Io.Blanchi in d. summa feud. in 3.par.in rub.quis ordo succed.sit.§. sed qualiter succedent domini,si plures sunt.

¶ Et de hoc mirandum non est,quoniam pactum adiectum in inuestitura uincit naturam feudi.l pacisci.ff.de pact. c. 1. §. præterea, quid sit inuestitura, & c. 1. de feud. non hab. propr. nat.feud. Et sic contractus ex conuentione legem accipiunt. lege prima. §. si conuenerit. ff.depo.

¶ Et pacta posse apponi in feudis, vt alteretur natura illorum, ita ut succedãt qui aliàs nõ succederent,nõ est dubium.c.præterea, quid sit inuestitura.c.1.de feud.non hab.propr.nat.feu. & c. nulla, per quos fiat inuestit.nisi forent iuri publico, vel naturæ contraria. vt in c.si duo, de inuestit.quam Titius accepit à Sempr.& c.1.de feud.non hab. propr. nat. feud. & firmat Ioan. Thom.de Marinis in tract.de generibus, & qualitate feudorum,in tit. 19. de feud. non haben. propr.feud.natur.num.8.ubi num.4 & seq.ponit etiam aliqua exempla feudi non habentis propriam naturam feudi.Et licèt hoc apertissimè intueatur in quamplurimis constitutionibus,& consuetudinibus feudalibus; nihilominùs colligitur etiam ad saturitatem usque in summa Odofr.rub.17.notandum est, quòd pacta possunt apponi. & de hoc nemo unquàm dubitauit.

¶ Et quamuis feudum alteretur in aliqua re: tamen in aliis non expressis retinet suam naturam:vt consuluit Dec.consil.193.& pro tenui facultate mea diligenter consideratis.

¶ Et eo equidem casu iste contractus potius uidetur donationis,quàm feudi, & superioritatis:p r

tis: per doctrinam, & decisionem Ioan. And. in add. Spec. in tit. de præscrip.

¶ Et faciunt ea, quę notant Hostien. & Ioan. And. in c. nimis, de iureiurã. quod castrum ita concessum potius censeatur allodium, quàm feudum.

¶ Vnde in allodiis, & iis quæ pertinent pleno iure, idest directi dominij: ut notat Gloss. in l. Iulianus. ff. de rei vendic. potest quis indubitanter facere, vt unus solus in una re succedat, vel uniuersaliter succedat: alij uerò sint hæredes particulares. l. ex facto. ff. de hæred. instit. l. quoties. C. eodem tit. & l. fin. C. famil. ercisc. Et facit quod habetur in cap. licet, de uoto, & per Bal. in l. hac edictali. C. de secun. nup.

¶ Itaque in præsenti casu testator absque dubio potest unum, uel duos filios eligere in huiusmodi feudo. facit l. 1. & totus titulus. ff. de assign. liberto. ubi licet iuspatronatus descendat in omnes liberos æqualiter. l. vt iusiurandi. §. si liberi ff. de oper. libert. tamen potest unum ex illis in eo eligere: ad idem l. unum ex familia. ff. de leg. 2. ubi licet quis rogatus restituere rem familiæ, seu in familia: nihilominus poterit præeligere: & sic ex his unum ex filiis eligere posset pater in feudo.

*SVMMARIVM.*

1 *STIPVLATIO est contractus iuris ciuil s, non autem iurisgentium.*
2 *Stipulatio est contractus nominatus.*
3 *Contractus quilibet redactus in publicum instrumentum, cùm in eo semper apponi soleat stipulatio, semper dicetur nominatus propter stipulationem appositam.*
4 *Contractus innominatus rarò probatur per instrumentum propter stipulationem in eo poni solitam.*

OPINIO DCCCXXXIV.

1 STIPVLATIO est contractus iuris ciuilis: & sic stipulationem de iure ciuili, non autem de iuregentiũ esse uoluere Glo. Aret. Ozerius, num. 34. in §. ius autem gentium, instit. de iure nat. gent. Alexan. Ias. Illustris D. Guil. Pontanus præceptor meus, num. 27. Soc. Ripa, & Marcellus Berincutius, colum. 35. in rubr. ff. de uerborum oblig. Gloss. Barto. Bal. Ias. & alij omnes in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, & copiosè Thobias Nonius in §. omnis, nume. 10. instit. de uerbor. oblig. ubi approbat opinionem istorum & admittit communem esse; & ab ea tanquàm communi aduertit non fore recedendum Ruinus in d. rubr. ff. de uerbor. oblig. numero 65. & sequentibus.

Cõis opin.

2 Item ipsa stipulatio est etiam contractus nominatus: secundùm Barto. in l. 2. C. de cond. ob causam, & Paul Castren. in d. rub ff. de uerb. obligat. quos sequuntur ibi multis rationibus Alexan. Iacob. Mandellus de Alba, num. 145. & seq. & alij omnes, & Dec. consilio 279. sub numero 1. & Cassaneus cons. 53. num. 56.

3 Et hinc sequitur, quòd hodie de quocunque contractu fit publicum instrumentum, quum semper apponi soleat stipulatio, semper dicatur contractus nominatus, & hoc propter stipulationem appositam.

4 Ex quo sequitur, quòd rarò per instrumentum probatur contractus innominatus: cùm notarij in fine dicere soleant. quę omnia partes prædictæ sibi inuicem solenni stipulatione promiserunt, vel simili a uerba. ista est doctrina Barto. in d. l. 2. in fin. cum qua concurrunt Paul. Castren. Alex. Soc. & cæteri in d. rubr. ff. de uerb. oblig. & Cassaneus in d. consilio 53. nu. 57. & Corasius in miscellaneis iuris ciuilis, libro 1. c. 23. propè finem.

*SVMMARIVM.*

1 *IGNORANTIA secundùm communem regulam præsumitur.*
2 *Ignorantiam allegans non tenetur eam probare, sed aduersarius tenetur probare scientiam.*
3 *Ignorantia est quid facti, & ideò ea semper præsumitur.*
4 *Ignorantia præsumitur etiam in herede.*
5 *Ignorantia in his, quæ sunt facti præsumitur in coniunctis etiam.*
6 *Ignorare præsumitur propinquus ea, quæ á propinquo facta sunt.*
7 *Ignorare præsumitur filius testamentum patris.*
8 *Filius præsumitur ignorare codicillos paternos, & omnia, quæ in eis continentur.*
9 *Propinquus præsumitur scire ætatem sui propinqui, et ius cognationis.*
10 *Præsumitur quis scire illud de quo uiget fama publica, uel quod publicè notum est.*
11 *Præsumitur ad notitiam ciuium deuenire, quod publicè fit.*
12 *Heres præsumitur de testamento notitiam habuisse, vbicunque in patria sua notum, manifestumque sit defunctum condidisse testamentum.*
13 *Infirmus non præsumitur scire, etiam id, de quo extat publica fama.*
14 *Absens præsumitur ignorare etiam id, de quo uiget publica uox, & fama.*
15 *Filius præsumitur habuisse plenam notitiam testamenti paterni, vbicunque illud apud eum repertum sit.*
16 *Hæres quamuis habeat iustam ignorantiam de rebus defuncti: nihilominus hoc procedit in herede conuento: secus uerò in herede actore.*
17 *Ignorantiam allegare quis non potest, ubicunque scire tenebatur: quia scire, & scire debere paria sunt.*

## OPINIO DCCCXXXV.

1 SCIENTIA nisi probetur, ignorantia præsumitur. l. uerius, cum ibi notatis per Scribē. ff. de prob. & ista est communis regula. attestan te Decio cons. 445. in casu ad me transmisso, nu. 35. *Cōis opin.*

2 Vndè allegans ignorantiam non tenetur eā probare, sed aduersarius ritè tenetur probare scientiam. l. fin. C. de sponsa. Paul. Castren. cons. 160. in fin. Alex. in l. 2. col. 6. ff. solu. mat. & Dec. in d. cons. 445. sub nu. 35.

3 Et de hoc mirandum certè non est. Nā igno rantia, cùm sit quid facti, ideò præsumitur. d. l. uerius, & l. fideiussores, & ibi Barto. ad Velleia. & l. qui in alterius. ff. de reg. iur. & Card. in Clemen. 1. quęst. 7. de consang. & affi.

4 Quodque ampliatur etiam primò eatenus procedere, ut in hærede similiter pręsumatꝰ igno rantia ipsa. ita Bal. & alij in c. 1. §. cùm domino, de na. fe. & d. l. qui in alterius, & ibi Dec. nu. 1. cum aliis seq.

5 Amplificatur secundò itidem eadem cōclu sio, quòd in his quæ sunt facti pręsumatur igno rantia etiam in coniunctis: secundùm Bal. in l. 1. C. de cad. tollen.

6 Siquidem pręsumitur propinquus ignorare ea, quæ à ꝓpinquo facta sunt. teste Bal. in l. quoniam sororem. C. de iur. delib. Corne. cons. 147. col. 2. & cons. 268. uol. 3. Bertran. cons. 15. num. 39. uol. 1. Dec. d. cons. 445. nu. 35. & Rip. in l. filiusfamiliàs. §. Diui, nu. 51. ff. de leg. 1.

7 Imò ignorare præsumitur filius quoque testamentum patris. Et sic ignorantia testamenti paterni facilè pręsumitur, etiā in filio. ut not. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. oblig. & ita se habet communis opinio: vt commemorat Ias. in l. eius qui, colum. 2. in 3. & 4. notab. ff. si cer. pet. Curt. Iun. cons. 8. Gozad. cons. 36. in fin. & Cagnol. in d. l. qui in alterius, sub numero 10 & seq. *Cōis opin.*

¶ Verùm aliqui Doct. & malè quidem, inclinarunt in contrariam partem, quos numerat Grauet. cons. 193. minor vigintiquinque annis, num. 6. & Bertran. cons. 81. ex themate mihi tradita consultationis, sub nu. 1. uolu. 6. quibus respondet affabrè quidem Cagnol. assignādo pal pabilem rationem in d. l. qui in alterius, sub numero 10.

8 Et quemadmodum filius præsumitur ignorare patris sui testamētū: ita pariformiter ignorare cēsetur etiam idem filius codicillos patris, & similiter omnia quę in eis continentur. ut per Doct. in l. non est ferendus. ff. de transact. Paul. Castren. cons. 159. colum. penult. uol. 1. & Grauet. cum aliis congestis per eum, consi. 257. testator habens plures filios, nu. 2. & seq.

9 Et quanquàm ignorantia in his quæ sunt facti præsumatur etiam in propinquis, tamen illi ignorare haudquaquàm præsumuntur: sed scire potius propinqui sui ætatem, & ius cognationis. l. octaui ff. vndè cognat. & l. de tutela. C. de in integ. restit. minor. & Dec. in d. consil. 445. sub num. 35.

10 Cæterùm isthæc conclusio ita explanata limitatur primò locum non obtinere in his quæ publicè fiunt: præsumitur etenim quis scire qd scitur publicè, & publicè notū est, uel de eo uigear in Ciuitate fama publica c. 1. de postulat. prælat. c. fin. qui ma accu. pos. & Alex. in l. 16 fatetur. C. de confes. Glo. Bar. Bal. Ang. & alij om nes in l. si tutor petitus. C. de peric. tut. Salyc. in l. qui de crimine, de accu. & in l. 1. C. de his qui latro. in fi. ubi indistincte concludit, quando hoc notorium foret. & huic opinioni Glo. & sequacium inhęret etiam idem Bar. in l. si cui. §. 1. de accusa. in l. is potest, de acquiren. hæred. in l. qui Romæ. §. duo fratres, quæst. 3 de uerb. oblig. in l. Celsus de usucap. & in l. 2. C. si seruus, uel liber ad decur. aspir. lib. 10 Grat. consilio 9. facti speciem subiiciam, & consilio 49. in causa magnifici, numero 8. & seq. uol. 1. & Grammat. decis. 36. Solon, num. 16. ubi non obscurè deducit istam esse communem sententiam: quam utiliter interpretatur quomodò procedere debeat Francisc. de Aret. cons. 110. & Francis. Cur. Iun. in l. 1. numero 40. ff. si cer. pet. *Cōis opin.*

11 Et ratio est. Nam quod fit publicè, præsumitur in notitiam deuenire ciuibus. l. sed & si pupillus, & ibi Alex. ff. de instit. & Glos in d. l. si tutor, & notatur per Scriben. in dicto cap. primo. de postulat prælat & in cap. cùm in tua, qui ma trimo. accusare non poss. & in . api. quod dictus 16. dist. & in c. cognoscentes, de constit. & in l. 2. ff. de orig. iur.

12 Vndè si in patria hæredis publicè notum esset Titium condidisse testamentum: tunc vtique indubitanter præsumeretur de eo, eius hæredem scientiam, notitiamque habuisse. Clemen. 2. de concessio. prębend. d. l si tutor petitus, ubi Glos. & Barto. Anto. de But. in Clemen. licet in 1. opposit. de supplen. negli pręlat. & Iason. in l. si per errorem. colum. 3. ff. de iurisdict. om. iud.

13 Sed hoc equidē non sortiretur locū in infirmo, qui nullatenus præsumeretur scire, etiā id, de quo extaret publica uox, & fama: sicut nec absens: scdm Bar. in l. is potest. ff. de acq. hæred.

14 Nam absens præsumitur ignorare. l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posth. c. fin. qui. matri. accus. non poss. Barto. & alij omnes in l. si is qui pro emptore ff. de usucapionibus. Bald. in d. §. Lucius. Dec. consil. 460. num. 27. & Grauet. consilio 227. licèt abundè scriptum uideatur, sub numero 7.

15 Claudicatque etiā eadem conclusio nō procedere, ubicunq; apud filiū repertū foret testamentū: tunc enim præsumeretur sine scrupulo aliquo

aliquo illud uidisse. d. l. non est ferendus. ff. de transac. Pau. Cast. cons. 19. & cons. 94. uol. 2. Ancha. cons. 160. & Aret. cons. 15. in fi.

16 Necnon choarctatur quoq; prædicta cõclusio, quòd quamuis iustam ignorantiã habeat hæres in rebus defuncti: tamen hoc de plano procederet in hærede conuento: secus uerò in hęrede actore. Nam hæres agens in iudicio certus quidẽ de iure suo esse debet: cùm in eius arbitrio sit quãdo experiri uelit: & hinc necessariò tenetur antequàm moueat gressus suos in iudicio rem diligentissimè, & accuratissimè explorare: & tunc ita certus, & de iure suo instructus ad agendum procedere: & proindè tunc ignorantia minimè gentium excusaret actorem vllo modo. tex. est apertus in d. l. qui in alterius, & ibi Dec. nu. 5. & Cagnol. nu. 13. ubi accuratè quidẽ explanat hoc quomodò procedere debeat absque difficultate aliqua.

17 Restringitur itidẽ etiã prælibata conclusio, ubicunq; quis teneretur scire: tunc enim nõ potest ille allegare, proponereq; ignorantiam. l. 1. ad Maced. quia scire, & scire debere paria sunt: secundũ Bal. in l. quicunq; col. 1. C. de ser. fug. & l. 1. C. de cad. tollen. & eo casu sibi imputaret, qui scire potuit: vt innuit apertè Card. in Cle. 1. §. fin. de concess. pręben. & Alex. in l. non fatetur. ff. de confess.

*SVMMARIVM.*

1 *REVS non tenetur instrumenta sua edere actori ad intentionem eius probandam.*

2 *Reus in causa dotis, alimentorum, matrimonij, piæ causæ, libertatis, & similium tenetur edere actori instrumenta sua ad intentionem eius fundandam.*

3 *Reus cogitur edere ecclesię sua instrumenta ad intentionem eius propriam fundandam.*

4 *Reum cogere potest iudex ex officio ex causa ad edendum instrumenta sua actori, dummodò iuret actor se hoc non petere animo calumniandi: & dummodò actor causam ipsam assignet, seu probet.*

5 *Reus potest ex officio compelli per iudicem ad exhibendum iura, dummodò sint propria, vel communia, uel facientia ad causam.*

## OPINIO DCCCXXXVI.

1 SVA instrumenta reus actori nõ cogitur edere ad intẽtionẽ eius fundandã. ita Bar. & oẽs alij vnanimiter, & concorditer in l. 1. C. de eden. ubi Ripa, nu. 5. & Cagnol. nu. 24. cũ aliis seq. ubi hoc nonnihil exornat, & probat aliquibus rationibus accuratissimè quidem. & Dec. in c. ex epistolæ, nu. 47. cum aliis seq. de prob. ubi ponit pro cõi regula cum cõpluribus ampliationibus, & limitationibus, *Cõis opin.*

& Claud. de Seisel. etiã in l. fi. C. de eden.

2 Sed isthæc regula non vendicaret primò locum in causa dotis, alimentorũ, matrimonij, pię causæ, libertatis, & similiũ: in quibus nẽpe reus edere tenetur ad intentionem actoris fundandam: vt per Abb. in d. c. ex epistolæ, aliosq; communiter variis in locis iuris nostri, quos numerat Alex. in d. l. 1. in 3. fallen. & Dec. in d. c. ex epistolæ, num. 74. ubi mentionẽ facit apertè de ista communi, & Ias. etiam, & alij, pręsertimq; Ripa, sub nu. 13. & seq. in d. l. 1. *Cõis opin.*

3 Secũdò itidẽ claudicat eadem regula in ecclesia, cui edendum est à reo pro eius intentione probanda: ex eo quòd fisco æquiparatur. l. fi. C. de sacrosan. eccl. & not. Dec. post Bal. Abb. cęterosq; cõmuniter in d. c. ex epistolę, nu. 66. & Ripa in d. l. 1. nu. 13. ubi meminit de præsenti communi opinione: licèt inutiliter equidẽ uideatur contrariam partem substinere, & tueri. *Cõis opin.*

4 Tertio loco restringitur etiam assignata regula non sortiri locum, quando iudex uellet ex officio reũ cogere ad edendũ actori: siquidẽ ex causa potest: vt firmat Rota decis. 218. in nouis, Cagnol. in d. l. 1. nu. 29 & ibi Ripa quoq;, sub nume. 6. cum aliis seq. Innoc. in d. c. ex epistolæ. dũ modò actor iuret se non petere hoc à iudice animo calumniandi, cũ quo sentit ibi Dec. nu. 136. post alios oẽs cõiter. Et dũmodo actor allegans causam in præsenti casu subesse, eam probet, seu assignet. ita Cagnol. in d. l. 1. sub nu. 29. & seq. vbi Bolog. nu. 30. & seq. & nu. 36. cum aliis seq. & Ripa, nu. 6. cũ cęteris seq. causas ipsas ponit sigillatim, ex quibus reus teneatur edere actori ad fundandam eius intentionem. *Cõis opin.*

5 Et consequẽter concludo ex allegatis etiã, reũ p iudicẽ ex officio ad exhibendũ iura cõpelli posse, dummodò sint propria, uel communia, uel facientia ad causam: ut uoluit Caput Aquẽ. decis. 180. lib. 1.

*SVMMARIVM.*

1 *FRATER minor, seu de ordine mendicantium creatus episcopus succedit parentibus ab intestato.*

2 *Sebastianus de Pãtalconibus abbas sancti Laurentij de Fano, de Terra Montis regalis laudatur.*

3 *Fratribus minoris obseruantiæ, & capucinis solis bona immobilia possidere non licet.*

4 *Frater minor ex priuilegio succedẽs non recuperat bona sua alteri quæsita ante impetrationem beneficij.*

5 *Frater minor creatus episcopus non quærit hæreditatẽ sibi delatã tempore quo erat in ordine minorũ, etiam si illam hęreditatem adeat post promotionem sibi factam ad episcopatum, sed acquirit monasterio.*

6 *Frater minor creatus episcopus, & post electionem, & creationem adiens hæreditatem alicuius sui consanguinei ab intestato mortui non acquirit sibi, nec*

*monasterio, sed in illis succedunt alij propinqui ipsius defuncti.*

7 *Frater minor, seu prædicatorum postulatus ad episcopatū, seu abbatiam, habere debet sumptus à monasterio postulāte pro assecutione suæ postulationis.*

## OPINIO DCCCXXXVII.

1 

SVCCESSIO ab intestato in bonis paternis, & agnatorum competit fratri minori sancti Francisci, si creatus extet Episcopus, & ab ordine liberatus authoritate summi Pontificis: quoniam recuperat eo casu ius succedendi, & censetur nimirùm constitutus in eodem met statu, in quo erat ante ingressum monasterij. Secus autem si propter demerita ab ordine ipso licentiaretur. ut voluit religiosè more suo Barto. in tract. Minoricarum, quæst. penult. vbi asseuerat ita determinasse publicè quidem ad eius postulationem Reueren. patrem, fratrem Franciscum de Assisio abbatem Montis Regalis. & sequitur etiam Iasin l. ex facto. §. Iulianus, sub numero 12. ff. de uulgar. & pupill. substit. & ista opinio Barto. & sequacium est adeò uera, & sacrosancta, vt nullum re ipsa contradictorem habeat. Cōis opin.

2 Et est utique credendum memoratum patrem fratrem Franciscum extitisse tunc temporis abbatem in monasterio uenerabilis Ecclesiæ sanctę Mariæ in Campis, seu Planitiis eiusdem Terræ Montis Regalis, uel in monasterio uenerabilis Ecclesiæ sancti Laurentij de Monte Portio, situatæ, positæque in territorio Fani comitatus Montis Regalis. In qua quidem Ecclesia collegiata hac nostra tempestate residet Abbas Reueren. D. Sebastianus de Pantaleonibus, patriæ fuę eiusdem Terræ Montis Regalis decus perpetuum, & uirtute, memoria, luminaq; prudentia, & integritate laudatissimus, & in magna dignitate constitutus. Gerit enim mitriam episcopalem cum baculo adoleo, chirotheca, & anulo ad instar Pontificis, cum facultate conferendi beneficia in partibus Terræ Cassiæ Et ad ecclesiam cathedralem ipsius monasterij conuolant quamplurimæ gentes, & populi circum circa recipientes plenarias indulgentias, offerentes dona & munera, prout de prędictis apparent manifestè priuilegia, seu bullę concessæ per Gregorium XII. in anno 1400. & per Paulu II. in anno 1468. Et per Paulum III. in anno 1547 & antiquitus Abbates eiusdem loci habebant subditos & uasallos, secundùm antiquiores scripturas; & de collationibus beneficiorum ostenditur magnus liber. Et præmemorata Ecclesia iam per lōga ua tempora ante Longōbardos fuerat constructa: & tempore Romanoru erat templum Apollinis: queàdmodū ostendunt in muris ipsius ecclesię literæ antiquissimę, & longombardicè scriptę. Et in ea cœperunt residere fratres de ordine, religioneque sancti Benedicti: ut perpenditur ex quadam cō cessione facta de quibusdam capellis, & bonis uacantibus Fratri Amiternino Abbati eiusdem ecclesiæ, in anno 1195. tempore Pontificatus Cœlestini III.

3 Sed vt ad rem nostram ueluti longo postliminio redeam, limitatur antedicta distinctio Barto. primò procedere hodie in fratribus sancti Francisci capucinorum, & eorum qui minores de obseruantia uocantur, quibus nō est permissum bona immobilia possidere, non autem in aliis: secundùm determinationem Sacri Concilij Tridentini, sessione 25, cap. 3.

4 Secundò claudicat etiam eadem opinio Bartol. non vendicare aliter sibi locum in bonis alteri quæsitis ante promotionem ipsius fratris sancti Francisci ad episcopatum. Nam frater minor ex priuilegio succedens non recuperat modo aliquo bona sua quæsita alij ante impetrationem priuilegij: secundum Bartol. in authen. ingressi, C. de sacrosan. eccle. & Roma. in l. sed si hac. §. liberos. colum. 8. ff. de in ius uocā. per notata in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liber. & posth.

5 Tertiò fallit prędicta opinio Barto. non procedere si frater minor sancti Francisci creatus, electusque sit Episcopus, vt non quærat hæreditatem sibi delatam tempore, quo erat de ordine minorum; etiam si illam hęreditatem adeat post promotionē sibi factam ad episcopatum, sed acquirit monasterio: ut firmauit Ioan. And. in c. in præsentia, de probat. cuius sententię innititur tanquàm veriori, Paul. Castren. explosa opinione Bald. contraria, in l. non est dubium, num. 3. C. de iur. deliberan. ubi refert aliis ita consuluisse.

6 Quarto limitatur locum non obtinere etiā prælibata opinio, ubicunque frater minor sancti Francisci eligeretur, crearetur q; Episcopus, & post electionem adiret hęreditatem alicuius sui consanguinei & affinis mortui ab intestato, dum ipse reperiebatur in monasterio: vt tunc hęreditatem ipsam non acquirat sibi, nec monasterio, sed succedunt in illa alij propinqui ipsius defuncti extantes: vt firmat Paul. Castren. in d. l. non est dubium, sub num. 4. contra Bal. contrarium asseuerantem in l. fin. C. de epis. & cler.

7 Postremò itaque aduertendum est in præsenti re, quod frater sancti Francisci, seu prædicatorum, postulatus ad episcopatum, uel abbatiam, habere ac consequi debet sumptus à monasterio postulante pro prosecutione suæ postulationis: vt ita in propriis terminis doctissimè quidem ex uariis, diuersisque efficacissimis rationibus consuluit Oldrad. consil. 17. thema tale est, uacante quodam monasterio, num. 1. cum aliis omnibus seq.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *SVCCESSOR in beneficio tenetur ad debita per suum prædecessorem contracta pro utili, necessariisque ecclesiæ reparatione.*

2 *Clericus beneficiatus tempore suæ infirmitatis pignorans res ecclesiæ, contrahensque debita pro sua necessitate corporali: illa pignora tenetur luere, atque redimere successor in beneficio, & debita soluere.*

3 *Ecclesię res possunt pignorari, uel obligari pro sustentatione Rectoris.*

4 *Successor prelati tenetur ad sumptus funeris, & infirmitatis sui prędecessoris: quia tenetur ecclesia ad id onus: cùm de bonis ecclesię debeat ali prelatus.*

5 *Successor in beneficio non tenetur stare locationi factæ per prædecessorem: secus si illa facta esset pro utilitate ecclesiæ.*

6 *Successor in beneficio tenetur ad debita contracta per prædecessorem pro utilitate ecclesiæ.*

7 *Successor in ecclesia tenetur stare compromisso prædecessoris, si illud esset utile ecclesiæ, aliàs secus.*

8 *Successor in beneficio tenetur restituere pecunias mutuatas pro necessitatibus prędecessoris.*

9 *Successor in beneficio non tenetur ad debita prędecessoris, qui post litem contestatam cum eo super debitis ipsis ad aliam ecclesiam translatus fuerit.*

10 *Successor in beneficio non immediatus non tenetur ad salarium Vicarij prędecessoris, nec ad alia illius debita uoluntaria.*

11 *Successor in beneficio non tenetur stare locationi factę per prædecessorem, etiam quòd pensionem receperit.*

12 *Successor in prębenda non tenetur stare colono, & sic non ligatur ex contractu prędecessoris.*

13 *Successor in beneficio ille dicitur, qui reperitur in possessione beneficij, licèt adhuc discussum non sit de iuribus suis.*

## OPINIO DCCCXXXVIII.

1 SVCCESSOR in beneficio ad debita per prædecessorem suum contracta pro utili, necessariaque reparatione ecclesiæ tenetur. c. 1. de solutio. & Gemin. conf. 17.

2 Quod nempè intantū amplificatur & procedit, vt beneficiatus si tēpore suæ infirmitatis pignorauerit res ecclesiæ, seu contraxerit debita pro sua necessitate corporali, teneatur etiam successor ipse in beneficio luere, redimereque prædicta pignora, seu soluere illa debita. Et sic extenditur d. c. 1. de solutio. ubi dicit text. quòd successor in beneficio tenetur debita soluere pro necessitate ecclesiæ, vel pro necessitate propriæ personæ contracta.

3 Et hinc conclude, quòd res ecclesiæ possunt pignorari, uel obligari pro sustentatione Rectoris. ita Abb. in c. ex præsentium, de pignor. in d. c. 1. in cap. olim, il 2. de restit. spoliat. in c. peruenit de arbit. & in c. cùm esses, uers. Quartò quæro, de testam.

4 Imò etiam successor prælati tenetur ad sumptus funeris, & infirmitatis sui prędecessoris: quoniam tenetur ecclesia ad id onus: cùm de bonis ecclesiæ debeat ali prelatus. c. ille qui. 12. q. 1. & d. c. 1. ubi Panor. recensuit ita sæpè respondisse de facto.

5 Sed successor in beneficio non tenetur utique stare locationi factæ per prædecessorem: secundùm Bald. in l. 1. C. de iur. emphyt. colum. 1. Glos. & alios omnes in c. ad aures, in uer. Tunc, de reb. eccle. non alien. Zan. decis. 33. & Alexā. in l. filio. §. fin. ff. solut. matrimo. vbi hoc limitat in nonnullis utilissimis casibus. Et præsertim conclusio hæc claudicat, nisi illa locatio facta discernatur pro utilitate ecclesiæ. ita August. Bero. consi. 83. super præsenti causa paucis me absoluam, nu. 25. & seq. uol. 1.

6 Tunc enim successor ipse teneretur indubitanter quidem ad debita contracta per prædecessorem. ita Gloss. & omnes alij unanimiter, & concorditer in cap. fin. ne prela. ui. su. Alex. consilio 160. uol. 6. Gemin. in d. consi. 17. col. si Glo. in c. si. in uer. Debitis. de offi. or. in 6. Io. de Imol. in dicta l. si filio. §. fin. Bald. in Marg in uer. Successor, & in l. 2. in 3. opposit. C. de liber. præter. & Sicul. in d. cap. 1. & Paul. Castr. consi. 338. Quia exceptiones, sub nu. 4. uol. 1. *Cōis opin.*

7 Attamen successor in ecclesia teneretur absque dubio stare compromisso prædecessoris. c. præsentata, & ibi Doct. omnes, & potissimùm Ioan. de Imol. de testib.

¶ Quod equidem de plano procederet, si hoc utile foret ecclesiæ, aliàs secus. ita Specul. de arbit. §. finitur. col. 2. uer. Quid si prælatus, & Lanfran. in tract. de arbit. in 6. par. in princ.

8 Et quemadmodum successor tenetur ad sumptus funeris, & infirmitatis sui prædecessoris: ita etiam successor ipse tenetur restituere pecunias mutuatas pro necessitatibus prædecessoris: ut uoluit affabrè Card. Put. decis. 11. libro 3.

9 Sed successor iste in beneficio non teneretur utique primò ad debita prædecessoris, qui post litem cum eo super debitis huiusmodi contestatam ad aliam ecclesiam translatus fuerit: vt firmat Peregri. decis. 40 lib. 3.

10 Secundò non ideò minus successor non immediatus teneretur ad salarium Vicarij prædecessoris, nec ad alia illius debita uoluntaria. teste Card. Put. decis. 45. lib. 2.

11 Et sicuti successor in beneficio non tenetur stare colono: ita minimè tenetur stare locationi factæ per prædecessorem, etiam quòd pensionē receperit: ut cōcedit Card. Put. decis. 182. lib. 1.

12 Nec successor in præbenda tenetur modo aliquo stare colono: secundùm Bald.in l.empto rem.C.locati,& in l.2.colum.1.C.de liber.præter.& in cap.1.colum.1.qui succ.di.Innoc.in c.fin.ne prel.uic.su.August.Bero. in d. consil. 83. num.9.& sequen.uolum.1. & ita consuluit etiã Anchar.consil.116.secundum ordinem dubiorum,num.1.cum aliis seq.

13 Et aduerte,quòd successor in beneficio dicitur ille,qui est in possessione beneficij, licèt adhuc discussum non sit de uiribus suis. ut concedit Card.Put.decis.155.lib.3.& Achill.de Grassis decis.354.

*SVMMARIVM.*

1 *FRATRES minores Sancti Francisci non excludunt substitutum.*

2 *Fratres minores Sancti Francisci sunt incapaces successionis,& pro mortuis habentur.*

3 *Frater minor post professionem recedens á religione abiecto habitu, capere non potest hereditatem patris,nec eius monasterium: quæ tunc spectabit excluso ipso professo,suoque monasterio tanquàm incapace,ad consanguineos.*

4 *Fratres prædicatores Sancti Dominici non ex regula, sed ex priuilegio Papę possunt capere.*

## OPINIO DCCCXXXIX.

1 SVBSTITVTVM non excludunt fratres minores Sancti Francisci; secũdùm Bart.in l.fin.C. quando, & quibus quarta pars deb.libro 10. & in l. filiusfamilias.§.cùm quis.ff.de leg. 1. Bald.in cap.in præsentia.colum.3. de probatio. Alex.consil.13.colum.2.uol. 3. & Dec. consilio 259 & consil.419.uiso eleganti consilio, nume- Cõis opin. ro 2.ubi planum facit istam esse communem opinionem,post Alex.in d.cons.13.

2 Et hoc ideò est. Nam fratres ipsi minores nullo modo capere possunt,suntque incapaces bonorum & successionis,ac pro mortuis, & penitus extinctis habentur.Clem. exiui de paradiso,de uer.signif.& ibi Doct.Bart.in tract.Minori.Iacob.Butrig.& Bald.in authen.ingressi, colum.8.C.de sacrosanct.eccle.& in l.cùm acutissimi,colum.fin. C.de fideicommissis. Dec.& a- Cõis opin. lij conformiter omnes in dicto cap.in pręsentia. de probat.& idem Dec.in d.cons.419. nu. 2. & cons.499.num.5.

3 Imò frater minor professus tantùm abest, vt patri succedere possit: vt etiam si post patris mortem e cœnobio exierit, non solum à fratribus partem suam uendicare non possit, sed etiam cogi, & compelli queat ad reuertendum ad monasterium.ita Feder.de Senis cõs.26.Card.Zabar.consil. 112. Roma. cons. 268. in casu proposito breuiter dicendum,Alex. consil. 14. uolum.3.& consil.92.uol.4. Dec. consilio 259. numero 7.& consilio 419.num.1.& seq.Paris.cõsilio 65.num.7.8.& 18.uolum.2.Bertran. consilio 78.uiso,ante fin.uol.3.& Iacob.Philipp.Por. Imolens.consilio 23.num.12. & ista est communis opinio,attestante Roma.consilio 296.circa declarationem propositi thematis,sub num. 1. Ias.in l.cùm fundus.§.fin.ante fin.ff.si cert.pet. & in l.ex facto.§.fin.in fi.ff.de uulgar. & pupill. substit.Dec.in d.cap.in pręsentia,post num.68. de probar.& Tiraq.de utroq.retract.titu.1.§.1. Gloss.9.num.103. Et sic ex ipsa communi sententia si aliquis religionem fratrum minorum ingrediatur,ibique professionem faciat, mox uerò recedat abiecto habitu: hæreditas patris tunc nimirum spectabit, & pertinebit ad consanguineos,non autem ad ipsum filium professum,nec ad monasterium tanquàm incapax, & bona possidere non ualens. Et ita consultus in facti contingentia in anno 1575.respondi ad fauorem Vincentij, & Stephani Matanæ de Ciuitate nostra,dum Fœlix frater eorum,abiecto habitu post emissam professionem,aliàs assumpto per eum in religione Sancti Bernardini, accessit ad domum Angeli sui patris,eique suasit, ut condere deberet testamentum, prout ita egit, instituitque in testamento hoc prædictum Fœlicem,simul cum memoratis Vincentio,& Stephano; respondi inquam antesignatum testamentum, & institutionem nullas uires habere potuisse,sed penitus nullum,inutile, & frustratorium apparere, tam quò ad ipsum Fœlicem, quàm etiam quò ad monasterium,& hæreditatem totam, & integram ipsius Angeli spectauisse,& spectare ad eosdem Vincentium, & Stephanum eius filios.

4 Cęterùm antedicta communis ita explanata claudicat non sortiri locum in fratribus Sancti Dominici,& sic prædicatoribus. Nã fratres ipsi pręedicatores possunt capere ex testamento,& sunt capaces, non quidem ex regula, sed ex priuilegio Papæ,undè substitutum excludunt: secundùm Bald.in l.cùm acutissimi.C.de fideicommiss.& in auth.nisi rogati,colum.1.C. ad Trebel.Alex.consilio 83.uol.2.Card.in Cle. eos in fin.de reg.Fely.colum.25. & alios omnes in d.c.in pręsentia.

*SVMMARIVM.*

1 *SVBSTITVTIO alicui facta cum conditione si sine liberis ex se legitimè descendentibus decesserit, euanescit per ingressum religionis fratrum minorum, ac aliorum mendicantium.*

2 *Monasterium bonorum capax,in quo est ingressus institutus heres,excludit substitutum cum conditione si institutus sine liberis decesserit.*

OPI-

## OPINIO DCCCXL.

1 SVBTITVTIO euanescit per ingressum religionis fratrum minorum, ac aliorum mendicantium, ubicunque te stator daret substitutum sub hac conditione, si institutus decederet sine liberis ex se legitimè descendentibus, uel ex suo corpore nascentibus, & consequenter monasterium excludit substitutum ipsum sub conditione, si grauatus decesserit sine liberis ex suo corpore, & legitimo matrimonio procreatis, casu quo grauatus monasterium ingrediatur, & professionem fecerit: vt voluerunt Cyn. Bargarottus Bononien. & Ricar. Mal. & Barto. in auth. nisi rogati. ff. ad Trebell. Dyn. & Barto. in l. si ita quis ff. de uerbor. oblig. Lapus in alleg 129. Factum super quo iuris consilium quæritur, sub num. 19. Angel. consilio 80. Ripa cum aliis allegatis per eum in l. ex facto. §. ex facto, num. 12. ff. ad Trebel. ubi deducit istam esse communem opinionem; & magis communē fatetur D. Quintil. Mand. magnus practicus in add. Lapi, in d. allegat. 129. in litera D. la secunda. quam sequitur, & citat, atque tuetur cumulatissimè Berous in cap. in præsentia, num. 482. cum aliis seq. de prob. *Cōis opin.*

¶ In contrariam uerò partem uidelicet, q̄ substitutus ipse non excludatur per monasterium, inclinarunt Hostien. & Ioan. Andr. in cap. Raynaldus de testamē. Fely. in c. licèt vndique, sub num. 2. de offic. & potes. iud. deleg. Bald. & Saly. Paul. Castren, Fulgos. & Florian. in d. auth. nisi rogati, & Imol. in dicta l. si ita quis, in fi. ubi aperit istam esse communem opinionem, & ueriorem ait Ripa in d. §. ex facto, sub num. 12. & ei inhæret etiam Alex. consilio 13. uolum. 3. Deci. & Mantua num. 61. in dicto cap. in præsentia, ubi respondet omnibus contrariis. *Cōis opin.*

¶ Et de hoc mirandum non est: quoniam in præsenti casu, cùm substitutus hæres religionem bonorum incapacem ingressus sit, mors illa ciuilis idem operatur, quod naturalis respectu illius fideicommissi: & iuxtà explanationē traditam per Doct. hanc partem sustinentes, est locus fideicommisso, vt concedit Ias consi. 132. uolum. 2. Grauet. consilio 152. Doct. in l. cùm pater. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. & Rolan. à Valle cons. 97. nu. 41. uol. 2.

¶ Sed quid ego infœlix peccator dixerim in tam dubitabili passu? concurram igitur amoto omni timore cum prima opinione tanquàm tutiori, rationabiliori, ecclesiæ fauorabiliori, & frequentioribus uotis approbata. Quam communem ita retentam utiliter amp'iat, & in aliquibus casibus limitat Berous in d. cap. in præsentia, nu. 487. cum aliis seq. vt uberius discurram in proxima sequenti opinione.

2 Est benè quidem uerùm, quòd si hæres instituttus ingressus foret monasterium bonorum capax: tunc cessaret equidem quælibet difficultas, & res plana, & absque discrimine aliquo redderetur, & non esset aliter locus substitutioni: secundùm Bald. consil. 426. super puncto præmisso, uolum. 2. & consilio 253. casus talis est, uol. 3. Anchar. consil. 165. quęstio talis est, colum. 1. Doct. omnes in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liber. & posthum. & in d. c. in præsentia, & Tiraq. cum quamplurimis signatis Doct. per eum in l. si unquàm, uers. Susceperit liberos, num. 42. C. de reuoc. donat.

### SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTVS sub conditione si hæres institutus sine liberis legitimis, & naturalibus ab eo procreatis decesserit, excluditur per monasterium, quod institutus est ingressus.*

2 *Substitutio facta sub conditione si hæres sine liberis decesserit, intelligitur etiam nisi hæres monasterium ingrediatur.*

3 *Monasterium quò ad excludendum substitutum habetur loco filij.*

4 *Fideicommissum deficit si grauatus ingreditur monasterium.*

5 *Substitutio non euanescit in hærede simplici facto clerico, secundùm unam magis communem sententiam licèt secundùm aliam itidem & cōem euanescat.*

6 *Substitutus cum conditione si hæres sine liberis, decesserit, non excluditur per monasterium, quando substitutio fit ob redemptionem captiuorum.*

7 *Monasterium non excludit substitutum, cùm testator filio substituit expressè, casu quo monasterium intro iret, vel sine liberis decederet.*

8 *Testator habet potestatem substituendi quem uelit hæredi instituto etiam monasterium ingressuro.*

9 *Testator potest quam uult legem rebus suis imponere.*

10 *Coniecturæ uoluntatis sufficiunt ad excludendum monasterium in substitutione facta illud ingresso cum conditione si sine liberis decesserit.*

11 *Voluntas sola testatoris in fideicommissis seruatur.*

12 *Voluntas testatoris in fideicommissis primum locum obtinet, & ipsa est quæ limitat, ampliat, & declarat disposita in testamento.*

13 *Voluntas testatoris totum facit, & omnibus dominatur.*

14 *Voluntas testatoris potius, quàm uerba inspici debent in fideicommissarijs substitutionibus.*

15 *Voluntas testatoris sectanda est per quancunque coniecturam.*

16 *Voluntatis probatio clara, & euidens dicitur quæ ex legitimis coniecturis elicitur.*

17 *Voluntas testatoris probatur quatuor modis.*

18 *Voluntas testatoris non ex eadem uoluntate tantum, sed ex aliis scripturis probatur.*

19 Pra-

19 *Præsumptio una potentior tollit aliam debiliorem.*
20 *Monasterium filij loco non habetur, neque substitutũ excludit, cùm testatoris filius est substitutus.*

## OPINIO DCCCXLI.



1 SVBSTITVTVS sub conditione ista, si hæres institutus decesserit absque liberis legitimis, & naturalibus ab eo procreatis, excluditur per monasterium casu quo institutus ingrediatur religionem:& per consequens monasterium obtinet hæreditatem excludendo substitutum: vt probatur in auth. nisi rogati.C. ad Trebell. ubi Doct.& per Barto.consilio 1.Calder.consil. 43. an statutum, in tit.de testam. Bal. consil. 286. pater rres &c. libr. 4. cum aliis latè congestis per Laurent.Calca.consil.68.magister.& istam asserit esse magis communem opinionem; Barbatius consil.20.stat difficultas,colum.1.lib.1. Dec.in cap.in præsentia,ext.de probat.numero 227.& seq.& Moder.ibi. August.Berous consil. 114.cum super prima substitutione, num. 21. uolum.2.& alij in superiori proxima Opinione citati. & ita consuluit Alexã. consilio 121.uiso themate suprascripto,uol.2. & istam sententiã, tanquàm ueriorem approbat,& tuetur Fely. in d.c.in præsentia,sub nu.36. Cõis opin.

2 Et ratio uidetur ista,quare de iure monasterium excludat substitutum: quia subintelligitur nisi hæres monasterium ingrediatur. §. sed & hæc præsenti, in authē. de san. episc. & tenet Dyn.& Bar.in l.si ita quis.§.1.ff.de leg.2. Paul. Castren.in d.authen. nisi rogati, & hoc abundè comprobatur ex dictis per Alexand. in dicto consilio 121.

3 Comprobatur secundò præallegata communis conclusio, & fortasse efficaciori ratione, quia monasterium loco filiorum habetur quantùm ad exclusionem substituti. ut patet in d. c. in præsentia.

4 Vbi pariter deficit fideicommissum,si grauatus ingrediatur monasterium,sicut si filios suscepisset. Et hoc respectu Gloss.& Doct.concludunt in memorato.c.in præsentia,monasterium esse loco filij: vt per Gloss. in authen. si qua mulier,in uer. Liberos,ubi Bald.C.ad Trebel. & in d.§.sed & hæc pśenti,Spec.in ti.de locato. §.nũc aliqua,uer.158.Barto.in l.hęredibus. §. 1.ff. ad Trebel.Bal.in cap.1. de mili. uasal. qui ar. bel. depo in princ.Ang.conf.80.quęstio subtilis est, colum.3. ubi inquit,quòd communiter omnes dicunt,quòd monasterium loco filij habetur.& idem Fulgos. consilio 53. & Marcus Mantua in d c.in præsentia,num.50.ubi similiter meminit de communi. Quod procedit quò ad effectum, vt excludatur substitutus. ita concludit Bal. in l.filium, colũ. prima. ff. de his, qui sunt sui, uel alie.iur. Cõis opin.

5 Sed mentionata communis ita comprobata ampliatur etiam procedere, quando institutus efficeretur clericus,seu presbyter,& susciperet ecclesiasticum ordinem: tunc enim expirat onus fideicommissi sibi iniunctum, & habet liberam dispositionem bonorum, quæ substitutioni subiecta sunt. Siquidem d.§.sed & hæc præsenti, alternatiuè loquitur,si monasterium ingrediantur,aut clerici fiant. Et licèt aliqui Doctores contrarium teneant, nihilominus hæc opinio uidetur uerior: vt asserit Dec.in d.ca.in pręsentia,col.30. uers.In ea Glossa,ibi,&c.Et conclusione hac lętari debent nonnihil clerici,quoniam per eam habent liberam bonorum dispositionem,quæ per substitutionem erat eis sublata,si in seculari uita permansissent.l.fin.§.fin.C. commun.de lega.

¶ In contrariam uerò partem inclinauerũt omnes Doct.magis communiter in d.auth. nisi rogati,quòd substitutio non euanescat in hærede simplici facto clerico.& de ista communi attestatur Boerius,decis.254.num.1.3.6.& 12.& Moder.in d.c.in præsentia.Et quamuis contraria,& sic prima opinio uerior sit, non ob hoc est discedendum à dicta communi:secundùm Fulgos.consilio 30.Ioan.de Neuiza.in sua Sylua nuptiali,lib.5.num.61.cum duobus seq.& Alciat. in l.1.ff.si cer.pet. Cõis opin.

6 Quæ quidem cõis opinio taliter firmata,& ampliata interpretatur primò non habere locum,quando aliquis esset substitutus pro redēptione captiuorum: tunc enim non excluditur substitutus per ecclesiam:ut concedunt omnes Doct.communiter in d. cap. in præsentia, & in allegata auth.nisi rogati, & Corn. consilio 18. libro 4. ubi scribit istam esse communem opinionem,& Mod.etiam in locis pręcitatis. Cõis opin.

7 Limitatur secundò non procedere antedicta communis ubicunque testator in testamento suo expressè disponat substitutum debere admitti, si scriptus hæres decesserit sine liberis legitimis,& naturalibus ex suo corpore procreatis,& uero matrimonio natis, hoc etiã addito, si ingressus fuerit monasterium. ita Cald. cons. 43.in tit.de testam.Alexan. cons.121.vol. 2. & consil.35.uolum.3.& Dec.cons.159.colum. 2. & cons.419.colum.2.& in d.c.in præsentia,col. 28.uers.Postremò circa istam Glossam.

8 Quod non mirùm uidetur:quia est in potestate testatoris substituere quem uelit hęredi, etiam monasterium ingressuro.l.Deo nobis. C. de episco. & cler.Et tacitam legis prouisionem tollit expressa testatoris prouisio, l. cùm filio. §. 1.ff.de vulg.& pup.subst.& hoc tenent Grauet. etiam cum aliis aggregatis per eum cons.152. circa testamentum,sub num. 1.& omnes Doct. communiter: vt ait expressè Laurent. Calca. Cõis opin.
conf.

cons.7.quia à me colum.15.& Deci. cons. 426. in duobus dubiis,num.2.

9 Nam iustum, & æquum est, quòd testator possit quam legem uelit imponere rebus suis. cap.uerum,de cond.app.& C.de don.sub modo l.1.& 2. Valdè iniquum esset monasterium habere bona testatoris inuiti: cùm nemo benefacere compellatur, c.ad fidem.23.q.5.vt per Deci.in d.consilio 419. eleganti consilio, & tradit quoque Grauer. in præcitato consilio 152. ubi hoc locum sortiri asseuerat, si non appareat, quòd testator uoluerit etiam in præsenti casu de monasterio loqui. Secus uerò si dixerit, uel si monasterium ingrediatur: & reddit rationem Couar.in lib.uariar.resolut.cap.29.

¶ Et confirmatur, ac comprobatur prememorata communis limitatio ex dictis per Cor. in dicto consilio 13.colum.6.& per Fulgos.consilio 53.quando superius, & per Alexan.in allegato consilio 121. uolum. 2. quia est in hoc seruanda testatoris uoluntas: vt constat ex congestis per Dec.in dicto cap.in præsentia,col.34.& cons.259.uisis his.

10 Vbi tenet,quòd ad excludendum monasterium sufficiant etiam coniecturę uoluntatis: vt si testator substituat adiecta causa, quia uelit bona sua in familia remanere.

11 Nam in fideicommissis sola uoluntas seruatur.l.pen.ff.de leg.1.

12 Et illamet uoluntas testatoris in fideicommissis,& conditionibus primum nempè locum obtinet:& ipsa est quæ limitat,ampliat,& declarat in testamento disposita, & prę cæteris testamentis dominatur,uulgata.l.in conditionibus. ff.de condit.& demonstrat.& Sacrum Collegiū Patauinum,cons.3.in pręsenti dubio,num.2. inter consilia ultimarum uoluntatum posito, volum.1.

13 Voluntasque testatoris etiam totum facit, & omnibus dominatur.l.ex facto,*la grande*.ff.de hęred.instit.l.in conditionibus primum locum. ff.de condit.& demonst.& Tiraq.in tract.de primogenior.q.53.nu.19.

14 Et sic uoluntas testatoris in fideicommissariis substitutionibus inspicieda potius est quā uerba.l.3.§.conditio.ff.de adimen.leg.l.cùm uirum,& ibi Bal.colum. 3. C. de fideicom. l. Publius.§.fin.ff.de condit. & demonstr. l. hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebel.l.3.C.de liber.præt. l.pater Seuerinam. ff. de condit. & demonst. & c.intelligentia,& c.in his, de uerb.signific.l.Lucius,ubi Glos.ff.de hęred.instit. Barto. in l.si ita scriptum,in princ.ff.de liber.& posth.Oldr.consilio 269.& Ias.consilio 203.col.3.uol.2.

15 Imò illam quoque uoluntatem testatoris sectari debemus per quancunque coniecturā. vt inquit Bald.in l.quidam.C.de necess.ser.hæred.instit.

16 Et postremò uoluntatis probatio clara, & euidens dicitur,quę ex legitimis coniecturis elicitur.l.licèt Imperator,& ibi Doctores. ff.de legatis primo.

17 Et hinc est,quòd uoluntas testatoris probatur quatuor modis. Primò itaq; uerificatur uoluntas ipsa defuncti ex his quæ testator protulit extra testamentum. Secundò ex his colligitur etiam uoluntas testatoris,quæ expresśit testator ipse tempore conditi testamenti. Tertiò arguitur quoque testatoris uoluntas ex conditione personæ,cui facta est substitutio. Quartò consideratur similiter qualitas personę substitutæ,à qua colligi possit,atque interpretari uolūtas defuncti ad eius fauorem. quę omnia magistraliter ponit,discurrit, & planè explicat Bart. in l.2.quęst.5.ff.de uulg.& pupil.subst.& Alex. consilio 100.uisa parte testamenti,num. 10. & seq.uolum.4.

18 Potest & quintò etiam uoluntas ipsa testatoris dubia probari, & declarari per aliam scripturam priuatam.textus est in l.alimenta.§. 1. & ibi Barto.ff.de alimen.leg.& Ias.in l. qui filiabus,in princip.ff.de leg.1. & cons.87. colum.8. uolum.4.

19 Sed aduerte,quòd vbicunque hinc inde reperirentur coniecturæ: tunc utique, & indubitanter una præsumptio potentior tolleret aliā pręsumptionem debiliorem . uulgata l. Diuus. ff.de in integ.restit.& Alex.conf.124.quoniam abundè.col.2.vol.6.

20 Claudicatque tertiò prælibata communis opinio locum minimè obtinere in filio testatoris substituto: nam monasterium tunc non excludit filium testatoris substitutum, & sic hoc casu nullo pacto præfereretur monasterium filio, vt consuluit Bal. consil. 196. testamentum Pycharelli.uolum. 1. ubi planum facit ita fuisse iudicatum. Et huic sententiæ accedit Ripa in l. ex facto.§.si quis rogatus,num.41.ff.ad Trebel. Bald.in auth. nisi rogati. C. d Trebel. Rapha. Fulgos.consil. 53. & Ias.in terminis,cons. 212. uolum.2.& Augst.Berous in d. cons. 114. sub num.21.uolum. 2. Siquidem monasterium filij loco non habetur, neque substitutum excludit, cùm testatoris filius est substitutus. licèt, & malè Dec.in d.consilio 426.& Grauet. in d. consil. 152.circa testamentum, num. 1. cum aliis seq. consuluerint contrarium,uidelicet, quòd monasterium habeatur loco filij,faciatque deficere conditionem substitutionis si decesserit sine filiis naturalibus, & legitimis ex suo corpore procreatis.

¶ Alias uerò quamplurimas limitationes, utilissimas quidem,ponit, & discurrit August. Berous in dicto c. in præsentia, num. 487. cum aliis seq.Bertachinus in suo repertorio, in uers. Monasterium habetur pro filio,& Ripa in dicta l.ex facto. §. si quis rogatus, numero 44. cum aliis seq. ff.ad Trebell.

*SVMMARIVM.*

1 *SVBSTITVTIO compendiosa facta filio impuberi uerbo communi, intra tempora pupillaris ętatis est directa, post uerò pubertatem conuertitur in obliquam, etiam si mater esset in medio.*

2 *Substitutio compendiosa facta per uerba communia omni tempore pupillarem quoque continet, non tacitam sed expressam uerbis generalibus.*

## OPINIO DCCCXLII.

1 SVBSTITVTIO compēdiosa impuberi filio facta uerbo communi, ueluti si testator dicat, Lucium filium meum hęredem instituo, & ei quandocunq; sine filiis decesserit, Sempronium substituo: intra tempora pupillaris ętatis directa est, post autem pubertatem decedente filio conuertitur in obliquam: secundùm Glos. in §. qua ratione, instit. de pupil. substit. & opinio hæc communiter approbatur: vt admonet Ias. consilio 129. factum sic se habet, lib. 1. contra Glos in l. precibus. C. de impub. & aliis substit. & Oldrad consil. 99 factum tale, & Bal. consilio 392. super primo, & consilio 399. prætermittendum, lib. 4. *Cōis opin.*

2 Et istam communem amplia procedere etiam si mater esset in medio: quia substitutio compendiosa facta per uerba communia omni tempore pupillarem quoque continet, non tacitam, sed expressam uerbis generalibus. d. l. precibus: & potentior est fauor pupilli, ne absque testamento decedat, quàm matris, ut filio ab intestato succedat. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testamen. & in cap. si pater, de testam. libr. 6. & hoc tenet & firmat post alios, per eum ibi congestos, Tiraquel. in tract. de legibus connubialibus, in Gloss. 5. num. 60. Ferronius in Glos. ad consuetudines Burdegalenses in 2. par. in §. 11. Iacobinus de Sancto Georg. in l. fin. num. 37. C. de edict. Diui Adria. toll. Licèt contrarium & malè firmet Corasius in dicta l. precibus, num. 19 & de ea dubitat etiam Dec. consi. 128. Sed prima opinio uidetur verissima, & communis: vt per Alex. in l. Cēturio ff. de vulgat. & pupill. & cōnsilio 12. uol. 3. ideo ne te decipiat Dec. suis suasionibus, noli discedere in actu practico ab ipsa communi. *Cōis opin.*

*SVMMARIVM.*

1 *SVBSTITVTVS moriens antequā substitutionis casus eueniat, spes substitutionis expirat, nec ad hæredes transmittitur.*

2 *Substitutio quælibet dicitur conditionalis.*

3 *Ius conditionale non transmittitur ad hæredes.*

4 *Substitutio conditionalis ad hęredes transmitti non potest, & ibidem affertur ratio.*

5 *Fideicommissum conditionale pendente conditione non transmittitur ad hæredes. quod ampliatur, nu. 8. & 9 & num. 16.*

6 *Fideicommissum fit caducum morte fideicommissarij conditione pendente, siue sit uniuersale siue particulare. Et cur secus in contractibus, quàm in ultimis uoluntatibus, num. 7.*

10 *Pendentia conditionis impedit transmissionem etiam ad filios.*

11 *Filius non subintrat in locum sui patris in fideicommisso in dispositione hominis.*

12 *Ius in spe non dicitur esse in bonis nostris.*

13 *Quæ sunt in conditione, non sunt in dispositione.*

14 *Fideicommissum expirat morte fideicommissarij, & non transmittitur ad hęredem fideicommissarij, sed remanet apud grauatum, vel eius hęredes.*

15 *Glossa in l. is cui. ff. de act. & oblig. communiter reprobatur.*

17 *Fideicommissum conditionale transmittitur ad liberos, vbicunque à principio fuerit mutuum cum iure accrescendi.*

18 *Legatum, siue fideicommissum particulare pendente conditione non transmittitur.*

19 *Fideicommissum conditionale pendente conditione trāsmittitur ad hæredes, vbicunque appareret ex defuncti coniecturis. Et in proposito quomodò coniectura colligenda sit, nu. 20. Et rursus coniectura sufficiens in præsenti materia esset, ubicunque in patria testatoris extaret statutum excludens fœminas dotatas, uel dotandas à bonis paternis: quia tunc testator ipse censetur se uoluisse cōnformare cum dispositione ipsius statuti, num. 21. Et ibi in proposito an masculinum concipiat fœmininum, num. 22.*

23 *Fideicommissum purum statim peti potest, & similiter transmitti potest.*

## OPINIO DCCCXLIII.

1 SVBSTITVTVS moriēs antequàm substitutionis casus eueniat, spes tunc substitutionis expirat, nec ad hęredes transmittitur. l si ex pluribus. ff. de suis & legit. & not. Bald. cons. 94. punctus quæstionis, libro 4. consilio 320. dicta domina, & cons. 434. punctus, circa fin. uol 4.

2 Et ratio istius dicti uidetur isthæc: quia quælibet substitutio dicitur conditionalis. l. cohæredi. §. cohæres. ff. de uulg. & pup. substit.

3 Et ius conditionale ad hæredes non transmittitur. l. si ita legatum. §. illi si uolet. ff. de leg. 1. not. Fulgos. consilio 14. in quæstione, & consil. 70. proponitur, Alex. consilio 49. uiso themate, col. fi. uol. 6 cons. 25. & cons. 252. uol. 6. & Dec. cons. 435. in causa mihi.

4 Et sic cùm substitutio sit conditionalis ad hæredes

hæredes transmitti non potest. Ias. post alios in l.qui plures.ff.de uulg.& pupill. substit. ubi rationem reddit. Quia substitutio nihil aliud est quàm cōditio institutionis.l.in ratione.§. quod vulgo,& §.seq.ff.ad leg.Falcid.& l.qui liberis.ff. de uulg.& pupil.

5 Et ultra prædicta non admodum distare uidetur illud,quod fideicommissum conditionale pendente conditione non transmittitur ad hæredes.l.in causæ.la 2.§.Pomponius ,ubi Bal. ff.de minor.& Alex.in l.fin.colum.fi.C.de lega. Bart.in l.1.num.9.ff.de leg. 1. Bald. in l. unica. C.vt act.ab hæred.& cont.hæred. Ioan. Dilect. in tract.de arte testand.tit.5.caut.23.

6 Præterea fideicommissum fit caducū morte fideicommissarij conditione pendente, siue sit uniuersale siue particulare.l. si in personam. C.de fideicom.l.1.§.sin autem.C.de cad.tollen. l.vnum ex familia.§.rogo,in fine & l.miles.§. 1. ff.de leg.2.

7 Et cur secus fit in contractibus, quàm in ultimis uoluntatibus, vide Thobiam Nonium post Gloss.in §.ex conditionali,insti.de uer.obl. nu.4. 5.& 6.vbi post Ozer.concludentem rationem afferre conatur,per text.in l. si pactum,circa finem.ff.de probar.

8 Sed istam conclusionem, ut supra firmatā, amplia primo loco etiam procedere si testator substituisset filios & hæredes, uel eorum præmortuorū liberos:quia nec admittentur filij hæredis præmortui donec superfit aliquis ex filiis substitutis:per notata in l.hæredes mei.§.fin. ff. ad Trebell.& per Alexan.consilio 17. uiso testamento,volum.6. nisi iure accrescendi hæreditatem habere possit filius substituti.l.qui patri.ff. de acquiren.hæred.quod mirabile dicit Bal. cōsil.9.iactum tale est,uol.2.

9 Amplia secundo loco antedictam conclusionem etiam procedere, si hæredes ex descendentibus testatoris substituti essent. l. hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebell.Gloss.ualdè not. in l.1.C.de his qui ante apert.tab.& ibi Bart. Bal. Alber.& idem Bart.in l.1.colum.fin.ff.de leg.2. sequens Cyn.in l.1.C.commn.de lega. Bald. in l.cum ex filio.ff.de vulgar.& pupill.idem tenet Gloss.in l.si in personam.C.de fideicom.Oldra. consilio 131.Corn.consi.248.circa hanc,uol.1. & Soc.cons.197.circa præmissa.Et habetur optimè per pract. Papien. in forma libelli quo agitur ex substitutione,in uers. Qui ex eis superuiueret,in fine Dec.consilio 115.in princ. & 574. colum. 1.ubi de communi testatur, & similiter Curt.Iun.consilio 69 96.83.& 135.numero 5. Boer.decis.354.Ias.in l.si stichum. §. 1.nu.2.ff. de uerb.oblig. *Cōis opin.*

10 Nam pendentia conditionis impedit transmissionem etiam ad filios. l. si cui legerur.§. 1. vbi Bal.ff.de leg.1.quod sequendo refert Ias. in l.cum filiofam.num.24.cum seq.ff.eod.tit.

11 Nec filius ipse subintrat in locum sui patris in fideicommisso in dispositione hominis: ut per Bollon.cons.50.& Ias cons.8.

12 Facit etiam: quia Ius in spe non dicitur esse in bonis nostris. Albert. Brun.consil. feud 6. & 8.Et hæreditas quæ nō potest adiri, non dicitur delata.l.delata,ubi ad ꝓpositū Glo.notat.ff. de verb.signific.sic sequitur quòd nemo dat quod non habet.l.nemo plus iuris.ff.de reg.iur. Bart. in l.uniuersæ.C.de legatis.

13 Ad id confert iterum: cùm ea quæ sunt in conditione, non sint in dispositione. Ias. in l. 1. num. 12.C.de pactis. Nam filij in præsenti casu sunt positi in conditione non autem in dispositione.idem Ias.in l.Centurio,num.56 ff. de uulgar.& pupil. Alexan. consilio 199.libr. 2. quod declarat Cephal.cons.351.lib.2.

14 Præterea constat,quòd fideicommissum expirat morte fideicommissarij,& non transmittitur ad hæredem fideicommissarij, sed remanet apud grauatum,uel eius hæredes.d.l.cùm filiofam.ubi Ias.numero 4. & 24 Curt. Iun. consil. 87.& 113.post Gloss.communiter approbatam in l. Lucius,la 2.ff.de hæred. instit. & Pract. Papien.ubi supra,num. 27.Alex. ubi prædicta asserendo firmat in l.Gallus.§.etiam si parente,nec sic.Passus non est sine dubio.ff.de lib.& posthu. & post alios quos ibi allegat in l.ex facto.§.ex facto.ff.ad Trebel.& in l.sed si eo, eod. tit. ubi refert,quòd si pater fecit reciprocam substitutionem inter filios,si quis eorum decesserit sine filiis,& sic conditio expressa:& iura conditionalia delata in hæreditate ascendentium non transmittuntur ad posteros,si ipsi decesserint conditione pendente. *Cōis opin.*

¶ Et cùm in propriis terminis per hæc religiosissimè uiderim consultum & obtentum in anno 1573. uolui ad eorum meliorem declarationem præsentem facti speciem interserere. Agebatur igitur, quòd quidam Matthæus Iannes de Ciuitaregali in suo testamento instituit suos uniuersales hæredes pro æquali portione, Sebastianum eius filium, & Cicchonum ex altero prędefuncto filio nepotem:& si mori contingerit sine filiis de eorum corporibus legitimè descendentibus eos inuicem substituit. Euenit casus, quòd pendente conditione Sebastianus filius institutus, & ut præmittitur substitutus, relicto filio notario Guido Antonio diē suū clausit extremum: deinde Cicchonus nepos in suo testamento hæredem instituit Angelellam eius sororem,& mortuus est sine filiis. Insurrexit notarius Guidus Antonius filius & hæres uniuersalis prædicti Sebastiani contra prædictam Angelellam hæredem uniuersalem,vt supra institutam,& quęsiuit capere propria authoritate possessionem bonorum hæreditariorum ipsius Cicchoni,asserendo se esse filium & hæredem præfati Sebastiani, & per consequens ad ipsum spectare & pertinere dictam hæreditatem, cùm sit factus casus restitutionis:& sic re in controuersiam

ñam deducta: fuit tandem compromissa, & ea subtiliter, accuratè, & optimè perpensa, non obstantibus quàmplurimis iureconsultorum Aquilanorum, & Perusinorum respõsis, & in iure allegationibus in fauorem dicti notarij Guidi Antonij; fuit mediãte elegãti, maturo, & docto consilio, & patrocinio Excellentis Domini Paschalis Turcanici conciuis mei, ex voto Excellentis Domini Ioannis Francisci de Nobilibus de Ciuitate Ducali, compatris mei vndecũque doctissimi & laudatissimi, ad fauorem dictę Angelellæ pronunciatum, & iure optimo determinatum, exclulo penitus ipso notario Guido Antonio; & tali determinationi cognitis suis rationibus partes ipsæ statim acquieuere.

15 Et quamuis Gloss. in l. is cui. ff. de act. & oblig. contrarium asseueret: tamen non est recedẽdum ab opinione Glo. præcit. in d. l. 1. & fuit opinio Azon. in sum. ib:, nume. 2. quæ uerior, tutiorque apparet, quam tenet Aret. in §. ex conditionali, num. 3. & 4. instit. de uerb. oblig. & est communiter approbata: vt per Alex. in d. l. cùm ex filio. & consil. 92 num. 5. lib. 3. Curt. consilio 63. antiquissima, colum. 17. & consil. 75. Dominus Ludouicus, Socin in l. 1. ff. de uulg. & pup. Iaf. in l. si cui legetur. . hoc autem. ff. de leg. 1. & consilio 80 iste casus, lib. 1. ui ultra piçcit. Doct. accedit Bald in l. 1. §. fin autem. . de cad. coll. ubi ait ibi esse text. qui decidit hanc quæst. & in consilio 254. Titius, uol. 1. & in consil. 435. punctus super quo, uolum. 4. Iaf. consil. 29. Dominus Nicolinus, colum. fin. uolum. 3. Et probatur apertè hoc in d. . cùm ita, & ibi Gloss. in uerb. Suscepisset. & alij quos congerit Iaf. in l. quę de legato, col. 4. ff. de leg. 2. & Dec. cõf. 394. pro uera, & cõsilio 55. & pro tenui facultate, num. 8.

*Cõis opin.*

16 Vbi hoc amplifica procedere etiam si in cõtrarium reperiretur, urgeretque aliqua coniectura uoluntatis testatoris, & interrogatus uniuersaliter ita d. spõsuisset. & hęc est communis opinio, attestante Salyc. in dicta. l. si in personã. quæ corroboratur ex allegatis per Gozad. consilio 29. uidetur, colum. 3. & sequitur Corn. consil. 248. circa hanc, colum. 1. uol. 1. & Soc. Iun. consilio 98. viso puncto, col. 1. vol. 2.

*Cõis opin.*

17 Sed præsens communis opinio choarctatur, vt fideicommissum conditionale transmittatur ad liberos, vbicũque à principio fuerit unitum cum iure accrescendi: tunc enim uidetur naturam eius assumpsisse vt transmittatur, sicut trãsmittitur ius accrescendi. l. qui patri. ff. de acqui. hæred. & Soc. consil. 6. in præsenti consultatione, colum. 4. uolum. 3. & Iaf. conf. 134. testator, uol. 4 ubi amplectitur opinionem Soc. qui allegat consil Bal. 9. uol. 2.

¶ Cæterùm aduerte, quòd dispositio d. l. qui patri, inducta apparet fauore pupilli, vt is hæredem habeat: vt ibi exprimit Alex. col. 1. & ideò nõ habet locum nisi in substitutione pupillari, uel in substitutione uulgari cõtinente tacitã pupillarẽ: ut explanat id Alex. in eadẽ l. col. pen. Et d. cõf. 9 Bal. ... per Soc. in d. conf. 6. non probat ullo modo eius intentionem: quia Bald. loquitur in substitutione pupillari: ut facilè discernitur ex lectura dicti consilij. Aliud est igitur dicendum in substitutione fideicommissaria, & hęc est communis & concors solutio. teste Salyc. in l. quidam elogio, circa finem. C. de iure deliberan.

*Cõis opin.*

¶ Et quòd text. in dicta l. qui patri, habeat locum tantum in substitutione directa, non autẽ in fideicommissaria, fatetur expreßè ipsemet Iaf. in d. consil. 159. in fine.

¶ Sed esto quòd uera sit opin. Soc. præmemorata in d. consil. 6. tamen adhuc limitanda foret, ut ea nullatenus procederet contra neptem testatoris filiam hæredis instituti: quoniam non est uerisimile quod uoluerit eam excludere ab hęreditate patris, & alienas successiones propriis anteponere. l. cum acutissimi. C. de fideicom. & ita declarat, limitatque suam opinionem Soc. in d. l. hæredes mei. §. cùm ita, col. 5. ff. ad Trebell.

¶ Et ad istum text. responde declarando, quod transmissio antedicta non obtinet locum nisi in præiudicium extranei; & quòd filia hęredis in situm neptis testatoris non est persona extranea ... extraneum. C. de rei ux. act. quare hæc præsumptio procederet sine scrupulo aliquo vbicunque successurus ab intestato esset de liberis testatoris, qualis est ipsa neptis: ut post alios cõcludit Dec. in l penult colum. fin. uers. Venio ad secundum. C. de impub. & hæc est communis theorica Doct. ut per Corn. consil. 22. colum. 5. uers. Diligenter, uol. 2.

*Cõis opin.*

18 Ampliatur secundo loco, vt non solùm procedat in legato, seu fideicõmisso vniuersali, sed etiam particulari. Nam si legatum relinquatur si nauis ex Asia uenerit uel non uenerit: antequàm sit certum nauem venturam, vel non venturam legatarius moriatur, tale legatum nõ transmittitur. Rom. sing. 90. per tex. in l. huiusmodi. ff. quando dies leg. ced.

19 Sed regula prædicta, sic ut uides utiliter ampliata, limitatur ubicunque contrarium ex defuncti coniecturis appareret. Bal. in d. l. 1. C. de his qui ante apert. tab. & Barto. in d. §. cùm ita, num. 4. & ibi Soc. num. 9 Ioan. Cephal. consilio 251. lib. 2. Rolan. à Valle consil. 5. lib. 4. & D. Berard. Alphan. in suis collect. in d. l. 1. 141. ubi ad propositum copiosè, & eleganter more solito complura congerit.

20 Et hęc coniectura quomodò colligenda sit, an ex uerbis testamenti, an ex aliis testamenti dictis, præter Soc. primam partem tenentem in d. §. cum ita, num. 10. uide Alphan. in præcit. loco, qui plures authoritates contra Socin. cumulauit.

21 Hinc nota ad propositum, quòd illa coniectura in medium adduci potest, uolũtatis testatoris,

toris, quę ea est, ubicunque in patria ipsius testatoris extaret statutum excludens mulieres dotatas uel dotandas à bonis paternis: tunc equidem testator censetur uoluisse se conformare cum dispositione ipsius statuti, uel alterius similis. ita Bart. in d. §. cùm ita, & in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. lib. Soc. consilio 116. In causa filiorum, col. 4. uol. 3. Alex. cons. 15. Viso testamento, uol. 4. Zasi. cons. 1. nu. 41. lib. 1. Doct. in d. §. cùm ita, ubi Bart. nu. 4. concludit, quòd in locis ubi extant, uigent que statuta, quòd filiæ, & neptes fœminæ nō succedant stātibus masculis, quòd neptis nō admittitur, si superest nepos ex filio masculo, qui ex præsumpta uoluntate defuncti, secundùm statutū ciuitatis neptē excludit. & opin. hanc sequuntur ibi Ang. Raphael, Pau. Castr. Alex. & communiter Scrib. in locis relatis ibi per Rip. & per Dilect. in tract. de arte test. tit. 5. caut. 17. quamuis ibi afferat plura collegia contrarium aliàs respondisse. Castr. cons. 409. Casus iste frequenter contingit, lib. 2. Alciat. reg. 3. pręsumpt. 32. num. 4. Tiraq. in l. si unquàm, in uer. Susceperit liberos, n. 134. C. de reuo. don. Soc. in l. cùm auus, n. 95. ff. de cōd. & demon. & cons. 73. Capiendo, nu. 12. & seq. volu. 4. vbi pòstmodū apertissimè admonuit ita aliàs in simili casu uidisse consultum Ferrarię per doctissimos uiros Bononiēses, & Ferrarienses. & ita etiam sæpius se consuluisse: & hęc est communis opinio. vt per Soc. Iun. cōs. 30. Maxima, lib. 4. ante nu. 2. licèt ibi nu. 6. in fi. contrariam opin. magis communiter receptam ex semetipso afferat.

Cōis opin.

Cōis opin.

22 Et hinc est, quòd cū statutum sit differēs materia inter masculos & fœminas, sequitur necessariò, quòd sub illis uerbis, sine filiis, & sic sub masculino genere à testatore prolato non comprehēdatur fœmininum: secundùm Ancha. in l. tres fratres. ff. de pact. asserentem, quòd si pater filios institueret, filię non comprehenduntur, si per statutum masculi excludunt fœminas: & sic materia erat indifferens. & sequitur Alex. in l. Gallus. §. quidam rectè, in fi. ff. de lib. & posth. & cons. 127. Viso testamento, post prin. uol. 1. & cōs. 16. nu. 1. uol. 4. Soc. cons. 51. Visa, col. 7. vol. 4. Curt. Sen. cons. 51. Super testamento, col. 3. Ias. in l. si quis id quod, in 8. limi. ff. de iuriscom. iud. & Dec. cōs. 15. Et pro tenui, col. 4. vbi in his terminis arguit, quòd sub cōditione ista, si sine liberis decesserit, masculinum non cōcipiet fœmininū, propter differentiā inter masculos & fœminas, quam testator fecerat: sicut contingeret vbicunq; per statutum fieret talis differentia. Nam sicut quando ex mēte testatoris huiusmodi materia est differens, solet concludi, quòd appellatione filiorum fœminę non continentur. vt per Bar. in l. 1. ff. de uerb. signif. & ibi Alc. & Soc. Sen. consil. 36. Rectè in fine, & Corn. cons. 7. Reperio, col. 3. & cons. 101. Licèt in hac, col. 3. uol. 4.

23 Fallit vltimo loco dicta conclusio quoties fideicommissum esset purum: quia fideicommissum purum statim peti potest, cū non habeat quod ipsum impediat. Pau. Cast. in l. epistolam. §. mulier. ff. ad Trebell. Ias. in l. cùm secundum. C. de fideicom. Et similiter postquā est purificatum transmittitur. Paul. Cast. consilio 408. libro primo.

*SVMMARIVM.*

1 *TESTATOR inducere potest, quòd illud, quod de sui natura est intransmissibile transmittatur: Et econuersò illud, quod est transmissibile, non transmittatur.*

2 *Fideicommissum conditionale transmittitur, nedum ex expressa voluntate testatoris, sed etiam ex coniecturata.*

3 *Fideicommissi conditionalis transmissio est fauorabilis.*

4 *Fideicommissum conditionale transmittitur ex coniecturata mente testatoris ad filios filiorum præmortuorum ante grauatum, & ante conditionis euentum: si testator ipse instituit filios, & vlterius dispofuit, quòd si morerentur sine filijs, quòd bona sua deuenirent ad superstitem, seu superuiuentem.*

5 *Testatoris uoluntas, & coniectura sumi debent ex aliquibus in testamento expressis.*

6 *Substitutionis reciprocæ spem primus decedēs cum liberis transmittit ad filios suos, quando post reciprocam substitutionem factā inter liberos, si sine liberis decesserint, substitutus esset extraneus.*

7 *Substitutio facta fideicommissario, si sine filijs decesserit, si fideicommissarius ipse, pendente conditione sui fideicommissarij, decedat, transfert ius fideicommissi in suos filios, & hęredes, ex pręsumpta voluntate testatoris, qui habuit eam considerationem ad filios, ponendo eos in conditione ad exclusionem alterius substituti.*

8 *Substitutio secunda de maritandis puellis pauperibus, & sic substituta pia causa, si Berta primo loco substituta sine liberis decedat, habet locum si cum filijs decedat, licèt viuo primo instituto.*

9 *Substitutionis conditionalis ius, iunctum cum iure accrescendi, transmittitur.*

10 *Fideicommissum, pendente conditione, ad hęredem transmittitur, ex coniecturata mente defuncti, quando est habita consideratio agnationis, & masculinitatis.*

11 *Fideicommissi spes, pendente conditione, ad hęredem transmittitur, ex coniecturata mente testatoris, vbicunque testator uoluit bona sua ad descendentes suos in infinitum remanere.*

12 *Fideicommissi spes transmittitur, conditione pendente ex coniecturata testatoris voluntate,*

 *idest,*

*id est ex prohibitione alienationis facta filijs, ac eorum, & cuiuslibet eorum filiis, & descendentibus.*

13 *Fideicommissum conditionale transmittitur ad hæredes ex coniecturata testatoris mente, idest ubicunque testator ipse in testamento mentionem fecerit de filio, & hæredibus eius.*

14 *Substitutio hoc modo facta: Titium, & Sempronium substituo, & eos inuicem substituo in stirpes, & non in capita in infinitum, comprehendit ex coniecturata mente testatoris etiam eorum filios.*

15 *Fideicommissum conditionale transmittitur ex tacita, præsumptaque mente testatoris, vbicunque testator substituisset filios fratris tempore testamenti prædefuncti, unà cum fratribus tunc viuentibus, idest si unus fratrum prædecedat grauato, transmittit spem fideicommissi ad eius filios.*

16 *Fideicommissi conditionalis spes transmittitur ad descendentes ex tacita mente testatoris, vbicunque extraneus veniret præferendus ipsis descendentibus testatoris.*

17 *Coniecturæ fideicommissi conditionalis, quæ sufficiant ad fideicommissum ipsum inducendum, explicantur sigillatim per totam Opinionem.*

18 *Nepos, quòd subintret in locum patris, & eum repræsentet, quando succedit ur ex dispositione legis; secùs quando ex titulo fideicommissi, & sic ex dispositione hominis.*

19 *Verba disponentia de obtinente primum locum, ut rè & non fictè intelligi debent.*

20 *Nepos subintrat in locum patris per fictionem. declara num. 56.*

21 *Prior in gradu, potior est in successione. declara numero 57.*

22 *Fideicommissum conditionale non transmittitur, siue aliquis extraneus, siue aliquis ex descendentibus testatoris sit substitutus.*

23 *In substitutionibus præferuntur à testatore magis dilecti.*

24 *Filij positi in conditione, non dicuntur uocati, nec honorati.*

25 *Prædilectus in institutione, pariter & in substitutione prædilectus præsumitur.*

26 *Testator maiorem affectionem habere dicitur ad natos tempore mortis ipsius, quàm ad natos & conceptos post ipsius mortem. Declara numero 58. & 59.*

27 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando nepotum fauor resultaret in damnum filiorum.*

28 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quoties dispositio verificari potest in persona filiorum.*

29 *Substitutio pupillaris vnita cum iure accrescendi, quòd ad hæredes transmittatur non procedit, quando superuiuentes fuerunt substituti.*

30 *Fideicommissa, in quibus plures sub nomine collectiuo vocantur, in eis attenditur proximitas ex causa successionis respectu hæredis grauati, & non testatoris grauantis. Declara numero 62 63. & 64.*

31 *Filij succedunt in locum patris in fideicommissis. & num. 65.*

32 *Filij in fideicommissis succedunt in locum patris, quando agitur de successione ascendentium, uel patrui. & num. 66. 75. & 76.*

33 *Voluntas testatoris regulatur secundùm dispositionem iuris communis loquentis ab intestato.*

34 *Filius subintrat in locum patris prædefuncti, & cum patruo concurrit, quoties agitur de successione ascendentis vel patrui de iure communi.*

35 *Fideicommissum conditionale, si fideicommissarius pendente conditione moriatur, ex coniecturata testatoris voluntate ad hæredes transmittitur.*

36 *Fideicommissum conditionale, quando filij positi sunt in conditione, ad hæredes transmittitur. Quod procedit etiam quando testator superstites, seu superuiuentes substituisset. & num. 37.*

38 *Testator faciens plures gradus substitutionum, censetur substitutum cum conditione si sine filijs decesserit, grauasse ad filium suum transmittere.*

39 *Fideicommissum conditionale agnationis conseruandæ factum, ad hæredes transmittitur. & numero 73.*

40 *Ius accrescendi, quando est fideicommissariæ substitutioni iunctum, facit illam substitutionem sui natura non transmissibilem, esse transmissibilem.*

41 *Substitutio vnita cum iure accrescendi, illius naturam assumit.*

42 *Prohibitio testatoris de non alienando, arguit nepotes & cæteros descendentes uoluisse ipsa bona prohibita consequi. & num. 74.*

43 *Fideicommissum transmittitur ad nepotes, quando bona perpetuò in familia remanere debent. & numero 72.*

44 *Filij in conditione positi & grauati in testamento à testatore, censentur positi in dispositione.*

45 *Fideicommissum conditionale ad hæredes transmittitur, si post mortem institutorum, & substitutorum vltimo loco fideicommissariæ substitutus esset aliquis & eius filij, & filiorum filij.*

46 *Filij positi in conditione, in dispositione positi censentur, quando testator sub eadem liberorum conditione ad plures gradus substitutionum digressus sit.*

47 *Nepotes appellatione filiorum veniunt in fideicommissis. & num. 71.*

48 *Nepotes veniunt appellatione filiorum in dispositione collata in aliquem futurum euentum, vbi poterat dubitari, an filij primi gradus exituri essent, an nepotes, uel alij ulterioris gradus.*

49 *Fideicommissum fauore agnationis conseruandæ factum, est fauorabile.*

50 *Fideicommissum reciprocum non dicitur onus continere.*

51 *Minor non dicitur læsus, quando fideicommissum reciprocum tollitur.*

52 Nepos

52 *Nepotes ueniunt appellatione filiorum in materia fauorabili & in casibus etiam in quibus masculinum concipit fœmininum. & nu. 53. & 70.*
54 *Masculinum concipit fœmininum in ultima uoluntate, etiam vbi tractatur de grauando hœrede.*
55 *Filius, quando agitur de dispositione hominis, intrat in locum patris, quando tractatur de fideicommisso, & de successione ascendentis.*
60 *Verbum fily, quando profertur in plurali numero, non restringendo ad certas personas, sed conferendo in genere in futurum euentum & agitur de nepotum commodo, & in eis uiget eadem ratio, nec sequitur absurditas, & præcipuè quando agitur ad augendum & continuandum gradus substitutionis: tunc appellatione filiorum ueniunt nepotes.*
61 *Fily in fideicommissis succedunt in locum patris, quando substituti essent superstites seu superuiuentes.*
67 *Fily subintrāt in locum patris, quando non ageretur de excludendo aliquem à successione, sed tantùm, quòd nepos concurreret cum patruo.*
68 *In dubio propter anfractum opinionum, adhærendum est opinioni, quæ fauet nepotibus.*
69 *In dubio pro possessore iudicandum est.*
77 *Nepotes censentur uocati etiam appellatione filiorum in fideicommisso in futurum euentum prolato, & ab ascendente facto.*

## OPINIO DCCCXLIV.

1 *Substitutio.* ONGRVIT præcedentibus nonnulla de coniecturis fideicommissi conditionalis annectere, cùm coniecturalis hæc inuestigatio frequens sit, vtilis, & peregrina: licèt itaque ius fideicommissi conditionalis regulariter non transmittatur, idque nempè plures ampliationes recipiat, quas alibi explicaui, nuncq́ue consultò omittendas esse censui; cùm tñ in oībus hæsitationibus fideicōmissorū præferenda indubitanter sit testātis voluntas: ipsa quidem etiā tacita efficit de intrāsmisibile trāmisibile, econtra etiā, de transmissibile intransmissibile: secundùm Bal. in l. vnica. C. de iis qui ante apert. tab. in l. unica. vt act. ab hæred. in l. si pater, colum. 4. de instit. & subst. & in c. 1. qui success. ten. col. 2. quē refert Paleot. in subscrip. ad Alex. consi. 93. uol. 3. Ias. conf. 233. col. 2. in princ. uolu. 2. Curt. Sen. conf. 75. col. 10. Dec. conf. 573. n. 4. Paris. conf. 52. nu. 18. vol. 3. & Soc. Iun. consil. 141. col. 7. vol. 2. & cōs. 63. Viso proposito the *Cōis opin.* mate, nu. 2. & seq. vol. 4. ubi ad lucem adducit istam esse communem sententiam.

2 *Cōis opin.* Estque re ipsa cōis omniū iuris interpretum opinio, transmissionem fideicōmissi conditionalis, ex tacita voluntate testantis coniecturis elicita fieri. vt testatur nō obscurè quidem Paris. conf. 5. nu. 14. & seq. vol. 3. & consilio 50. num. 16. & seq. eod. uol. & Curt. Iun. cons. 16. sub num. 6.

3 Imò isthæc cōclusio adeò uera est, vt talis transmissio cōditionalis fide cōmissi fauorabilis censeatur. vt voluit Soc. in l. qui duos, in prin. ante nu. 26. de reb. dub. citās in argumē tum Glo. in d. l. vnica. C. de iis qui ante apert. tab. & Fran. Marzar. cum aliis catheruatim relatis per eum, in tract. fideicommissariæ materiæ, in 2. par. in prin. fol. par. 4. & seq. vbi fusissimè quidem tuetur opinionē istā, eamq́; pariter indubiam vocat, vt fauorabile fideicommissum ipsum sit, vt bona conseruentur in agnatione, & familia.

¶ Idque vtiq; tanquā fauorabile adiuuandum venit. l. hęredes mei. §. cū ita. ff. ad Treb. vbi meritò quidē disponitur vnicā duntaxat sufficere coniecturā ad inducendum fideicōmissum. quoniā lex fauere censetur fideicommissariæ uoluntati, vt etiam pro ea sustinenda uerba improprientur. l. Titia. §. Lucius. ff. de leg. 2. & l. Sceuola. ff. ad Trebel.

4 Eaq; obtinet locū etiā, si testator dixerit superstites, vel superuiuentes substituo. vt firmauere Raph. Cum. conf. 3. Titius, Raph. Fulgos. conf. 15. Proponitur quòd montes, in 2 dub. Alex. in l. q. patri, col. fi. sed in terminis illius textus, de acq. hær. Ias. cōs. 154. col. fi. uol. 4. & cōs. 52. col. fi. uol. 3. Dec. conf. 369. col. 2. Ioā. Maria Riminal. cōs. 78. col. 2. Ruin. conf. 79. col. pen. uol. 3. & Paris. cōs. 76. col. 2. uolu. 2. & in d. conf. 50. nu. 35. & seq. uol. 3.

¶ Et quamuis aliqui Doct. non contēnendę authoritatis, cōtrarium senserint, videlicèt Bal. in l. quidē eulogio. C. de iure delib. Ludo. Rom. in d. l. qui patri, in fi. ac idēmet Bal. bis cōsulēdo, scilicet cōs. 271. Substitutio fideicōmissaria, uol. 2. & cōs. 435. Punctus super quo, in fi. uol. 4. Ias. titubanter, cōs. 29. col. fi. vol. 3. Riminal. pariter sibi cōtrarius, consilio 93. numero 28. Curt. Iun. consilio 69 colum. fin. Soc. iun. cōs. 133. col. 2. in fi. uol. 1. Rip. in l. hęredes mei. §. cū ita. ff. ad Treb. Quinimò ipse Soc. Nepos bis asseruit istā Bald. opin. magis cōe esse, cōs. 14. n. 6. & seq. & cōs. 30. n. 7. uol. 4. *Cōis opin.*

¶ Nihilominus tñ non arbitror fore modo aliquo recedendū ab opinione utriusque Raphaelis, quā etiam vltra præmemoratos Doctores sequitur Grauet. conf. 306. colum. 3. & in eius repetit. l. cùm filiusfamiliās, in 2. part. nu. 261. circa fi. & nu. 352 Hieronym. Zanch. in repet. d. l. hæredes mei. §. cū ita, ante num. 221. & facilè discernitur magis cōmunis sententia. attestāte ingeniosissimo D. Sfortia Oddo, in trac. cōpen. substitutionis, partic. 6. art. 2. cōcl. 14. post 6. limit. vers. Cōtrarium tenēt. *Cōis opin.* Est etiam re ipsa æquior, & benignior opinio, à qua nō foret vllatenus in iudicando, & cōsulendo recedendū; & secundū istā magis cōem

sententiã extitit de præsenti anno 1581. hic Aquilæ religiosissimè, atque copiosissimè cõsultum, per D. Alexandrũ Trentacinque com patriotam meũ, uirũ utiq; eminentis scientię: & consilium fuit subsignatũ per Illustres Doctores Perusinos, & Aquilanos, in pulcherrimo casu ad fauorẽ magnificorũ filiorũ D. Ioãnis Hieronymi Riueræ: & illi consilio requisitus me subscripsi: & electo iudice in præsenti causa de ambarum partiũ cõsensu, Illustri D. Vincentio de Franchis, regio consiliario, undiq; incorruptissimo, & relata, trutinataque in Sacro Concilio Neap. causa ipsa, ita ibi religiosè quidẽ iudicatũ extitit de mense Maij 1581. licèt pro ipsis filiis transmissionẽ pręẽdentibus vehementissimæ coniecturę assererentẽ, quo casu hæc opin. indubitàter pcedit.

¶ Sunt tñ qui ipsam dupliciter declarent. Primò, quoties essemus in dictione superstites, geminata; tũc enim transmissionẽ impediri asserũt, non in merito quidẽ. Soc. Iu. in d. cõs. 133. col. 3. in prin. uolu. 1. & Zãch. in d. §. cùm ita, ante num. 221.

¶ Secundò, qñ substitutioni de superstitibus, in totum adiicereẽ: vt singulariter tradit Ruin. consf. 181. col. 2. & fi. vol 2. Si enim trãsmissioni, isto casu locus esset, in totũ non succederetẽ. Sed licèt istã limitationẽ idẽ Zanch. afferat ante d. nu. 221. videẽ nihilominus titubare, in fi. n. 340. relinquẽs cogitãdũ, vt p eũ: ueruntn est pulchra limitatio, & singularis.

5 Transmissionis autẽ ex tacita uoluntate, coniecturę quomodò colligantẽ, non admodũ extricatũ est; Quidã enim extrinsecus à testamento colligi posse autumant. Soc. Iun. cons. 167. col. 3. uol. 2. citans ibi Ruin. in d. §. cũ ita, ut per eũ, Paris. in d. cõs. 5. nu. 17. uol. 3. & cõs. 66. col. 9. in prin. eod uol. Rubeus Alexandrinus, cõs. 8. propè fi Curt. Iun. cõs. 121. col. 6. circa prin. & Ruin. cõs. 86 col. 4. uol. 2. & aliqua in materia tetigimus in pcedenti opi. nu. 20.

¶ Alij uerò iuris interpretes asserunt hoc iudicis arbitrio, circũspectioniq; relinqui; & præsertim Curt. Iun. cons. 96. relatus per Soc. Iun. cons. 141. nu. 23. vol. 2. & cons. 157. col. 3. eod. vol. quem etiam comprobat.

¶ Cæteri demùm Doct. sentiunt, coniecturas istas, ex expressis in testamento colligendas esse. vt per Soc. post Bal. in d. §. cùm ita, & cons. 6. uol. 3. Dec. cons. 55. col pen. cons. 417. col. 2. & cons. 465. col. fi. Paris. cons 86. col. 4. uol. 2. & cons. 63. col. 2. in fi. uol. 3. Ruin cons. 129. col. 2. in prin. uol. 3. Io. Crot. in l. 4. post nu. 75. ff. de leg 1. Curt. Iun. cons. 16. nu. 6. & ita est tenendũ, & cõcludendũ; estque tutior opinio, ac etiam communis, teste Soc. Iun. in d. cons. 141. num. 22. uol. 2. *Cõis opin.*

6 Vsque ad coniecturas transmissionis tacitæ uoluntatis deueniã; Prima ea est, quãdo post reciprocã substitutionẽ inter filios, si sine liberis decesserint, factã, substitutus esset extraneus, si omnes sine liberis, tunc enim primus decedens cũ liberis transmitteret spem substitutionis reciprocæ ad filios suos. ita uidetur determinare Bar. in d. §. cùm ita, in finalibus uerbis, si illa accuratè ponderentur, vbi idem firmant Alberic. de Rosate, ante fi. Alex. nu. 7. & 19. Soc. Sen. n. 13. Fabius Accorõbonus, n. 33. & Zanchus, nu. 275 quicquid disputando inferius asseueret, cõniecturã istã ex Baldo cõs. 175. factũ tale est, Fortisguerra, vol. 2. in antiqs, desumi subdẽs. idẽ Soc. Sen. cõs. 6. col. 3. uol. 3. Ias. cons 154 col. 6. uolu. 4. Curt. Iun. cõs. 16. col. 3. & cõs 121. col. 5. Ruin. cons. 113. col. fi. vol. 1. cons. 85. col. pen. & seq. vol. 2. cons 140 col. 7. in prin cons. 178. col. 2. & cons. 201. col. antepen. eod. uol.

¶ Et licèt ab ea dissenserint pauci admodũ Doct. sub dubio tamen, vt Ripa in d. §. cũ ita, n. 64. & 66. in fi. & Soc. Sen cõs 69. n. 2. uol. 3. nihilominus nõ est ab ea, tanquã cõi opi. recedendũ, de qua meminit D. Storta Oddus in d. tract. compen. substit. part 6. cõcl. 13. lim. 5. *Cõis opin.*

7 Secũda cõiectura similiter ostenditur, qñ descendẽtes in cõditione positi essent, quæ ex eodẽ ferè æquitatis fonte, quo pcedens cõniectura, oritur. Bal. in d. l. unica, n. 10. C. de his qui ante aper. tab. Fulg. cõs. 15. nu. 3. Anchar. cons. 74. col. 1. uer. Sed certè. Cuman. cons. 13. nu. 1. Cur. Sen. cons. 76 col. pen. Dec. cõs 594. nu. 7 cons 397 nu. 6. & cõs. 515. n. 1. Soc. Sen. cons. 6 nu. 12. & cons. 104 n. 9. uol. 3. Cur Iu. cons. 16. nu 6. Soc. Iun. cons. 141. n. 24. uol. 2. Grauet cõs 69. nu. 3. & in l. cũ filiusfamiliàs, n. 334. ff. de leg. 1. Paris. cons. 50. col. 4. uol. 3. Oddus in d. tract. cõpen. subst. partic. 6. cõcl. 13. in 6. limi. & Zanchus in d. §. cùm ita, numero 306. in 7. conict.

8 Quæ quidẽ coniectura tanquã uerissima amplificari meritò posset, ut procedat ẽt substituta pia causa: secundũ Bal. cõs. 226. Titius instituit sororẽ, vol. 3. in antiq. aliàs cõs. 254. vol. 1. in nouis, cuius consilij meminit Socin. Iun. cons. 42. num. 33. vol. 1.

¶ Limitatur tñ notabiliter, vt p Ruin. cõs. 140. col. 8. uers. 4. vol. 2. in positis tacitè in cõditione, ex l. cũ auus. ff. de cõd. & demõ. & est quidẽ notabilis limitatio, & menti tenenda.

9 Tertia coniectura traditur quoque, vbicũ que substitutio iuncta foret cum iure accrescendi. ita Bal. cons. 9. nu. 1. uol. 2. & cons. 25. num. 2 uol. 4 Alex. cons. 20. num. 7. volum. 1. Soc. Sen. cons. 6. num. 14 uol. 3. Curt. Iun. cõsilio 16. idem Soc. in d. § cùm ita, numero 13. Ruin. cons. 85. numero 10 uol. 2. Ias. cõs. 154. col. pen. vers. Quartò principaliter, uol. 4. Cassan. cõs 62. n. 17. & Natta cons. fin. n 7. uol. 4.

¶ Et quãuis coniectura isthæc plurimum controuertatur, & contra eã senserint Ang. in d. l. qui patri, circa prin. ver. Si autẽ ipsum ius acce-

accrescendi, de acq. hær. ubi Io. de Imol. nu. 5. in fi. Rom. nu. 17. & Frã. Aret. in finalibus uerbis, Ruin. sibi contrarius, cõs. 181. nu. 8. uol. 2. Rip. in d. §. cũ ita, n. 66. post Pau. Castrẽ. in l. si qs hæres, col. 2. ff. de acq. hær. & quosdã alios.

¶ Tamen non est recedendum à Baldi sententia, quam magis communem nũcupauit Cephal. cõs. 16. nu. 45. vol. 1. & cons. 283. nu. 26. vol. 2. amplexusque fuit etiam Grauet. in d. l. cùm filiosfamiliàs, num. 345. cum aliis seq. ff. de leg. 1. & Oddus in d. tract. de compend. substit. partic. 6. concl. 13. in 7. limit. Cõis opin.

10 Quarta est coniectura, quando habita esset ratio agnationis, uel masculinitatis. vt cõcedunt constanter quidẽ, Ias. cons. 233. col. fi. vol. 2. cons. 52. col. fi. uol. 3. & cons. 154. vol. 4. Soc. cõs. 6. col. 3. in fi. uol. 3. Dec. cons. 397. & cons. 574. col. 2. Curt. Sen. cons. 75. Paris. consil. 66. col. 8. vol. 3. & cons. 76. uol. 2. Curt. Iun. cons. 69. cons. 89. col. 2. in fi. & cons. 96. Anto. Rub. cons. 28. col. 3. cons. 143. colũ. 3. & cons. 120. col. 3. & Soc. Iun. cõs. 117. col. fi. uol. 1. ubi meminit consilij Curtij Senioris. & Socino Iuniori se subscripsit Curt. Iun. idem Soc. Iun. cõsil. 167. col. 4. uol. 2. Grauet. cons. 306. colũ. 3. & in d. l. cùm filiosfamiliàs, in 2. par. nu. 336. & Ruin. cons. 179 col. 3. uol. 2. admonens istam coniecturam fortiorem esse quacunque alia per Soc. posita in d. §. cùm ita. Et ita etiã profusè, concinnè, & eleganter per quampluriмas marmoreas rationes uidi aliàs in facti contingentia responsum, per insignem, & celeberrimũ D. Iosephum de Rusticis conciuẽ meum, summo ingenio, & singulari scientia præditum: & eo tempore lętatus extiti tã præclaro consilio, approbato à magna illustrium Doctorum catherua, & emanato ad fauorem Magnificorũ DD. de Simeonibus de Aquila.

11 Quinta inducitur quoque coniectura similis præcedenti, quando voluit testator bona perpetuò in familia remanere: secundùm Dec. cõs. 574. sub nu. 4. & Ruin. cons. 130. nu. 2. & 6. uol. 3. & cons. 156. col. fi. uol. 2.

12 Sexta itidem prædictis proxima manifesta colligitur coniectura, vbicunque adesset prohibitio alienationis. ita Ruin. in d. consil. 130. col. 2. & seq. uol. 3. & Zanch. in d. §. cùm ita, num. 329.

13 Septima coniectura exhibetur etiam satis vtilis, quando testator non solùm inuitauit substitutum, sed eius hæredes: vt concludunt Bal. in l. si pater, numero 19. de instit. & substit. Alexan. cons. 36. uol. 3. Soc. in d. §. cũ ita, num. 12. Dec. cons. 397. num. 6. & consilio 515. num. 1. Alciat. cons. 3. num. 18. lib. 8. & Zanch. in d. §. cùm ita, num. 331.

14 Octaua coniectura scaturit etiam è visceribus iuris, quæ ea est, ubicunq; testator duos instituit, adiiciendo in stirpes, & non in capita: secundùm Soc. Iun. cons. 89. post num. 14. vol. 3. & in d. §. cùm ita, num. 57 in fin. istamque opinionem uerisimam esse fatetur Oddus, in d. tract. de compend. substit. partic. 6. concl. 13. in 3. limit.

15 Nona est coniectura, quando testator substituisset etiam filios fratris iam tempore testamenti prædefuncti, vnà cum fratribus tũc viuentibus: tunc enim, si vnus fratrum prædecedat grauato, transmittit spem fideicommissi ad eius filios: secundùm Ruin. consilio 145. colum. penult. uol. 2. cum aliis amplè aggregatis per Oddum, de communi attestantem, in d. 6. part. in 4. limit. Cõis opin.

16 Decima coniectura affertur deniq;, quando extraneus anteponendus veniret descendentibus testatoris, nisi fideicommissum intelligatur transmissibile. non enim censetur extraneum suę posteritati voluisse preferri. l. cùm acutissimi. C. de fideicom. Ne igitur minus dilectus magis dilecto præferatur, fit trãsmissio. arg. l. Publius. §. 1. de condit. & demõ. per Glo. & Bar. in l. si mater. §. fin. ff. de vulg. & pupill. substit. prout ita concludit Ruin. cõsil. 178. col. 2. in fin. cum seq. vol. 2. & Zanch. in d. §. cùm ita, num. 333. eandemque opinionem amplectuntur etiam, Grauet. in d. l. cùm filiosfamiliàs, in 2. par. num. 349. allegans Ias. cons. 52. propè fin. uol. 3. Soc. cons. 6. col. 3. in fin. uol. 3. & in d. §. cùm ita, num. 13. idem Ias. cons. 154. col. 4. vol. 4. & Paris. cons. 78. nu. 3. uol. 2. & consil. 5. num. 38. uol. 3. Et quamuis aliqui Doct. contradixerint: tamen hæc discernitur apertissimè communis opinio, vt ipsam sequendo testatur Ant. Gabriel. lib. 4. de hæred. instit. concl. 2. num. 22. Cõis opin.

17 Possem demum alias cõplures etiam coniecturas afferre, sed hæ nunc sufficiant, tanquàm magis in foro uersatę, suntq́ue menti tenendę, cùm sępisimè circumferantur, & de veritate ipsarum dubitetur. Agitur enim de coniectarata mente defuncti, quod periculosum est, & laboriosum, sępeque ipsam mentem perquirentes decipiuntur.

¶ Et quoniam sine maximo quidem certamine, in hac nostra tempestate, & pręsertim in Regno, vbi floruerunt semper & florent in legali scientia consumatissimi, strenuissimi, & peritissimi viri, victoria contingere nõ potest: ideò stãte patrocinio pręstito per memoratum D. Alexandrum Trentacinque, in causa Magnificorum de Riuera, in prædicto Sacro Concilio Neapolitano, & victoria obtenta in casu iam relato, decreuit ad communẽ mortalium vtilitatem, hos flores amœnissimos, hosque sales suauissimos, & pręsens utile consilium hoc in loco typis tradere, vt deni que ueritas elucescat, qua nullus est suauior animo cibus; quę ipsa tamen, si dicendi suauitate, & synceritate priuaretur, propè concideret atque iaceret.

# ALEXANDRI TRENTACINQVE V.I.D. AQVILANI CONSILIVM.



Casus propositus est infrascriptus.

Magnificus quondam Carolus Riuera suum vltimum condidit testamentum; in quo, vltra institutiones hæredum vniuersalium, fecit quoddam particulare fideicommissum hisce propriis formalibus verbis formatum, vt apparet ex testamento quod transmittitur.



*TEM lassa vsufruttuarij della Valle de Gignano, de tutte vigne, e terre, & orto, e case, che esso testatore haue al presente, e che hauesse per l'auenire per insino alla morte sua, quello si troua alla morte d'esso testatore in detta Valle de Gignano, come hà detto di sopra. Et lassa, e vuole siano vsufruttuarij per la terza parte di tutto, come hà detto di sopra, terre, vigne, & orto, e case, li figliuoli di Martino: e per la terza parte li figliuoli maschi di Piero; e per la terza parte li figliuoli maschi di Mutio; e che morendo, che Iddio lo cesse, uno di essi figliuoli di Martino senza figliuoli maschi e naturali e legitimi del corpo suo, mora all'altro figliuolo de Martino la detta terza parte: e similmente hauendo più figliuoli maschi Piero, tutti quelli saranno figliuoli maschi di Piero siano vsufruttuarij della terza parte de dette possessioni della detta Valle; & hauendo detto Piero più figliuoli maschi, tutti quelli seranno figliuoli maschi di Piero, che ne moresse alcuno di essi senza herede legitimo del corpo loro, morano l'uno à l'altro; e se caso, Dio lo cesse, che detti figliuoli maschi di Piero moressero senza figliuoli maschi, in questo caso morano l'uno à l'altro di quelli che seranno viui delli figliuoli maschi; e similmente li figliuoli maschi di Mutio sieno usufruttuarij della terza parte della Valle; e morendo alcuno di detti figliuoli maschi di Mutio senza herede legitimo del corpo suo, in questo caso mora l'uno à l'altro di detti figliuoli di Mutio; che Iddio lo cessi, morendo tutti li figliuoli maschi di Mutio, morano à quelli restaranno viui* pro æquali portione *alli figliuoli di Martino, & alli figliuoli maschi di Piero: e così dice dell'uno come degli altri; e fin che sono viui Piero, e Mutio, e li figliuoli de Martino, ne sieno vsufruttuarij per la terza parte p vno, come hà detto di sopra. E vuole e lassa che la Valle ciò è vigne, terre, orto, e case nõ se possano mai uẽdere ne impegnare la ꝓprietà, ne tam pocho nõ la possano dar per dote alle figliuole femine, eccetto del frutto; e vuole che sẽpre detta Valle se richiami la Valle de Giouã Carlo Riuera; e caso, ch'Iddio lo cesse, uenissero à mãcare la linea delli figliuoli maschi di Piero, Mutio, figliuoli di esso testatore, e delli figliuoli di Martino, in detto caso trouandosi figliuoli di Giouã Battista figliuolo di esso testatore maschi, ouero figliuoli delli figliuoli maschi di Giouan Battista legitimi e naturali del corpo loro, in detto caso succedano vsufruttuarij di detta Valle quelli se trouaranno maschi: e come hà detto di sopra non vuole che mai di niun tempo alcuno di essi, ne insieme possano, ne debbiano uender la proprietà di dette uigne, terre, ne case, ne orto di detta Valle: e caso che vno di essi ne vendesse la parte sua; in questo caso recaschi alli doi altri: e caso che se accordasserno tutti tre à uendere le parti sopradette di detta Valle, restino usufruttuarij li figli di Giouã Battista suo figliuolo: et caso che se accordasserno di uẽdere li sopradetti Piero, Mutio, e li figliuoli de Martino, e li figli di Giouan Battista; in q̃sto caso restino vsufruttuarij gli orfani del Corpo di nostro Signor Giesu Christo: á tale che non vuole se possa ne vẽdere ne impegnare la proprietà di detta Valle, ma bisognando ad alcuno di essi, se possano impegnare, et affittare l'intrata delle parti loro per tre anni, ciò è ogn'uno la parte sua.*



D nonnullos annos, post conditum dictum testamentum, decessit dictus Ioannes Carolus, post cuius obitum mortuus fuit Petrus antedictus relictis nonnullis filiabus, & relicto uno tantum filio masculo legitimo, & naturali ex eius corpore legitimè descendente, nomine Ioanne Carolo; demum ex hac vita migrauit Ioannes Hieronymus vnus ex filiis Martini, cui pro parte dicta Vallis relicta fuit, relictis Bartholomæo, Troiano, & Francisco eius filiis legitimis, & naturalibus, & ex eius corpore legitimè descendentibus, & suis ex testamento hæredibus: Post cuius mortẽ, vitam cum morte commutauit Ioannes Carolus vnicus filius Petri, sine filiis; ob cuius obitum effectus fuit casus antedicti fideicõmissi particularis: ideò sorores dicti Ioannis Caroli, partem, quam earum frater in dicta Valle habebat, restituerunt filio Mutij, Ioanni Loysio filio Martini, & Troiano, Bartholomæo, & Francisco filiis Ioannis Hieronymi, qui similiter filius Martini erat, vt apparet ex con-

ex contractu rogato manu egregij Notarij Ioannis Marini Verrucæ, qui similiter transmittitur: & post dictam restitutionem, vnanimiter omnes sine aliqua contradictione, acceperunt dictæ partis Vallis possessionem, & fructus ex ea communiter in pace perceperunt, terrasque aratorias communiter locauerũt, vt apparet ex contractu, qui etiã transmittitur. Demum post euentum casus antedicti particularis fideicommissi; post restitutionem factam; post cœptam possessionem; post fructuum perceptionem, locationemque terrarum aratoriarum; Ioannes Loysius insurrexit contra dictos Bartholomęum, Troianum, & Franciscum filios, & hæredes supradicti quondam Ioannis Hieronymi filij Martini, prætendens in dicta Valle non debere ipsos consequi partem vigore antedicti fideicommissi; dicens, ob mortem eorum patris antequàm casus fideicommissi aduenisset, fuisse effectum caducum, & quòd ius dicti fideicõmissi conditionalis non fuit ad ipsos per eorum patrem transmissum: Dicti uero filij in pupillari ætate existentes ècontra dicunt, quòd cùm agatur de successione in isto fideicommisso Ioannis Caroli testatoris, & sic pro aui; ipsi succedunt in locum patris, & unà cũ eorum patruo Ioanne Loysio in dicto fideicõmisso succedere debent, & quòd eorum pater ad ipsos ius dicti fideicommissi particulares transmisit; tum quia vnitum fuit cum iure accrescendi; tum quia factum fuit ratione agnationis conseruandæ; tum etiam quia ipsi fuerunt in conditione positi, & propterea in casu isto vocati. Et quòd in dicta parte Vallis, postquàm euenit casus fideicommissi per restitutionem eis factam; per capturam possessionis; per perceptionem fructuum; per locationem factam de terris aratoriis cum cõsensu & voluntate Ioannis Loysij; ius acquisiuerunt, & per prædicta Ioannes Loysius iuri dicti fideicommissi renunciasse censetur. Ad præsens dubitatur, quid iuris.

## DIVINO IMPLORATO PRAESIDIO.


IN præsenti casu proposito videbatur prima facie concludendum, Ioannem Loysium debere in parte Vallis Gignani, virtute fideicommissi, succedere, exclusus dictis Troiano, Bartholomæo, & Francisco filiis & hęredibus Ioannis Hieronymi fratris vtrinque coniuncti ipsius Ioannis Loysij & filij Martini, qui erat filius legitimus & naturalis Ioannis Caroli testatoris & prędictorum aui: & hoc ex pluribus.

18 ET PRIMO, Nã regula, quæ vult, quòd nepos subintret in locum patris. §. cùm filius. Instit. de hæred. quæ ab intest. & quòd eum repræsentet. Bald. in l. 1. C. de secund. nupt. procedit, quando succeditur titulo hæreditario, & sic ex dispositione legis; secùs quando ex titulo fideicommissi, & sic ex dispositione hominis. ita tenent Bal. Cuma. Flor. & Ang. de Perigl. in l. cùm ita. §. in fideicommisso. ff. de leg. 2. Angel. in d. §. cùm filius, Alex. consil. 203. colum. 3. uol. 2. conf. 4. col. 4. uol. 4. & consil. 129. col. fin. uol. 5. Cuma. conf. 106. col. fin. Capra. conf. 5. colum. fin. Corn. conf. 183. vol. 2. & conf. 131. colum. 2. uol. 3. Dec. cõs. 1. ubi attestatur hanc esse magis communem, consil. 299. colum. 3. conf. 408. col. fin. ubi etiam asserit hanc partem communiter approbatam, & insuper ita fuisse iudicatum Romæ, cõsil. 412. conf. 478. conf. 480. ubi similiter attestatur hanc esse communem, & in l. si auiæ colum. 2. C. de success. edict. vbi iterum dicit ita Romæ iudicatum fuisse. Card. Paris. conf. 18. num. 8. conf. 37. colum. antepen. ubi etiam ipse tradit hanc esse communem doctorum sententiam, uol. 2. conf. 40. uum. 27. conf. 64. colum. 5 eod. uol. 2. & conf. 21. col. 3. vol. 3. Ias. conf. 4 col. 2. uol. 1. Gozad conf. 29 colum 4. Ruyn. conf. 25. conf. 162. uol. 1. conf. 134. consil. 169. uol. 2. & conf. 127. vol. 3. & Rub. Alexan. conf. 36. colum. fin. Sed nos loquimur in materia fideicommissi, & sic in dispositione hominis: ergo dicti Troianus, Bartholomęus, & Franciscus, in casu nostro, non subintrant in locum patris, & ipsum non repræsentant. Quæ conclusio confirmatur dupliciter, Cõis opin.

19 Et primò, Nam verba disponentia de obtinente primum locum, debent intelligi uerè, & non fictè. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. l. ex ea parte. §. in insulam. ff. de uerb. oblig.

20 Sed nepos subintrat in locum patris per fictionem. Bald. in l. tutela. §. si duo. ff. de leg. tut. & in c. 1. in fin. in tit. Imper. Lothar. Eugen. Papæ. ergò cùm in isto fideicommisso testator loquatur de obtinentibus primum locum, nõ habet locum in nepotibus, qui fictè, & non uerè primum obtinent locum.

21 Secundò, Nam prior in gradu, potior in successione. §. si plures. §. proximus. Instit. de legit. agn. success. §. fin. cum Glos. de seruil. cog. l. 2. §. hæreditatis, & §. seq. ff. de suis & leg. hęred. & auth. cessante. C. de leg. hęred. Sed dictus Ioannes Loysius est proximior Ioãni Carolo testatori, cùm sit nepos in tertio gradu, & dicti filij Ioãnis Hieronymi in quarto gradu existant. l. iurisconsultus. §. 2. & 3 ff. de grad. §. 2. cum seq. Instit. eod. tit. Ergo ipse Ioannes Loysius præferri debet.

SECVNDO principaliter quòd Ioannes Loysius tantùm succedere debeat, probatur hac alia ratione. Nam antedictum fideicommis-

commissum conditionale est: ergò per ipsum Ioannem Hieronymum nõ potuit transmitti ad eius filios.

22 Et ratio est, quia fideicommissum conditionale, non solùm non transmittitur, quando substitutus est filiis, seu nepotibus aliquis extraneus; sed etiam si substitutus sit aliquis de descendentibus testatoris. Nam, quòd dicta conclusio locum habeat quando extraneus est substitutus, tenẽt Doctores communiter, in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Treb. & in l. vnic. §. cùm igitur, per illum tex. C. de caduc. toll. Quòd etiam locum habeat, quando aliquis de descendentibus est substitutus, tenent Doctores tam in legendo, quàm in cõsulendo: nam ita tenent Glos. in fin. Cyn. in fin. Bart. num. 4. Bald. num. 10. Salyc. num. 8. & Alber. nu. 4. in l. vnic. §. sin autem aliquis. C. de caduc. tollen. Cyn. in l. 1. in 2. oppos. C. commun. de legat. Bald. in l. si pater, num. 19. C. de instit. & substit. Cyn. per totum, Bald. num. 3. Salyc. in fin. & Albet. in l. in personã. C. de fideicom. Bart. num. 8. ante fin. Rip. numero 36. Iacob. de Nigr. num. 62. & Crot. numero 37. in l. 1. ff. de leg. 1. Bald. in fin. Alexã. num 4. Imol. in fin. & Aret. colum. 2. in l. cùm ex filio. ff. de vulg. & pup. Bart. num. 1. Angel. num. 2. & 3. & Albet. num. 2. & 3. in l. is cui. ff. de act. & oblig. Gloss. Bart. num. 2. & in fin. Paul. de Cast. num. 3. in princ. Alexã. num. 6. Soc. Sen. num. 9. vers. Igitur. Rip. num. 60. ante fin. & Soc. Iun. num. 37. & 47. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell. Et consulendo hanc eandem opinionem tenent Bald. in consilio 216. num. 2. cons. 254. num. 2. uol. 1. consilio 9. num. 1. uol. 2. consilio 319. num. 6. uol. 4. cons. 115. num. 1. & cons. 266. num. 3. vol. 5. Fulg. consil. 15. num. 1. & 3. Roman. cons. 17. in princ. cons. 162. num. 1. & consil. 185. numero 9 Oldrad. cons. 131. vers. Ad primum. Aret. cons. 1. num. 5. Alex. cons. 30. num. 3. uolum. 2. cons. 265. num. 4. uol. 5. consil. 206. numero 2. cons. 252. & cons. 250. uolum. 6. consilio 62. num. 2. uol. 7. Corn. cons. 248. num. 1. uol. 1. Soc. cons. 197. colum. 1. uol. 2. cons. 6. numero 11. cons. 104. num. 8. uol. 3. cons. 94. numero 15. cons. 74. num. 1. & cons. 77. num. 3. uol. 4. Dec. cons. 55. num. 8. consil. 397. nu. 2. & cons. 594. num. 7. Socin. Iun. cons. 117. numero 18. vol. 1. & cons. 141. num. 1. uolum. 2. Curt. Iun. cons. 16. cons. 69. num. 1. & consil. 92. num. 6. & 9. Paris. cons. 18. vol. 2. Aymon Grauet. cons. 306. num. 3. Cassan. cons. 62. colum. 2. uers. Item imò. & in cons. 65. colum. 2. uers. Facit quod habetur. Ioan. Anton. Alexãdrin. cons. 8. 120. & 143. Curt. Sen. consil. 64. num. 59 & cons. 76. colum. 2 Ias. cons. 80. volum. 1. Grat cons. 101. colum. 1. in princ. vol. 2. Berous cons. 94. uolu. 2. & Marcus Antonius Natta, consil. 551. num. 17. & seq. uol. 2. Hanc eandem opinionem iudicando sequuti sunt, Guid. Papę, decis. 232. num. 3. Boerius, decis. 354. num. 13. & Marc. decis. 78. num. 8. & hęc est communis & recepta Scribentium sententia. Quæ conclusio probatur in d. l. hęredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell. & in d. l. vnica. §. si quid autem sub conditione. C. de cad. tol.

*Cõis opin.*

23 TERTIO principaliter in fauorem dicti Ioan. Loysij facit hoc fundamentum. In substitutionibus præferuntur à testatore magis dilecti. Paul. de Castr. Alex. Aret. in 3. no. in l. cohęredi. §. qui discretas, per hunc text. ff. de vulg. & pupil. Bart. in l. Lucius, & in l. fina. ubi eum Doctores communiter sequuntur. ff. ad Trebell. Imol. in d. l. cohæredi. §. qui patrem, in 3. not. Paul. de Castr. & Ias. in l. fin. C. de uerb. signif. Ias. & cæteri in l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de vulg. & pupill. Doctores in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & posth. & Soc. in cons. 49. vol. 1. Sed in casu nostro Ioannes Loysius à testatore magis fuit dilectus, quàm dicti Bartholomæus, Troianus, & Franciscus filij Ioannis Hieronymi: ergò ipse Ioannes Loysius pręferri debet. Quod fuerit magis dilectus, probatur ex duobus.

*Cõis opin.*

24 Primò, Ioannes Loysius fuit hæres institutùs, dicti uerò filij Ioannis Hieronymi fuerũt in conditione positi, & ideò non dicuntur uocati & honorati. Doctores cõmuniter in l. Cẽturio. ff. de vulg. & pupil. subst. Alex. cons. 55. vol. 4. cons. 202. uol. 7. & Soc. cons. 218. uol. 2. & cons. 104. uol. 3.

*Cõis opin.*

25 Vti igitur Ioannes Loysius in institutione fuit prædilectus: ita pariter & in substitutione prædilectus præsumitur. Bart. & cęteri in l. fin. ff. ad Trebell. Dec. consil. 465. colũ. 1. cons. 514. col. 1. & Curt. Iun. cons. 70. vol. 1. & cons. 91. colum. 1.

26 Secundò, Nam dicti filij Ioannis Hieronymi, tempore mortis testatoris, non erant nati, neque concepti: ergò apparet, quòd testator maiorem habuit affectionem Ioanni Loysio, quàm istis abnepotibus, neque natis, neque conceptis. Bald. in l. Lucius. ff. de hęred. instit. & in l. qui filiabus, cum ibi notatis. ff. de leg. 1. Alex. cons. 52. num. 6. uol. 4. Curt. Iu. cons. 58. in fi. & Rubeus cons. 82.

27 QVARTO probatur hæc opinio, hac conclusione. Appellatione filiorum non ueniunt nepotes, quando nepotum fauor resultaret in damnum filiorum. Dec. cons. 95. col. 4. in princ.

28 Item appellatione filiorum non ueniunt nepotes, quoties dispositio potest uerificari in persona filiorum. Bart. in l. liberorum, col. pen. ff. de uerbor. signific. Alexã. consil. 91. & cons. 105. lib. 1. Gozad. cons. 36. Paris. consilio 86. num. 25. & cons. seq. num. 22. uol. 2. & cons. 20. colum. pen. uol. 3. Imol. Alex. Soci. & Ias. in l. Gallus. §. instituens. ff. de lib. & posth.

Sed

Sed in dicto fideicõmisso, per testatorem uocati sunt filij Martini: Et si nepotes Martini appellatione filiorum venirent, resultaret in damnum Ioãnis Loysij filij Martini;& dispositio filiorum Martini verificari potest in persona Ioannis Loysij.ergo sub dicta appellatione filiorum non ueniunt dicti Troianus, Bartholomæus,& Franciscus filij Ioannis Hieronymi,& Martini nepotes.¶Confirmatur hoc fundamentum ex uerbis ipsius testatoris, dũ dicit: *Morendo tutti li figliuoli maschi di Mutio,mo rano à quelli restaranno viui* pro æquali portione *alli figliuoli de Martino, & alli figliuoli maschi di Piero, e cosi dice de l'uno, come de gli altri*. Ecce quòd testator vult, quòd filij pro parte moriantur illis ex filijs Martini,qui erant viui tẽpore,quo casus euenit, & sic quòd superstitibus filiis Martini pro parte moriantur. Nam videtur apparere de manifestissima testatoris voluntate;cùm per dicta verba demõstretur limitata eius dispositio.

29 Pro quo facit dictum Baldi, in l. quidam elogio,colum. fin. C. de iure delib. ubi dicit, quòd l.qui patri.ff.de acquir. hæred. quæ disposuit,quòd pupillaris substitutio vnita cum iure accrescendi transmittatur ad heredes, non procedit quãdo dictæ substitutionis uerba erunt formata per testatorem hoc modo: Ei superuiuentem substituo. Nam non habet locum,d.l.qui patri. quia ista uerba tacitam habent conditionem,si superuixerit;unde qui non superuiuit, non est substitutus, & sic non transmittit. Facit ad hoc, l.si pater filium.ff.de uulg. & pupil.subst.& Bal.sequuntur Rom.& Alex.in d.l.qui patri.Nam inclusio superstitis,excludit alios, qui non sunt superstites.arg.l.cùm prætor,in princ.ff.de iud. & c.nonne,extr. de præsump. Et facit ad hoc, quia si testator voluisset tale fideicõmissum transmitti ad filios dicti Ioannis Hieronymi, vtique istud expressisset, sicut expressit de ipso Ioanne Hieronymo,& non exprimendo,datur intelligi voluntatis suæ fuisse, isto casu fideicommissum cessare.arg.l.1.§.si autem.C. de cad.tollen.

30 QVINTO,& vltimo, aliis omissis,probatur hac ratione. In fideicommissis, licèt testatori succedatur; tamen quando in eo sub nomine collectiuo plures vocantur: tunc in succedendo attendi debet proximior in gradu illi,qui habet fideicommissum restituere, & non proximior primo testatori. ita tenet Socin.in l.si cognatis,num.40.ff de rebus dubiis.& conf.86.sub num.11.in uers. Aliquando & quartò,uol.3.conf.249.sub num.20. in uers.Circa secundam difficultatem,vbi latissimè loquitur,vol.2.& conf.73.num. 14. uol. 4 quem sequuti sunt Corn.conf.96.uol.1.cõsilio 22.uol.2.& conf.530.colum.2.uers.Et licèt ipsi sint in pari gradu,uol.3.Iaf. conf. 84. in 2.colum.uers.Item quando d.consuetudo. vol.1.Bertrand.conf.300.Supposito titulo,in 3.colum.uers. Et primò ad primum, & in sequenti columna, usque ad uersic. Ad secundum dico,uol. 3.Curt.Iun.consil.125. Maria. Soc. Iun. consilio 126. num. 21. vbi latissimè loquitur,& ibi.num.56. asserit hanc opinionem in puncto iuris ueriorem,eamque esse communem opinionem omnium Doctorum, & nefas esse ab ea in iudicando recedere.Gozad.in conf.4.colum. pen. in princ. ubi attestatur hanc esse communem opinionem. Rubeus Alexand.conf.36.colum.2.& consil. 38.colum.fin.Crot.conf.39.in fine, inter consilia Rubei Alexandrini. Iulius Clarus libro 3.Sententiarum,in §. Testamentum.q.76.in 6. reg. vers. Sed hic occurrit. & Rolandus à Valle,conf.100.num.18.uol.1. ubi alios Doctores allegat.Sed in casu nostro, in hoc fideicommisso particulari uocantur plures sub nomine collectiuo, vt apparet ex uerbis testamenti: ergò respectu successionis, attenditur proximitas respectu illius,qui habet fideicõmissum restituere,& sic Ioannis Caroli iunioris,& non respectu testatoris, & sic Ioannis Caroli senioris. Sed respectu Ioannis Caroli iunioris,'proximior est Ioannes Loysius, filiis Ioannis Hieronymi; cùm Ioannes Loysius sit in tertio gradu; filij uerò Ioannis Hieronymi sint in quarto gradu. l. Iurisconsultus. §. secundo, & tertio. ff. de gradib. Ergò Ioannes Loysius in hoc fideicommisso præferri debet filiis Ioannis Hieronymi. Cõis opin.

VERVM antedictis in contrarium adductis non obstantibus, in oppositum se habet ueritas, & in dicto particulari fideicommisso unà cũ Ioanne Loysio succedere debent eius nepotes, videlicet Troianus, Bartholomæus, & Franciscus filij & heredes Ioannis Hieronymi,qui erat similiter filius Martini, quod patet esse uerum ex pluribus.

31 ET PRIMO, quia in fideicommisso filij succedunt loco patris, ita vt cum patruo concurrant. quam uerissimam opinionem tenet Glof.in l. cùm ita. §. in fideicommisso. ff. de leg.2.& eam ibi sequuntur Imol.circa fin. Angel.de Perigl.& Iacob. de Put. Istam eandem opinionem sequuti sunt Bal.in consilio 488.volum.3.Soc. consilio 252.uolum.2.uersiculo, Ad secundam rationem principaliter respondetur. Aret.consilio 163.colum.fin.Socin.cõsilio 51.sub num.19.uolum.4. Cassan. de consuet.fol.275.còl.1.& seq.Aymon Grauet.conf.67.sub num.5.Bertran.conf.256.colum.fi.uol.3.Corn.in l.fin.circa fin.C.de uer. sign.& conf.131.uol.3.& est communis opinio,prout asserunt, & eam sequuntur Alexã. conf.88.uol.1.Gualdens. caut. 27. de substit. & Ruin.consilio 12.n.14.& cõf.13. in vlt.col. uolum. 1. Imò hęc opinio est magis communis,ma- Cõis opin.

nis, magis communiter approbatur, & cum ea magis communiter transeunt Doctores: præcisè ita referunt,& sequuntur Alex. consilio 26.uol.3.Gozad.consilio 4.num.16.& sub num.31.uers.Ad sextum, & septimum dico, vbi etiam dicit,Decium conf. 1. contrarium asserentem malè loqui.Rnin. in conf. 78. sub num.21.in fin.& conf.171.uolu.2.& eleganter Maria.Soc.Iun.conf.116.num.9.uolu.2.& & apertissimè in conf.146.per totum, & præcipuè num.17.uol.2.

32 Et hęc opinio est uerissima qnando agitur de fideicommisso aui, uel patrui,& agitur de successione ascendentium,seu de successione fratris,uel sororis; in quibus casibus ab intestato filij subintrant in locum patris. Nam in hoc casu,si ueritatem amamus, etiam in fideicommissis filius succedit in locum patris, & cum patruo concurrit, prout est in casu nostro,cùm agatur de fideicommisso proaui, & sic ascendentis. quam opinionem tenēt Dec. consilio 1.& conf.217. Curt. Iun. conf.57.& 58.& in conf.128.num.11.& in conf.161. ubi hanc esse magis communem resolutionem affirmat,Card.Paris.conf.36.sub nnm. 1.& 2. uol.2.Ruin.conf.167.nnm.18.lib.2. & Ias. cōsilio 159.uol. 4.Et cùm hęc sit cōmunis, imò magis communis opinio, ab ista in indicando non est recedendum.Ioan.Andr.& plenissimè alij,in c. 1.de constit.& in c.nouimus,de verb.sign.& notatur in l. 1.ff.de offic.quęstor. Imò cum sit opinio Glossę, ab ea in iudicando, & consulendo nō est recedendum. Iacob. Butrig.in l.1.C.qui pro sua iurisdict Bal. in l. fi.§.necessitate.C.de bon.quæ lib. & in l.precibus.C.de impub.& aliis subst. *Cōis opin.*

¶ Authoritas enim Glossę omnes alias antecellit.Bart.in l.ex hoc iure,in vlt.colum. ff. de iust.& iur.& Bald.in l.cùm hęreditas.C.de deposit.& ideò à sententia Glossę quis in iudicando securè non recedit. Angel. conf. 178.& conf. 297. Et in decisiuis ab opinione Glossæ non est discedendum. Vbert.Zuccard.in rub. C.de pactis, num. 14. & 15.& sic hæc opinio est commuuis, magis communis, & magis communiter approbatur à Doctoribus. & propterea Doctores, qui dixerunt hanc opinionem communiter reprobatam esse, pessimè loquuti fuerunt: prout dicit Marcus Antonius Natta in additt.ad conf.Alex. in conf. 26.in litera.F.lib.3.& hæc opinio vti communis, & magis communis in iudicando est sequenda, prout asserunt Ioan. Cephalus conf. 16.uol.1.& conf.283.vol.2. & Rolan. à Valle conf.68.nol.1. *Cōis opin.*

33 Et ratio est,quia uoluntas testatoris regulatur secundùm dispositionem iuris communis loquentis ab intestato.Bar.Ang.Raphael Comens. & commnniter Doctores in l. hęredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebell.Bart.in l.hæredibus.§.1.eod.tit.Imol.in l.fin.ff. de condit. & demonst. Petr.de Anchar.consilio 119. incip.Pro clariori decisione dubij, de qno supra in themate,circa fin.Salyc.in auth. item hæreditas,ad fin.C.de bonis,quę liber.& hæc est communis opinio, prout ita dicit Curt. Iun. conf.57.& 58. *Cōis opin.*

34 Sed de iure communi ab intestato, ubi agitur de successione ascendentis uel patrui, filius in locum patris prædefuncti subintrat, & cum patruo concurrit. §. cùm filius. Instit. de hęred.ab intest.auth.cessante,& auth.post fratres. C. de legit. hęred. §. si igitur defunctus,in auth.de hæred.ab intest. uenien. & in auth.vt fratrum filij, in princ. Et in casu nostro agitur de successione Ioannis Caroli testatoris,& sic ascendentis;cùm per fideicommissum testatori succedatur.l. cohæredi.§. cū filiæ.ff.de vulg.& pupil. substit.in quo casu filij Ioāni Hieronymi ab intestato cum patruo succederent:ergo in casu nostro, in isto fideicommisso,dicti Troianus, Bartholomæus, & Franciscus, in locum patris prædefuncti subintrant,& cum patruo concurrunt.

35 SECVNDO hanc opinionem nerissimam esse probamus hac alia ratione. Licèt si deicommissum conditionale ad hęredes non transmittatur, quando fideicommissarius pēdente conditione moritur: tamen hęc conclusio non procedit quando ex coniecturis constaret de uoluntate testatoris, quòd etiam pēdente conditione voluerit legatum, vel aliā conditionalem dispositionem ad hęredes trāsmitti.ita declarant Bald.in l.unica.C. de his, qui ante aper.tabul.Doctores in l. 1. ff. de legat.1.& Curt.Sen.conf.76. Ias. consilio 233. vol.2.consilio 52. nol. 3.& conf.154. uolu.4. Curt.Iun. consilio 16. Dec. conf. 397. consilio 594.& conf.369.Soc.Sen.consilio 6.lib.3. Soc.Iun.consilio 141.uoln.2.Gratus consilio 101.uolum.2.Paris.conf.50.51.& 66.volu.3. Ruin.consilio 28.95.145.156.179.& 201.uolnm.2.Aymon Grauet.consilio 69.& Bursat. conf.71.num.7.uol.1.Sed in casu nostro vltra apertissima verba apposita in testamento,vt inferius dicemus,constat de coniectura ta mēte testatoris: ergò istud fideicommissum ad suos filios Ioannes Hieronymus transmisit:& sic est istud fideicommissum conditionale ad hęredes transmisibile.Quòd constet ex coniecturis,probatur ex pluribus.

36 ET PRIMA coniectura est.Nam quando filij substituti positi sunt in conditione: tunc cùm testator uideatur ad dictos filios affectionem habuisse; fideicommissum, etiam decedente substituto ante eum, cui facta fuit substitutio,ad eius filios transmittitur;& hęc est communis conclusio.quam tenent Bal. in l.unica,num.10.C.de his qni ant.aper.tabul. Aymon in l. cùm filiofamiliàs, num. 334. ff. de leg. *Cōis opin.*

de leg. 1. Fulg. consilio 15. Petr. de Anchar. consil. 74. Cuman. consil. 13. Socin. cons. 6. numero 12. & consil. 104. num. 9. uol. 3. Ias. consilio 52. uolum. 3. & cons. 154. uolum. 4. Dec. consilio 594. num. 7. & consil. 397. num. 6. & cons. 515. num. 1. Marian. Soc. Iun. cons. 141. num. 24 uolum. 2. Ruin. cons. 145. uolum. 2. Card. Paris. consil. 91. num. 44. & seq. vol. 2. & cons. 8. num. 15. & cons. 5. uol. 3. Curt. Iun. cō silio 16. num. 6. Curt. Sen. consilio 76. colum. pen. Aymon Grauett. consilio 69. num. 3. & Grat. consilio 101. volum. 2. Quæ conclusio probatur per l. Lucius, in fine. ff. de hęred. instituendis.

37 Et hæc conclusio procedit etiam, quando per testatorem dictum fuisset: Superuiuentes, seu superstites substituo. ita in specie concludunt Cuman. cons. 13 Fulgos. cons. 15. Deci. cons. 369. num. 1. Soc. in l. hæredes mei. §. cùm ita, sub num. 10. uers. Ex cuius dicto infero illud declarando. ff. ad Trebell. Aymon in d. l. cùm filiofamiliàs, num. 352. ubi copiosissimè loquitur, & omnibus in contrarium adductis respondet. Paris. cons. 50. per totū, & præcipuè num. 35. uol. 3. Ioan. Cephalus in terminis, consilio 114. uol. 1. Paris. consilio 5. num. 34. uolum. 3. Ruin. consil. 230. uolu. 3. & Sfortia Oddus Iurisconsultus Perusinus in tract. compendiosæ substitutionis, in part. 6. artic. 2. in sublimitatione 6. limit. tertij casus principalis. ubi dicit hanc esse magis commu-
Cōis opin. nem opinionem. & eam etiam tenent quamplurimi Doctores, qui in fine consilij uideri poterunt.

¶ Quæ conclusio probatur per tex. in l. hęredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. eum sic inducendo. Doctores communiter in eo. §. dicunt, quòd si ibi neptis testatoris substituta non fuisset, & non fuisset dictum totam uel omnem &c. vtique nepos ex fratre admissus fuisset ex iudicio aui. Modo sic, ibi substitutio facta fuit hoc modo: Fidei filiorum meorum committo, vt si quis eorum sine liberis prior diem suum obierit, partem suam superstiti fratri restituat. Ecce quòd substitutio fuit facta superstiti, & tamen nepos successisset, si neptis non fuisset substituta, & in omni, uel in tota hęreditate: ergò fideicommissum conditionale transmittitur ad filios in conditione positos; etiā si substitutio facta sit superstiti. Et ratio est, quia testator ponendo filios in cō ditione, habuit mentem, & affectionem ad ipsos. quando igitur substituit superuiuentes, credit testator, quòd reliqui filij superuiuerent, non credens, quòd aliquis ipsorum cum filiis antea moriatur, quia si cogitasset, utiq; disposuisset; cùm ex uerbis colligatur, habuisse æqualem affectionem ad filios, & ad filios eorum. vt igitur substituit filium, ita etiam eius filios substituisset: & propterea dicta uerba, superstites, & superuiuētes, intelliguntur etiam de superstitibus, & superuiuētibus filiis filiorum Institutorum præmortuorum ante grauatum, & ante euentum conditionis.

¶ Sed in casu nostro, filij masculi Ioannis Hieronymi positi fuerūt in cōditione, vt patet ex illis uerbis: *Et che morēdo, ch' Iddio lo cessi, vno di essi figliuoli de Martino senza figliuoli maschi & naturali, & legitimi del corpo suo &c.* Ergò istud fideicommissum conditionale ipse Ioannes Hieronymus transmisit ad dictos suos filios.

38 SECVNDA coniectura est. Nam testator in casu nostro fecit plures gradus substitutionum, vt apparet ex lectura testamenti: modò sic. Quando testator facit plures gradus substitutionum, tunc censetur substitutum cum conditione, si sine filiis decesserit, grauatum se trasmittere ad filium suum. ita tenent Paris. consilio 66. num. 52. & 76. & consil. 78. colum. 1. volum. 3. & cons. 77. num. 20. & 21. uolum. 2. Grat. in libr. 2. Responsorum, respon. 101. colum. 1. in fin. Dec. cons. 194. Soc. Iun. cons. 141. vol. 2. & Ioan. Cephalus cons. 114. vol. 1. Cùm igitur in casu isto substitutus censeatur grauatus transmittere ad filios suos fideicommissum, non est dubium, quòd Ioannes Hieronymus prædictum fideicommissum ad filios suos transmisit.

39 TERTIA coniectura est. Nam Doctores, inter alias coniecturas, quas adducunt ad cognoscendum mentem testatoris fuisse fidei commissum transmitti ad filios substituti: adducunt illam, quando facta est fauore agnationis, & sic testator habuit considerationem ad agnationis conseruationem: tunc enim si deicommissū transmittitur, quia bona non possent in agnatione conseruari, nisi fideicōmissum transmitteretur. ita in specie concludunt Dec. consilio 574. num. 4. Soc. Sen. consilio 6. num. 13. uolum. 3. Paris. consil. 5. in cōsilio 50. 66. 69. & 78. uol. 3. & consilio 77 uol. 2. Ruin. cons. 140. num. 15. consil. 156. num. 5. & consil. 179. num. 6. & 7. uol. 2. Ias. cons. 52. uolum. 3. & consil. 154. uol. 4. Curt. Iun. cons. 69. & cons. 89. num. 6. Grauet. cons. 306. numero 3. Marian. Socin. Iun. consil. 167. numero 20. uolum. 2. Rub. consil. 28. num. 8. & consilio 120. num. 4. & Ioan. Cephalus cons. 16. uol. 1. Sed in casu nostro testator non solùm in isto fideicommisso, sed in institutionibus habuit considerationem ad conseruationem agnationis; quod patet ex pluribus.

¶ Primò, quia uoluit, vt tantùm masculi succederent in isto fideicommisso: quod non alia ratione videtur fecisse, quàm vt bona in agnatione conseruaret, vt antedicti Doctores dicunt.

¶ Secundò apparet, quia non vult vt uendi, pi-

di, pignorari, alienari, seu in dotem dari possit: sed vult, vt semper uocetur Vallis Ioannis Caroli Riueræ; & quòd semper duret in linea filiorum Mutij, Petri, & filiorum Martini; qua deficiente, vult vt eat ad filios & ad filios filiorum Ioannis Baptistæ filij similiter testatoris.

¶ Tertiò apparet, quia in institutionibus vult, vt si omnes instituti moriantur sine filiis, quòd moriantur propinquioribus de domo, ita quòd semper hæreditas eat ad homines propinquiores de eius domo. Ergò cùm dictum fideicommissum fauore agnationis conseruandæ factum fuerit, non est dubium, illud de mente testatoris esse ad filios substitutorum transmissibile.

QVARTA coniectura est. Quia testator filios Martini, qui sunt Ioannes Hieronymus, & Ioannes Loysius: & Petrum, & Mutiũ instituit, & inuicem substituit, & sic ab initio re & uerbis testator suos hæredes coniunxit, sicque ius accrescendi cum fideicommissaria substitutione coniunxit.

40 Sed quando ius accrescendi est fideicommissariæ substitutioni iunctũ, facit illam substitutionem sui natura non transmissibilem, esse transmissibilem. l. qui patri. l. qui ex duobus. ff. de acquir. hæred. Et apertissimè in terminis ita dixerunt, Ias. in l. Lucius. §. fin. ff. de vulg. & pupill. substit. & in consilio 154. uol. 4. Aret. in d. l. qui ex duobus. Cur. Iun. in rub. colum. pen. & ibi Cagnol. num. 52. C. quan. non peten. par. & consil. 16. num. 6. Soc. Sen. consilio 6. num. 14. uol. 3. Ruin. consilio 156. num. 4. & consilio 278. num. 2. uol. 2. & consilio 201. num. 7. eod. uol. vbi notabiliter loquitur. Paris. consil. 76. & consil. 77. num. 23. uolu. 2. idem consilio. 5. 50. & 66. volum. 3. Alex. consilio 20. num. 7. uol. 1. & Ioan. Cephalus consilio 16. consil. 14. uol. 1. & consilio 283. numero 26. uol. 2. & est communis, & recepta Scribentium sententia. vt attestatur, & eam sequitur Iacob. Menoch. consilio 95. nu. 111. *Cõis opin.*

41 Et ratio est, quia substitutio vnita cum iure accrescendi, assumit illius naturam, & ad instar iuris accrescendi transmittitur. d. l. qui ex duobus, & d. l. qui patri. Vndè vti ius accrescendi transmittitur ad hæredes, etiam si pendente conditione hæres mortuus fuerit. l. si ex pluribus. ff. de suis & legit. ita etiam ad hæredes fideicommissum transmittitur, licèt pendente conditione fideicommissarius decesserit. Vndè cùm in casu nostro ius accrescẽdi vnitum sit cum substitutione ista fideicommissaria, non est dubium, quòd est dicta substitutio ad filios substitutorum transmissibilis.

QVINTA, & vltima coniectura est, imò dico, quòd non est coniectura, sed apertè apparet de mente testatoris, considerando uerba ipsius, quæ sunt ista formalia.

*E vuole, e lassa, che la Valle, ciò è vigne, terre, orto, & case, non se possano mai uendere, ne impegnare la proprietà; ne tam poco non la possano dar per dote alle figlinole fœmine, eccetto del frutto; e vuole che sempre detta Valle se richiame la Valle de Giouan Carlo Riuera; e caso, ch'Iddio lo cesse, venesse á mãcare la linea delli figliuoli maschi di Piero, Mutio; figliuoli di esso testatore, e delli figliuoli di Marttino; in detto caso, trouandosi figliuoli de Giouan Battista figliuolo di esso testatore maschi, ouero figliuoli delli figliuoli maschi di Giouan Battista legitimi e naturali del corpo loro, in detto caso succedano vsufruttuarij di detta Valle quelli si trouaranno maschi.*

42 Est in dictis uerbis in primis consideranda prohibitio alienationis dictæ Vallis, quæ prohibitio declarat mentem testatoris fuisse, & esse, uoluisse, & uelle nepotes, & cæteros descendentes consequi debere hæc bona: & ideò ad nepotes hoc fideicommissum transmittitur. Iacob. Menoch. d. consil. 95. numero 110. Paris. consil. 50. nu. 61. & Ioã. Cephalus consil. 16. sub nu. 44. uol. 1.

¶ Et ratio est, quia non alia ratione prohibuit alienationem, nisi quia uoluit dicta bona perpetuò conseruari in eius domo, & sic prohibuit ratione agnationis conseruandæ: & ideò dictum fideicommissum transmittitur. Et ratio rationis est, quia uti prætulit ratione agnationis conseruandæ masculos: ita censetur eorum filios prætulisse: & uti dicta ratio locum habet in masculis filiis, ita etiam in nepotibus: & ideò vti dictum fideicommissum, eueniente conditione, est filiorum masculorum: ita eis mortuis, iure transmissionis debet esse nepotum; cùm illud debeat haberi pro expresso; ex quo testator verisimiliter disposuisset, si de isto interrogatus fuisset. vt probatur in l. Titius. §. 1. ff. de lib. & posthum. quia in omnibus eadem ratio agnationis cõseruandæ militat, ad quam testator habuit respectum, quò ad filium: ideò in omnibus eadem dispositio militare debet.

¶ Item ratio est, quia si uoluit, ut nullo tẽpore alienetur, sed vt remaneat perpetuò in eorum descendentibus: ergò cùm prohibeat alienationem etiam in descendentes, præsumendum est, quòd illos uocauerit; aliàs prohibitio ipsis facta non ualere posset, sicut alio modo grauari non potuissent. l. ab eo. C. de fideicom. & ideò ad eos fideicommissum transmittitur, vt tradit Ruin. consilio 130. uolu. 3. qui in specie loquitur quando substitutio facta est superstitibus, seu superuiuentibus.

CONSIDERANDA secundo loco sunt illa uerba: *E caso, ch'Iddio lo cesse, venesse à mancare la linea delli figliuoli maschi di Piero, Mutio, figliuoli di esso testatore, e delli figliuoli di Martino &c.* Ecce quòd testator voluit, vt in dicto fideicommisso succedant non solùm filij Martini, sed etiam eorum filij, & descendentes in

perpe-

perpetuũ, cùm velit, vt donec durat linea ipso rum, in ipsa linea fideicõmissum cõseruetur: & ideò de expressa testatoris voluntate fideicommissum istud transmittitur ad filios Ioãnis Hieronymi filij Martini; cũ dicti filij sint de linea filiorum Martini. Soc. in l. Gallus. §. nunc de lege, nu. 3. ff. de liber. & posth.

43 Et hoc esse verũ patet primò, quia si tale fi deicõmissum nõ trãsmitteretur, vtiq; nõ posset cõseruari in linea filiorũ Martini: cũ igitur velit cõseruari, apertè apparet velle, vt fideicõmissum illud ad filios filiorũ Martini trans mittatur. & ita in casu simili dicunt Ruy. cõs. 156. n. 5. lib. 2. & in d. cons. 130. vol. 3. qui spe cificè loquitur, qñ substitutio est facta superstitibus, & superuiuentibus. Dec. cons. 574. & Iac. Menoch. in d. cons. 95. nu. 109.

¶ Secundò id apparet esse uerũ. Nã præsup ponamus filiũ Mutij mortuũ fuisse sine filiis, deinde mortuos fuisse Ioannẽ Hieronymũ, & Ioannẽ Loysiũ, cum filiis masculis, postmodũ obiisse Ioannẽ Carolũ vnicũ filiũ Petri; modò sic. Si volumus istud fideicõmissũ nõ esse trãsmissibile ad filios Ioãnis Hieronymi, & Ioannis Loysij, vtiq; vigore vltimi fideicõmissi deueniret in filios Ioãnis Baptistæ filij testatoris cũ defecisset linea masculina Petri, & Mutij, & ad filios filiorũ Martini nõ trãsmitteret, & sic eorũ respectu caducũ effectũ esset fideicõmissum sed hoc dicere est absurdũ, & contra mentẽ testatoris, quia testator vult, vt ad filios Ioãnis Baptistæ deueniat vigore fideicõmissi dicta Vallis, in euentũ, quod defecerit linea masculina Petri, Mutij, & filiorũ Martini: ergò durante linea, vult vt in ea fideicõmissũ cõserue tur: igitur transmittit dictum fideicõmissum ad filios filiorũ Martini de voluntate testatoris; aliàs in ea linea conseruari non posset.

¶ Tertiò demonstratur hoc verissimum esse hac alia cõsideratione. Filij Mutij, filij Petri, filij filiorũ Martini, dicũtur de linea Petri, Mutij, & filiorũ Martini: si deficit filius Petri, ut defecit; filius Mutij (quod Deus nõ permittat) & demum deficiãt filij filiorũ Martini, & sic Ioãnis Hieronymi, & Ioãnis Loysij (quod Deus nolit) in tali casu isti filij filiorũ Martini non ne sunt grauati onere fideicõmmissi? certè sic. l. codicillis, in prin. ff. de usufruc. leg. & ibi notat Bart. quia in tali casu vigore vltimæ fideicommissariæ substitutionis succedũt filij Ioannis Baptistæ. ergò etiam in dicto fideicommisso vocati censentur. l. ab eo. C. de fideicom.

44 Et in tali casu quando filij positi in conditione fuissent grauati in testamento ab ipso testatore: tunc censentur etiam positi in dispositione prout tenent Bart. Aret. Lancel. Galiaula, & Rip. in l. centurio. ff. de vulgar. & pupil. substit. Soc. in l. cùm filio. ff. de leg. 1. & in consil. 242. vbi dicit hanc esse communem opinionem. & Pontanus in d. l. cùm filio, di- *Cõis opin.*

cit istam opinionem esse canonizatam.

¶ Tertiò consideranda sunt illa uerba: *In detto caso trouandosi figliuoli di Giouan Battista figliuolo di esso testatore maschi, ouero figliuoli delli figliuoli maschi de Giouan Battista legitimi, e naturali del corpo loro, in detto caso succedano vsufruttuarij di detta Valle quelli si trouaranno maschi.* Ecce quòd vltimo loco deficiente linea Petri, Mutij, & filiorum Martini, succedere debent in tali fideicommisso filij Ioannis Baptistæ, & filiorum filij. Modo, quòd istud fideicommissum transmittatur ad filios filiorum Martini, deduco dupliciter.

45 ET PRIMO, si testator uoluit totũ istud fideicommissum posse peruenire ad filios filio rum Ioannis Baptistæ: ergò nedum prædictos filios Martini institutos, & fideicommissarios, uerùm et filiorũ filios censetur ad dictũ fideicommissum uocasse, quia magis prædilexit filios filiorum Martini. iux. l. Publius. §. 1. ff. de condit. & demonstr. & ita propter hanc rationem in terminis, in simili casu, tenent Cassan. in cons. 62. col. 6. uer. Item ex verbis. Curt. Iun. cons. 16. nu. 7. Ruin. cons. 130. n. 3. uol. 3. & Ioan. Cephalus cons. 113. sub numero 22. uers. Octauò, & sub num. 26. in uers. Decimò. & nu. 29 vol. 1.

46 SECVNDO deduco. Nam licèt regulariter filij in conditione positi non dicantur vocati: tamen hęc conclusio nõ procedit quãdo ex cõiecturis constat de contraria testatoris voluntate: & inter alias cõiecturas est illa, quando testator sub eadem liberorũ conditione ad plures gradus substitutorum digressus est, & sic quando post mortem omniũ filiorũ sine liberis prouidit de vlteriore substituto: nã tunc filij positi in conditione censentur positi in dispositione ita in terminis tradit Pet. Anch. cõs. 70. quẽ sequuti sunt Alex. cons. 64. circa fin. uol. 5. Ant. Rub. Alexand. cons. 28. colum. fin. Ias. cons. 232. colum. 1. uol. 2. & cõsilio 40. colum. fi. vol. 3. Curt. Sen. consilio 52. & consilio 63. Curt. Iun. cons. 11. & cons. 116. Gozad. cons. 64. Paris cons. 37. 41. 77. 86. & 81. volum. 2. & consilio 5. 8. 14. 42. 52. 53. & 66. vol. 3. Mar. Soc. Iun. consilio 119. volu. 1. Mantua consilio 22. colum. 4. Gratus consilio 101. & 106. uol. 2. Soc. Iun. cons. 168. uolum. 2. Ruin. cons. 139 vol. 3. Boer. decis. 155. num. 21. & 28. Grauer. cum concordantibus per eum, cons. 98 in fin. Curt. Iun. in l. 1. numero 14. C. de pact. & ibi Purpurat. colum. fi. & Curt. Sen. in uers. Secundò limita. quam opinionem tenent etiam multi alij Doctores enumerati per Rol. à Valle cons. 51. nu. 5. lib. 3. Et hęc hodie est magis cõis opinio, prout attestatur Ant. Gabriel. in suis communibus conclusionibus, libro 4. in tit. de fideicom. in conclus. 4. numero 13. & 14. Sed in casu nostro testator in isto fideicommisso Vallis di- *Cõis opin.*

 gressus

greffus est ad plures gradus fubftitutorum, fub eadem liberorum conditione, & fic poft mortem omnium fcilicet, Petri, Mutij, & filiorum Martini fine liberis, prouidit de vlteriore fubftituto: quia in tali cafu fubftituit filios, & filiorum filios Ioannis Baptiftæ. ergò dicti filij filiorum Martini, & fic Ioannis Hieronymi, & Ioannis Loyfij dicuntur politi in difpofitione, & fic per teftatorem uocati. Et per hanc rationem, in terminis noftris, decidit Curr. Iun. confilio 16. fub num. 7. Igitur vtj non folùm in ifto fideicommiffo fuccedere poffunt virtute tranfmifsionis, fed etiam iure proprio, vti à teftatore uocati.

VLTIMO, alijs omifsis, quòd dicti Troianus, Bartholomæus, & Francifcus in ifto fideicommiffo unà cum Ioanne Loyfio fuccedere debeant, probatur hac alia ratione, confiderando illa uerba: *Che: illio locefsi, morendo tutti li figliuoli mafchi de Martino, moranzi à quelli restiranno vivi* pro æquali portione *alli figliuoli de Martino, & alli figliuoli mafchi de Piero, e co,i dice dell'uno come dell'altro.* Ecce quòd euenien te cafu in perfona filij Petri, fuccedere debēt filij Mutij, & filij Martini: modò fic.

47 In fideicommifsis, appellatione filiorum ueniunt etiam nepotes. Bart. in l. liberorum. ff de verbor fignif. Ang. & Imol. in l. Lucius, *la* 2. ff de hęred. inftit. Ang. & Iaf. in l. Gallus. §. inftituens. ff. de liber. & pofthu. Bald. in l. 1. C. de condit. infert. Iaf. in l. de quibus, col. 5. uerf. Iuxtà præcedentem quæftionem. ff. de legib. Bald confilio 13. uolu. 3. confilio 302. 362. 364. & 414. uolum. 4. Oldrad. confilio 269. Alexan. confil. 37. vol. 5. Roman. confil. 148. Bertran. conf. 77. colum. 2. libr. 2. Corn. confilio 207. volum. 2. Capra confil. 23. colum. 2. Curt. Iun. confil. 22. num. 13. vbi atteftatur effe communem opinionem. & conf. 116. num. 11. Iaf. confilio 52 libr. 3. Rubeus. confilio 28. colum. 3. Socin. Iun confil. 125. num. 35. uolum. 1. & confilio 146. volum. 2. Ruin confil. 101. num. 9. uol. 2. Barbat. confilio 10. uolum. 3. vbi ait hanc effe communē opinionem, Socin. confil. 149 num. 2. uolu. 2. Dec. conf. 391. num. 5. Gozad. conf. 4. numero 13 & conf. 59. num. 12.

*Cōis opin.*

48 Quæ conclufio indubitanter eft uera, ex mente omnium, quando difpofitio eft collata in aliquem futurum euentum, in quem uerifimiliter poterat effe dubium, an tunc filij primi gradus fint exituri, an verò magis nepotes vel alij vlteriores: nam tunc latè accipitur nomen filiorum, & veniunt eorum appellatione nepotes, ac alij defcendentes. Imol. in d. §. inftituens, quem cæteri fequuntur ibi, & alibi. ut p Dec. & Gozad. in locis fuprafcriptis: & effe communem atteftatur Alex. cōf. 9 vol. 1. conf. 5. uol. 3. & conf. 26. eod. volum. Ruin. conf. 129. num. 1. lib. 3. Sed in cafu noftro, ad fideicommiffum, eueniente cafu, uocantur filij Martini: & dicta difpofitio fuit collata in futurum euentum, in quem verifimiliter poterat effe dubium, an Ioannes Hieronymus, & Ioannes Loyfius filij primi gradus Martini effent exituri: ergò non eft dubium, quod in cafu noftro fub appellatione filiorum Martini, continentur nepotes, ac cæteri defcendentes. & ita argumentatur Dec. in d cōf. 391. fub nu. 5. uer. Non obftat Et in cafu noftro eft uera cōclufio, ex his rationibus.

*Cōis opin.*

49 Et primo, quia iftud fideicommiffum factum fuit fauore agnationis; & ideò eft fauorabile. vt latifsimè tradit Io. Cephalus conf. 581. num. 43. uol. 4.

50 Secundo, quia in cafu noftro fideicommiffum illud eft reciprocū, vt apparet ex lectura teftamenti. & ideò non dicitur onus. vt probatur tex in l. fi pater puellæ. C. de inof. teft. vbi Bar. & cæteri dicūt, fideicommiffum reciprocum non effe onus: quia ita poteft commodū afferre. ficut incōmodū; & ideò ꝓpter ipfum non compet querela inofficiofi teftamenti.

51 Et hinc eft etiā, quòd minor non dicitur læfus, quando tollitur fideicommiffum reciprocum. l. de fideicommifsis. C. de tranfac. Et ratio eft, quia ita poteft lucrari, ficut damnificari. Et iftud fideicommiffum reciprocum factum fuit ad hoc, vt dicta Vallis conferuetur in fuos defcendentes mafculos: & ideò fecundùm omnes Doctores eft fauorabile, rationabile, & publicam vtilitatem concernit. l. 1. §. pen. ff. de ven. infpic.

52 Sed in non onerofis, & in materia fauorabili, appellatione filiorum veniunt nepotes. Bar. in d l. liberorū, & Doct. cōiter in d. l. Gallus. §. inftituēs. ergò in cafu noftro, appellatione filiorum veniunt nepotes. Corroboratur hæc ratio. *Cōis opin.*

53 In cafibus, in quibus mafculinum concipit fœmininum, in iifdem cafibus appellatione filiorum continentur nepotes. l. iuxtà. ff. de uerb. fignif. & per illum tex. ita clarè dicit Bar. in d. l. liberorum.

54 Sed fic eft, ꝙ in vltima voluntate, & quod fortius eft, vbi tractatur de grauādo hærede, mafculinū genus cōcipit fœmininū. l. q duos. ff de leg. 3. Ergò multò fortiùs iftud debem° dicere in fideicōmiffo reciproco, quod nō appellatur onerofum; imò fumus in fauorabili materia: qa dicta Vallis relinquit filiis Martini, filiis Petri, & filiis Mutij: & idcò in ifta fauorabil difpofitione, appellatione filiorū ueniūt nepotes, fcilicet ordine fuccefsiuo. ut tradit Soc. in d. §. inftituens, in vlt. colum. uerf. Infertur & 2. vbi dicit, quòd in materia fimpliciter fauorabili (quia ut ea fit lata interpretatio) appellatione filiorum veniunt nepotes, & ifta eft fecundùm eum regulariter materia teftamentaria. vt in l. in teftamentis. ff. de reg.

de reg.iur.& sic vti filiis relicta fuit dicta Vallis, & isto respectu appellatione filiorum ueniunt nepotes. vt in casu simili in terminis tradit Alexan.consilio 37. per totum, & præcipuè, num.8.volum.6. Ita eueniente casu fideicommissi relicti filiis Martini, & Mutij, appellatione filiorum veniunt nepotes. ita, & taliter, quòd cum patruo concurrere debeat. vt in terminis tradit Gozad.consilio 4.numero 16.& per totum.

55 HIS sic firmiter stantibus, non obstant in contrarium adducta: & primò, non obstat primum fundamentum: quia non est uerum, quòd quando agitur de dispositione hominis, filius non subintret in locum patris: nam in contrarium est communis, & magis communis opinio, & in iudicando, & decidendo non est ab ea opinione discedendum, scilicet quòd filius in fideicommisso in locum patris subintrat, & maximè quando tractatur de successione ascendentis, vt supra dixi in primo fundamento secundæ opinionis.

Cōis opin.

56 Nec obstat, quòd uerba debent intelligi propriè, & non fictè: quia hæc regula non procedit, quando natura ei, super qua interponuntur, repugnat, ut est in fideicommissis, in quibus nepotes succedunt in locum patris, & vnà cum patruo admittuntur. ita respondet Ruin.consilio 171.num. 17. volum. 2. & consilio 12.num. 16. volum. 1. vbi etiam dicit, quòd ad istum casum fictum fit extensio mediante interpretatione passiua procedente ab aliis regulis iuris communis. l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falcid. Sed nos habemus regulam, quòd subrogatus sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui in iuriarum. ff. si quis caut. Sed filius fratris succedit in gradum, & locum patris. §. cùm filius. Instit. de hæred. quæ ab intest. Vndè, sicut lex admitteret patrem istorum filiorum si viueret ad concursum cum fratre: ita etiã debet admittere filium subrogatum, & succedentem in gradum, & locum eius.

57 Nec etiam obstat, quòd prior in gradu potior est in successione: quia argumentum est falsum in casu nostro: quia licèt isti nepotes ex eorum propria persona sint remotiores patruo: tamen quia subintrant gradum patris, & illum repræsentant, d. §. cùm filius: ideò hoc respectu patruus non dicitur proximior, cùm sint in eodem gradu, & pares. l. 2. §. hæreditas. ff. de suis & legit. Alexan. consilio 88.volum. 1. Socin. consilio 252. colum. 10. vers. Ego respondeo. & Ruin. consilio 30. col. fin. vol. 3.

¶ Non obstat secundum fundamentum, quia licèt verum sit, quòd fideicommissum conditionale non transmittatur ad descendentes: tamen quando adsunt in contrarium coniecturæ, secùs est, prout est in casu nostro: Et quòd adsint, latissimè dixi in secundo fundamento secundæ opinionis.

¶ Non obstat tertium fundamentum. Nã licèt Ioãnes Loysius dicatur magis dilectus, quia institutus fuit, ac etiam dicta Vallis relicta fuit; & filij Ioannis Hieronymi in cõditione fuerint positi: tamen hoc respectu tantùm dicitur magis dilectus. sed in proposito nostro nepotes ingrediuntur locum patris, & ideò testator quemadmodum dilexit patrem, ita etiam pariter eius filios dilexisse præsumitur, cùm sint in locum patris: & hoc verum esse patet, quia secundùm veriorem opinionem, nepotes admittuntur vnà cum patruo.

¶ Nec obstat, quòd filij Ioannis Hieronymi fuerunt in conditione positi, quia dupliciter respondetur, & primò: nam pater istorum honoratus fuit, cuius locum ipsi tenent, & sic argumentum procederet, si vellent admitti iure proprio, & tanquàm vocati, & substituti; secùs si iure patris, & ipsius nomine veniunt. Et sic, licèt testator maiorem affectionem demonstrauerit Ioanni Loysio, quàm istis nepotibus: nõ tamen maiorem ostendit ipsi Ioanni Loysio, quàm Ioanni Hieronymo patri ipsorum nepotum, cuius iure agũt. ita dicunt Rub.consilio 82. & Ioan.Cephalus consil. 16.num. 60 & 61.uol. 1.

¶ Secundò respõdeo, quòd in casu nostro isti filij Ioannis Hieronymi fuerunt positi in dispositione, & sic vltra quòd possunt uenire iure patris, possunt etiam uenire iure proprio tanquàm uocati, & substituti, ut dixi tam in quinta coniectura in secunda deductione tertiæ considerationis uerborum testamenti ipsius testatoris, quàm in ultimo fundamento nostræ conclusionis: ideò non est uerũ, quòd Ioannes Loysius dicatur magis dilectus.

58 Nec obstat, quòd isti nepotes tempore testatoris non erant nati: quia dupliciter respõderur, & primò, quòd hæc conclusio locum haberet, quando uellent iure proprio uenire; secùs si iure patris: nam tunc sufficit, quòd tẽpore testamenti, eorum pater fuerit natus, seu tempore, quo testator mortem obiit. Cyn. Bartol. & alij in l. 1. C. de his, qui ante apert.tab. Doct. in l. quod dicitur, ante fin. ff. de uerb. oblig. & latè Tiraquel. de retract. §. 11. Glos. 9. num. 5. & 6.

59 Secundò respondetur, quòd dicta conclusio procedit in fideicommisso puro; secùs in fideicommisso conditionali collato in quendam futurum euentum, in quem uerisimiliter est dubium, an tunc extent filij, ut in casu nostro, nam tunc appellatione filiorum ueniunt etiam nepotes, ut supra dixi in ultimo fundamento; & sic testator habuit affectionem ad istos nepotes. Nam cùm tale fideicõmissum factum sit uerbis denotantibus tractum futurum, comprehen

dit etiam dictos filios Ioannis Hieronymi natos, & conceptos post mortem ipsius, ex quo attenditur tempus euenientis conditionis:& satis est eo tempore, quo cedit dies fideicommissi, fuisse conceptos. vt probatur in l. ei quoque ff. de pecul. leg. & tradit Paris. quamplures Doct. allegans, consilio 66. numero 56. volum. 3. Imò, vti dixi, isti sunt uocati, & in dispositione positi, & propterea nō militat fundamentum, cùm constet de contraria testatoris voluntate.

¶ Non obstat quartum fundamentum, ex pluribus, & primo, quia in casu nostro, appellatione filiorum veniunt nepotes. Nec obstat id, quod dicit Dec. in consil. 95. quia non est vera sua conclusio, & pessime loquitur, vt dicit ibi author in addit. in litera E. Et ad hoc, vt remoueatur omnis difficultas in hac materia: scias, quòd licet Doctores varia dicant; tamen procedunt dicta per eos, quando verbum, Filius, refertur ad certas personas: nam tunc generaliter appellatione filiorum non veniunt nepotes, præterquàm in quibusdam casibus. vt per Doctores in d. §. instituens.

60 Sed quādo verbum, Filij, profertur in plurali indefinitè, non referendo, nec restringendo ad certas personas, putà suprascriptas, sed conferendo in genere in futurum euentum, & agitur de commodo nepotum, & in eis est eadem ratio, nec sequitur absurditas, & maximè quando verbum, Filij, additur ad augendum, & continuandum gradus substitutionis: tūc sub verbo, Filiorum, velut sub sermonis compendio, omnes liberi, & sic nepotes, & alij descendentes comprehenduntur, & vocati censentur: & hæc est uera, & propria sententia Alexandri. ita enim sentit in d. l. Gallus. §. instituens, & ita consuluit, cons. 26. uol. 3. consilio 56. vol. 5. cons. 36. uol. 6. ita etiam sentit Bal. cons. 186. & cons. 302. in fin. uol. 4. & est crebrior sententia, & ueritas: vt attestatur author in addit. ad consilia Alex. cons. 1. in litera L. uol. 1. Sed in casu nostro verbum, Filij, profertur indefinitè, non refertur, nec restringitur ad certas personas, putà suprascriptas, & confertur in genere in futurum euentum, & agitur de commodo nepotum, & in eis est eadem ratio conseruationis agnationis, & uoluntatis testatoris, nec sequitur absurditas, imò æquitas, ad hoc vt in lineis conseruetur æqualitas: & dictum verbum Filij additur ad augēdum, & continuandum gradus substitutionum eueniente casu. Ergò est uera sententia, quòd in casu nostro, appellatione filiorum veniunt nepotes, ita vt cum patruo concurrant. vt tradit Alexan. in terminis in dicto consilio 26. volum. 3. Et in isto casu non est uerum, quòd appellatione filiorum non veniant nepotes, quoties dispositio uerificari potest in persona filiorum: nec in hoc casu loquitur Alexan. vt in dictis consiliis est videre.

¶ Secundò non obstat, quia filij filiorum Martini, licet fuerint positi in conditione, tamen in casu nostro censentur vocati, vt supra dixi: & ideò cùm censeantur uocati, non est dubium, quòd sub dicta appellatione Filiorum, nepotes isti dicantur comprehensi.

¶ Tertiò respondeo, Nam & si verum esset, quòd appellatione filiorum, nepotes in casu nostro non venirent, adhuc nepotes isti succedere debent, quia veniunt in tali casu non iure proprio, sed iure patris, & sic non ea ratione, quòd appellatione filiorum veniant nepotes, sed ea ratione, quia ius metiuntur ex persona patris, qui fuit vocatus, & substitutus, & cuius personam repræsentant, cum sint in locum patris, iuraque eiusdem habeant transmissa ita tradunt Crauet. consilio 306 colum. 3. & Ioannes Cephalus consilio 16. sub num. 66. in ver. Ad vltimum respondetur, uol. 1.

¶ Nec obstat corroboratio facta per illa verba: *Morano à quelli restaranno viui.* & sic doctrina Baldi in d. l. quidam elogio, colum. fin. quia respondeo dupliciter, & primò contra opinionem Baldi tenent Rom. & Alex. si benè eius uerba considerentur, & expressè Castren. in d. l. qui patri. ff. de acquiren. hæred. & Crotus in l. re coniuncti. ff. de leg. 3.

¶ Secundò respondeo, quòd loquitur Baldus in pupillari substitutione, per quam succeditur pupillo. Instit. de pupill. substitut. in princip. at nos loquimur in fideicommissaria substitutione, per quam testatori succeditur. in quo casu, cùm æqualem habeat affectionem ad nepotes, & ad pronepotes. ideò dictum fideicommissum trāsmittitur ad pronepotes, moriente nepote ante aduentum cōditionis. Et ad hoc, vt ista materia clarissima appareat, in fideicommissaria substitutione duo sunt considerandi casus.

61 Et primus est, quando testatot Titium, Seium, Franciscum, & Antonium filios suos hæredes instituit, & deinde dixit: Et si aliquis ipsorum sine filiis decesserit, substituo superuiuentes. moritur putà Titius, liberis relictis, deinde moritur Seius sine filiis. In hæreditate igitur dicti Seij, vigore fideicommissi, uolunt succedere tantùm Franciscus, & Antonius, qui sunt superuiuentes, exclusis liberis Titij: filij uerò Titij vti subrogati in locum patris, cùm agatur de successione ascendentis vnà cum patruis, in dicto fideicommisso succedere uolunt. In hac difficultate duæ sunt opiniones Doctorū, una est, ꝙ debeant succedere, altera quòd non debeant; illam affirmatiuam

tenent Cuman. Fulgos. Dec. Bart. Soc. Crauetta, Paris. Ruin. Ioan. Cephalus, & Sfortia Oddus Perusinus: & hęc est magis communis opinio, teste dicto Sfortia Oddo, vt supra dixi in secundo fundamento nostrę opinionis. quibus addas Roman. Alexan. & magis in specie Paul. de Castr. in dicta l. qui patri, & Crotum in d. l. re coniuncti, mihi col. 44. versic. Secundò fallit. Riminal. consilio 78. colum. 2. Ias. consilio 154. colum. fin. uolum. 4. & consilio 52. in fin. volum. 3. Ruin. consilio 79. colum. penult. volum. 3. & Roma. consilio 56. numero 3. ex numero quorum Doctorum apparet, quòd hæc est communis, & magis communis opinio, quam tenet etiam Hieronymus Zanchus in repet. l. hæredes mei. §. cùm ita, numero 219. ff. ad Trebell. Cōis opin.

¶ Quæ opinio, indicio meo, est magis uera, & probatur primò, per textum in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. inducendo, prout supra induxi.

¶ Secundò probatur, quia quando testator substituit certas personas, ita demum admittuntur si fuerint superstites hæredi morienti. l. si ex pluribus. ff. de suis & legit. l. sed si plures, & l. qui habebat. ff. de vulg. & pupill. Si ergò testator substituit superuiuentes, exprimit, quòd tacitè inest: sed expresio eius, quod tacitè inest nullum operatur effectum. l. 3. ff. de legat. 1. ergò ista expresio de uerbo, Superuiuentes, nihil operatur: & ideò, vti quando hoc uerbum non exprimitur, ex coniecturis fideicommissum conditionale, etiam si moriatur fideicōmissarius pendente conditione, transmittitur ad filios, & eius descendentes: ita etiam transmittitur, quando dictum uerbum exprimitur.

¶ Tertiò probatur, nam dictio, Superuiuentem, importat conditionem, id est si tunc viuet. Alexan. consilio 109. colum. 2. uolumine 7. Sed paria sunt substituere aliquem, si viuit, vel eum nominare nomine proprio. Dec. consilio 79. in princip. Paris. consilio 9. colum. 3. uolum. 2. & consil. 37. in colum. 7. in fin. eodem volum. Sed quando substituitur nomine proprio, non impeditur transmissio. Alexan. in l. qui patri, colum. fin. ff. de acquiren. hæred. & Ioan. Cephalus, consilio 16. numero 60. cum sequen. volum. 1. ergò neque impeditur per dictionem, Superuiuentem.

¶ Quartò probatur quòd sit vera, & in specie in casu nostro. Nam licèt dictum verbum, Superuiuentes, excludat nepotes, inspectis verbis: tamen inspecta mente disponentis, quando in nepotibus militat eadem ratio, quæ in filiis militat, prout est in proposito nostro, vt deducam: tunc, non obstante dicto verbo, fideicommissum transmittitur. ita notanter tradit Paris. consilio 5. numero 43. & 44. libro 3. quem refert, & sequitur Cephalus in dicto consilio 16. numero 66. Quòd militet eadem ratio, probatur. In casu nostro, fideicommissum factum fuit ratione agnationis conseruandæ, vt deduxi supra in tertia coniectura secundi fundamenti: sed hæc ratio vti militat in patruo, ita etiam militat in pronepotibus: & ideò vti prætulit ratione agnationis conseruandæ filios masculos Martini: ita censetur eorum filios prætulisse, & propterea vti fideicommissum, eueniente conditione, est filiorum masculorum: ita etiam, eis mortuis, iure transmissionis debet esse nepotum; cùm illud debeat haberi pro expresso, ex quo testator verisimiliter disposuisset, si de isto interrogatus fuisset. vt probatur in l. Titius. §. 1. ff. de liber. & posthum. Et tanto magis in casu nostro est uera hęc conclusio; cùm testator velit in linea filiorum Martini conseruari dictam Vallem, quæ, nisi fideicommissum esset transmissibile, non posset conseruari: & ideò ad hoc vt conseruetur, de mente testatoris est, vt transmittatur, non obstantibus dictis uerbis: *A quelli restaranno viui*. prout in casu simili in terminis tradit Ruin. consilio 130. volum. 3.

¶ Et hæc conclusio indubitanter procedit, quando filij, licèt sint in conditione positi, tamen sunt vocati, & sic iure proprio vti vocati, & substituti veniunt: vt est, si dictum esset, Titium, Seium, Franciscum, & Antonium filios meos hęredes instituo; & si quis eorum sine liberis decesserit, substituo superuiuentes; & si omnes sine filiis moriantur, substituo Sempronium alterum filium meum. Nam in hoc casu, filij dictorum hæredum institutorum, licèt sint in conditione positi: tamen dicuntur positi in dispositione, & sic vocati, & substituti, vt latissimè dixi in secunda deductione tertiæ considerationis quintæ, & vltimæ coniecturę, & est uera, & magis communis conclusio. In isto igitur casu, cùm sint vocati, & substituti, ueniunt appellatione superuiuentium, & ideò nepotes cum patruis admittuntur. Sed in casu nostro filij Ioannis Hieronymi, licèt fuerint positi in cō ditione, tamen fuerunt positi in dispositione, & sic fuerunt uocati, & substituti: quia testator in nostro casu digressus fuit ad plures gradus substitutionum, vt in dicta secunda deductione dixi: ergò isti filij Ioannis Hieronymi veniunt sub appellatione superuiuentium, & ideò unà cum eorum patruo Ioanne Loysio succedere debent. Cōis opin.

¶ Secundus casus est, quando aliqua res relinquitur filiis puta Titij, Seij, & Martiui, siue aliqua expressione certarum personarum, & deinde testator dicit: Si filij Titij moriantur sine filiis masculis, moriantur superuiuentibus, & sic de reliquis. in casu isto, moriuntur filij Titij cum filiis; deinde moriuntur filij Seij siue liberis: filij Martini volunt succedere exclusis filiis filiorum Titij: filij uerò filiorum Titij, cum eorum patruis, concurrere uolunt, & vtique concurrere debent: quia quãdo fit relictum filiis, sub appellatione filiorum veniunt nepotes, & alij descendentes, & maximè qñ ag tur de filiorum cõmodo, Bar. in d.l. liberorum, & Doctores in d.§ instituens. Et ideò id similiter habet locum in fideicommisso conditionali filiis relicto: nam in dicto fideicommisso sub appellatione filiorum veniunt nepotes: & sic nepotes dicuntur vocati, & substituti; & maximè quando fideicommissum est reciprocum, & sic non onerosum, sed fauorabile, vt est quando factum fuit ratione agnationis conseruandæ: & ideò vti vocati ueniunt appellatione superuiuentium, & admittuntur vnà cum patruis, vt dixi latissimè in ultimo fundamẽto secundæ opinionis, & in quarta responsione quarti fundamenti primæ opinionis; & ita vltra Doctores ibi allegatos, in terminis tradit & consulendo respondit, Maria. Soc. Iun. consilio 146. per totum, volum. 2. Sed in casu nostro, Vallis relicta fuit filiis Mutij, filiis Petri, & filiis Martini: & si moriantur filij Petri, moriantur filiis Mutij, & filiis Martini: ergò sub appellatione filiorum tam in relicto, quã in fideicommisso ueniunt isti nepotes, & sic filij Ioannis Hieronymi, & vnà cum patruo Ioanne Loysio concurrere debent in antedicto fideicommisso, cùm & ipsi uocati sint superuiuentes.

¶ Nec finaliter obstat ultimum fundamentum, quia respondetur, quòd imò attendenda est proximitas respectu testatoris, & non respectu hæredis grauati. quam opinionem tenent Dec. consil. 1. colum. 2. & consilio 546. colum. fin. uers. Sexto & vltimo. Ias. consilio 215. colum. 1. & 2. in princ. uol. 2. vbi dicit hanc esse communem opinionem, & cõsilio 159. colum. 1. vol. 4. Ruin. consilio 142. numero 15. uolum. 3. consilio 168. colum. 3. & consilio 298. colum. fin. uolum. eod. Paris. in consilio 36. colum. 2. uolum. 2. & Ioan. Dilec. de arte testan. titu. 5. cautel. 21. numero 3. ubi dicit hanc esse communem opinionem.

Cõis opin.

¶ Sed dato & non concesso, quòd uera sit ea opinio, quòd attendatur proximitas respectu hæredis grauati & non testatoris, respondetur tripliciter.

62 Et primò dicta Socini opinio habet locum, quando agitur de ordine successionis, vt in fideicommisso collectiuè relicto certæ familiæ. nam tunc inspicitur persona grauati, uel vt quando inter plures uocatos cadit ordo charitatis: nam tunc ordine successiuo vocantur, & prout quisque est proximior ei, qui semel fuit admissus, quia ad illum videtur eandem charitatem habere, quam habuit ad defunctum grauatum, & ideo respectu successionis attenditur persona grauati. Sed secus est quando sumus in interpretanda voluntate testatoris, qui disposuit, & sumus in casu, in quo inter vocatos non cadit ordo charitatis, & affectionis, vt est in casu nostro, in quo agitur de interpretãda voluntate testatoris circa fideicõmissum, & inter vocatos non cadit ordo charitatis, & affectionis tã circa Ioannem Loysium & Ioannẽ Hieronymum, quàm circa Ioannem Loysium, & filios Ioannis Hieronymi, cùm testator eandem affectionem, & charitatem, quam habuit erga Ioannem Hieronymum, dicatur habere erga eius filios. Et ratio est, quia cũ simus in fideicommisso ascendentis, filij Ioannis Hieronymi in eius locum succedunt: & ideò in hoc casu inspicitur persona testatoris. ut probatur in l. fi. ff. ad Trebel. & tradit Rolandus à Valle cons. 100. nu. 25. vol. 1.

63 Secundò dicta opinio Socini non est in consideratione, quando sumus in fideicommisso ascendentis, seu patrui, in quo filij subintrant in locum patris, vt est in casu nostro, in quo tractatur de fideicommisso aui seu proaui, & sic ascendentis: nam tunc siue consideretur persona testatoris, seu grauati eadem est proximitas patrui, & nepotum, ratione subingressionis, & repræsentationis: quia cùm filij Ioannis Hieronymi repræsenteut ipsum Ioannem Hieronymum, dicuntur in gradu ipsius, & ideò æqualis est proximitas, tam respectu testatoris, quàm respectu hæredis grauati. vt eleganter concludit Ioannes Cephalus consilio 489. num. 58. & 59. cum aliis sequen. vol. 4.

64 Tertio, & vltimo, dicta opinio Socini locum habet, quando sumus in eadem linea, vt si fideicommissum relictum sit post mortem filij sine filiis, filiis, & eorum filiis: nam tunc cùm fideicommissum intelligatur ordine successiuo, scilicet prius pro ipsis filiis, & post eorum mortem pro eorum filiis. iuxta notata per Doctores in l. Gallus. §. 1. ff. de liber. & posthum. attenditur in tali casu persona grauati: at secùs est quando sumus in diuersa linea, & in casibus, in quibus filij subintrant in locum patris: nam tunc non attenditur proximitas, vt est in successione ascendentis, in quo casu nepotes concurrunt cum patruo, prout est in casu nostro. ita notabiliter dicit Ioannes Cephalus in antedicto consilio 489. inquo

In quo consilio doctissimè remouet supradictam obiectionem fundatam in opinione Socini,& aliorum.

¶ Ex prædictis igitur clarissimè apparet, istos Bartholomæum,Troianum,& Franciscũ filios Ioannis Hieronymi filij Martini, ritè,rectè,& sanctè successisse in fideicommisso Vallis vnà cum Ioanne Loysio eorum patruo filio similiter Martini: & ita iuris esse censeo,& consulo ego Alexander Trentacinque V.I.D. quod consilium in fidem veritatis subscripsi, & solitum sigillum,quo in similibus vtor, apposui.

PRAESENTEM consultationem doctissimè ac copiosissimè per celeberrimum meum Consulentem firmatam in fauorem dictorum pupillorum iuridicam, ac vtilissimam puto, & in eandem sententiam haud dubiè concurro, ego Ioannes Vincentius Martinus V.I.D. minimus,sola subscriptinne contentus, cùm aliquid addendi locus uix sit relictus.

*Idem qui supra manu propria.*

VT supra consultum, & firmatum extitit per doctissimum ac præclarissimum iurisconsultum, Alexandrum Trentacinque, optimis iuribus, solidissimisque rationibus, pro dictis pupillis,iuris esse dico,& in sententiam dicti Domini Consulentis iuri, & æquitati consonam intrepidè concurro, ego Iosephus de Rusticis,I.V.D.de Ciuitate Aquilæ, & ad fidem me subscripsi, solitumque meum sigillum,quo in his vtor,apposui.

*Idem qui supra Iosephus de Rusticis.*

VERITAS & fructus, quos ex præsenti fertili consultatione, & ex virtutibus prędicti Excellentissimi Domini consulentis capio quàmuberrimos,mihi suadent,vt à latere ipsius, suoque voto nunquàm discedere debeam. profiteor etenim re ipsa ueritatem attigisse in suis scriptis; quę cùm tergiuersari nequeat pacto aliquo, in suam me sententiam adducit, cui tanto libentius acquiesco, cùm nullus amplius locus in pręsenti torrente dicendi superesse videatur.

*Ego Franciscus Viuius.*

VISIS ac diligenter consideratis, quæ supra doctè non minus, ac subtiliter,quã copiosè fuerunt adducta,& deducta; transeo in eandem sententiam pro transmissione fideicommissi, & ego Ioannes Paulus Lancellottus I.V.D. Perusinus, & in fidem subscripsi,& subsignaui.

*Idem Ioannes Paulus Lancellottus, manu propria.*

65 QVAE supra latè, doctè,& egregiè deducta, & allegata per excellentissimum prædictum D. Consulentem, & confirmata fuerunt authoritate subscribentium,mihi quoque iuri,& æquitati valdè consentanea videntur, rationibus, & authoritatibus per eos adductis.

Præcipuè,& primò. Quia uerior,& magis communis opinio est, quòd etiam in fideicõmissis filius intrat locum patris, quemadmodum ultra allegatos per D. Consulentem latè sustinet,& attestatur Port. Imol. consilio 55.num 30.& seq.Ant. Gabr. de fideicõ.conclus.3. num.1. Viui. Com. Opin. lib. 2.opin. 121. Filius fratris,post medium, dicens hanc opinionem esse frequentiorem, veriorem, & magis æquam, & se pro ea consuluisse, obtinuisse,& iudicasse, eiusque sententiam confirmatam fuisse in Rora Bonon.per Benintẽ. decis.88.In præsenti,num. 2. Tyb.Decia. consilio 7. In hac,num. 79. ubi ad finem inquit se pro hac opinione sæpius consuluisse,obtinuisse,& iudicasse,& idem latius comprobans reperit consilio 29 Breuiter, numero 6. & seq. libro 1. & latissimè usque ad nauseam prope modùm alios congerens, consilio 55. Quæritur,num.13.& sequen.libr.3. in quibus locis non solùm argumenta pro hac opinione ualidissima, verùm etiam responsiones ad contraria habentur. Cõis opin.

66 Secundò,quia quatenus dubitetur regulariter de ista opinione,non tamen negari potest,quin certè ea procedat,quando sumus in fideicommisso facto ab ascendente, & agitur de admittendis ad illud descendentibus, vt hic. Et hoc fatetur etiam Dec. consilio 217. comprobat multorum authoritate D. Consulens,& sequitur Rota Bono.dicta decis 88.numero 3.Marzar. ad fideicom. substit. part. 2. q. 18. referens se ita consuluisse in causa de Compostellis Basciani, & secundùm eius consilium iudicatum fuisse per Excellentissimũ D.Torniellum,ac etiam aliàs ita decisum fuisse per Rot. Florentinam, vt in mortuis eius lib.10.num.97.& lib.12. num.247. Tyb.Decia.d.cons.29.num.7. ubi post Ruin. Cephalum,Curt.Iun.Bero.& alios, concludit, quòd cùm in ista materia sint tres opiniones. Vna affirmatiua Glos.l.cùm ita.§.in fideicommisso,de leg. 2. Alia negatiua Baldi in d.§. in fideicommisso.Tertia media istas concordans, videlicet, vt prima procedat quando tractatur de fideicommisso ascendentis,& de succedendo auo, uel patruo;Secunda verò quando agitur de successione transuersalium prætterquàm patrui; tenenda est ista alias opiniones concilians, prout in simili sæpè sæpius aierunt Doctores de distinctione ad concordiã reducente contrarias opiniones.

67 Tertiò indubitata est eadem opinio quando non

do non agitur de excludendo aliquem à suc-
cessione, sed tantùm quòd nepos concurrat
cum patruo, vt hìc: quia tunc omnes firmiter
adhęrent opinioni affirmatiuę, quæ fuit Glos.
in d.§.in fideicom.& sequa. de quibus supra.
tenet apertè Alexan.consilio 123.sub nume-
ro 2.uers. Prętereà iura omnia. & præsuppo-
nit etiam consilio 44.num.19. priore loco li-
bro 1. 2. uerò lib.5.Soc.Iun. consilio 20. nu-
mero 6.libr.3.Decia.d. consilio 29.sub nume
ro 10.uers.Et præsertim & d.consil.55.sub nu
mero 19.ad fin.uers.Et hanc etiam, & rursus
uers. Secundo quòd qui vult admitti.

68 Quartò, idem tenendum est in præsenti
casu, quia quando essemus in dubio propter
anfractum istarum opinionum, adhęrendum
esset opinioni, quæ sauet nepotibus, qui prætē
dunt se subintrare in locum patris per reprę-
sentationem, cùm ista representatio nitatur
ęquitate.§.cùm filius, Institut. de hæred. quæ
ab intest.defer. & fundata sit iure naturali. l.
1.§.si filius.ff. de suis & legi. ac etiam diuino.
Genes.cap.11.& seq. ubi Aran patruus admi
sit Abraham nepotem ad successionem Areę
aui. Et in dubio semper sumenda sit interpre
tatio, quę innititur æquitati.l.in omnibus qui
dem, vbi Dec.& Cagn.ff.de reg.iur.l. placuit,
vbi Ias. C. de iudic. l. Aemilius. ff. de minor.
prout in terminis arguit Decia.d. consil.55.
num.38.& seq.

69 Postremò, esto pariter, quòd ista opinio af
firmatiua esset dubitabilis etiam in casibus
supra positis, & in quibus eam diximus, & te-
nemus indubitatam esse; adhuc in præsenti
casu pro ea iudicandum esset: quia, vt præsup
ponitur, nepotes ij, qui hac opinione nitun-
tur, possident bona, de quibus agitur, cùm eis
facta fuerit restitutio realis dicti fideicommis
si, quo casu in dubio pro possessore iudican-
dum est. §. commodum, Instit. de interdic. &
quia rei sunt. l.fauorabiliores.ff.de regul.iur.
cum similib. ac etiam quia, si non singula su-
pra allegata per se tantùm sufficiunt, cuius
contrarium tenemus ex supra dictis, faten-
dum est saltem quòd simul iuncta omninò iu
uant.l.Spadonem.§. qui iura multa. ff. de ex-
cus.tut.Dec.consilio 42.colum.3. vers. Est ve
rum, & alij mille aliis in locis vulg.

*Vtì supra conclusum extitit respondi, subscri
psi, & subsignari iussi, ego Marcus An
tonius Eugenius. I.C. Perusinus.*

CONSVLTATIO supra reddita per Ex
cellentissimum D. Consulentem, quem,
non parùm glorior quandoque in auditorem
acutissimum habuisse, & nunc maximè lætor
perspiciens ipsum Iureconsultum ac aduoca
tum celebrem, & Excellentissimum, & in re-
spondendo de iure præstantissimum, ac mihi
virtutum magnitudine etiam atque etiam
obseruandissimum; in fauorem dictorum fi-
liorum olim Ioannis Hieronymi Riueræ, &
contra dictum Ioannem Loysium ipsorum
patruum, ac tantorum Iurisprudentium au-
thoritate roborata; uidetur mihi non modò
æquitati, menti testatoris, veritati ac receptis
simis traditionibus omninò consona, verùm
etiam summo ingenio, doctrina perillustri, &
diligentia exactissima omni ex parte ita per-
fectè absoluta, vt ad victoriam, & portum tu-
tissimum iurium dictorum pupillorum nihil
aliud vlterius desiderari valeat, & ea propter
simplex duntaxat sit in proposito subscriptio
adhibenda. Cæterùm, vt vim huiusmodi con
sultationis degustasse videar, & rogantium
piissimę intentioni moremgeram, hæc pau-
ca repetendo magisquàm de nouo aliqua ex-
citando in ipsius confirmationem ratiocinari
nō omittam; tum ex capite propriarum per-
sonarum dictorum pupillorum, quàm ex ca-
pite repręsentationis personę dicti eorum
patris.

¶ Ex capite quidem propriarum persona-
rum dictorum pupillorum, rectè ipsi sunt ad-
mittendi, etiam in concursu dicti ipsorum pa
trui ad dictum fideicommissum relictum per
dictum Ioannem Carolum ipsorum proauū
in commodum filiorum dicti Martini.

¶ Primò, quia licèt sub nomine filiorum
ex propria uerbi significatione ex magis com *Cōis*
muni sententia non veniant nepotes ex filio *opin.*
prędefuncto, iuxtà tradita per Dyn.Bartol. &
alios, in l.liberorum.ff.de verb. signif.& latis-
simè in hoc congesta, & firmata per Gabriel.
in tit.de uerb.signif.conclus.1.num.3. Atta-
men non est dubitandum ipsos sub nomine
filiorū rectè venire, inspecta iurisprudentiū
interpretatione communiter recepta, vt per
Gabriel.in d.conclus.1.nu.3.

70 Et indubitanter quando sumus in disposi
tione tantùm fauorabili. Gabriell.d.concl.1.
numero 5.ubi numero 7.de magis communi *Cōis*
testatur, qualem esse dispositionem fideicom *opin.*
missariam, quando agitur solùm de capite uo
catiuo non ambigitur, & ex allegandis in se-
quenti medio tam clarum, quàm quòd claris
simum fieri intelligetur.

71 Secundò, quia in terminis, quòd ex voca-
tione filiorum in dispositione fideicommissa-
ria intelligātur venire etiam nepotes ex filio
pręmortuo, firmant Alex.consilio 26.num.4.
& sequen.libro 3. Dec. consilio 300.num. 8.
Bero.q.112.Soc. Iun. consilio 114 num.31.
& consilio 116.num.12.lib.1.& consilio 146.
numero 7.libr. 2. Gabriel. d. conclus. 1. nu-
mero 7.

72 Tertiò, quia multo magis id recipitur
quando fideicommissum istud procedit ab
ascendente, & huiusmodi vocatio apparet fa
cta in

cta in futurum euentum: tunc enim filiorum appellatione intelliguntur vocari etiam nepotes ex filio, etiam si tempore fideicommissi relicti dicti nepotes non fuissent nec nati, nec concepti. vt per Alex. d. cons. 26. numero 4. & aliis seq. & Dec. d. consilio 300. nu. 8. & Soci. Iun. d. cons. 146. nu. 7. & seq.

73 Quarto, & vltimo. Quia prædictis concurrentibus dicitur esse locus admissioni dictorum nepotum etiam ad concursum patrui: vt in terminis late per Alexan. d. consilio 26. num. 4. & sequen. & Soc. Iun. d. consilio 147. num. 7. Quę conclusio certè nullam admittere potest difficultatem, quando ex dispositione testatoris constat ipsius intentionem fuisse per huiusmodi fideicommissum prouidere suæ posteritati in perpetuum, & in infinitum. Ruin. consil. 35. num. 15. lib. 1. Quæ omnia in præsenti casu concurrere, ex verbis testamenti præd. cti fit clarissimum.

74 Quinimò in præsenti casu constat euidenter ex ipsius verbis de huiusmodi dictis testatoris inteti one, dũ prohibuit dicta bona alienari etiam inter descendentes: meritò fit consequens eius intentionem fuisse de dictis bonis participare, & frui quoscunque ipsius descendentes, & sic non tantùm filios, uerùm etiam nepotes ex filio prędefuncto, receptissimique iuris sit in ultimis voluntatibus, & maximè in fideicommissis, testatoris mentem, spreta verborum proprietate, spectandam fore. l. cùm quæstio. C. de legat. l. cùm proponeretur. in fin. ff de leg. 2. l. cùm virum. C. de fideicom. cum concordantibus, ex uerbis apparentem. Paris. consil. 77. num. 11. libro 2. Thob. Non. cons. 8. num. 15.

75 Ex capite verò repręsentationis personę dicti eorũ patris dicta resolutio est omnimodò iuridica, apparet, licèt enim in controuersiã poni possit an in fideicommissis nepos ex persona patris valeat rectè concurrere cum patruo, quando agitur de fideicommisso imposito vel ab omninò extraneo, vel ab alio quàm à patruo, uel ascendente: vt per Gabriel. in tit. de fideicom. conclus. 3. num. 1. & seq. Attamen in fideicommisso proficiscente ab ascendente, remota omni penitus dubitatione, passim conceditur huiusmodi repręsentationem rectè fieri ad preiudicium patrui: vt ultra allegatos per dominum Consulentem, & alios adiectos per Excellentissimum proximè subscribentem, firmat Franc. Marz. consil. 3. num. 3. Port. Imol. consilio 111. numero 5. & Rol. à Valle, inter consil. diuersorum pro Triuultiis, num. 34.

*Vt supra conclusum fuit respondi, subscripsi, & subsignari feci, ego Cæsar Piumagiolius, V. I. D. Perusinus.*

76 VERISSIMAM, & ęquissimam ac menti ipsius testatoris consonam esse existimo conclusionem superius firmatam ab Excellentissimo Domino Consulente, & aliorum Iurisconsultorum authoritate roboratam, ad fauorem Troiani, & fratrum. Tum quia filius, secundùm magis communem Doctorum sententiam, ingreditur locum patris, & cum patruo concurrit in fideicommissis ab ascendentibus relictis: vt abundè fuit per Dominum consulentem deductum. & de magis communi vltra superius allegatos, testatur Vasq. de success. in 1. par. lib. 3. §. 27. limit. 30. nu. 17. Thob. Non. consil. 4. num. 7. & Frãcis. Bursat. cons. 71. in princip. & consil. 67. numero 9. lib. 1. & consilio 170. sub numero 1. libro 2. *Cõis opin.*

77 Tum quia etiam, si in proposito themate filius non succederet in locum patris; tamen dictus Troianus, & fratres debent saltem ad d. fideicommissum admitti iure transmissionis: quia licèt fideicommissum conditionale regulariter non transmittatur. l. vnica. §. fin autem aliquid sub conditione. C. de caduc. toll. cum vulg. nihilominus ex voluntate testatoris fit transmissibile. vt latè habetur per Hier. Zanchum in repet. l. hęredes mei. §. cùm ita, in 4. part. num. 103. In pręsenti uerò casu ex multis coniecturis colligitur, testatorem uoluisse huiusmodi fideicommissum esse transmissibile ad nepotes Martini: quas coniecturas adeò plenè, & exactè deduxit, & considerauit Dominus Consulens, vt omnis opera mea circa eas videatur esse superuacanea: ideoque de simplici subscriptione requisitus, libentissimè subscripsi, & proprio signo muniri curaui, saluo semper &c.

*Marcus Antonius Seuerius V. I. D. Perusinus in almo Perusino Gymnasio ordinarius Iuriscivilis interpres vespertinus.*



## SVMMARIVM.

1 FIDEICOMMISSVM conditionale etiam reciprocum non censetur remissum per simplicem diuisionem factam inter hęredes grauatos.

2 Fideicommissum conditionale nõ videtur remissum per diuisionem factam inter hęredes grauatos, etiam si in illa adiecta sit clausula per diuidentes ipsos de nihil faciendo in contrarium

*riam, nec de ueniendo contra diuisionem, & de habendo eam ratam &c.*

3 *Fideicommissi reciproci renunciatio in diuisione, ex quibus non præsumatur.*

4 *Diuisio bonorum latis uerbis, & clausulis facta, operatur fideicommissi renunciationem.*

5 *Fideicommissum tollit clausula apposita in diuisione, promittens ratum, & gratum, & maximè cum iuramento.*

6 *Fideicommisso vt videatur renunciatum, opus est, quòd uerba sint valdè prægnantia; Et quòd respiciant futurum; Et quòd partes habeant notitiam fideicommissi.*

7 *Fideicommissi renunciatio induci uidetur per clausulam illam in diuisione positam, ad habendum, tenendum, donandum, alienandum, & omnia & singula faciendum &c.*

8 *Fideicommisso renunciatum videtur, quando in diuisione apponitur illa clausula: quicquid deinceps placuerit perpetuò faciendum &c.*

9 *Fideicommissum remissum censetur, si in diuisione dictum fuerit, quòd vnus alteri concessit prosit, es quibus bona concedere voluerit.*

10 *Fideicommisso diuidentes renunciare videntur, vbicunque in instrumento diuisionis nihil sibi reseruant.*

11 *Fideicommisso videtur renunciatum, vbicunque in instrumento diuisionis apposita extat illa clausula inter diuidentes, constituit fratrem diuidentem secum, tanquàm in rem propriam procuratorem, & in locum suum posuit, vt proprio nomine liberè posit agere, petere, & excipere, & replicare, consequi, & se tueri, & vti illis iuribus, quibus ipse ante præsentem diuisionem vti poterat &c.*

12 *Fideicommissi remissio videtur inducta, vbi fratres in diuisione remitterent omne id, quod alter eorum habet, vel habere speraet in parte alterius, & ei competit, & competere potest quocunque modo, iure, vel causa in bonis, & rebus peruentis in partem alteri ex ipsis contrahentibus.*

13 *Fideicommissi renunciatio ex eo inducta videtur, quando in instrumento diuisionis apponitur illa clausula, & promisit alter alterum defendere, & omni tempore indemnem reseruare proprijs sumptibus, & expensis.*

14 *Fideicommissi remissio inducta videtur ex clausula in diuisione apposita, uidelicet, quòd si alicui ipsorum diuidentium de rebus, & possessionibus obuentis in partem quæstio, & lis moueatur in totum, uel in partem &c. damnum inter eos pariter sit, & esse debeat commune.*

15 *Fideicommissi remissio inducitur, vbi in instrumento diuisionis adiecta sit clausula, renũciantes &c. omnibus alijs realibus, & personalibus legibus, iuribus, & auxilijs, & beneficijs in præsenti recompetentibus, & competituris, quibus vti in iudicio, vel extra vna pars contra alteram, & altera contra alteram tempore aliquo non præsumant.*

16 *Iuramentum in instrumento diuisionis appositum, inducit remissionem fideicommissi, cùm illud habeat vim expressi, & specialis consensus, & specialis clausulæ derogatoriæ.*

17 *Iuramento, vel per iuramentum videtur renunciatum dispositioni. l. de his. ff. de transact.*

18 *Fideicommisso videntur diuidentes renunciasse, vbi in diuisione uerba generalia, & vniuersalia forent apposita: cùm diuidentes ipsi censeantur cogitasse in genere de huiusmodi fideicommisso.*

19 *Fideicommissi materia æqua est, & fauorabilis, cùm per fideicommissi remissionem tollatur votum captandæ mortis, & ex ea non inducitur donatio, ex quo tantùm unus præstat, quantum sibi ab altero præstatur, & tantùm vnus remittit, quantum sibi ab alio remittitur.*

20 *Fideicommissi remissione, libera vnicuique tribuitur de rebus fideicommisso subiectis disponendi facultas.*

21 *Fideicommissi remissio continet publicam vtilitatem, vt homines á delictis abstineant.*

22 *Fideicommissi remissio ex quibus præsumatur.*

23 *Fideicommissi remissio licèt non præsumatur facta, vbi in instrumento diuisionis non fuerit facta mentio testamenti: tamen non procedit hoc quando diuidentes, vel transigentes habuerint notitiam testamenti.*

24 *Scientia uera, uel præsumpta diuidentium quomodò colligatur remissiuè.*

25 *Iuramentum quando in diuisione, vel transactione interpositum est, limitatur, l. de his. ff. de transact. non procedere.*

## OPINIO DCCCXLV.

1 ER simplicem diuisionẽ hæreditatis factam inter hæredes grauatos, non cẽsetur fideicommisso conditionali etiam reciproco renunciatum. vt Bar. num. 10. in fin. & alij omnes uniuersaliter concludunt, in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. oblig. & in l. qui cum tutoribus. ff. de transact. Alex. consilio 21. Viso compromisso, colum. 5. vol. 5. Corn. consil. 102. Licèt in hac, vol. 4. Capra, cons. 89. Quidam, col. 3. Crescent. decis. 37. lib. 2. Boer. de cis. 147. num. 2. Barbac. consilio 48. Illud afferam in medium, vol. 1. Dec. cons. 267. Non excedit, in prin. Bero. cons. 130. Ex instrumẽto, num. 1. uol. 2. & Gozad. consilio 36. In facto, colum. fin. & ista est communis, & cõcors omnium opinio. teste Bellou. cons. 19. nu. 7. Dec. consilio 29. colum. 2. & cons. 86. col. 3. Alex. & Rip. num. 38. & seq. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. Paris. cons. 46. num. 9 uolu. 2. Bursat. consilio 64. num. 28. Rolan. à Valle, cons. 34. Vidi dubia, num. 73. & seq. uol. 4. vbi reddit rationem. Roma. cons. 403. Pro decisione, num. 1.

Subsli tutio.

Cõis opin.

num. 1. vbi D. Horat. Mandos. in add. in litera A & Iacob. Philipp. Port. seu potius Aut. Gabriell. conclus. 39. in princ. lib. 2.

2 Quæquidem communis est adeò uera, & indubitata, vt si extitisset promissum quoque in diuisione per diuidentes ipsos hincinde de non contraueniendo, minimè præsumatur ullo modo remissum fideicommissum. ita Bart. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, in 2. quæst. & Ias. consilio 173. num 6. volum. 4 qui asseuerat istam esse communem opinionem. Soc. Iun num. 87. & Rip. in d. §. duo fratres, numero 44. Bellon. in d consilio 19. sub num. 8. & Ruin. etiam consilio 137 sub num. 6. uolu. 2. & consilio 92. sub num. 20. volum. 3 Paris. in d. consilio 46. num. 9. Boer. decis. 147. num. 9. & seq. Bero. d. consilio 130. in princ. num. 2. vol. 2 Grat. consil. 29. numero 29 volum. 2. Beccius consilio 111. num. 7. uolu. 1. Iacob. Mandell. consil. 29. Pro discussione, sub numero 14. & seq. Rolan. in d. cons. 34. num. 75. & seq. vbi assignat rationem. & Ant Gabriel. in d. conclus. 39. in prima ampliat. lib. 2. *Cōis opin.*

3 Sed hoc de plano procederet, iudicio meo, vbicunque alter ex contrahentibus haberet multos filios tempore contractus, & ipsius diuisionis, cùm fatuus tunc iudicari potuisset, si diuidendo voluisset fideicommisso renunciare, cùm sua nullatenus interesset, & præsertim si esset vir prudentissimus, & in rebus agendis satis cautus: præsumendum est absque dubio, ipsum nullatenus sensisse, quòd esset fideicommisso renunciatum. quam quidem præsumptionem multum considerant Doct. post Glos in l. 1. & in l. cùm proponas. C. de pact. & in l. de fideicommisso. C. de transact. Bart. & alij in d. §. duo fratres.

¶ Nec non hoc sortitur locum etiam, quando in fideicommisso reciprocè facto discernitur, ac uerisimilis res est, quòd ex vna parte potest locum obtinere, & ex altera non, vt quia vnus habeat filios, per quos fideicommissum deficiat, & alter nullos habeat filios, neque vxorem: tunc profectò fideicommissum minimè gentium potest dici per diuisionem remissum. teste Dec. consilio 495. numero 20. quoniam inter ipsos fideicommissarios cessat ratio, propter quam concessum est à fideicommisso reciproco recedere, videlicet votum captandæ mortis. vt in d. l. de fideicommisso.

¶ Imò etiam fideicommissum in præsenti casu remissum non censetur, quia resultaret vtique tunc inter fratres diuidentes inæqualitas. teste Dec. cons. 86. sub numero 4. Capra consilio 89 num 15. Grat. d. consilio 29. sub num. 31. & seq. Iacob. Mandell. Albens. consilio 29 num. 15. & Berttan. consil. 21. in fin. volum. 2.

¶ Secundò amplificatur quoque præmemorata communis, ubicunque ius adhuc natum non erat tempore ipsius diuisionis; quoniam tunc non obstantibus quibuscunque clausulis appositis in instrumento diuisionis, et prægnātibus, & præsertim illis ad habēdum &c. cū promissione de euictione &c. & de non contraueniendo &c. & ex quacunq; causa cognita, vel incognita, cogitabili, seu incogitabili vsq; in præsentem diem &c. nullo modo censetur renunciatum iuri accrescendi de nouo superuenienti: secundùm Bart & alios iuris interpretes omnes vniuersaliter in d. l. qui Romæ. § duo fratres, Feder. de Sen. cōsilio 228. Factum tale est, & Alex. consil. 107. In causa Nicolai de Campegio, num. 15. & 17. volum. 4 vbi commemorat istam esse cōmunem opinionem. quam approbat Ruin. consilio 137. vol. 2. concludens ibi per huiusmodi mutuam liberationem, & remissionem inter diuidentes vsque in præsentem diem de quacunque causa cogitabili, vel incogitabili non dici aliter renunciatum iuri accrescendi, quod ea die natum non erat: quia verba illa generalia, atque prægnantia restringūtur vtique ad ea, quæ de præsenti debentur, & sic ad tempus præsens diuisionis, & renunciationis. vt voluit Ant. Gabriel. cum alijs signatis per eum, in d. conclus. 39. sub prima limit licèt & malè quidem Boer. decis. 147 num. 12. & sequen. sentiat contrarium. *Cōis opin.*

¶ Imò hæc communis procedit etiam tempore, quo fideicomm ssum erat delatum. ita Soc. Iun cons. 126. num. 122. vol. 1.

4 Cæterùm communis isthæc ita amplificata claudicat non sortiri aliter locum ubicunque in ipsa diuisione forent apposita uerba ampla, pinguia, & uadè prægnantia: tunc etenim censetur iuri fideicommissi futuri renunciatum. Nam generalitas, & plenitudo uerborum in huiusmodi diuisione, solet fideicommissi remissionem inducere. ut firmat Ioan. And. in add. Spec in tit. de testa. §. In primis, uers. Sed quid si fideicommissarius. cui innititur Alexā. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, colum. 11. uers. Aduerte tamen. & cons. 62 num. 4 uolum 7. Dec. in d consilio 86. numero 4 & consil 287. In Ciuitate, colum. fin. Ant Gabriel. in d conclus. 39. libro 2. in 1. limit. Menoch. consilio 87 num. 78. & sequen. Curt. Iun. consilio 49. colum 5 Paris. cons. 71. simplex diuisio, in princ. uol. 3. & consil. 46. In præsenti, colum. penult & fin uolu. 2 Ioan. de Neuizanis, cons 31. Tribue Deus sermonem, num. 14. & Bursat consilio 86. Dominus Baptista, num. 12. ubi cum aliis aggregatis per eum ad lucem adducit istam esse communem opinionem, & magis communem Ant. Gabriel. in loco præcitato, & Marzat in tract. materiæ fideicommissariæ, in 3. part. quæst. 59. ubi admonet ita uidisse iudicari, ipsum. quæ *Cōis opin.*

sumque iudicasse etiam in Rota Florentina. & Menoch. consilio 87. sub numero 27. & sequentibus.

¶ In contrariam uerò partem inclinauit consulendo subtilissimè, atque doctissimè D. Francisc. Beccius consilio 111. Etsi, uolu. 1. vbi amplè discurrit, & commemorat istam esse communem opinionem, sub num. 25. quæ semper mihi placuit per rationes alibi commodius exprimendas: & tanto magis, cùm ventilato præsenti casu aliàs in Rota Rom. nihil resolutum extiterit. teste D. meo Oradino decis. 249.

Cōis opin.

5 Et istorum opinio eò facilius procederet, si interuenerit iuramentum in ipsa diuisione: tunc absque scrupulo aliquo videtur renunciatum fideicommisso. iuxtà tradita per Dec. consilio 345. Visis. & per Rip. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, num. 71. & Bursat. in d. consilio 86. sub num. 17. vbi demonstrat istam esse communem opinionem. & Bero. in d. cons. 130. num. 38. licèt leuiter quidem Bertran. consilio 76. colum. 2. & seq. volu. 1. & Ruin. cons. 137. sub num. 15. & seq. uolu. 2. contrarium asseruerint.

Cōis opin.

6 Vndè aduerte, quòd ad hoc, vt sit renunciatum fideicommisso, opus est primò, verba esse valdè prægnantia, vt supra ostendimus; Secundò quòd ipsa uerba respiciant futurū. vt no. Dec. consilio 288 Bellon. consil. 19 sub num. 9. & Bero. in d. cons. 130. num. 24. & cōsil. 132. Casus de quo nunc agitur. num. 1. uolum. 2. Et tertiò, quòd partes habeant notitiam fideicommissi. ita Dec. cons. 491. in 2. dubio, & Soc. Iun. consilio 116. num. 50. vol. 1. & est communis opinio, attestante Bellon. d. consilio 19. num. 10. Et tunc data scientia fideicommissi, hæres remittens non posset cōtrauenire: secundùm Soc. Iun. in d. consil. 116. numer. 53. & Bologn. consilio 32. Viso igitur, in fine.

Cōis opin.

¶ Est benè verum, quòd fideicommisso dicitur etiam renunciatum in instrumento diuisionis, si in eo itidem reperiantur plures clausulę respicientes ius de pręsenti. ita D. meus Oradinus, decis. 269.

7 Secundò limitatur communis pręnotata etiam, vbicunque in instrumento diuisionis apposita foret illa clausula, Ad habendum, tenendum, possidendum, vtendum, fruendum, pignorandum, alienandūm, & permutandum, & omnia & singula faciendum. quæ nempè verba ponderanda veniunt in quantùm in diuisione conceditur facultas alienandi: nam per hæc verba ius fideicommissi remitti videtur, sequuta maximè alienatione. vt per Bart. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, in 8 quæst. & Ang. in 5 quæst. Alex. consilio 185. Viso & maturè discusso, colum. 3. vol. 2. Dec. consil. 11. Et pro tenui, numero 7. Mohed. decis. 156. Chiffanen. decis. 189. Crot. in d. §. duo fratres, col. 37 ver. Octauò quærit. vbi commemorat se in ardua quęstione consuluisse, & ex compluribus quidem fundamentis, quæ ibidem licet intueri, istā conclusionem corroborat. Corn. consil 144. Licèt, colum. pen. uers. Et licèt forte, volu. 3. Octauian. Cacher. decis. 112. Petrus, sub numero 17. Soc. cons. 43 Viso testamento Ser Roberti, colum. 1. & seq. vol. 4. Paris. cons. 46. colum. pen. & fin. volum. 2 & pleniori manu consilio 71. colum. 4. vol. 3 Soc. Iun. in d. consilio 116. num. 54. Grauet. consil. 24 colū. 11. vers. Tertiò posito, vol. 1 Bero. d. cons. 130. numero 22. & Alciat. cons. 80. Generosissimi Ludouici Richardi, num. 7. & seq. tomo 3. lib. 9. vbi in medium exposuit istam esse communem opinionem, atque eam vtiliter declarauit. & Ant. Gabriel. etiam in d conclus. 39. in 4. limit. & Cephal. cons. 371. In testamento, num. 23. & seq. uol. 3.

Cōis opin.

8 Tertiò non sortitur aliter locum eadem communis, vbicunque in diuisione ipsa appo nuntur illa uerba, quæ etiam ponderanda veniunt, Deinceps perpetuò placuerit & c. quibus profectò fideicommisso similiter renunciari videtur. Nam cùm bona fideicommisso subiecta alienari nequeant. vt in l. fin. §. sed quia. .. communia de leg. si fideicommissum non intelligeretur fore remissum, pręmemorata verba essent superuacuò adiecta, cōtra. l. si quando. ff. de leg. 1. & c. si Papa, de priuileg. in 6. & notatur per Bald. in rub. C. de contrahen. empt. in 9. quæst. & per Cephal. cōs. 330. sub nu. 49 & seq. vol. 3. vtpotè quia non possent fratres alienare, & consequenter facere quicquid ipsis placuerit.

9 Ad quod utique facit, quod scribit Ang. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, in 5. q. quòd si in diuisione fuerit dictum, quòd unus alteri concessit pro se, & quibus bona prædicta concedere uoluerit, censeatur remissum fideicōmissum, per text. in c. 1. de feud. non haben. propr. natu. feud. Sed ista uerba æquipollent illis verbis, Quicquid placuerit perpetuò faciendum. Sicut ergò per uerba hæc, secundū Ang. ita pariformiter per illa uerba etiam intelligitur fideicommisso renunciatum: quoniam non refert modo aliquo, quid ex æquipollentibus fiat. l. mulier. in princ. ff. ad Trebell. cum vulgaribus. & ita ex his, aliisque efficacissimis rationibus firmat Crot. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, in 8. quęst. & reassumit Soc. Iun. in d. cons. 116. nu. 54.

¶ Et licèt trutinato præsenti casu in Rota Rom. superioribus annis, secundùm D. meū Oradinum, decis. 249. Num fideicommissum habens clausulas prægnantes, maximè illam Quicquid placuerit faciendum, cēseatur illi renunciatum? nihil ibi tunc resolutum extitisse re

tiffe recenfuit: tamen ex allegatis aliter non recedo à prædicta opinione ita roborata tan quàm verifsima, quam fequitur etiam, & cõ- munem effe exprimit Menoch. conf. 87. Quæ, num. 15. cum aliis feq uolu. 1. & Rolan. in d. confil. 34. fub numero 79. uol. 4. *Cõis opin.*

10 Quartò ehoarctatur etiam antefignata cõis, vt non obtineat locum, vbicunq; diuidẽtes in inftrumẽto diuifionis nihil in eo fibi referuant: tunc etenim cenfentur iuri fideicom mifsi derogare. vt tradit Parif. in d. confilio 26. num. 52. & feq. vol. 2. ita fimiliter quando nihil referuant hoc exprimẽtes in diuifione, quod eam faciant nulla referuatione facta, videntur fideicommiffo renunciare, vt contrariorum eadem fit difciplina. vt in l. & fi contra. ff. de vulg. & pup. fubftit. cum fimilibus. ex natura prefertim orationis vniuerfalis. iuxtà regulam. l. Iulianus. ff. de leg. 3. l. à procuratore. C. mand. & c. folitę, de maior & obedien. & in his terminis tradit Parif. in con filio 84 num. 7 uol. 4.

11 Quintò non extendit aliter uires fuas prędicta communis, ubicunque in ipfa diuifione appofita foret altera infrafcripta claufula, cuius uigore concludendum eft, uel fidei commiffo renũciatum, fecundum unam opinionem; uel faltem, fecundùm alteram fentẽtiam, non poffe eum, in quem bona funt alienata, ullo modo inquietari, atque uexari, videlicet, quando illum in ipfa diuifione, tanquàm in rem fuam propriam procuratorem conftituerit, & in locum, & priuilegium fuũ pofuerit, & ammodò directo, proprioq; fuo nomine occafione dictarum rerum, & proeo liberè pofsit agere, petere, excipere, & replicare, confequi, & fe tueri, & vti illis iuribus, quibus ipfe ante prefentem diuifionem, vti poruerat &c. Et quòd ifthęc claufula operetur præmemoratum effectum. ita uoluit Bar. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, in 8. queft. quem ibi commu niter fequuntur omnes. Bero. d. confil. 130. num. 32. volum. 2. Iacob. Mãdell. d. conf. 29. fub num. 15. & Octauian. Cacher decif. 112. fub num. 17. *Cõis opin.*

¶ Et facit, quia per prællegatam claufulam cenfetur data facultas alienandi, & liberè difponendi. vt amplè deducit Parif. conf. 46. In præfenti confultatione, n. 23. & feq. uol. 2. idemq; poft Corn. & Soc. quos allegat, firmat Socin. iun. in d. confilio 116. numero 60. volu.

¶ Angetur etiam uim, & effectum remiffionis fideicommifsi uerbum liberè in eadẽ claufula appofitũ, quod fignificat re ipfa nihil obftante fine contradictione alicuius, & non requifito alterius confenfu: fecundùm Corn. confilio 60. colum. 11. verf. Et verba funt clara, & confilio 106. colum. tertia, uerf. Et quòd non dicatur, volum. 2. Curt. Iun. confil. 11. num. 3. & Gozad. confilio 91. num. 7.

12 Sextò claudicat etiam antedicta cõis non procedere, vbicũq; fratres in diuifione remitterent omne id, quod alter eorum habet, uel habere fperat in parte alterius. & fic ex adiectione iftius claufulę in inftrumento diuifionis, quòd alter ex ipfis diuidẽtibus cefsit omne ius, omnemq́ue actionem, quod, & quam habet, & habere fperat, & ei cõpetit, & cõpetere poteft quocunq; modo, iure, vel caufa in bonis, & rebus peruentis in partem alteri ex ipfis contrahentibus, inducta facilè uidetur fideicommifsi remifsio; quoniam uerba hęc videntur habere tractum in futurum: & con fe uenter iuri futuri fideicommifsi renunciatum videtur, fi nulla caufa trahens originem ex prę terito appareat, ex qua diuidentes pof fint in dictis rebus ius prætendere in futurũ, nifi ius fideicommifsi, de quo agitur. per ea quę tradit Bar. in d. l. qui Romę. §. duo fratres, in 6. queft quem fequuntur cõmuniter Doc. vt pater ex congeftis per Alex. ibi col. antep. & Rip. nu. 78. & feq. Parif conf. 71. nu. 14. & feq. vol. 3. Alex. conf. 8. col. fi. uol. 5. Rom. in l. 1. in 12. quæft. C. quando non petẽ par. Paul. Caft. conf. 448. col. fi. vol 1. Aret. conf 92 col. pen. Caffan. conf. 31. Gozad. confilio 53. colum. 2. Grat. conf. 60. colum. 1. vol. 1. & confil. 126. col. fi uol. 2. & Curt. Iun. conf. 23. col. 2. & feq. & conf. 52. in fin. *Cõis opin.*

¶ Sed hoc utique non fortiretur locum, fi uerba illa remifit unus alteri omne ius quod habet, vel habere fperat &c. poffent referri ad alias caufas, ex quibus contrahentes fperabant aliquod ius: tunc enim renunciare non dicitur etiam fciens fideicommiffo. fecundùm Bartol. in dicta. l. qui Romæ. §. duo fratres, in fexta queftione Alexan. confilio 102 Vifo themate fuprafcripto, fub numero 5 & fequen. volum 6. ubi apoftill. in litera A. & Gozad. confilio 45. ante numerum 18.

13 Septimò renunciatio fideicommifsi ex eo etiam refultare uidetur, quando in inftrumento diuifionis fubiicitur ea claufula: Et promifit alter alterum defendere, & omni tempore indemnem cõferuare propriis fumptibus, & expenfis. per quam vtrique claufulam facilè inducitur renunciatio fideicõmiffi. ut tradit Curt. Iun in conf. 49. col. 5. Curt. Sen. conf. 63. col. 15. ver. Quarta principalis dubitatio. & fequitur Parif. in d. conf. 71. nu. 9. Io. de Neuiz. in d. cõf. 31. fub nu. 14. Burfat. in d cõf. 64 n. 32. Caputaquẽf. decif. 34. lib. 2 & Menoch. in d. conf 87. fub nu. 33. cũ aliis feq. vbi afsignat rationes. Et faciunt tradita per Soc. in d. conf 43. col. 2. uerf. Item & fecundò multum operatur, & per Octauian. Cacher. decif. 112. fub nu n. 17.

14 Octauò emanat etiam renunciatio fideicommissi ex alia clausula in diuisione apposita, videlicet, quòd si alicui ipsorum diuidentium de rebus, & possessionibus obuentis in partem, quęstio, vel lis moueretur in totum, vel in partem &c. damnum inter eos pariter sit, & esse debeat commune. per ea quæ scribit Soc. Iun. in d. cons. 116. colu. 12. & Curt. in d. cons. 63. col. 17. ubi meminit hunc casum esse indubitatum, & sequitur Paris. in d. consil. 71. num 9.

15 Nonò remissio fideicommissi ex alia etiã clausula colligitur in instrumento diuisionis adiecta, renunciantes &c. & omnibus aliis realibus, & personalibus legibus, iuribus, & auxiliis, & beneficiis in pręsenti re competentibus, & competituris, quibus vti in iudicio, vel extra vna pars contra alteram, & altera contra alteram tempore aliquo non præsumant: quæ quidem uerba tanquàm generalia, & habentia tractum in futurum (salua ratione recti sermonis) nullo modo saluari possent, nisi remissio fideicõmissi induceretur. vt in propriis terminis concludit Cur. Iun. in d. cons. 49. col. 5. & col. pen. nu. 14. Cephal cõsil. 330. Egregius testator, sub nu. 48. & seq. vol. 3. & Menoch. cons. 87. sub num. 26. & seq. vol. 1. & facit illud quod de eadem clausula discurrit Soc. Iun. in d. cons. 116. col. 10. vers. Tertiò, & probatur.

16 Postremò limitatur quoque prælibata communis, vt quemadmodum ex clausulis pręmemoratis, & vnaquaque earum inducta videtur remissio fideicommissi: ita pariformiter iuramẽtum in instrumento diuisionis appositum, pręstitumque plurimum attendi deberet: uirtus enim sua operari videtur, vt perinde habeatur, ac si fideicommisso foret specialiter renunciatum: nam iuramentum ipsum vim habet expresśi, & specialis consensus. l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. notat Bal. in l. 1. col. 2. uers. Secundò quæritur. C. commo. & iuramentum habet etiam vim specialis clausulæ derogatoriæ. vt tradit Bal. in l. sancimus, col. fi. C. de testa.

17 Hocque confirmatur ex eo, quòd tradit Imol. in c. cùm contingat, colum. penul. uers. Circa quintam, de iureiur. vbi cõcludit, quòd per iuramentum censetur renũciatum dispositioni. l. de his ff. dé transact. refert, & sequitur Alex. consilio 11. colum. 4. uers. Potest & tertiò responderi, uol. 2 Corn. consil. 240. colum. pen. uers Nec videtur, uol. 2. Soc. d. consil. 103. col. fi uol 3.

18 Facit etiam quia sub uerbis generalibus & uniuersal bus, in quibus omnia includuntur. l. is qui ducenta. §. vtrùm. ff. de reb. dub. cum aliis vulgaribus, diuidentes uidentur in genere cogitasse de huiusmodi fideicommisso. vt in l. qui iure. ff. de milit. testa. ideò sub generalitate censentur fideicommisso renunciasse, & præcipuè accedente iuramento, quod, vt docuimus, habet vim expressi, atque specialis consensus. prout ex prædictis concludit Curt. in dicto consil. 49. colū. fin. vers. Accedit.

19 Ad hæc, quòd ex ipsa diuisione emanauerit remissio fideicommissi, suadet pręsens materia, quæ vtique æqua est, & fauorabilis: nam per fideicommissi remissionem tollitur occasio, & votum captandæ mortis. vt in l. de fideicommisso. C. de transact. & notatur in dicta. l. qui Romæ. §. duo fratres, & in l. prima. C. de pact. nec ex ea resultat donatio: quia tantum vnus præstat, quantum sibi ab altero præstatur; & tantum vnus remittit, quantum sibi ab alio remittitur. vt in l. cùm proponas. C. de pact. & in l. pater puellæ. C. de inoffic. testamen. & in dicta. l. de fideicommisso. quæ decidit minoribus, tanquàm ex remissione fideicommissi non ladantur, in integrum restitutionem ullatenus competere. ubi Bartol. similiter concludit inter fratres fideicommissum remitti posse, neque ex hoc minorem prætendere, allegareque posse læsum fore, quamuis hoc ei casu damnosum esse posset. & sequitur Octauian. Cacner. decis. 112. sub num. 16.

20 Nec non ex huiusmodi remissione libera vnicuique tribuitur de rebus fideicommisso subiectis disponendi facultas: quàm homines plurimùm exoptare solent. vt in l. in re mandata. C. manda. l. non vsque adeò. ff. si quis à paren. fuer. manum. & l. sicut. C. de act. & oblig.

21 Item cum taliter remittentes trahantur ab illa occasione, & uoto captandę mortis. in hoc equidem versatur publica vtilitas, vt homines à sceleribus, & delictis abstineant. l. congruit. ff. de offic. pręsid. & l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam, cum vulgaribus.

¶ Et cùm hoc videatur esse utile reipublicæ, sequitur utiliter, quòd nec quis posset prętextu minoris ætatis in hoc dici circumuentus. l. de fideicommisso, cum ibi not. C. de transact. ubi Imperator huiusmodi remissionem magnoperè commendat.

22 Ideò ex his facilius pręsumitur remissio: prout hæc accuratè quidem considerat Dec. in d. cõs. 287. col. fi. Paris. d. cõs. 71. col. fi. Soc. d cons. 43. n. 14. & Soc. Iu. in d. cõs. 116. nu. 68.

¶ Et præsertim fideicommissum ipsum cẽsetur remissum etiam, vbicunque verba diuisionis nil aliud operari possent, quàm fideicommissi remissionem. ita Bartol. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, in sexta quęstione. & ibi Crot. num. 127. Alex. cons. 102. numero 6. uolum. 6. Bal. consil. 440. Factum proponitur, colum. 2. uolum. 3. Ruin. cons. 84. numero

mero 7.consil.119.num.11.& consil.144. numero 5.volum.2.Dec.consilio 187.in fin. Socin.Iun.consil.116.num.50.& 74. volum. 1. & Parif.consil.71.num.14.vol.3.

23 Et quamuis prædictis obstare quodammodò uideatur, quòd non teneat hæc fideicommissi remissio, vbicunque in instrumento diuisionis non fuerit facta mentio testamenti,nec adiecta illa uerba inspectis, cognitisque uerbis testamenti,iuxtà normam.l.de his.ff.de transact.tamen ea non obstat modo aliquo, nec vendicat sibi locum eo casu,quo diuidentes, vel transigentes habuerint scientiam testamenti. vt uoluit Bartol. in 4.quæst. quem alij conformiter, & uniuersaliter sequuntur in d.l. qui Romæ.§. duo fratres. & idem Bar.& post eum cæteri omnes in d.l. de his,Alexan.in d.consil.11.colum.5.uol. 2.& cons.76.colum.5.vol.3.Octauian.Cacher.in d.decis.12.num.20.& Paris.in d.cons.46.numero 20.vol.2. *Cōis opin.*

24 Sed de vera, vel præsumpta scientia ipsorum diuidentium non obscurè dicitur apparere ex his, quę superius deducta sunt, & ex traditis vbertim per Rip.in d.l.qui Romæ.§. duo fratres,num.53.cum aliis seq.

25 Secundò limitatur etiam d.l. de his,minimè procedere,vbicunque in ipsa diuisione seu transactione interpositum foret iuramētum. vt patet ex his quæ tradit Alex in d.cōsil.11.col.4. vers. Potest & tertiò responderi. Corn.cons.240.col.pen.vers.Nec viderur,uolu.2.Soc.in d.cons.103.col.fi.Ias.in d.l.de his n.11.& ex aliis quæ supra ad hoc deduximus.

¶ Et quāuis isthæc renunciatio sufficiat quidem generalis, & pręsertim vbicunq; ea cū iuramento celebrata extitisset, ex allegatis authoritatibus:nihilominus D.Frāc.Bec. in d.cons. 111.nu. 35. cum aliis signatis per eum,uidetur sentire contrarium, quòd d.l. de his,in specie renunciari debeat cum iuramento, & non aliter, nec alio modo. tamen quicquid ipse suadeat, noli aliter recedere à prima opinione iam relata,& roborata, tanquàm sacrosancta, & in iure fundatissima, quā sequitur etiam, & tuetur sacer Senatus Pedemont.in pmemorata decis. 112.nu.20.

## *SVMMARIVM.*

1 *SVBSTITVTIO fideicommissaria facta à patre in dote filię, quatenus est eius legitima,nullo modo valet, nisi aliunde filia de bonis paternis habeat,ex quibus legitima detrahi possit.*

2 *Fideicommissum relictum à filia, quatenus est bonorum subsidium,non ualet, neque tenet.*

3 *Fideicommissū iniunctū filię de dote sua, quò ad legitimā suam est nullum,et si debeatur pia causa.*

4 *Substitui per fideicommissum non potest filię in dote sua,etiam stante statuto filias dotatas à successione excludi mandante.*

5 *Substitutio vulgariter facta per patrem filię in dote sua ualet;secùs verò in substitutione facta à patre filię in dote per fideicommissum tantùm.*

6 *Substitutio fideicōmissaria nō est ꝓpriè substitutio.*

7 *Substitutio fideicommissaria non comprehenditur sub dispositione statutaria de substitutione mentionem faciente.*

8 *Substitutio fideicommissaria est onus à testatore impositum ei cui fit.*

## OPINIO DCCCXLVI.

1 SVBSTITVTIO fideicōmissaria facta à patre in dote filiæ, quatenus est eius legitima, non valet,neque tenet,& apparet nulla, vana, & penitus frustratoria, nisi aliūdè filia ipsa habeat de bonis paternis, ex quibus legitima detrahi queat.prout ita constanter, cōmuniterq; firmant oēs iuris interpretes post Dy.& Bar.in l.fi.§.filię.ff.de leg. 2. & in l.Lucius.§.maritus.ff. ad Trebel. & Bal. in l.quoniā nouella.nu.8. C. de inof. testa. & in l.cū uirum.C.de fideicō.vbi se aliās cōsuluisse ita asseuerat, prout re ipsa sic consuluit cons.59.uol.2.& cons.79.vol.4. *Cōis opin.*

2 Imò concludit,stabili quidē fundamēto, Dy.in l.à filia petiit.ff.ad Treb. fideicōmissū relictū à filia, quatenus est bonorū subsidiū, nullatenus ualere,per l. quoniā in prioribus. C.de inof.test.& hoc dictū Dy.recēsuit Cy.in l.vnica.§. uideam*.C.de inof. test.& post eos ita decidit.Io.And.in add.Spec. in tit. de instru.edi.in §.cōpendiosè,in add.incip. Sed incidit alia quæstio,in fi.& ita pariter determinauit Guid.Pap.decis.613.ubi prorumpit ita seruari in Curia parlamenti Grationopol. & sic itidē uidi cōsultū, responsumq; subtiliter, & profundè quidē de præsenti anno 1581.ex titisse in quadam causa vertente in Ciuitate Reatis,ad fauorē cuiusdā Simonis,per D. Pōpeium Leonardiū iurisconsultū Reatinū,cuius consilio me quoq; subscripsi diffuso quidē calamo, antea subscripto à compluribus illustribus DD. Aduocatis curię Romanæ.

3 Quæ quidē cōis adeò uera discernit, vt ea amplificari hilariter possit ꝓcedere ēt, vt dato,ꝙ fideicōmissū debeatur pię causæ, adhuc huiuscemodi fideicōmissaria substitutio nulla, & inualida similiter sit. Nā sicut talis dos cēsetur data filiæ loco legitimę,secundū Bar. & cōiter omnes alios in l.Titio cēntū.§.Titio genero.ff.de cond. & demon. Bal. in l. sancimus.C.de nupt.& Ias.cons. 43. & huiusmodi dos habeat quoque omnes qualitates legitimę teste Paul.Castrens.cons.129.col.fi.secundū antiquam impresionē. & cōpertū nē pē *Cōis op.n.*

etiam sit, quòd in legitima filij grauari mini mè possint.d.l.quoniam in prioribus, Roma. cons.185.uol.2.& Dec.cons.613. in ult.dub. ubi hoc amplificat quoque locum sortiri, etiã si fideicõmissum deberetur piæ causę. quod uoluit etiam expressè Soc. cons.1. col. 2.uol. 4.Paris.cons.26.col.3.uol.2. & cons. 81. eod. uol.& Rolan.à Valle cons. 25. nu.5.uol.1.ita pariter fideicommissum iniunctum filiæ in dote sua quò ad integram legitimam suam est nullum: etiam si deberetur pię causæ.cùm talis dos habeat omnes qualitates legitimæ: ut per Paul.Castrens.in pręcitato cons.129.

4 Secundò ampliatur eadem communis, idem esse, stante statuto filias dotatas à successione excludi mandante: quia adhuc talis dos censetur data loco legitimæ,& in ea mini mè potest filiæ per fideicommissum substitui, cùm hoc casu statutum non simpliciter primò excludat filiam, & deinde mãdet dotari: sed dotatam tantùm excludit.ita Dec.consil. 106.& Cephal.cons.145.sub num. 22.uol.1.

5 Cæterùm interpretantur prædicta omnia, ut ea locum obtineant in substitutione facta à patre filiæ in dote per fideicõmissum tantùm: secùs uerò si uulgariter forêt substitio facta: quia cùm sit hoc casu in potestate filię adire, uel non adire, substitutio ipsa uulgariter facta in dote ualebit.ut per distinctio nem Dyn.iudicatũ esse commemorat Guid. Pap. in d.decis.613.& ita firmat etiam Matthesil.in sing.163.Nota pulchram doctrinã.

Cõis opin. cum alijs congestis ibi per Apostill.ubi explanat etiam istam esse communem opinionem.

6 Interpretantur etiam pręmissa utiliter quidem, substitutionem ipsam fideicommissariam non fore propriè substitutionem.secũ

Cõis opin. dùm communem opinionem Glo.& aliorum in rub.ff.de uulg. & pupill. substit. ubi Ripa, num.10. sequitur, & non obscurè attestatur istam communem.

7 Et hinc non immeritò infertur, substitutionem fideicommissariam, cùm ea nõ sit propriè substitutio, nullatenus comprehendi in statuto de substitutione mentionem faciente.ita Paul.Castrens.& Alex.in rub.C.de impub.& alijs substit. & Cagnol. inl. precibus, num.37.cum alijs seq. eod. tit. ubi ad lucem

Cõis opin. adducit hanc communem esse opinionem. pro cuius quidem robore, & firmitate multa mihi etiam utiliter effundit.

8 Et de hoc mirandum certè non est: quoniam substitutio fideicommissaria est onus à testatore impositum ei cui fit. l. cohæredi. §. cùm filię.ff.de uulg.& pupill. substitut.& l.ex tribus.C.de inoff.testam.Ioan.Crot.cons.35. num.2.& cons.143.num.1.& Iacob.Mandel. Albens.cons.31.Difficilis.num.9.

SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTIO facta si sine filijs decedat, expirat si decedat relictis filiabus: nisi expressè dictũ sit de filijs masculis: secundùm unam communem opinionem, licèt altera opinio contraria similiter communis appareat.*

2 *Substitutus filius, uel agnatus, de masculis tantùm intelligitur substitutio: etiam si substitutio facta non esset fauore agnationis; secus uerò si esset substitutus extraneus.*

3 *Substitutio facta si sine filijs decedat, sortitur locum etiam in nepte.*

4 *Substitutio facta de liberis, comprehendit etiam nepotes ex filia.*

5 *Filiorum appellatione ueniunt etiam nepotes in substitutionibus.*

6 *Substitutus facta substitutione succedit exclusis filiabus ex coniectturata mente testatoris, uidelicet ubi filij masculi essent heredes uniuersales instituti, & filia fœmina instituta in re particulari.*

7 *Substituti per nomina propria, deficientibus institutis, essent isti uocati cæteris preferendi, tanquàm magis dilecti.*

8 *Substitutio facta si sine filijs decedat, intelligitur tantùm de masculis, & præsertim vigente statuto, quod stantibus masculis fœminę non succedant, ex quo uoluit testator huic statuto se conformare.*

9 *Substitutio est interpretanda, ut sit conformis statuto.*

10 *Testator non seruans formã statuti disponentis, quòd stantibus masculis fœminę dotatæ non succedant, apparensque illum apertè recessisse à statuto, pręsumendum est, non uoluisse aliter se cum statuto ipso conformare.*

12 *Testator ut pręsumatur se statuto conformare, opus est, quòd statutum loquatur specialiter in casu illo, de cuius interpretatione agitur, & non aliàs.*

## OPINIO DCCCXLVII.

1 SVBSTITVTIO facta si sine filiis decedat, expirat si decedat relictis filiabus: nisi expressè dictum sit de filiis masculis. Et ratio ea est, quia appellatione filiorum continentur indubitanter tam masculi, quã fœminæ. ita Anchara. consilio 120. numero 3. Alexan. consilio 38. per totum, uolumine 6. & cons. 17. numero 9. & sequen. uolum.7. & est text. in l. quisquis. ff. de uerborum signific.in l.si quis filiabus. ff. de testam. tut.in l.si ita scriptum, in princ.ff. de leg.2. in l.Lucius.§.quæsitum.ff. de legat. 3.& notant Doct.in c.Raynaldus, ext.de testam.& in l.1. C.de condit.inser. Curt. Sen. cons.43. Curt. Iun.cons.39.nu.9.& seq.Soc.cons.39.uolu.1.

Ruin.

Ruin.consil.140. numero 3. consilio 141. in princ.& consilio 142.num.2.uol. 2. vbi asseuerat illam conditionem, si decesserit absque filiis, comprehendere etiam filias: quoniam masculinum positum in conditione concipit re ipsa tunc fœmininum. Ruin. cons. 147. in prin.uol.2. Alex.cons.55.num.9.uol. 3.& cons.53.num.14.& seq.vol.4.quod est cons. Ludouici Bolog.Doct.in l.ex facto. §. si quis rogatus.ff.ad Trebell.& in l.sed si sic.§. liberos. ff.de in ius uocan.Dec.consil.15.num.1. consilio 299.num.11.cons.318.num.1. consilio 370.num.1.cons.480.num 1.& cons.568.numero 4.Ioan.de Anan.cons.22. Paul. Castrē. in l.1.C.de condit.infer.Curt. Sen. cons. 44. & cons.63.num.8.qui prorumpit ibi istam esse communem opinionem. Soc. Iun. etiam cons.158.nu.47.uol.2.& cons.13.nu.20.uol. 3.Ias.cons.142. vol.2. Alciat. in trac. de præsump.reg.3.pſumpt.32.Crot.cons. 17.n.38. Soc.in l.cùm auus. ff. de cōd.& demon.Cor. cons.83.num.3.uolum. 1.cons.66.uolum.2. & cons.202.uol. 3. Ruin. consilio 93. & cons. 152.uol.2.cons.115.num.3.& consil.124.numero 5.vol.3.Paris.cons.41.num. 43 uol. 3. & amplè Cephal.cons.45. num.9. uol. 1. ubi congerit alios Doct. hanc opinionem amplectentes tanquàm magis communem.

Cōis opin.

¶ In contrarium uerò sententiam, videlicet, quod vbicunque foret substitutus filius, vel agnatus, tunc de masculis tantùm intelligatur, ex quo censetur facta substitutio fauore agnationis, & vt pariter bona conseruentur in familia: sed quando esset substitutus extraneus, eo nempè casu appellatione filiorū contineantur non solùm masculi, verùm etiā fœminæ, inclinarunt Paul. Castrens. consilio 79. Dec. consilio 495. & consilio 674.in fin. Curt. Iun.cons. 11. ante num. 7. consil. 111. num. 16. & consilio 139 num. 16. in fin.Ias. consilio 140.vol.2. Alexan. consilio 52.vol.4. quod est cons.Barbac Soc.consilio 6. & consilio 14.uol. 3.Curt.Sen.cons. 51. & consil. 73. Crot.cons.1.consilio 13. & cons. 104. Iacob. Mandell.Albens.consil. 19. Casus iste. Corn. cons.146.volum.2.Calcan.consil. 47. Alber. Brun.in tract. quod stantib. masc. fœm. non succed.art.5.nu.28. & hanc opinionem tanquàm communem exprimit Curt. Iun. consilio 35. numero 1. sequi à modernioribus Doct. & eam vti communem amplectitur quoque Dec.cons.514.Gozad.consil.89. Bertran.cons.113 num 4.cons. 114.num.5. consilio 115.num.13.& consil.116. num.2. uol.2. vbi testatum reliquit hanc distinctionem Paul. Castrens. tanquàm canonizatam inter Doct. semper in consulendo, & iudicando sequutum extitisse. & hoc idem repetit quoq; consilio 120.num.12.eod.uol.Soc.Iun. consilio 1.num.114.uolum.1.consil.168.num.84.

Cōis opin.

uol.2.& cons.87.uol. 3.& Grat.cons.55. & sequen. vol. 2. vbi fatetur ingenuè quidem ita vidisse aliàs consultum.

2 Imò in fortioribus, durioribusque terminis, quòd etiam opinio isthæc communis locum sortiatur, etiam si nō extitisset facta substitutio fauore agnationis, firmauit Paul. de Cast.consilio 358.Soc.in d.l.cùm auus.Fulg. in d.l.1.C.de cond t.infer & cons.18.& cons. 38.Dec.cons.70. cons. 468. & cons. 514. qui consuluerunt in testatrice. & Soc. Iun. cons. 168.nu.84.uol.2.& cons.81.vol.3. & Rolan.à Valle cons.82.num. 33.vol.3.

3 Quæ omnia ampliantur itidem vendicare sibi locum in nepte, ex quo appellatione filiarum includuntur quoque neptes, ne sit melioris conditionis neptis, quàm filia, contra l.si viua matre. C.de bon. mater. & l. liberorum ff.de uerb. signif. vt ostendit Curt. Iun. consil.35.num.2.

4 Quoniam veniunt indubitanter quidem in substitutione facta de liberis nepotes ex filia.ita Dec.in c.in præsentia,col.26. de prob.

5 Et quòd appellatione liberorum ueniāt nepotes in substitutionibus, firmant Alexā. cons.5.Circa primum dubiū.uol.3.& cōs.87. visso themate,vol.6.Soc cons. 17. Casus,& cōsil.51.nu. 10.uol.4.& Ias. in l. Gallus. §. instituens,in 2.lect.in 4.notab.ff. de lib. & posth. ubi non obscurè deducit istam esse communem opinionem, ac ita consuluisse Bononiæ in causa de Calice. Cōis opin.

¶ Etiam si diceretur sine filiis legitimis, & naturalibus: nam isto casu similiter fœminæ includerentur. ut concludit Alex.cōs. 55. pōderatis his quæ in themate narrant,uol. 3.

¶ Etiam si essemus denique in conditionibus: secundùm Alex.in d.cons.55.& Soc.Iun. cons. 26.nu.14.uol.1.

6 Cæterū limitatur primò antesignata cōis; vbi ex coniecturata mēte testatoris aliud appareret, vt qn̄ filij masculi extitissent hæredes vniuersales instituti, & filia fœmina instituta extitisset in re particulari, si foret facta substitutio: tunc vtique intelligerentur uocati filij masculi, non autem fœminæ, & stantibus fœminis, & non masculis, substitutus absque dubio succederet exclusis filiabus: secundùm Curt.Iun.cons. 112. num. 5. Et ratio est palpabilis: quia apparet euidens coniectura, quod voluit testator conseruare bona in familia.ita Paul.Castren.in d.l.1.C.de cond in fer.Paris.cons.49.uol.2.& cons.76.eod. volu. & cons.53.nu.27.& 34.vol.3.Cephal. consil. 16.num.44.vol.1.& Soc.in d.l. cùm auus. ff. de cond.& demon.

7 Claudicatque secūdò eadem communis etiam non procedere, quando aliqui uocati forent ad substitutionem per nomina propria; vel per nomina propria essent in-

instituti, quibus deficientibus essent substituti alij, quòd isti vocati forent cæteris præferendi.l. cùm ita.§. in fideicommisso. ff. de leg. 2. quoniam præsumerentur dubio procul magis dilecti: secundùm Bartol. in d. §. in fideicommisso.

8 Limitatur quoque tertio loco præmemorata communis, vbicunque vigeret statutum, quòd stantibus masculis fœminæ non succedant: tunc enim intelliguntur vocati masculi tantùm: ex quo facilè præsumitur testatorem eo casu habuisse mentem, inclinationemque conformem statuto. ita Anchar. in l. tres fratres ff. de pact. Alex. in l. Gallus. §. quidam rectè, in fin. ff. de liber. & posth. & in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell. & consilio 127. uol. 1. Ias. in l. si quis id quod. ff. de iurisdict. om. iudic. & in d. l. tres fratres, Canonistæ in c. Raynutius, extra de testam. Curt. Sen. consilio 52. Curt. Iun. cons. 116. num. 9. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsump. 32. num. 1. Soc Iun. cons. 1. numero 113. vol. 1. Corn. cõsilio 197. volum. 1. Soc. cons. 280. volum. 2. & cons. 51. uol. 4. Ias. in l. qui filiabus. ff. de leg. 1. Ruin. cons. 4. volu. 2. Curt. Iun. in tract. feud. in 3. part. principali, sub num. 15. Dec cons. 495. numero 14. & cõsilio 145. num. 3. & seq. Ioan. Dilect. in tract. de arte testand. tit. 5. cautela 17. num. 2. Cephal. cons. 45. num. 2 uol. 1. Bart. in l. hęredes mei. §. cùm ita, num. 4. & ibi alij omnes. ff. ad Trebell. Imol. in l. fin. ff. de condit. & demon. Alex. cons. 15. num. 3. volum. 4. Fulgos. cons. 34. colum. 2. Brun. de stat. exclud. fœm. art. 5. q. 12. & Iul. Clar. in §. testamentum, quęst. 76. vbi admonet istam esse communem opinionem. *Cõis opin.*

9 Et ratio assignari posset isthæc: nam statutum faciens, constituensque differentiam inter masculos, & fœminas, eodem modo est interpretanda substitutio, vt sit conformis statuto: secundùm Bart. in d. l. hęredes mei. §. cùm ita. Fulgos. cons. 34. Alex. cons. 15. vol. 4. & Soc. in d. l. cùm auus. ff. de cond. & demon. & cons. 54. & seq. vol. 4.

10 Sed isthæc vltima communis limitatio ita explanata, & approbata ehoarctatur primò vtiliter quidem non sortiri locum, quando constaret testatorem non seruasse aliter formam ipsius statuti: secundùm Ruin. cons. 120. num. 16. vers. Non obstat, uol. 1. & consequenter testator non seruando statutum prę memoratum, apparendoque manifestè recessisse à statuto ipso, minimè dici posset, quòd credendum sit, ipsum testatorem voluisse se conformare cum statuto. vt firmauit Corn. consilio 24 colum. fin. vol. 2. Gozad. cons. 53. mum. 18. & Ottauian. Cacher. in decis. Pedemon. 23. num. 41.

11 Secundo claudicat eadem communis limitat io, vt ea minimè locum obtineat, quando uerba testatoris uiolarentur: tunc enim censetur, quòd potius voluerit se conformare cum iure communi, quàm cum statuto. vt concedit Paris. consilio 78. numero 25. uol. 2.

12 Tertiò, vt censeatur testator se statuto conformare, necesse est, quòd statutum loquatur specialiter in casu illo, de cuius interpretatione agitur, & non aliter, nec alio modo. vt amplè discurrit, atque resoluit Iacob. Mandell. de Alba cons. 81. num. 34.

*SVMMARIVM.*

1 *SVBSTITVENS alicui agnato, vel cognato alios proximiores agnatos, vel cognatos, ex tali substitutione præsumuntur vocati illi agnati, vel cognati, qui erant proximiores testatoris, non autem proximiores ipsius substituti grauati: secundùm vnam communem opinionem, licèt altera opinio contraria similiter communis sit.*

2 *Testator vocans ad fideicommissum proximiores, vbi non stat statutum, quòd stantibus masculis filiæ fœminæ non succedant, ueniunt tunc hi, qui, iure communi inspecto, respectu successionis proximiores sunt, quamuis respectu naturę sint ulteriores gradu.*

3 *Filia est proximior patruo, cùm ea sit in primo gradu, & patruus, & sic frater sui patris in secundo.*

4 *Proximiorum appellatione veniunt tam masculi, quàm fœminæ in fideicommissis.*

5 *Proximioribus uocatis, hi veniunt, qui secundùm dispositionem statuti, iuri communi contrarij, ab ab intestato præferuntur.*

## OPINIO DCCCXLVIII.

1 SVBSTITVENS alicui agnato, seu cognato alios proximiores agnatos, vel cognatos, nunquid ex tali substitutione pręsumãtur vocati illi agnati, vel cognati, qui erant proximiores ipsius testatoris, an autem proximiores ipsius substituti? Aliqui Doct. non mediocris authoritatis constanter asseuerarunt, quòd censentur vocati proximiores ipsius testatoris: quoniam in dubio præsumitur testatorem eos magis dilexisse, & istam explicauit communem omnium fore opinionem Hierony. Gabriell consilio 121. Ludouicus instituit hæredes, sub num. 10. & sequen. volum. 1. Bertran. cons. 37. num. 6. uol 1. partis primæ, cons. 151. num. 3. vol. 4 cons. 79. numero 2. uol. 5. cons. 328. num. 7. uolum. 6. & con- *Cõis opin.*

consilio 48. num. 7. uol. 7. & Ioan. Dilect. in tract. de arte testandi, tit. 5. caut. 21. num. 3. licèt prudenter quidem aduertat ibi tutiorem, securioremque rem esse, vt testator ad euitandam perplexitatem, & altercationem vtatur in substitutione præfata verbis claris, perlucidis, atque perspicuis, ex quibus planè colligi queat mens, & voluntas sua.

¶ In contrariam verò partem inclinauit consulendo doctißimè, & subtilißimè quidē Soc. Iun. consilio 126. uolum. 1. vbi concludit, quòd attendi meritò debeat proximitas substituti grauati, non autem testatoris. vbi sub num. 56. commemorat quoque hanc opinionem esse re ipsa magis cōmunem, & pariter nefas fore etiam ab ea tanquàm sacrosancta recedere in iudicando. cui assentitur quoque Gozad. consilio 4. num. 17. & post numer. 31. vers. Ad sextum, & septimum, & meminit itidem communem. & Rolan. etiam pleniori manu cons. 100. Quoniam Magnificus Dominus Octauianus, num. 1. cum aliis seq. vol. 1. prout ista est ueritas, & ita iudicari posset tuta conscientia ex variis rationibus, & authoritatibus, quæ in præsentiarum breuitatis studio supprimuntur, & tanto magis cùm illas viderim ad saturitatem vsque per Rolan. in d. cons. 100. per totum, trutinatas, atque discussas, & per Hiereny. Gabriell. in d. conf. 121. sub num. 10. cum aliis seq. Cōis opin.

2 Et hinc non sit tibi vnquàm in obliuione, quòd vbicunque nō urgeret statutum excludens fœminas dotatas, stantibus agnatis, si testator vocaret ad fideicommissum proximiores, venirent tunc vtique hi qui iure communi inspecto, respectu successionis proximiores forent, quamuis respectu naturæ essent vlteriores gradu. ita Glos. & Imol. in l. cùm ita. §. in fideicommisso, in fin. ff. de leg. 2. R ip. in l. ex facto, nu. 7. ff. ad Trebell. Alex. ad Bartol. in l. si cognatis, in uer. Quæro. ff. de reb. dub. Bald. consilio 488. vol. 3. Ias. consilio 215. colum. 5. uolum. 2. Ant. Rub. Alexā. consilio 82. colum. fin. Brun. cons. 191. numero 10. volum. 2. Ant. Gabriel. in cōclus. 1. de succeß. ab intestato, num. 4. & nouißimè Sim. de Pret. cons. 37. num. 11.

3 Et sic vbicunque testator legauit rem aliquam alicui, & post eius mortem voluit illam remanere proximioribus in gradu ipsius testatoris: tunc si concurreret frater, & filia eiusdem testatoris post eius mortem ad legatum prædictum, seu fideicommissum, illud indubitanter deberet esse filiæ, quæ est proximior fratre, & sic patruo. quia filia est in primo gradu, & frater in secundo. l. 1. & l. iuriscō sultus. §. 2. ff. de grad.

4 Et eo casu exploratum est proximiorum appellatione venire, tam masculos, quàm fœminas in fideicommissis: secundùm Dec. consil. 269. num. 4. & Paris. consilio 85. numero 12. uol. 2.

5 Si verò adesset statutum iuri communi contrarium, tunc proximioribus uocatis, hi veniunt, qui secundùm dispositionem statuti, ab intestato, referentur. vt concedunt iuris interpretes omnes in d. l. cùm ita. §. in fideicommisso, & in l. fin. C. de uerb. signif. An char. consilio 433. num. 2. Corn. consilio 27. num. 11. volum. 2. Soc. consilio 51. num. 26. volum. 4. Socin. Iun. consilio 135. numero 4. uolum. 1. & Bero. consilio 144. numero 11. volum. 2. & optimè Brun. consilio 151. numero 14. & sequen. volum. 2. Quæ opinio quamuis contradictores habeat, quando verbis præfatis addita sunt uerba (salua gradus prærogatiua) teste Dec. cons. 1. colum. fi. nihilominus tamen isthęc contradictio in puncto iuris vera aliter non extat. vt probat Sim. de Pret. in d. consilio 37. num. 25. & sequen. & illa communis, & magis recepta, apertißimè discernitur. Cōis opin.

¶ Tum quia proximiores simpliciter vocantur, vt probatur ex authoritatibus adductis: tum etiam quando vocantur gradatim proximiores: secundùm Alex. consilio 88. numero 4. & cons. 137. in princ. uol. 1. Ias. consilio 159. num. 4. uol. 4. Paul. Castrens. in l. fin. colum. fi. C. de uerbor. signif. & Dec. consilio 299. in fine.

¶ Et ratio est nempè euidens, & palpabilis, quoniam censetur testator prædiligere, & vocare ad succeßionem, vel ad fideicommissum non eos, qui naturæ gradu inspecto proximiores sunt, sed qui sunt proximiores respectu succeßionis. affirmantibus Doct. in l. Gallus. §. quidā rectè. ff. de liber. & posthum. & in d. l. cùm ita. §. in fideicommisso, & in l. fin. C. de uerbor. signif.

¶ Vndè fit vt proximioribus vocatis, veniant illi qui tales sunt respectu succeßionis ab intestato, iuxta dispositionem iuris, quod in loco seruatur. teste Bal. cons. 334. numero 3. uolum. 3. Dec. consilio 321. nu. 3. Brun. in d. cons. 151. nu. 14. vol. 2. Soc. consil. 252 ante num. 18. vol. 2. & consilio 51. ante nu. 10. volum. 4. & Corn. in d. consilio 27. numero 15. uolu. 2.

*SVMMARIVM.*

1 *SVBSTITVTIO facta vltimo morienti in tota hereditate operatur hunc effectum, vt heredes tacitè inuicem substituti videantur: & ex tali substitutione videtur inductum inter institutos reciprocum fideicommissum.*


2 *Substitutio ultimo morienti facta facit videri heredes tacitè inuicem substitutos. quod procedit in descendentibus, non autem in extraneis.*

3 Sub-

3 *Substitutio facta in tota hæreditate post mortem plurium, si decesserint sine liberis, verificatur in persona unius tantùm.*

4 *Substitutus admittitur purificata conditione in persona vnius tantùm, quando substitutio fideicommissaria fieret pluribus extraneis per nomina collectiua.*

## OPINIO DCCCXLIX.

1 SVBSTITVTIO facta vltimo morienti in tota hæreditate, facit uideri hæredes tacitè inuicem substitutos, & ex huiusmodi substitutione censetur absque scrupulo aliquo inductum reciprocum fideicommissum inter institutos. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. vbi Bartol. & post alios latissimè Rip. in l. hæredes mei. §. cùm ita, numero 14. ff. ad Trebel. & ita consuluit Crauet. consilio 113. numero 1. & ista est uera, communisque opinio, vt in medium explicarunt Moder. omnes in d. §. cùm ita. eamque interpretes ferè omnes, ea ratione cõfirmãt, quòd paria uidentur nonnulla fieri post mortem omnium, uel ultimò morienti. l. codicillos. ff. de usufruc. legat. Paul. Castren. in l. pen. C. de impub. & aliis substit. Alex. in l. pater impuberes. ff. de uulg. & pupill. substit. Curt. Iun. consilio 11. num. 5. & consilio 16. num. 5. & strenuè quidem hanc sententiam confirmat Soc. Iun. consilio 180. num. 8. cum aliis seq. vol. 2. post Soc. Seniorem in d. §. cùm ita. ad lucem adducens etiam istam esse communem opinionem: cui innititur quoque Paris. conf. 43. num. 53. vol. 2. *Cõis opin.*

2 Sed isthęc communis interpretatur primò, syncerè quidem procedere in descendentibus ipsius testatoris, in quibus militat pręsumptio, de qua in l. cùm acutissimi. C. de fideicom. & in l. cùm auus. ff. de condit. & demonst. secùs tamen foret in extraneis, in quibus cessat sanè talis pręsumptio. vt explicant non obscurè Doct. in locis præcitatis, & ita expressè sensit Soc. consilio 249. colum. 6. volu. 2. & Soc. Iun. in d. conf. 180. num. 2. vbi hanc esse communem opinionem enodatè deducit, & Octauian. Cacheran. in decis. Pedemõ. 110. De anno. num. 12. de eadem communi fidem facit, & ab ea in iudicando & consulendo recedendum non esse, vt per eum. *Cõis opin.*

3 Secundò similiter declaratur eadem cõmunis locum non sortiri vllo modo, vbicunque reperiretur facta substitutio in tota hæreditate post mortem plurium, si decesserint sine liberis, & talis conditio verificatur in persona vnius tantum: nam tunc in eius portione admittitur vtique substitutus: & ista est uera, communisque opinio, attestantibus interpretibus iuris omnibus in l. penul. C. de impub. & aliis subst. & est text. in l. fi. §. filium. ff. de leg. 2. & in l. Lucius. §. Caius. ff. ad Trebell. Bart. & vniuersaliter omnes, præsertimque Rip. in d. l. hæredes mei. §. cùm ita, & Paris. etiam post alios aggregatos per eum, conf. 42. nu. 21. vol. 2. *Cõis opin.*

4 Hæcque declaratio adeò uera est, vt ea amplificari facilè queat, vt si substitutio fideicommissaria fieret pluribus extraneis per nomina collectiua, adhuc fore etiam communem omnium opinionem, quòd admittatur substitutus purificata conditione in persona vnius tantùm. & ita asseuerat Alex. in dicta. l. penul. vbi reiicit opinionem Paul. Castren. Et pro hac sententia communi respondit cõsulendo Alex. consilio 91. colum. 3. volu. 1. & conf. 2. uol. 3. Ias. conf. 41. uol. 1. Crauet. consilio 109. num. 1. uolum. 1. Crot. conf. 143. numero 38. & Iacob. Mandell. consilio 31. qui adducit rationes diuersitatis inter memoratam substitutionem factam vltimò morienti, & factam post mortem plurium, seu omnium. & hoc idem firmat Alciat. quoque in consilio seq. 32. posito ibi, & inter sua consilia, consilio 39. Consultationibus uisis, cum duobus aliis seq. tomo 3. lib. 9. *Cõis opin.*

## SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTIO facta illorum de domo, & progenie, non comprehendit fœminas, sed solummodò masculos.*

2 *Fœminę licèt sint de domo, & agnatione, tamen illa in illis finitur; cùm ramusculis, & frondibus, & non stipiti comparentur.*

3 *Statutum, vt masculi excludant fœminas, uidetur conditum ratione agnationis conseruandę, quę solummodò per masculos conseruatur.*

4 *Familia, seu domus, in qua uoluit testator bona sua conseruari, restringitur ad descendentes suos masculos.*

5 *Cippus domus in vltimis voluntatibus significat agnatos, in quibus familia conseruatur, etiam exclusa filia fœmina, quę transit in alienam familiam.*

6 *Substituti ubicunque sunt omnes agnati, tunc illi gradatim admittuntur.*

7 *Substituens testator domum de Viuijs, omnes tunc vocantur ad successionem de illa domo.*

8 *Testator presumitur in dubio voluisse conseruare dignitatem suę agnationis, mediantibus suis diuitijs, sine quibus familia sordescit.*

9 *Pauperes non facilè ad dignitates eliguntur.*

10 *Paupertatis diffinitio.*

11 *Fideicommissum relictum etiam sub expressione nominis collectiui debetur quò ad partem illius hæredis, in cuius personam fuerit adimpleta conditio.*

12 *Fideicommissi conditionem deficere facit etiam filia, si in conditione si sin e filijs &c. non exprimitur de masculis.*

## OPINIO DCCCI.

1 
VBSTITVTIO facta illorum de domo, & progenie, non comprehendit aliter fœminas: sed tunc solummodò masculi sunt vocati, & non fœminę ipsæ, & sic neptis ex filio excluditur: nam domus pro agnatione accipitur. secundùm Corn. in proprijs terminis consil. 26. Videtur dicêdum, vol. 4. Cõis opin. vbi asserit ita esse communem vsum loquendi. & sic consuluit etiam accuratissimè quidem Cephal. consil. 581. Fideicommissum de quo queritur, vol. 4. & Gozad. consil. 79. Viso processu vtriusque partis, num. 6. cum alijs sequê. licet & malè contrarium velit Curt. Iun. consil. 49. num. 3. & 6. Soc. Iun. cons. 94. num. 8. & seq. vol. 1. & Paris. cons. 35. vol. 3.

2 Et potissimum hoc locum de plano sortitur, vbicunq; in loco vigeret statutum, quòd masculi excluderent fœminas: quod quidê statutum conditum extat, vt familia, & domus conseruetur, quæ duntaxat per masculos conseruatur: secûdùm Iac. de Are. & Cyn. in l. publico. C. de adult. Bald. & alios omnes in l. cunctos populos. C. de sum. trin. & Goz. d. consilio 79. sub num. 7. vbi non obscurè deducit, istam esse communem opinionem. Cõis opin.

3 Quia & si fœminæ de domo, agnationeq; sint; nihilominus tamen illa in illis finitur. & allegat Corn. in loco præcitato Bar. in l. pronunciatio, in fin. ff. de ver. signific.

4 Quare verbum hoc domus, & familia, in qua voluit testator bona sua conseruari, restringitur synceré quidem ad descendentes suos masculos per l. cùm prætor. ff. de iud. iuncta l. si seruus plurium, in fin. ff. de leg. 1.

5 Vndè si filij alicuius ex institutis hæredibus ex primo capite substitutionis, per quã sui fratres extent inuicem substituti, si quis decederet sine filijs masculis, saltem admittendi sunt ex secunda substitutione de cippo prędicto domus facta, si omnes ipsi hæredes decederent sine filijs masculis. Nam vulgare hoc nomen cippus domus, in vltimis voluntatibus significat agnatos: & consequenter intelligitur de agnatis, in quibus familia conseruatur, etiam exclusa filia fœmina, quæ trãsit in alienam familiam. teste Paul. Castrens. in l. fin. C. de ver. signific. Corn. cons. 55. sub num. 6. vol. 1. & Ioan. Dilect. in tract. de arte testan. tit. 5. de substitutionibus, cautela. 22. sub num. 2.

6 Et vocantur ex huiusmodi substitutione proximiores agnati. d. l. fin. & l. hæredes mei. §. cum ita, & ibi Doc. ff. ad Trebel. & sic proximiores ipsi, & si omnes dicantur substituti, tamen gradatim admittuntur ad bona. teste Bar. in l. precibus. C. de impub. & alijs subst. & Aleiat. consil. 35. Est diffusè consultum, sub num. 20. & seq. tomo. 3 lib. 9. & facilè probatur in l. pero. §. fratre. ff de leg. 2.

7 Est benè verum, quòd si testator substitueret de nomine de Viuijs, omnes tunc indubitanter vocarentur ad successionem. secundùm Bart. in l. vnica, de conductoribus, & procuratoribus, siue exactoribus prędiorum fiscalium, lib. 11. cui accedit Curt. in d. l. precibus, col fin. & Iaf. in l. fin. C. de ver. & rerum signific. sed illi admittuntur gradatim, vt supra docuimus.

8 Ex quo facilè præsumitur, testatorem voluisse conseruare dignitatem suæ agnationis mediâ ribus diuitijs suis, sine quibus familia sordescit. l. quisquis. C. ad leg. Iuliam maiest. Soc. cons. 90. Abundè, col. 1. vol. 1. & And. Sicul. cons. 57. Clementissimum, col. 11. vol. 4. & dignitas familiæ diuitijs conseruatur, & propter inopiam perit. l. 1. ff. de cust. reor. l si credi. ff. de priuileg. cred. & in auth. de defens. ciuit. & in auth. ut omnes obed. iud. in princ. & Aug. in libr. de Ciuit. Dei, asserebat per diuitias conseruari decus & honorem in familia. & plura ad hoc propositum scribit Barbac. in rub. de success. ab intest.

9 Non enim facilè eliguntur ad dignitates pauperes Et inde est illud Satyricum.

*Haud facilè emergunt, quorum uirtutibus obstat*
*Res angusta domi.* Nam
*Curia pauperibus clausa est, dat cẽsus honores*
*Census amicitias, pauper vbique iacet;*
*Inde grauis iudex, inde feuerus eques.*

10 Imò Terentius in Phormione ita paupertatem definire depingereq; grauibus admodum verbis, atque expertis studet. Paupertas mihi onus visum, & miserum, & graue: Virgo pulchra, & quò magis diceres, nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem: capillus passus; nudus pes; ipsa horrida; lachrymæ; vestitus turpis: vt ni vis boni in ipsa esset forma, hęc formam extinguerent. licèt aliter ipsam paupertatem diffinire studeat D. Cornel. Benineas. in tract. de paupertate, in 1. quæst. num. 37. cum alijs seq.

11 Itaque filij instituti proximi sunt agnati, & per consequens admittendi, vt substituti ad partem alicuius ex filijs masculis decedentis, perinde ac si soli prædefuncto sine filijs fuissent substituti: quia in substitutione fideicommissaria pluralitas resoluitur in singularitatem. l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebel. Et fideicommissum relictum duobus, etiam sub expresione nominis collecti, debetur quò ad partẽ illius hęredis, in cuius persona fuerit adimpleta conditio. d. l. hæredes mei. §. cum ita.

12 Sed

12 Sed hoc nimirùm claudicat non sortiri aliter locum, vbicunque in conditione si sine filijs &c. non exprimeretur de masculis: vtpotè quia fideicommissi conditionem deficere facit etiam filia, si in conditione non ex primitur de masculis. ita Roman. cons. 148. Visis themate, ac supra consultis. Alex. cons. 55. Ponderatis his, quę in themate narrantur, sub num. 6. uolu. 3. consil. 38. Perspectis, uolum. 6. & cons. 17. circumspectis, uolum. 7. Curt. Sen. consilio 44. & consilio 103. Corn. consilio 91. volum. 1. & consilio 202. & consilio 230. volum. 3. Dec. consilio 370. Viso testamento, consilio 568. Domina Daria, & consilio 570. Casus, & Curt. Iunior cōsilio 49. Habita, & consilio 156. & cōsilio 169. In causa uertente.

*SVMMARIVM.*

1 *SVBSTITVTIO exemplaris nullum in se recipit onus, cùm substituti exemplariter non possint aliter grauari: secùs uerò erit in pupillari substitutione, quę recipit grauamen.*

## OPINIO DCCCLI.

1 SVBSTITVTIO exēplaris facta secundùm formam. l. humanitatis. C. de impub. nullū in se potest recipere onus, seu grauamen, & sic substituti exemplariter nō possunt pacto aliquo grauari, cùm principaliter habeant bona à lege, & non à testatore, qui tenebatur illos substituere. iuxta communem opinionem omnium trutinatam in d. l. humanitatis. Nam sicut contingit in legitima, in qua filius grauari nequit. l. quoniam in prioribus. C. de inof. testam. ita pariter occurrit in huiusmodi substitutione. Et hanc opinionem confirmat Dec. consilio 371. colum. 3. uers. 4. vbi concludit, quòd si in testamento sorores substitutæ, post eorum mortem forent grauatæ onere fideicommissi, ex hoc solummodò colligi, quòd substitutio sororum non fuerit exemplaris, per rationem huius uerę, & communis opinionis. & sequitur quoque Soc. Iu. cons. 103. num. 21. & seq. uolu. 1. & Rolan. à Valle consil. 68. num. 68. uol. 4. Secùs tamen erit in substitutione pupillari, quę recipit grauamen, cùm substitutus ex ea habeat bona ab eo, qui potuisset alium substituere. vt per Doct. omnes communiter in l. si fundum per fideicommissum. §. fin. ff. de lega. 1. Dec. in d. cons. 371. col. 3. & Rolan. in d. cons. 68. sub numero 68.

(margin: Cōis opin. — Cōis opin.)

*SVMMARIVM.*

1 *SVBSTITVTIO compendiosa per uerbum commune filio impuberi facta, cōtinet pupillarem substitutionem directam: secundùm unam communem opinionē: licèt contraria sententia, quòd substitutio hęc sit omni tempore fideicommissaria, similiter communis appareat.*

2 *Substitutio pupillaris sub compendiosa contenta matrem excludit, si persona, cui est facta in pupillari ętate decedat: secundùm unam communem opinionem: licèt altera sententia contraria similiter communis sit.*

3 *Substitutio compendiosa facta impuberi per verbà communia non est omni tempore fideicommissaria, quando mater ad secundas nuptias transiuit viuente filio impubere.*

4 *Animę damnatorum, virtute propria, non cognoscunt, nec sciunt ea quę in sęculo peraguntur, & sic facta uiuentium.*

5 *Animę existentes in purgatorio ignorant facta, gestaque uiuentium.*

6 *Animę defunctorum nondum beatę, existentesque in purgatorio notitiam habent eorum, quę in sęculo aguntur, vel per animas ad eas quotidie descendentes, vel per Angelos, seu dæmones, uel spiritu Dei reuelante.*

7 *Animę damnatorum, seu existentium in purgatorio, ita sunt pœnis oppressæ, vt non curent facta uiuentium scire.*

8 *Animas existentes in purgatorio Deus visitat, & consolatur per Angelos suos.*

9 *Animę Beatorum in contemplatione diuinę essentię, in qua omnia relucent, cognoscunt facta, ac gesta uiuentium, quia sunt Angelis ęquales, qui facta mortalium non ignorant.*

10 *Animę Beatorum, etiam quòd cognoscant gesta uiuentium, & eorum infortunia, non afficiuntur ob hoc dolore, nec molestia aliqua.*

11 *Animæ Beatorum orationes, precesque nostras, tā verbis expressas, quàm corde conceptas intelligunt in verbo.*

12 *Iniuria non infertur filijs ex transitu suæ matris ad secundas nuptias: cùm licitę sint secundę, tertię, & deinceps nuptię, & iniuriam non inferat, qui suo iure vtitur.*

13 *Substitutio compendiosa facta in re certa, nunquā comprehendit pupillarem substitutionem.*

## OPINIO DCCCLII.

1 SVBSTITVTIO compēdiosa facta per uerbum cōmune filio impuberi, continet re ipsa pupillarem substitutionem directam: secundùm Glos. in §. qua ratione, instit. de pupill. substit. in uer. Exemplum,

plum, Bart. Alexã. & alios vniuersaliter in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. substit. ubi Ias. adducem adducit istam esse communem opi nionem. Dec. in l. precibus. C. de impub. & ali. substit. qui cateruatim recensuit alios Doct. hanc sententiam amplectentes, quam intonat seruari in practica Guid. Pap. decis. 521. & ita consuluit Bertran. cons. 26. dudū, vol. 1. & consilio 223. ponitur in facto, & con silio 276. viso puncto, eod. vol. & eidem com muni accedunt etiam Canonistæ in c. Raynu tius, & in c. si pater, de testam. & pro ista opi nione est text. in l. pater Seuerinam. §. condi tionum uerba. ff. de condit. & demon. & in d. c. si; ater. Et ratio ea est: quia quod determi natur secundùm cursum temporis, variato tempore, variatur & illud quod determina tur. l. pretia rerum. §. fin. ad leg. Falcid. l. Titia Seio. §. vsuras. ff. de leg. 2. & l pen. C. de vsur.

Cōis opin.

¶ In contrariam verò partem, videlicet quòd substitutio facta per uerbum commu ne filio impuberi, sit omni tempore fideicō missaria, inclinauit Glos. in d. l. Centurio, in d l. precibus, in d. c. Raynutius, & in d c. si pa ter. quam quidem opinionem asserit Bart. tempestate sua fuisse communem in d. l. Cen turio, & cons. 8. Factum tale, cons. 22. Homo. cons. 54. Angelus, & consilio 241. pater filio. & cam similiter vocat communem Bal. in l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pupill. substit. & consilio 350. In consulendo semper tenui, uo lum. 4. & cōnsil. 175. nol. 5. Oldr. cons. 99. fa ctum tale est. Ang. cons. 97. Viuianus, & con silio 125. Hoc est testamentum. Et ratio, quā adducunt ad hanc opinionem tuendam, ea est, quòd substitutio respiciens plures perso nas, interpretatur ita, & taliter, vt sit vnifor mis omnibus personis. d. l. iam hoc iure. & ar guendo de personis ad tempora, concludunt quòd substitutio respiciens plura tempora, debet necessariò interpretari, vt sit vnifor mis omnibus temporibus. vt l. si plures. ff. de vulgar. & pupill. substit. & consequenter illa semper nimirùm discernitur fideicommissa ria, ex quo debet esse vniformis omnibus tē poribus, & etiam quia minimè debet fieri di uisio volūtatis. l. eum qui. §. si. ff. de his quib. vt indig. nec debet demum una, & eadem res diuerso iure censeri. l. cum qui ædes. ff. de vsu cap. & c. maioribus, de præben. & huic opinio ni assentitur etiam Pet. de Vbal. cons. 29. nu mero 12. posito inter consilia ultimarum uo luntatum, volu. 1. dummodò ista substitutio compendiosa fa[illegible] per uerbum commune, emanata sit sine temporis distinctione, qui in medium reseruauit ita semper consuluisse.

Cōis opin.

¶ Sed quicquid præmemorati Doctores suadeant, non foret vtique tutum in decisi uis recedere à prima Bar. & sequacium opi nione, tanquàm communi, & sacrosāncta, vt ista substitutio valeat vt pupillaris intra tem pus pupillaris ætatis, postmodùm uerò ua leat vt fideicommissaria. vt firmat etiam Rip. in d. l. Centurio, num 117. in fin. Curt. Iun. consilio 86. num. 3. Christophor. de Ca stelliono cons. 58. num. 2. & seq. posito inter consilia vltimarum voluntatum, vol. 1. Nat ta cons. 68. numero 7. vol. 1. Dec. consil. 643. num. 4. Ias. cons. 129. Factum sic se habet, uo lum. 1. Ioan. Dilect. in tract. de arte testandi, tit. 5. cautela 6. Ioan. de Neuizanis consil. 53. Vbi Christus non est fundamentum, num. 6. & seq. Couarru. in c. Raynutius. §. 9. num. 17. de testam. & circumspectissimus D. Sfortia Oddus in suo fertili tract. compendiosæ sub stitutionis, in 5. par. de compendiosa facta pa gano, qui directò post pubertatem, testandi priuilegium non habet, art. 3. partic. 5. & ab soluimus supra in Opinio. 842. hoc eod. lib.

2 Quæ quidem communis ita extricata, claudicat, secundùm Bart. in d. l. Centurio, numero 27. non sortiri aliter locum, matre existente in medio: quia tunc ipsa substitutio venit interpretanda fideicommissaria omni tempore. ita etiam Glos. in d. l. Centurio, & in d. l. precibus. Bal. in l. ex tribus. C. de inoff. testam. cons. 350. & consilio 392. uolum. 4. & consilio 475. uolum. 5. Ang. cons. 97. & hoc fa uore matris, ne excludatur à luctuosa hære ditate filij. l. penult. C. de instit. & subst. cùm in dubio illa interpretatio sumenda est, quæ facit pro matre. l. qui duos. §. 1. ff. de reb. dub. & l. fi. C. de instit. & subst. & huic opinioni ac cedit quoq; Dec. in d. l. precibus, & Bal. in d. l. iam hoc iure. §. 1. ff. de uulg. & pupil. substit. qui exprimit, & planè deducit eam esse com munem, habereque etiam magnam æquita tem. Bal consilio 12. volum. 2. & cons. 175. uo lu. 5. Ang. consilio 13. Ant. de Butr cons. 53. Ang. in tract. de testam. in Glo. in uer. In pu pill. col. 11. uers. Quæro quando compendio sa. Papiens. in forma libelli quo agit ex substi tutione, in ver. Compendiosa, colum. 5. uers. Nunc autem. Anan. consilio 97. & Bolog. in add. Fulgos. consilio 33. vbi aiunt huiusmodi opinionem frequentioribus votis, tam Anti quorum, quàm Modernorum approbatam es se. cui innititur quoque Corn. consilio 93. uo lum. 3. Aret. consilio 115. in fin. Alex. consi lio 17. volum. 7. & consilio 12. num. 10 vol. 3. fusissimè D. Sfortia Oddus etiam in d. tract. compendiosæ substitutionis, in 5. par. sub 3. artic. 5. partic. & Afflict. decis. 367. ubi pro rumpit ita iudicatum extitisse in Sacro Con cilio Neapol. Cōis opin.

¶ In contrariam tamen sententiam, uide licet, quòd isthæc substitutio excludat etiam matrem existentem in medio, si decedat fi lius in pupillari ætate, ex quo dicitur pupil laris; inclinarunt Salyc. Alexan. & alij in d. l. Centu-

Centurio.Glos.in d.§.qua ratione, instit. de pupill.substit. Oldr.consilio 123.Capra consilio 7.Imol & alij in c.Raynutius,de testam. Paul.Castrens.consilio 111.consil.247.& consilio 254.Corn.consilio 187.vol.1.consil.114. & consilio 316. vol. 3. ubi deducit istam esse communem & consilio 322.eod.uol.& consilio 28 eod.uol.& consil.28.volu.2.Cuma.consilio 2.in fin.Bertrã.consil.126.vol.1.& consil. 65.& 277.vol.2.& Relã.à Valle cum aliis caterua tim relatis per eum,consilio 69. numero 3.cum aliis seq. volum. 1. ubi corroborat cõmunem ipsam efficacissimis rationibus. & Ripa etiam in d.l.Centurio, sub num. 118. & eam in practica similiter obseruari scribit Guid.Pap.decis.521.& sequitur denique etiã Couarru.in d.c.Raynutius.de testam. §.9. in fin. & Cephal. cum magna caterua Doctorũ relata per eum, consilio 524. Casus iste satis est frequens,num.27.uolum.4.in quibus locis commemorant istam opinionem contra Bartol. esse magis communem, ac ei inhærendum esse in iudicando, & consulendo & ista est ueritas, vt ostendimus supra in d. Opin.842.hoc eod libro. Cõis opin.

¶ Nam substitutio compendiosa facta per uerbum commune,continet pupillarem expressam uerbi generalibus.d.l. precibus. & potentior est fauor pupilli,ne sine testamẽto decedat,quàm matris, ut filio ab intestato succedat.l.Papinianus.§. sed nec impuberis.ff de inof. testam.

¶ Vndè,vt in præsenti tenebroso,disputabilique articulo eius exitus inueniri potuisset, studuerunt Doct. prudẽter quidem hanc rationabilem distinctionẽ afferre, quòd aut substitutio ipsa facta extitit cum temporis distinctione, ut si filius meus decedat in pupillari ætate,uel posteà quandocunque,Titiũ substituo: & tunc secundùm omnes conformiter, intra tempus pupillaris ætatis dicitur pupillaris substitutio,& matrem excludit, & postmodùm dicitur fideicommissaria. & hoc modo procedit opinio Bart.in d.l. Centurio.

¶ Quandoque fit substitutio absque temporis distinctione: & tunc non immeritò distinguere uidentur interpretes ipsi omnes, quòd aut substitutio facta extat per uerbum directum ciuile,putà hæres esto, vel simile,& eo nempè casu est omni tempore fideicommissaria.l.uerbis ciuilibus.ff.de vulg. & pup. substit. aut fit per uerbum directum, & non ciuile,& hoc casu uendicat sibi locum opinio Glos.in d.§.qua ratione. quòd in pupillari ætate sit pupillaris,postmodùm verò fideicommissaria, vt si dictum sit per verbum moriatur,vel per uerbum substitutio.d.c.si pater,& ibi Ioan.And.& Aret.in §.fin.instit.de pupil. substir num.9.in fin. 3

¶ Vel alio modò distinguitur in præsenti nubecula,quòd aut substitutio reperitur facta per uerbum capiat bona, sua authoritate,vel propria manu; vel quòd tota hæreditas ad eum perueniat;vel quòd omnia bona per ueniant ad substitutum; vel sine aliqua dimi nutione perueniant: tunc profectò infra pupillarem ætatem est pupillaris, & excludit matrem:postmodum autem ualet iure fideicommissi,& non excludit matrem. Aut substitutio facta extat simpliciter, & in ea non ponuntur aliter dicta uerba: & tunc si mater reperiatur in medio, ualeret omni tempore iure fideicommissi; si autem mater non esset aliter in medio, infra pupillarem ætatem valeret vtique vt pupillaris, deinde vt fideicõmissaria, prout hanc distinctionem posuit Pet.de Vbal.consilio 29. num. 10.inter consilia vltimarum voluntatum,uol.1.

¶ Aut & alio modo in præsenti re distinguitur quoque per Dec.consilio 572 sub numero 4.& consilio 642.num.3.quòd aut apparet,coniecturarique potest, quòd uolũtas testatoris fuit substitutionem fore directam, & tunc,matre existente in medio,est omni tẽpore fideicommissaria.

¶ Et quæ sint istæ coniecturæ,ex quibus appareat uoluntas testatoris, quam velit esse substitutionem in præsenti casu, nonnullas & omnes quidem vtiles, & necessarias enumerat Ripa in d l.Centurio,num. 121.& seq.

¶ Sed Dec.consil.228 prorumpit ibi,quòd facilè discerni non potest, quæ sit communis opinio in præsenti negocio, & proinde iniustum nõ foret eligere mediam viam, cùm nouum non sit, quòd propter varietatem Doctorum eligatur quandoque media via. ita Anchar.consil. 210.Bal.in l. paterfamiliàs.§. fin.ff.de hæred.instit.& Alex.in l.Titius.ff.ad Trebell. vt matre existente in medio,ei assignetur legitima,nõ autem Trebellianica. vt determinat Soc.consilio 150.quæ etiam,si facta sit pupillaris substitutio, in foro consciẽtiæ non debet modo aliquo excludi à legitima.ita Archid.in d.c.si pater, & hanc opinionem communem vocat Dec.in d.l.precibus, num. 10.& consil.211. in fin.& Ioan. Dilect. in d.tract.de arte testandi,in tit.5. cautela 6. num. 3. & æquissimam denique demonstrat prudenter quidem D.Sfortia Oddus in d.tractatu compendiosæ substitutionis, in 5.part. sub artic.3.in 5.partic. fol. 158. Cõis opin.

Imò ampliatur similiter opinio præmemorata,locum etiam sibi uendicare,si mater transiuisset ad secunda vota.ita Imol. Alex. Ias.& Rip.in l 2.ff. de vulg. & pupill. substit. qui aiunt hanc esse communem opinionem. & Aret.etiam consil. 155.& est text. in §. optimũ,in auth de non elig.secun.nub.& Rip. in d.l. Centurio,nu.138.Bar.cons.54 Angelus. Cor. cõs.332.vol.3.& Ias.in d.l.pcibus.n.119. Cõis opin.

¶ Cou-

¶ Contrariam uerò opinionem sine fundamento sequitur Alex.conf.12.nu. 24. vol. 3.Ang.in d.l.2.ff.de vulg.& pupil. substit. in princ.& in d.l. precibus, & ibi Dec. circa fin. Corn.conf.28.vol.4.& Oddus in loco prçcitato,fol.158.à tergo.& Ias.conf.132.col.pen.in fin.uolu.1.qui mouentur ea ratione. Nã per transitum ad secunda uota,non solùm infertur iniuria filiis.§.Gregoriana,in auth. denõ elig.secund.nub. uerùm etiam anima mariti defuncti contristatur. §. sin autem tutelam. auth.de nupt & tradunt Glo.& Doct.in l. 1. C.de secund.nupt.& Illustrissimus Card. Albanus in lucubrat.ad Bar. in rub. ff. de mortuo inferendo,sub num.13. prout hanc communem ueram non fore leuiter quidem attestantur Alexan.consilio 51.num.15.in fin. vol.7.& Rol. à Valle, conf.69.num.35.vol.1.

*Cõis opin.*

4 Nam hoc, quod habetur semper in ore Iurisconsultorum, vt anima mariti defuncti per transitum uxoris suæ ad secundas nuptias contristetur, semper mihi futile,& vt somnium apparuit, ex quo ex præsenti re nullam trahere posse molestiam animas tam damnatorum, ac in purgatorio existentium, quàm Beatorum, fretus in stabili fundamento ueræ fidei,patefaciam.Et ratio ea est, quare animæ ipsæ damnatę,commorantes in purgatorio, & Beatæ non afficiuntur molestia, ex transitu hoc uxorum suarum ad secunda vota; quoniam animæ separatæ, non beatæ,uirtute propria, seu per se nullatenus cognoscũnt,nec sciunt ea quæ in sæculo agũtur,seu facta uiuentium. quod ratione, & authoritate probatur.

¶ Et primò, quia animæ separatæ non beatæ,sunt per diuinam ordinationem, & secundùm suum modum essendi segregatę à conuersatione uiuentium, & coniunctę conuersationi spiritualium substantiarum: igitur facta viuentium non cognoscunt. secundùm S.Thom.in 1.par.quęst.89.art.8. in corpore articuli.

¶ Secundò probatur etiam authoritate Iob.14.cap.ita ibi concludentis: Siue fuerint filii eius nobiles,siue ignobiles, non intelliget anima separata. Vndè asseuerat Gregorius 13.Moralium,exponens hoc dictum: sicut viuentes mortuorum animæ,quo in loco habentur,ignorant:ita mortui qui carnaliter vixerunt uitam in carne positorum, qualiter post eos disponatur,similiter ignorãt: quia vita spiritus longè est à uita carnis. Et Augustinus in libro De cura pro mortuis gerenda. cap.15.& seq. discurrit,quòd animæ mortuorum rebus viuentium non intersunt.

¶ Sanctus uerò Thom. in secunda secundę,quęst.83.art.4. ad responsionem primi argumenti determinat,quòd mortui ea,quę in hoc mundo aguntur, considerata eorum naturali conditione,non cognoscunt, & præcipuè interiores motus cordis.

¶ Sed fortè argues, obiiciesq́; contra hoc, quòd animæ separatæ non beatæ naturaliter ea, quæ hic aguntur apud nos, cognoscunt tali ratione. Nam ille, qui de re curam aliquam habet, cognoscit illam: siquidem si non cognosceret, curam non haberet, nec curaret. uerùm Diues de suis fratribus curam habuit, dicens Lucæ 16. Habeo quinque fratres &c. ergò animę separatę cognoscunt naturaliter ea, quę apud nos mortales aguntur.

¶ Cæterùm huic argumento,& obiectioni respondet S.Thom.in loco prçcitato, in 1. par.quęst.89. art. 8. in responsione ad primũ argumentum, quòd animę mortuorum possunt curam habere de rebus viuentium, etiã si ignorarent eorum statum, sicut nos habemus de mortuis, eis suffragia impendendo, quamuis eorum statum ignoremus.

¶ Et hinc concludit August. in d. lib. De cura pro mortuis gerenda, quòd ubi sunt defunctorum animę, ibi ea,quæ hic aguntur, scire non possunt. quam sententiam explanans S.Thom.in 4.sententiarum, distin. 50. quęst.1.art.4. in reponsione ad primum argumentum, ita prorumpit. quòd quamuis aliquę animę defunctorum in suis receptaculis commorantes ea, quæ hic aguntur, ignorent: nihilominus hoc non contingit propter localem distantiam, uerùm potius ob aliquã aliam causam, vtpotè quia afficiuntur uehementer ad ea, quę in illis receptaculis patiuntur. Vel etiam, nam influentia superioris substantiæ, licèt eam perficiat ad aliqua cognoscenda, non tamen ad omnia, uerùm ad illa duntaxat, quæ ei secũdùm modũ competũt.

¶ Imò ad hoc corroborandũ, scribit idem S Thom.in 1.par.q.89.art.7.& seq. quòd distantia temporalis impedit cognitionem animę separatæ, nõ autem distantia localis, qua diues dùm esset in tormentis eleuans oculos suos vidit Abraham à longe. ergò distantia localis non impedit animæ separatę cognitionem, sed distantia temporalis.

¶ Et huic opinioni, quòd animę reproborum, quę nũc in inferno cruciantur, notitiã non habeãt eorũ, quę circa suos in hac vita geruntur, innititur etiã Bartholomæus Sybilla in Speculo peregrinarũ quęstionũ.c.6.primæ decadis.

5 Et queadmodũ animę dãnatorũ non cognoscũt, neq; sciunt ea, quę apud mortales geruntur: ita etiam animæ existentes in purgatorio similiter ignorant facta, gestaquę ipsorum uiuentium: secundùm S.Thom.in 2. 2.q.83. art. 4. ad responsionem primi argumenti, vbi admonet, quòd illi, qui in sæculo reperiuntur, aut in purgatorio nondũ fruuntur visione Verbi, vt cognoscere queãt, quæ

nos cogitamus, vel dicimus: ideò eorum suffragia non imploramus orando, sedà viuis petimus colloquendo.

6 Et quãuis hoc constitutissimũ sit, vt animæ defunctorum nondũ beatę, uirtute propria, & per se, notitiam habere non possint eorũ, quæ circa suos in hac vita geruntur: tamen facta, gestaq; ipsorum viuentium scire queunt, vel per animas eorũ, qui hinc ad eos accedunt, uel per Angelos, seu dœmones, uel spiritu Dei reuelante. teste S. Thom in 1. par. q. 89. art. 8. in responsione ad primũ argumentum, & in 4. sententiarum. distin. 50. August. in cap. fatendum. 13. quæst. 11. & Bartholomęo Sybilla in d. Speculo peregrinarum quęstionum, cap. 6. primæ decadis, in 3. conclus.

¶ Et hoc idẽ sentit etiam idẽ S. Thom. in 2. 2. q. 83. art 4. in responsione ad 3. argumẽtum, vbi concludit, quòd animę separatę, quę hic aguntur, tribus modis cognoscũt, scilicet infusione, reuelatione, & recordatione. Primò infusione alicuius superioris spiritus, uel Dei, & Angelorũ bonorũ; Secundò reuelatione, uel paris, vel inferioris spiritus, putà animarũ, uel dœmonũ ad eas quotidie descendẽtiũ; Tertiò priori recordatione, memorando eorũ, quæ hic gesserunt. vt dixit Abraham Diuiti, Lucæ 10. & 16. Recordare, qa in vita &c. & sequitur August in d. lib. De cura pro mortuis gerenda, inter mediũ, & finẽ. S. Thom. in 1. par. q. 89. art. 8. in responsione ad primũ argumentũ, & in 4. sententiarũ, dis. 50. & Ricardus de Mediauilla in in 4. sent. dist. 45. art. 7. vbi ita docuit, quòd animæ existentes in purgatorio, si quas eis orationes porrigimus, eas cognoscunt: tamẽ non sua virtute naturali, nec in Verbo, sed quia aliquas audiũt ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt; aliquas ab Angelis bonis, & aliquas alias reuelatione diuina: sicut Ioannes Baptista prędixit animabus sanctis in Lymbo Christum esse descensurum: sicut exponit Greg. illam quæstionem in Matthæo: Tu es qui uenturus es &c.

7 Ideò, data sciẽtia in animabus ipsis separatis de & super infortuniis suorũ charorum, nõ sequitur modo aliquo, vt illę de illis doleant, nec afficianẽ molestia. nã (vt inquit S. Thom. in 4 sententiarum, dist. 45. quęst. 1. art. 1.) mortui ita sunt pœnis oppressi, vt de sua miseria magis doleant, quã curent facta viuentium scire.

8 Et hinc est, ꝙ Dominus Deus animas existentes in purgatorio, & grauiter afflictas visitat, & cõsolatur per Angelos suos. Piè enim credendũ, quòd sancti Dei Angeli frequẽter visitent, & cõsolentur animas in purgatorio commorantes, tanquã illas, quæ de proximò sunt futuræ sui conciues in cœlesti Hierusalẽ, præ cęteris autẽ uisitant, & consolanẽ eas, qui bus in præsenti fuere cõmissi, talibus referũt bona, quæ fiunt à superuiuẽtibus pro earum remedio: sicut complura docent exempla Theologi uariis in locis sacrę Scripturę, quæ breuitatis studio supprimuntur.

¶ Vndè August. ad Fratres in eremo, sermone 46. qui intitulatur de Angelis, & hospitalitate. Sancti, inquit, Angeli sunt, ꝓ quos ad purgatorium deportamur, & dum ibi purgamur, ab eis visitari sæpè, & consolari non dubitamus, promittẽtes cœlestẽ Hierusalem ingressuros.

9 Cæterũ quò ad animas Beatorũ, nũ notitiã habeãt eorũ, quę circa suos in hac vita geruntur, videẽ esse altercatio inter Gregoriũ, & Augustinũ. Nã Gregorius 12. Moraliũ, apertè ostendit, ꝙ animę separatę beatorũ cognoscũt ea, quę hic aguntur, manifestando ibi, ꝙ qui intus claritatẽ Dei uidẽt, nullo modo censetur, quòd sit aliquid foris, quod ignorent.

¶ Augustinus uerò in d. lib. De cura pro mortuis gerẽda, cõstanter firmat, ꝙ nesciunt mortui, ẽt Sãcti quid agant viui, & eorũ filij. quodq; probare studet hac rõne. ꝙ à matre sua defuncta nõ cõsolabar, sicut qñ viuebar: nec est ꝓbabile vt uita fœliciore sit facta crudelior. proba q; hoc idẽ alia rõne, ꝙ Dominus promisit Iosię Regi, quòd eo viuẽte, nulla admodũ videret mala, quæ erãt populo superuenietia. vt habeẽ 4. Regũ. c. 22. Si autẽ parẽtes nõ intersunt, cõcludit August. ibi, q sunt alij mortuorũ qui nouerũt quid agamus, quiduè patiamur? pater meus, & mater mea dereliquerũt me, Dñs autẽ assumpsit me. Psal. 26. Si ergò dereliquerũt nos patres nostri, ait Augustinus, quomodò nostris curis, & rebus intersunt?

¶ Sed S. Thom. perspicacissimè, & oculis lynceis penetrãdo ꝑsentẽ difficultatẽ, in 1. par. studet reducere quàmsimplicissimè opiniones ꝑmemoratas ad optimã consonantiã, & concordiã, videlicet, ꝙ non totaliter discrepent inter se isti duo Doctores, qa August. loquitur dubitatiuè, seu ambiguè, dicens, vt uolet accipiat quisq; quod dicam Gregorius verò loquiẽ assertiuè, prout apertissimè dignoscitur in antedicta sua authoritate, nullo modo credendũ est. Nihilominus S. Tho. inibi in 1. par. q. 89. art. 8. magis cõcurrens cũ Gregorio, quã cũ Augustino, declaransq; Beatũ Gregoriũ ita asserit, atq; determinat, quòd omnia, quę pertinẽt ad perfectionẽ intellectus, & ad perfectionẽ vniuersi, Beati uidẽtes essentiã Dei cognoscũt; sunt enim Angelis ęquales. de quibus scilicet Angelis ẽt Augustinus asseuerat, ꝙ ea, quæ apud viuos aguntur, nõ ignorant. hęc S. Thom. Ex quibus uerbis Caietanus exponens Beatum Thom. elicit, atque deducit, quòd conclusio Gregorij est etiã Augu

Augustini implicitè.igitur animæ beatæ non ignorarēt ea,quę apud nos agerent;imò si ea, quę circa nos aguntur,nō cognoscerēt,nec vtiq; pro nobis orarēt:q̄a defect' nostros ignorarēt:sed hic est error Vigilātij. attestāte Hieronymo in epistola cōtra eum. ergò Sācti,ea, quæ circa nos agunt, indubitāter cognoscūt. hæc S. Thom.in 4.sententiarū,dist. 50.& Bartholomæus Sybilla in d.Speculo peregrinarū quęstionum, cap.6. primę decadis.

10 Etsi Sancti post mortē cognoscūt, quæ hic aguntur:non tñ autumandū est, quòd afficiātur dolorib',cognitis,& aduersitatibus eorū, quos in sæculo dilexerunt: ita enim repleti sunt gaudio beatitudinis,q̄ in eis locū non inuenit dolor.vt uoluit S. Thom. in eodem loco.addēns etiā,quòd ad gloriā Beatorum pertinet, vt auxilium indigentibus prębeant ad salutem:sic enim cooperatores Dei efficiunt, quo nihil est diuinius.vt exprimit Dionysius in 3.cap.ecclesiast.hierar.

11 Et cōsequenter concludendū,q̄ in Verbo cognoscūt uota, orationes, & deuotiones hominū,qui ad eorū auxilium cōfugiunt:secundū S.Thom.in 4.sent.dist.45.q.1 1.ideò Beatis in Verbo manifestat illud, quod decet eos cognoscere de eis, quę circa nos aguntur, ēt quantū ad interiores motus cordis;potissimū autē excellentiā eorū decet, vt cognoscāt petitiones ad eos directas, uel uoce, uel corde; proinde petitiones, quas ad eos dirigimus, Deo manifestāte,cognoscūt.vt tenuit S.Tho. in 2.2.q.83.art.4.ad secundū argumentū, ubi Caietanus exponēs literā S. Thom. dicit, ex hac litera facilè colligi,q̄ maximè excellētiam eorū decet, quòd cognoscāt petitiones ad eos factas,vt uideant illas in Verbo; quoniā beatitudo ipsa summa excellentia est. & hoc videtur attestari Ecclesia in suo modo,& more interpellandi Sanctos,dū dicit: Sancte Petre,ora pro nobis. nisi itaq; pręsupponeret oēs Sanctos,ex hoc,q̄ Deo fruūtur,orationes nostras cognoscere, non vtiq; omnes adiret Ecclesia,vt orarēt pro nobis: undè maior mihi uidetur hæc Ecclesiæ authoritas,quàm cuiuscunque Doctoris:hęc Caietanus.

¶ Nec non S.Thom.in 1.par.suæ summæ, q.12.art.8.in corpore, ad idē propositū concludit, quòd unusquisq; intellectus creatus in Verbo cognoscat,non quidē omnia simpliciter, sed tātò plura, quātò perfectius uidet Verbū; nulli tamē intellectui beatitudo deest,quin cognoscat in Verbo omnia, quę ad ipsum spectant: ad Christum autem, & ad eius dignitatem spectant quodammodò omnia,in quantum ei subiecta sunt omnia.

¶ Vndè firmat ēt in 2.2.q 83.art.11.quòd propriū est Sanctorū in patria uidere orationes Viatorū sibi directas. idcircò si quid magis impedire videtur, quòd animę Sanctorū orationes,& alia, quę circa nos agunt,cognoscant, hoc accideret quidē, quia à nobis distant:sed cū distantia illa non impediat,ergò vr̄ q̄ animæ Sanctorū cognoscāt orationes Viatorum, eorumq; facta.secundū S. Thom. in 4.sententiarū,dist.45.art.1.quæst.3.

¶ Et in hanc eandem sententiam uidetur inclinare etiam Hugo Cardinalis super Iob. 14.vbi docet, quòd Sancti omnia ad salutem pertinentia uident ex reuelatione, multa autem ex se non uident. & Ricardus de Mediauilla,in 4.senten.dist.45.art.7.ubi ita scribit, quòd animæ beatæ,omnes orationes nostras, quas porrigimus, cognoscunt in Verbo Dei, quod clarè vident,quamuis enim nō videant omnia,quæcunque uidet Verbum: tamē probabile est,quòd in eo uideant omnia, quę facimus,& dicimus, & quæ in corde gestamus ad reuerentiam earum.

¶ Et conclusio isthęc, quòd Beati in patria clarè cognoscant omnia,quę hic fiunt,ponitur per S.Thom. pluribus in locis,& pręsertim in 1. par. q. 89.art.8. in corpore articuli;in 4.sententiarum,dist.45.q.3.art.1. per totum;in quęstionibus de ueritate, q.8.art. 11. ad 12.argumentum,& ibidem in quęst.9.art. 6.ad 4.argumentum; in quæstionibus de malo.q.7.art.6.contra Gentiles,lib.3.c.59.in 2. 2.art.4.q.83.ad secundùm argumentū, & in 2.par.q.10.art.2.in corpore.& August.discurrit istam materiam,istamuè conclusionem in pręnotato lib. De cura pro mortuis gerenda,ubi loquitur dubitatiuè. secundū S. Tho. & eandem materiā tractant Gregorius in 2. dialog.& in 12.Moraliū.Hierony.in epistola antesignata ad Vigilantium.S.Antoninus in sua summa,in 1.par.tit.5.c 6.Caietanus in 1. par.S.Thom.q.89.super art.8.& in 2.2.q.83. super art. 4.& in 3.par.q.10.super ar.2.& Hugo Cardinalis super Iob.14.

¶ Et sic denique habes apertissimè, & absque scrupulo aliquo, quòd etiam data scientia,& notitia eorū, quę hic aguntur,penès animas dānatas,& existentes in purgatorio,& beatas,ipsas animas omnes re ipsa nullū dolorem tangere de infortuniis,quę in suis charis post mortem contingunt.

12 His itaque omnibus rectè adductis, studiosè intellectis,& probè cognitis, compertum est minimè obstare illud, quod proferri consueuit, quòd per transitum vxoris ad secunda vota inferatur iniuria:quia cùm mulieri(iure suadente) non solùm ad secundas, sed etiam ad tertias,& deinceps nuptias transire licitum sit.vt supra Opin.535.hoc eod.lib.2. fo'.86.vbertim explicauimus. Concludendū est,quòd ipsa mulier nemini iniuriam infert, dùm suo iure vtitur.c. cùm ecclesia, extra de elect.l.nullus.ff.de reg.iur.& l. 1. §. idemque Marcellus.ff.de aqua plu.arcen.

13 Limitat etiã secũdo loco eadẽ cõis in prin cipio posita, vt ad rẽ nostrã, u: luti longo post liminio redeã, nullatenus ꝓcedere, vbicunq; substitutio cõpendiosa facta foret per uerbũ cõe in re certa: tunc enim illa nunquã cõprehenderet pupillarẽ substitutionẽ, ex quo uerbũ cõmune adiectũ certę rei, uel quantitati, nunquã trahit ad institutionẽ. l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Treb. & ibi Bar. & alij, Glos. in §. si uerò nullũ, in ver. Relictis, in auth. de hęr. & Falc. Bar. in d. l. Cẽturio, col. 11. uer. Quęro vlterius q̃d si substitutio cõpẽdiosa, n. 33. fiat in re certa, & in rep. l. si arrogator, col. antepẽ. ff. de adop. Bal. & Saly. in d. l. ꝓcibus, propẽ fi. C. de impub. & aliis subst. & in l. humanitatis, col. 12. uer. Principaliter quęro in quibus rebus. C. eo. tit. Natta cõs. 68. n. 4. uol. 1. & D. Oddus in d. tract. cõp. subst. in 5. par. sub art. 3. in 5. part. in 2. casu, fol. 163. & seq. vbi ad lucẽ adducit istam cõem opin. eãq; utiliter etiã ampliat in septẽ casibus, & in sex aliis limit. Cõis opin.

## SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTIO pupillaris filio naturali, vel spurio facta, est nulla, tamen ea cõualidatur post patris mortem, si de eius consensu filius ipse legitimatus fuerit.*

2 *Legitimari potest filius post mortem patris, quandocunque, cùm à patre institutus est.*

3 *Testamentũ conditum per patrem imperfectum, inter naturales, seu spurios, licèt non valeat propter incapacitatem institutorũ, tamen si faciat postleà eos legitimari, testamentum ipsum reconualescit.*

4 *Legitimatus per rescriptum excludit substitutum.*

5 *Legitimans filium post mortem patris, tenetur citare substitutos: quia requiritur eorum consensus.*

6 *Legitimatio filij naturalis per rescriptum principis fieri potest, uiuente patre, agnatis non citatis, quantùm ad bona ipsius.*

7 *Legitimare potest Papa, uel Imperator si vult post mortem patris filium naturalem, non requisitis his, de quorum præiudicio agitur.*

## OPINIO DCCCLIII.

1 SVBSTITVTIO pupillaris facta filio naturali, vel spurio, licèt nulla sit, ac vana: tamẽ ea cõualidatur absq; dubio aliquo post mortem patris, si de eius consensu talis filius naturalis extiterit legitimatus. vt voluit Bar. in l. 2. col. 3. ver. Itẽ quęro. ff. de vulg. & pupil. subst. cui viuacissimis rõnibus accedũt ibi Imol. Raph. Alex. & alij oẽs vniuersaliter, Paris. cons. 2. n. 17. vol. 1. & cons. 1. n. 30. vol. 2. Ruin. cons. 69. n. 7. uol. 3. & Rol. à Valle cũ aliis cateruatim signatis per eum, cõs. 22. Viso testamento, sub nu. 20. & seq. vol. 3. vbi in medium exposuit istam esse cõem opin. Cõis opin.

2 Et ratio viuax assignari posset isthæc, nã filius legitimari potest post patris mortẽ quã docũq;, cũ à patre institutus sit, cũ hęreditatẽ capere poterit. ita Bal. cons. 145. vol. 1. Raph. Cuma. in l. Gallus. §. & quid si tantũ, col. fi. ff. de lib. & posth. & Ias. cons. 127. nu. 4. vol. 4.

3 Quæ cõmunis ita cõprobata in tãtũ amplificatur, vt procedat nõ solũ in substitutione facta de huiusmodi naturalibus filiis: uerũ ẽt in testamẽto cõdito inter ipsos filios spurios, & naturales. ut firmauit doctissimẽ Natta in repet. l. hac consultissima. §. ex imperfecto, n. 101. C. de testa. vbi determinauit, quòd si pater cõdidit testamentũ inter naturales, seu spurios imperfectũ: licẽt tale testamentũ nõ teneat propter incapacitatẽ institutorũ: tñ si forsan faciat eos posteà legitimari, testamentũ ipsum reconualescit: quoniã legitimatio hæc trahitur retro, ac fingit medio tẽpore nõ fuisse aliter spurios, vel illegitimos. l. fi. ff. de nat. rest. & §. illud, in auth. quib. mod. nat. effician. sui, & ita vidi iudicatum in Curia Aquilana in anno 1580.

4 Vndẽ legitimatus p rescriptũ indubitanter excludit substitutũ: secundũ Bal. in fi. Soc. Sen. n. 5. & Aret. col. 4. in l. Gallus. §. si eius. ff. de lib. & posth. Alber. n. 6. Alexã. Ias. & alios oẽs vniuersaliter in l. generaliter. §. cũ autem. C. de inst. & subst. Io. And. in add. Spec. in tit. de suc. ab intest. in fi. & Anch. in c. p uenerabilẽ, n. 17. extra qui fil. sint leg. & ista est magis cõis opi. attestante D. Sfortia Oddo in tract. cõpen. substit. in 6. partic. in tit. an legitimati faciãt deficere fideicõmissum, ante fin. dicti tractatus, vbi cõgerit alios Doct. amplectentes istã partẽ, eamq; sequit̃, & limitat vtiliter in trib⁹ casib⁹, prout eidẽ opinioni innitit̃ ẽt, ostendẽdo esse magis cõem, & limitat quoq; in tribus aliis casib. Io. de Neuiz. cõs. 99. Omnis sapiẽtia à Deo est, sub nu. 20. cũ aliis seq. Cõis opin.

5 Et tunc vtiq; legitimans post mortẽ patris, tenet̃, & debet necessariò citare substitutos: quia requirit̃ eorũ consensus absq; dubio aliquo. vt concedũt Ias. col. pen. & alij omnes conformiter in d. l. Gallus. §. & quid si tantũ, Neuiz. in d. cons. 99. n. 20. & seq. cũ aliis aggregatis per eũ, & D. Sfortia Oddus in loco præcitato, in 2. limit. fol. 209. in quibus locis ostẽdunt apertissimẽ istã esse cõem opinionem. Cõis opin.

¶ Non enim ualet huiuscemodi legitimatio ad præiudicium substituti aliter non citati, cui ius in spe probabili quæsitum extat, illo grauato decedente, stante morte testatoris, sic eum grauantis. non potest nempẽ grauatus ius fideicommissi subuertere per talem legitimationem. foret enim ista quædam alienationis species rerum fideicommisso subiectarum, cum per legitimationem ipsam in alium deuoluerentur, quã testator disposuerit, contra auth. res quę. C. com.

C.comm. de leg prout ita firmarũt constanter quidẽ Anch.conf.427.circa primũ quæsitũ, iuris interpretes oẽs, & potissimũ Soc.& Ias. in d.l.Gallus.§.& quid si tantùm,Alex.cõs. 67.col.3.volu.1.Ru n cons.3.num.4 vol.1.Dec cõs.55.col.1.& seq.& cons. 425.col.3. & Paris.cõs.lib.9.nu.19.& seq.vol.2.

6 Quę nimirum cõis ita explanata, pcedit indubitater, in legitimatione emanata post mortẽ testatoris:secus uerò in legitimatione viuẽte testatore ipso expedita:quia in legitimatione fil j, per quam excluditur substitutus,non requiritur vllo modo citatio, si uiuo patre ea fiat. secundum Gomes. in reg. 271. Addum in loco præallegato, in 3. limit. fol. 209. & Alexan. de Neuo cõs.33.Vidi quæ copiosissimè deducta sunt, nu.12.

¶ Quoniam ipsa legitimatio per rescriptum Principis,bonis,honestisq; rationibus fieri potest uiuente patre,etiã agnatis nõ citatis,quantũ ad bona ipsius,de quibus pro libito poterat disponere.vt explicat, & declarat Bar.in d l.Gallus.§.& quid si tantùm.col. pen.& Card Put.decis.7. in tit. de legitimat.

¶ Quodq; vẽdicãt sibi locũ, etiã existentibus quoq; filis legitimis, quorũ mẽtio facta est,& nõ citatis eis; licèt nõ habeat Comes in facultatibus legitimandi clausulam, citatis, vel non citatis.ita Card.Put. decis. 4 eod.tit.

7 Cęterùm hęc cõmunis,quòd citatio illorũ,quorũ interest,necessaria sit in legitimatione mortuo patre facta, limitatur locũ non sortiri,vbicunq; ipsa legitimatio post mortẽ patris fieret à Papa,vel Imperatore.vt firmãt Bar.nu. 14.Ias.in 1.lectura,nu. 140. & cæteri

Cõis oẽs opin. vnanimiter,& cõcorditer,in d.l.Gallus.§. & quid si tantùm, Ioan. de Imol. in c. nisi cũ pridẽ,col.16.de renun.Bal. in l. nam ita diuus,colum.1. ff. de adopt. Abb. cons. 84 nu. 6.vol 1.Ant.de But.in d.c. per uenerabilem, in prin.Fely.cum aliis cateruatim relatis per eum,in c.cùm olim, n.16. de sent. & re iudic. Alex.de Neuo,in d.cons.33.n.12.& Pet. Duẽnas in reg. 43. Appellatio iusta & licita non tollitur à Principe,sub 5.fallent.vers. Et facit etiam in fauorem huius limitationis.

*SVMMARIVM.*

1 *VBSTITVTVS admitti debet ad hæreditatem, etiam si hæres instituius moreretur ante testatorem, secundùm unam opinionem: licèt altera opinio contraria verior sit,vt substitutus succedere non possit, quando institutus moreretur ante testatorem ipsum.*

2 *Substitutione prima inutili, etiam secunda deficit.*

3 *Substitutio euanescit, quando substitutus decedat ante eum,cui substitutio facta est.*

4 *Substituto sequenti locus non est, ubicunque conditio prius apposita uerificata non fuerit.*

5 *Finis destruitur, quando tollitur medium ob quod peruenitur ad ipsum finem.*

6 *Substitutus excluditur,morte instituti subsecuta viuo testatore.*

7 *Hæredis mentio facta,intelligitur de hærede,qui adiuit hæreditatem.*

8 *Substitutus ad hæreditatem admitti debet, etiam mortuo hærede uiuente testatore,& præsertim si statim moreretur testator post mortuum hæredẽ; secus uerò si testator ipse moreretur ex interuallo.*

9 *Substitutio expirat morte instituti subsecuta, viuente testatore.*

10 *Tullius Duronius laudatur.*

## OPINIO DCCCLIV.

1 VBSTITVTVS succedere debet, vbicunque institutus hęres moritur ante testatorẽ,& pręsertim quãdo oriretur contentio inter substitutum, & venientes ab intestato super successione,mortuo testatore,non mutato aliter testamento;substitutus ipse admitti tunc deberet ad hæreditatẽ. prout ita consuluit Alciat.cons.17 Tria principaliter dubia resoluenda.nu.1.cũ aliis seq. tomo.3. lib.9 & Soc.Iun. cons. 27. Miratus sum,num.1 cum cæteris seq. vol.3.

¶ Quę quidem conclusio iustificari primò posset hac viuaci ratione;cùm substitutio ipsa inuenta absq; dubio sit, ne caducæ fierent hæreditates,& legata,& fideicõmissa l. 1. C. de caduc tol.in princ.

¶ Secundò facit.l.quandiu,la 1.ff.de acq. hæred.vbi inquit tex.Quãdiu prior hæres institutus hęreditatem adire potest,substitutus non potest ergò vbicunque hæres morte pręuentus adire hæreditatem nequiret,tunc substitutus indubitanter admitti deberet. ita Cagnol.in l.quandiu,nu.2.ff de reg.iur.

¶ Tertiò fulcitur etiam eadem conclusio per tex.in l.quandiu,la 2.ff.de acq hęred.vbi tex.determinat, quòd quandiu potest ex testamento adiri hæreditas, ab intestato ea ullatenus non defertur. & ita probatur etiam per l.ex testamento, ubi Dec. C. unde liberi. & idem Dec.in l.hęres instituta, in 3. notab. C.de impub.& ibi Apostil.

¶ Quartò comprobatur hoc similiter per l.quandiu,la 5.ff.de acq.hęred. vbi Vlpianus hæc uerba recensuit:Quandiu institutus admitti potest, substitutioni locus non est, nec ante succedere potest, quàm excluso hærede instituto. igitur excluso instituto per mortem, substitutus debet admitti exclusis venientibus ab intestato.

¶ Quintò ad idem facit quoque.d.l quandiu.ff de regul iur. cuius formalia uerba hęc

sunt: Quandiu testamentum ualere potest, tandiu legitimus hęres admittitur. & id etiã videtur sentire Bal.consi.162.uol.2.& Ias. in l.hęr.autem,nu.53.ff.de vulg.& pupil.subst.

¶ Sextò ad hoc roborandum videtur strin gere text.in l.unica.§.penult.C.de caduc. tol len.ubi Imperator disponit, quòd vbicũque adita non est hæreditas, defertur ea vtique primò, substitutis deficientibus, ad uenien tes ab intestato,

¶ In contrariam uerò partem inclinandum fore arbitror,tanquàm ueriorem,uidelicet,quòd venientes ab intestato admittantur ad successionem in præsenti casu.

2 Et primò vtique ad hoc suadendum mo *Cõis opin.* ueor ex doctrina Ioan.And.communiter ap probata in addit.Specul.in tit.de testamẽ.in §.incipiente.In primis, quòd vbicunque sub stitutio prima est inutilis, etiam secunda deficiat,

3 Secundò adducor ad hoc idem concludendum,per doctrinam Pet de Vbal.in consi lio 29.posito inter consilia vltimarum uolun tatum, vol. 1. vbi constanter quidem firmat substitutionẽ euanescere,quando substitutus decedat ante eum, cui substitutio facta est.

4 Necnon hu c nostræ opinioni præstare videtur maximam quidem opem, Glos. in l. qui habebat.ff.de vulg.& pupil.substit. concludens ibi, non fore aliter locum sequenti substituto,vbicunque conditio prius apposita non extiterit uerificata. cui innititur non vulgari nempè anchora Ang.inibi,& Rolan. à Valle consil.58. In præsenti consultatione satis ardua,num.56.uol.3.

5 Similiterque hoc idem confirmatur per doctrinam Ang. in loco præcitato, illustratam per Rolan. in d.consilio 58. sub numero 56.& seq.asserentis,quòd quando tollitur medium,ob quod ad finem peruenitur, destruatur etiam ipse finis.

6 Et in propriis terminis,quòd substitutus ipse penitus excludatur, morte instituti subsecuta viuo testatore,consuluit Alex,consil.1. uolum.1.in quo eam esse rationem: quia defecit conditio, cùm per substitutum non fuerit hæreditas adita. & id etiam sentit Dec. in d.l. hæres instituta,nu. 10 & seq.

7 Vbi concludit, quòd quando fit mentio de hærede,intelligi debet de hærede, qui adi uit hæreditatem. & Alex. etiam in d.cons 1.

¶ Et responsio hæc sufficit omnibus obstaculis in contrarium supra adductis.& Natta aliã allegat ad hoc propositum in add. ad Alex.in d.consilio 1.& Dec.consil.244. In ca su.qui iura præmemorata probantia contrarium adducit.

8 Est benè uerum,quòd Bart.in l.1.numero 32.ff.de vulg.& pupill.substit.ita,religiosè more suo, distinguere uidetur in præsenti casu, quòd aut moritur testator statim post mortuum hæredem institutum, ita quòd ille testamentum suum vllo modo mutare nequiuit;& tunc substitutum admitti debere constanter affirmat. si uerò ex interuallo, & hoc nempè casu substitutum non admitti ullo modo asserit.per l.quod si filius.ff.de capt. & postli. reuers. Et rationem viuacissimam diuersitatis ibi inter primum,& secundum casum affert; cùm in primo casu lex faueat ipsi testatori, qui citò moritur, & mutare aliter non potuit testamentum suum: in secundo uerò casu minimè, cùm habuerit tempus mutandi testamentum, & non mutauit. Et alteram rationem assignat similiter efficacissimam, cùm nec possit allegari, testatorem ipsum hoc non cogitasse, cùm primum institutum viderit. & opinionem Bart. tanquàm sacrosanctam,& communem, quàmplurimi *Cõis opin.* iuris interpretes sequuti sunt cateruatim relati per Apostil.ibi. Et dum extitisset mihi cõm ssa causa per Dominum Baronem oppidi Fonticulorum, tanquàm iudici secundatum causarum,tunc uertens inter Camillam Petri Ciccarelli, vxorem Ioannis Dominici Calcioli de Bomminaco ex vna parte, & Ioannem Paulum, & fratrem Ciccarelli de Fonticulis, reos conuentos ex altera, super successione prædicti Ciccarelli; qui condito testamento, & mortuo hærede, eo viuente, per menses nouem ante eius mortem,qui potuit mutare testamentum ipsum, & non mutauit, iudicaui sub die 2. mensis Septembris 1579. mediante sententia diffinitiua, ipsam Camillam tanquàm uenientem ab intestato debere pro quarta parte ei tangente, admitti ad successionem ipsam,non obstante substitutione facta in ipso testamẽto, resoluta ꝑ morẽ hæredis subsecutam viuẽte testatore.

9 Et hæc sententia potest e iam facilè fulciri ista quoque irrefragabili ratione. Nam substitutio expirat morte instituti uiuo testatore:& sic substitutio euanescit mortuo ante testatorem ipsum instituto. textus est expressus in l.lex Cornelia.ff de vulg. & pupill. ubi text.ita determinat, quòd si pater filio substitueret, & filius viuo patre moreretur apud hostes:tunc equidẽm substituti vi substitutionis non succederent modo aliquo, vtpotè mortuo ante patrẽ filio,cui substituti fuerãt.

10 Et ita in pręsenti casu aliàs in anno prędicto 1579. uidi ad fauorem ipsius Camillæ subtilissimè consultum per D. Tullium Duronium compatriotam meum,præclare scientiæ aduocatum; quem multis iam annis in Gymnasio Perusino in uariis circulis, dum simul militabamus sub eisdem preceptoribus, cognoui in fractione panis: prout etiam non nullis aliis annis, proprias lares parando in Ciuitate Theatina, ad eius domum hisce

oculis

oculis vidi similiter ferè omnes de prouincia, tanquàm ad oraculum Apollinis, ob eius scientiam, & integritatem conuolitare.

*SVMMARIVM.*

1 *SVBSTITVTIO facta alicui si decedat sine filijs, euanescit illo moriente cum filijs ut descendentibus, quamuis posteà liberi illi decedant.*

2 *Filij filiorum grauati, etiam astringuntur fideicommisso, licèt conditio fideicommissi existat post mortem primi grauati.*

3 *Filium masculum grauans testator, onere fideicommissi, decedentem sine filijs, videtur grauasse filios filiorum.*

4 *Substitutio trahitur ad filios in conditione positos, qui sine filijs decedant, quando stantibus masculis fœminę remouerentur.*

5 *Filij in conditione positi substituti censentur, si testator, qui eos posuit in conditione, digreditur ad plures gradus substitutionum.*

6 *Filij in conditione positi substituti videntur, si constat de voluntate testatoris.*

## OPINIO DCCCLV.

1 SVBSTITVTIO facta si sine filiis grauatus moriatur, liberis susceptis, indubitanter illa penitus extinguitur, atque resoluitur, etiam si absque filiis, & prole ipsi filij posteà moriantur. ita omnes iuris interpretes firmant vnanimiter, & cócorditer per illum textum, in l. fi. iusfamiliàs. §. cum quis. ff. de leg. 1. in l. hæredibus, & in l. ex facto. §. pen. ff. ad Trebell. in l. si quis hæredem. C. de instit. & substit. & in l. cùm vxori. C. quando dies leg. ced. & ita consuluit Oldr. consil. 21. thema tale est, num. 1. cum aliis signatis ibi per Raynal. versum in add. in litera A. Bald. consilio 304 nobilis vir, in fin. uol. 5. Fulgos. consilio 46. Andreas, colum. 2. Abb. cons. 40. venio ad primum, in 1. dub. vol. 1. Alex. consilio 31. ponderatis his, in princ. uol. 3. Dec. cons. 218. In casu, in 2. dub. Paul. Castren. consilio 130. ne impropriis vtamur terminis, colum. penult. Curt. Senior consilio 45. numero 19. circa fin. Ioan. And. in add. Spec. in tit. de testam. §. in primis, in ultima quest. Soc. Iun. consil. 4 colum. 1. & seq. volum. 3. & Grauet. consil. 878. sub numero 1. cum aliis seq. vol. 5. & ista est concors, communisque omnium opinio, ut planè discernitur ex allegatis authoritatibus: cui innititur etiam realissimis quidem fundamentis Celsus Hugo con silio 68. Testatrix, sub num. 4. ubi non obscurè meminit de ipsa communi. Soc. Iun. quoque consilio 29 licèt in præsenti casu, nu. 20. volum. 4. & Menoch. consil. 85. Proposita hæc consultatio, num 46 cum aliis seq. vol. 1. vbi quàmplurima satis vtilia fundit pro explanatione prędictæ communis.

*Cōis opin.*

2 Cæterùm isthęc communis claudicat primò non vendicare aliter sibi locum, si hæredi, aut honorato, vel impersonali fideicommissum iniungatur: verbi gratia cùm filio instituto Titium substituit, si filius ipse, uel eius liberi absque filiis decederent. tunc etenim ex conditione duplici, & ex alternatiua censetur dubio procul hæres grauatus: secundùm Bart. in l. Centurio, num. 37. ff. de vulg. & pupill. substit. & in l. si sic. ff. de leg. 3. & in l. codicillis, in princ. ff de vsufr. leg. & ita consuluit Raph. Raymundus Comensis consilio 25. Franciscus, colum 2. & cons. 118. restator instituit, colum. 2. Paul. Castrens. consilio 131. dubium facit, col. 1. volum. 2. Alexā. consil. 185. num. 28. vol. 2. & consil. 22. numero 8. volum. 3. quod repetitum discernitur consil 13 vol. 4. Corn. consil. 20. colum. 4 uolu. 4 Paris. cons. 7 num. 32. cum aliis seq. uol. 3. & Marzar. consil. 1. quęst 20. fol. 13. à tergo.

3 Limitaturque similiter secundo loco eadem met communis non sortiri locum modo aliquo, vbicunque illi, qui in conditione positi liberi sunt, vocati & ipsi leguntur: tùc enim ad eos fideicommissum indubitanter trahitur, atque deuoluitur, si absque liberis posteà decederent, vt voluit Guid. Pap. decis. 531. Miles & ita consuluit Dec. consilio 95. in fin. & consilio 270. circa fin. & Paris. consil. 66. num. 58. vol. 3.

¶ Et quanquàm in contrariam partem inclinare videatur Grauet. cons. 48. num. 4. volu. 1. allegando ibi Decium sibimet aduersarium, & inconstantem: nihilominus tamen isthęc opinio uerior apparet, vt idem Grauet. se corrigens ostendit in d. cons. 878. sub numero 9. vol. 5. Quam vtique potissimùm fieri bit locum obtinere, vbicunque post filios uocatos, atque alios in conditione positos substitutio fieret: hoc enim casu grauati censerentur, qui vocati nempè forent. ita Corn. cō silio 97. post medium, vol. 1. vt fusius ibidē, & non quassato quidem calamo, explicat idē Grauet. & Marzat. in locis præcitatis.

4 Tertiò antedicta communis choarctatur quoque, non propagare, extendereque radices suas, quando stantibus masculis fœminæ remouerentur: ibi enim & ad filios in conditione positos substitutio traheretur, qui sine liberis posteà decederent, ne aliàs fœminis fieret locus vt ita consulendo constantissimè asseuerat Ruin cons. 143. num. 7. uol. 3. Paris. consilio 11. vol. 3. Alciat. cons. 2. Verba breuis Apostolici, sub num. 35. tomo. 3. lib. 9. & Mar-

& Marzar.in d.conſ.1.quæſt.20.in 5.coniectura,fol.14. & à ſucceſsione in præſenti caſu planè prohibitę fœminę ex hoc tamen diſcernitur, quòd maſculi, & agnati ſoli inuitantur, & in conditione ponuntur, in ſpecieque vbi nominatim fœminarum facta prohibitio nō eſt,ſed vel in ſolidū, vel in partē,vt ipſę fœminæ admitti poſſent.teſte Dec.conſ.477.

5 Quartò reſtringenda etiam meritò uenit ipſa communis non procedere, ubicunq; ad gradus plures ſubſtitutionū teſtator progrederetur, atque pariter mandaret bona deueniri debere ad propinquiores: quod fieri non aliter poſſet,niſi grauati, & vocati ipſi dicerentur, qui poſiti in conditione exiſterent. vt conſuluit Anchar.conſil 74.Soc.cōſ. 250. num. 4.vol.2.Barbatius in l.cùm acutiſsimi, numero 191.& ſeq.C.de fideicom.& ibi Moder omnes.Curt.Senior conſ. 51.num.23.& Iaſ conſ.40.in fin.uol.3.& conſ.108.vbi colligit uolūtatem teſtatoris ad fideicommiſſum reciprocum ex graduum pluritate.& huic opinioni Ancharani aſſentitur etiam conſulendo Pariſ.cōſ.31.num.24.& cōſ.37 n.37 conſilio 41.num.69.conſ.77.num.21.& 27.& conſil.ſeq.num.5.& 13 & conſ.91.num.43.uol. 2.Curt.Iunior,conſ.14.& conſ.16.num 7 Caſſaneus,conſ 14.col. 2.Gozad. conſil.64.nu. 10.Purpur.& Curt.in l.1. num.14.C.de pact. & Soc.Iunior conſ.141.num.19.& conſ.168. num.75.vol.2.& conſ.1.num.20. uol. 3.ubi audacter aſſerit,in hoc, contingere amplius non poſſe diſputari, nec ſe putare diſputandum, & ſic ex allegatis enodate conſtat iſtā eſſe communem opinionem. *Cōis opin.*

¶ Et licèt ab hac ſententia Ancharani nō deſint alij quàmplures Doctores, qui diſſentiant,& præſertim Soc.in l.cùm auus,colum. pen.uerſ Aliàs autem allegabatur. ff. de condit.& demon.& conſ.62.colum.pen. conſilio 69.colum.7.conſ.104.colum. 5. & conſ. 116. col penult.vol.3.Curt Sen. conſil.63. Antiquiſsima,num.4.Ruin.conſ.128.colum.pen. conſ.136.col.peu.& conſ.141.in fin.uol.3.& Ripa in l.Centnrio, num. 165.ff.de vulg.& pupill. ſubſtit. & tamen ea dilucidè apparet magis communis, uoluntatiq; teſtatoris magis propinqua,& conſentanea. atteſtante copiosè quidem Grauet.in d.conſ.878.ſub numero 10. volu.5. vbi fatetur huic opinioni ſe ſubſcribere non raro ſolere.

6 Quintò limitatur etiam memorata communis, compertum eſſe eam nullatenus locum obtinere,quotieſcunque euidenter, manifeſteque conſtaret de uoluntate teſtatoris, ſaltim per coniecturas, ut prouiſum extaret per eius diſpoſitionem omnibus deſcendentibus.quæ limitatio omnibus iuris interpretibus indubitata apparet. precut eam ponit, atque diſcurrit Raynald.Corſus in add. Old. in d.conſ.21.ſub litera A. Marzar. in d. conſ. 1.quæſt.20.in 1.coniectura.fol.14 Soc.Iun.cōſilio 175.uol.2.Port.Imolenſ.cōſ.8. num. 25. & conſ.40.nu.8.cum aliis ſeq.& Grauet.conſilio 62.num.6.uol.1.& d.conſ.878. cum anteſignatis,atque nonnullis aliis declarationibus ad prælibatam conclusionem utiliter ad praxim,ac apprimè pertinentibus,& uberius hoc explicant, atque declarant quoque Moder.in d.l.cùm acutiſsimi.C.de fideicom.

## *SVMMARIVM.*

1 *SVBSTITVTIO vulgaris aditione non euaneſcit,& præſertim illa, quę reſciſſa per querelam extet.*

2 *Subſtitutio vulgaris non euaneſcit, vbicunque hęreditas ab inſtituto aufertur, vel effectum ſuum aditio non habeat, vel ex alia cauſa hęreditas auferatur.*

3 *Subſtitutio vulgaris ſortitur effectum ſuum, tam ex capite uoluntatis, quàm impotentiæ.*

4 *Subſtitutionis vulgaris effectus ſex ponuntur remiſſiuè.*

5 *Subſtitutio vulgaris quibus verbis fiat, traditur norma.*

6 *Subſtitutio vulgaris habet duo capita,ſcilicet impotentię,& uoluntatis.*

## OPINIO DCCCLVI.

1 SVBSTITVTIO vulgaris aditione non euaneſcit, quæ potiſsimū reſciſſa per querelam extet. vt potè quia tūc ſubſtitutio ipſa vulgaris ſortitur effectum ſuum. text. eſt in l.& ſi ſine.§.ſed quod Papinianus ff. de minor.& l. ex contractu,& ibi Bart ff.de re iud. & idem Bar in l.1.num.49.& in l.2.§.1.numero 2. ff.de vulg.& pupil. ſubſtit.& Iaſ in l.poſt aditam,in 2.fallent C. de impub.& iſta eſt concors, communiſque omnium iuris interpretum ſententia, quam ſtylo quidem ferreo confirmat conſulendo Grauet. conſ.898. numero.25.uol.5. *Cōis opin.*

2 Quæ profectò communis adeò uera diſcernitur, vt amplificari facilè etiam poſsit, idem eſſe, cùm ab inſtituto hæreditas auferatur; vel effectum ſuum aliàs aditio non habeat; aut ex cauſa alia hæreditas auferatur: quoniam hoc etiam caſu,ius vulgaris ſubſtitutionis manet proculdubio incolume. text. eſt in auth.hoc amplius, ibique Gloſ & communiter Doct omnes, & præſertim Bald. numero 18.C.de fideicom.Iaſ.in d.l. poſt aditā, in 1. fallent. & in terminis ita conſuluit Anchar. *Cōis opin.*

char.consil.275. vbi locum vulgari substitutioni esse arbitratur, vbicunque re ipsa institutus hæreditatem retinere nequiret, & in eum casum nominatus substitutus foret, & Anchar.refert, sequiturque Grauet.in præcitato cons.898.sub nu.25.vol.5.

3 Necnon substitutio ipsa vulgaris variè sortitur etiam effectum suum, nec euanescit tam nimirùm ex capite noluntatis, quàm etiam impotentiæ.l.3.C.de hęred.instit. & l. unica.§.cùm autē in superiore.C. de cad. tol.

¶ Et caput noluntatis dupliciter uerificatur in expressa, quæ per repudiationem inducitur.§. si quis itaque,instit. de bonor. possess. & l.temerè. C. de iur. delib. et in tacita, quæ per lapsum temporis inducitur.l. si ponas. §. fin.ff. de inoff. testam. l. si quis filium, in fin. C.eod.tit.& l.licèt,cum Glos.C.de iur. delib.

¶ Et caput similiter impotentię multipliciter intelligitur. & primò per defectum capacitatis instituti.l.quod si Mœuius.C. de hęred.instit.& l.2.C.eod.tit.

¶ Secundò cùm institutio euanuit per defectum testamenti.l.3.§.fin.ff.de lib.& posth. & l. si filius.ff.de hæred.instit.

¶ Tertiò per defectum conditionis.l.fi.ff. de hęred.instit.l.ex scriptura.§.fin.& l. si sepąratim.ff.de condit.& demon.

¶ Quartò per aquæ, & ignis interdictionem. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber.& posthum.

¶ Quintò per deportationem instituti.l. 1.C.de hæred.instit.iuncta Glos.ibi.

¶ Sextò per defectum natiuitatis instituti.l.fi.C.de instit.& substit.

¶ Septimò per mortem.l.ab omnibus. §. cùm quidam.ff. de leg.1. & id siue ante restamentum,siue post testamentum, & post mortem testatoris mors instituti contingerit. vt l.vnica.§.& cum triplici.§.in principio.§.pro secundo,& §.in nouissimo.C.de caduc. tollē.

4 Alios verò sex effectus ipsius vulgaris substitutionis cumulatissimè quidem recensuit etiam Capra in tract.subst.inter suas regulas,& conclusiones,in prima specie, n.35. cum aliis seq.& D. Sfortia Oddus quoque in tract.compendiosæ substitutionis,in pręlud. quæstione 5.

5 Quę vulgaris substitutio fieri solet his, uel aliis similibus uerbis, putà iam filio instituto, si Gregorius hæres non erit, talis sit hęres, vel talem hęredem instituo.l.1.ff.de vulg.& pupill.substit.& notatur per Glos. & Canonistas in c. Raynutius, & pręsertim per Couarru.ibi in § 4.sub num. 4. de testam. & Legistas in §.qua ratione,instit.de pupill.substit.& per D. Sfortiam Oddum in tract. compendiosæ substitutionis,in pręlud.q.4.fol.10.

6 Et isthęc substitutio vulgaris ( vt supra documus)continet in se duo capita, scilicet caput impotentię,& caput noluntatis: quodque exemplificatur hoc modo, siue primus hęres institutus non potuerit esse hęres, siue etiam noluerit. vt l.cùm proponas,& ibi tradunt Doct.C.de hęred.instit & Bart.& cęteri omnes in d.l.1.ff.de vulg.& pupil.substit. & in l.3.§.fi.ff.de lib.& posth.

## *SVMMARIVM.*

1 *SVBSTITVTIO fideicommissaria firma discernitur, etiam testamento præteritione irritato.*

2 *Subtilitates à iudicibus non admittuntur, cùm illæ perniciosę sint.*

3 *Ius est ars boni,& ęqui.*

4 *Doctores sunt speculatores boni, & ęqui.*

## OPINIO DCCCLVII.

1 
VBSTITVTIO fideicommissaria firma,stabilisque manet, etiam si testamentum præteritione irritatum sit.text.est, & ibi Glos.in l.eam quā. C.de fideicom.& in l.ita tamen.§.quoties.ff.ad Trebel.& ita constantissimè firmant per text.ibi Bar.colum.pen. Bal.Ang.Paul.Castrens.Floria.& Corn.in authen.ex causa.C.de liber.præter. vbi Alex.Benedict.de Plumbino, Curt.Iun,Ign.& Ias. ad lucem rectè quidem adducunt istam esse cōmunem opinionem. Et licèt aliqui iuris interpretes in loco pręcitato uanè nimirùm,& insipidè nonnullas sophisticas, artificiosasq; adduxerint rationes in contrarium:nihilominus tamen hoc semper facile autumaui, & somnium; cùm ponderatis rationibus pro cōmuni hac adductis, existimaui facilius fore de manu Herculis extorquere clauam,quàm obtineri posse in practica contra communē ipsam;quam complures alij Doct. quos longum, atque valdè prolixum esset recensere, vti communem tuentur sententiam. *Cōis opin.*

¶ Vndè non mediocriter admiror,vbicunque aliqui Doctores consueuere sophismatizare, atque hebetoso ingenio etiam Modernos Scribentes insectari,& potissimùm collectores communium opinionum, & sic docentes ueram,genuinamq; quæstionum controuersissimarum practicam,ex qua sanè percipimus vtilitatem,veramque legum, & materiæ intelligentiam.

2 Itaque subtilizare perniciosum est absq; dubio aliquo.l.si seruū. §.sequitur. ff. de uer. obligat.vbi prudenter asseuerat à iudicibus nullatenus admitti subtilitates,pręsertim in Rota,& Parlamentis, in quibus iudices ipsi, vt plurimum æquitati penitus inhærent.

¶ Cùm

¶ Cùm subtilitas ipsa necessariò euitanda sit.vt efficax testimonium est Bal.in l.sancimus,in 2.notab.C.ad Trebel.

¶ Quæ cùm ueritatem lędat,non prodest, & meritò iudices eam penitus recusant.l. si cut.§.antepen.ff.quib.mod. pig. & Bertran. conf.223. num.2.in 1.par.2. volum.& consilio 405.num.3.vol.4.

3 Quoniam ius est ars boni,& æqui.l.1. in prin.ff.de iust.& iur.

4 Et admonet quoque Bal.in disput. Accusatus de vi turbatiua,colum. 9. ad hoc propositum, quòd Doctores sunt speculatores boni,& ęqui.& facit Dec. in c. ad audientiã, in 2.notab. de appell.

¶ Est benè uerum,quòd subtiles sunt nõnulli,qui quandoque,ne hebetes iudicentur, nimia subtilitate falluntur. teste Specul.in proœm.in uer.Cæterùm.

¶ Sed reipsa subtilitate sensus, & scrupulositate tanta uti non debemus, vt defunctorum iudicia defraudentur.ita Bero.consilio 93.num.8.

¶ Et ratio est,nam nimia subtilitas reprobatur.l.si mulier.§. ex asse, cum Glos.in uer. Subtilitatem. ff. de iure dotium, & Spec. in tit.de aduo.§.nunc de exordiis,col.8.uer.Vel ita sunt nonnulli,& in tit. de denuntia. §. 2. uerf.Euangelica.

¶ Imò denique nimia subtilitas causat quandoque errorem:& sic ob nimiam subtilitatem sæpè erramus.affirmante Bald. in l. precibus,colum.6.C.de impub. & aliis subftit.& in l.2.col.2.quæst.4.C.de bon.poss.contra tabul.per l.si seruum.§.sequitur.de uerb. oblig. & Cotta etiam in memorali, in uer. Apices iuris,ante fin.

*SUMMARIUM.*

1 *SUBSTITUTIO compendiosa fit per verbum, Decesserit,etiam nõ expresso distributiuo Quãdocũque.*

2 *Substitutio compendiosa fit per uerbum, Quãdocunque,uel quando fit ad certam ætatem,putà uigintiquinque annorum.*

3 *Substitutio compendiosa quibus uerbis facta prętendatur,remissiuè.*

4 *Substitutio compendiosa ea est, quę sub compendio uerborum, & temporum complectitur diuersa genera substitutionum.*

## OPINIO DCCCLVIII.

1 SUBSTITUTIO compendiosa uerè dicitur,siue ea facta sit absque certæ ætatis expresſione:exempli gratia, si decesserit filius meus absque liberis,Sempronium substituo : quia licèt in ipsa substitutione non fuerit appositum, expressumque uerbum Quandocũque; nihilominus tamen uerbum hoc indubitanter videtur habere tractum temporis in futurum : & consequenter expresſio temporis futuri,esset expresſio eius,quod inest, quę denique nihil operaretur. l.3. vbi amplè notatur.ff. de lega. 1. & ita per hunc text.firmat Bar.in l.Centurio,colum.1.in 1. quæst. ff. de vulg.& pupil.substit. cui innituntur non vulgari admodũm anchora omnes communiter ibi,& præsertim Galiaul.col. 88. & Dec. in l.precibus.col 9. C.de impub. & aliis substit.& ita consuluit doctiſsimè, alias diuersas rationes adducens palpabiles,Curt. Iun. in conf.172.& D.Sfortia Oddus etiam in tractatu compendiosæ substitutionis,in 3. partic.art.1.quęst.1.fol.39. *Cõis opin.*

2 Vel quandocũque decesserit idem filius meus sine filiis, Sempronium ipsum substituo.vt in d.l precibus,& ibi Bal.col. 8. uers. Modò ueniamus.& Bar. & alij in d.l. Centurio.& in l.humanitatis. C. de impuber. & aliis substit.& Hierony.Gabriell.conf.130.Dominicus Florius,sub nu.2.& seq.vol.1.Vel ad certam ætatem, putà vigintiquinque annorum restricta illamet substitutio fuerit. vt in d.l.Centurio.& ista est uera,stabilis, marmoreaque conclusio per iura allegata, cui constanter assentiuntur iuris interpretes omnes communiter.teste Bal.in 8.oppos. Corn. colum. 1. & sequen. Curt. numero 66. & Cagnol.numero 136.in dicta.l.precibus,& Couarru. in c. Raynutius.§. 11.sub num.2.in si. uer. Vndecimo. *Cõis opin.*

3 Vbi adnotat, & pleniſsima manu discurrit decem alios modos etiam,quibus fier. cõmodiſsimè,atque tutiſsimè poſsit compendiosa substitutio;& ante eum adnotauit quoque,quibus uerbis prętendatur facta substitutio ipsa compendiosa,Soc.conf.77.colũ.1. & conf.144.vol.1.

4 Et hinc describendo diffinitionem ipsius substitutionis compendiosæ, pro explanatione præsentis materiæ , concludo eam esse substitutionem compediosam, quæ sub compendio uerborum habentium tractum in futurum continet nimirùm plures substitutiones, & plura tempora ipsas substitutiones uariantia.ita Bartol.colum. 3. & omnes alij iuris interpretes vnanimiter, & concorditer in dicta. l. Centurio, & pręsertim ibi Ripa numero 60. & Galiaul. col. 39. & Antiqui,Moderniqúe Doct.in dicta.l.precibus, Politus in tractatu de substirut. titulo de compendiosa , & Ioannes de Neuizanis consilio 54.Pone Domine custodiam ori meo,num 2. *Cõis opin.*

SUM-

## SVMMARIVM.

1 SVBSTITVTIO *in dubio iudicatur directa.*

2 *Substitutio directa quid sit, & quis eius effectus.*

3 *Substitutio obliqua, seu precaria quid est, & quis eius effectus.*

4 *Substitutio compendiosa dubia dicitur, ubi uerbis communibus facta extet.*

5 *Substitutio dubia iudicatur directa, ubi uerbis directis facta sit.*

## OPINIO DCCCLIX.

1 SVBSTITVTIO dubia præsumitur directa. c. si pater, de testa. lib. 6. & Glos. vniuersaliter, & communiter ab omnibus recepta in l. uerbis ciuilibus, in uer. Voluntatem. ff. de vulg. & pupill. substit. cui accedunt, aiuntque singularem, & non esse alibi. Bal. Ang. Paul. Castren. Imol. Alex. colum. fi. & Bologn. ibi. Aret. consil. 155. Periculosum, col. 5. Alex. consil. 12. Attentis uerbis, colū. 4. vol. 3. & consil. 51. In casu præsenti, num. 9. uolum. 7 Bal. cons. 235. Decreto, in fin. uol. 1. Socin. in l. Gallus. §. quidam rectè, colum. pen. ff. de liber. & posth. & cons. 113. suprascripti, colum. 4. Ang. in §. fi. colum. pen. instit. de pupil. substit. Corn. in l. precibus. colum. 10. C. de impub. & aliis subst. & consil. 61. post redditum, circa fin. uol. 2. & cons. 142. uidetur, col. fin. vol. 4. Galiaul. in l. Centurio, nu. 371. & 434. ff. de vulg. & pupil. substit. Dec. in l. in testamento, in 4. notab. C. de testam. milit. & cons. 371. num. 4. & cons. 572. in casu, ante fi. Ang. consilio 125. hoc est testamentum, asseuerans ibi hoc ideò contingere, quia ipsa substitutio directa dignior apparet, & denique Cuman. cons. 2. colum. 3. innuit expresse hoc quoque accidere, ea potissimùm ratione, quoniam directa hæc substitutio non imponit aliter onus illi, cui fit, quemadmodum facit obliqua. *Cōis opin.*

2 Et ne ignorentur termini præsentis speculationis, necessariò discurrendum est, quid sit substitutio ipsa directa, & quis eius effectus. Proindè animaduertendum reor, quòd directa substitutio ea est, qua quis capit hæreditatem defuncti ex dispositione testatoris, nullo alio mediante, uel sibi cooperante: vt cùm asserit testator Gregorium mihi hæredem instituo, sed si ipse hæres non erit, Sempronius ipse tunc substitutus est directè, & hoc si per uerba mœrè directa, & ciuilia, vt per uerbum hæres esto, vel hæres sit, vel per uerbum instituo hæredem. Aliquando etiam fit per uerba communia, & interdum quoq; per uerba geminata, uidelicet, Titium filium meum impuberem mihi instituo hæredem, & si in pupillari ætate decesserit, Mœuium substituo. tunc substitutio isthæc directa est, si Titius morietur in pupillari ætate, propter uerba geminata: sed si post pubertatem, erit indubitanter quidem fideicommissaria secundùm communem scholam omnium in iure Scribentium uariis in locis iuris nostri. Cæterum si testator diceret, hæres sit: tunc vtique hoc diuiditur in quintuplici differentia, quarum prima dicitur substitutio vulgaris, & hæc duplex: vna expressa, quæ fit per huiuscemodi negationem, uidelicet, instituo mihi hæredē Priamum, & si ipse noluerit, uel non potuerit hæres esse, Theodorus sit hæres, uel Theodorum substituo. Alia uerò tacita, quando scilicet negatio aliter non exprimitur, sed potius includitur, vt cùm dicitur, Castorem, & Pollucē mihi hæredes instituo, & eos inuicem substituo. tacitè eo casu subintelligitur, quòd si alter eorum hæres non fuerit, scilicet, quia noluit, vel non potuit, quando decessit ante adi tam hæreditatem, aliter fit hæres in solidum. l. cùm in testamēto. §. hæc uerba. ff. de hæred. instit. Bar. in l. 1. in princ. colum. 3. uers. Vlterius quæro quibus uerbis fiat. ff. de uulg. & pupil. substit. & Bal. in l. fin. col. 4. uer. Nunc aliqua dicam de natura verborum. C. de sacrosanct. eccles. *Cōis opin.*

3 Et sic substitutio directa est illa, per quā substitutus capit hæreditatem sine facto alterius ex testatoris dispositione, ita quòd non oportet recurrere ad primum hæredem, uerùm adeundo hæreditatem efficitur dominus. vt in l. cùm hæredes. ff. de acquir. possess. Indirecta uerò obliqua, seu precaria substitutio illa est, per quam hæreditas capitur per manum primi hæredis, ex eo, quia non succeditur immediatè testatori: ideò primus hæres accipit quartam per Trebellianum propter onera, quæ subit primus hæres, ne frustrà sit hæres. vt in l. pen. C. ad Trebell. Glos. Abb. & alij omnes vniuersaliter in c. Raynutius, de testam. & præsertim Couarru. ibi in 4. §. nu. 2. *Cōis opin.*

¶ Et huiusmodi distinctionis tradit omnia commoda, atque vtilitates Lancell. Galiaul. in repe. d. l. Centurio. colum. 111. & Guliel. Benedic. in d. c. Raynutius, in ver. Absque liberis, in tit. de compendiosa, num. 12.

4 Sed isthæc communis ita explanata interpretatur non intempestiuè de plano in præsentiarum locum sortiri, ubicunque ipsa substitutio compendiosa facta foret uerbis communibus: tunc enim ea indubitanter diceretur ambigua. ita Ripa in dicta l. Centurio, sub numero 15. & Cephal. consil. o 429. Magnifice, numero 139. cum alis sequentibus, uolumine 3.

5 Vbi

5 Vbi eandemmet communem limitat ac curatisſimè profectò procedere vbicunque ſubſtitutio compendioſa facta, conceptaque extitiſſet uerbis directis.

*SVMMARIVM.*

1 *SVBSTITVTIO post mortem plurium facta, vltimo morienti facta uidetur.*

2 *Substitutio facta ultimo morienti non inducit reciprocam inter institutos [illegible]tionem.*

3 *Substituti filij adinuicem his verbis non videntur, si testator dixerit, & si omnes deceſſerint.*

4 *Substitutus non ſuccedit altero ex his ſuperſtite, quando eſſent omnes inſtituti hæredes hoc modo, si omnes deceſſerint ſine filijs, talem ſubſtituo, cùm intelligantur tunc inuicem ſubſtituti: ſed ſi ſubſtitutus eſſet coniunctus, admitteretur ſimul cum hærede ad partem primi decedentis.*

5 *Substitutio cenſetur facta ultimo morienti, & in tota hæreditate, ubicunque ſumus inter filios teſtatoris.*

6 *Substituti inuicem cenſentur filij grauati, tribus cõcurrentibus, uidelicet, quòd ſubſtitutio ſit facta in toto, poſt mortem plurium, & quòd conditio uerificata fuerit in perſona primi mortui, non autem ultimi.*

OPINIO DCCCLX.

1 SVBSTITVTIO facta poſt mortem plurium, cenſetur utique tunc facta ultimo morienti in po[ſi]tione ſua tantùm ita Bart. & alij omnes conformiter in l.vel ſingulis.ff. de vulgar & pupil.ſubſt.& in l.Lucius.§.Caio ff.ad Trebel.bal.in l.1.colum.2.ve[r]. Ex his apparet [ra]tio trium legum C. de cond. inſer. Soc. in l.hæredes mei.§.cùm ita, colum.2.in 4. caſu ff.ad Trebel.& Bero.cum aliis ſignatis per eum, conſilio 79. num.15.& 19.volu. 2. vbi re ipſa vtiliter prorumpit iſtam eſſe communem opinionem, & Iacob Philip.Port.ſeù po Ant. Gabriel. pleniori manu in concluſ. 34. lib.4.& D.Sfortia Oddus etiam in tract. cõpendioſæ ſubſtitutionis, in 5. partic. quęſt.1. art.6.fol. 69. cum aliis ſeq Et facit text. in l. pen.C.de impub.& aliis ſubſtit.& in l.quam uis, eod.tit. Cõis opin.

2 Sed ubicunque ſubſtitutio ipſa extitiſſet ſimpliciter facta vltimo morienti, non tamẽ enodatè, & expreſsè in toto, tunc utique filij, vel hæredes non cenſentur aliter inuicẽ ſubſtituti.ſecundùm Bar.Bal.Ang. Imol. & alios omnes communiter in d. l. uel ſingulis, & Ant.Gabriell. cum magna cohorte in iure Scribentium, relata per eum, in d.conclu.34. lib.4.& Sfor.Odd. in loco præmemorato. Cõis opin.

3 Imò minimè filij uidentur adinuicem modo aliquo his uerbis ſubſtituti, uidelicet ſi teſta[tor] dixerit, & ſi omnes deceſſerint. ita Ang.& Ioã. de Imol. in l.ſi pater impuberes. ff de vulg.& pupil.ſubſtit. & iſta eſt communis opinio atteſtante Croto conſ. 62 n m.1. & 5.Ant.Gabriel.in d.concluſ. 34. & Sfortia Oddo in d.5.partic.quęſt.1.licèt & male Pau. Caſtren.in l.pen.C.de impub.& aliis ſubſt.& in l poteſt.ff de vulg.& pupil.ſubſtit.contrarium affirmet. Cõis opin.

4 Cæte[r]im hæc omnia illuminantur aliquibus facibus per Paul.de Caſt. in l. pen. C. de impub.& aliis ſubſtit. vbi utiliter quidem concludit, quòd ſi forent inſtituti hæredes hoc modo. ſi omnes deceſſerint ſine filiis. talem ſubſtituo; intelligerentur proculdubio inuicem tunc ſubſtituti, ut ſic ſubſtitutus nõ ſuccedat altero ex his ſuperſtite: ſed ſi ſubſtitutus eſſet coniunctus, admitteretur profectò ſimul cum hærede ad partem primi decedentis: quod eſt maximoperè notandum.

5 Nã ubicunq; ſumus inter teſtatoris filios, eo caſu, ſubſtitutio cenſetur facta ultimo morienti, & in tota hęreditate. teſte Soc.in l. hæredes mei. §. cùm ita, ſub num. 8. ff. ad Trebel.& conſ.149.Materia, colum 6.vol.2. vbi planum faci[t] iſtam eſſe communem opinionem. cui aſſentitur cum aliis aggregatis per eum Pariſ.conſilio 43. num.35.& ſeq. uol.2. Cõis opin.

6 Quę quidem communis de plano locum ſortiretur tribus concurrentibus, ideſt quòd ſubſtitutio facta ſit in toto, poſt mortem plurium, & quod conditio uerificata etiam extiterit in perſona primi mortui, non autẽ ultimi; quoniam tunc grauati filij, inuicem cenſentur ſubſtituti. ita Corn.in d.l.pen.col. pen. & ſeq.C.de impub.& aliis ſubſtit. & Pariſ. in d.conſ.43.num.34.

*SVMMARIVM.*

1 *SVBSTITVTVS, adueniente caſu ſubſtitutionis, poteſt adire hæreditatem teſtatoris, & petere ſe immitti in poſſeſsionẽ illius ex beneficio. l. fi. C. de edict. Diui Adr.tol.*

2 *Substitutus determinans mitti in poſſeſsionem contra inſtitutum ex remedio.l.fin. C. de edict. Diui Adrian.tollen. non ſufficit illum oſtendere teſtamentum non abolitum, nec cancellatum, ſed tenetur plenè probare inſtitutum excluſum eſſe, repudiatione, uel impotentia.*

3 *Substitutus ueniens aduerſatiuè contra inſtitutum, tenetur ſtatim & non aliter oſtendere illum excluſum repudiatione, uel impotentia.*

4 *Sub-*

4 *Substitutus hæredi sub conditione si decesserit sine liberis, non debet aliter probare, quòd hæres decesserit sine liberis, cùm hoc probetur eo ipso, quòd non probatur contrarium.*

5 *Substitutus potest capere fideicommissum, si in substitutione sit uerbum liberè.*

6 *Fideicommissarius non potest propria authoritate ingredi possessionem, & capiens cadit à iure suo, nisi habeat licentiam à testatore.*

## OPINIO DCCCLXI.

1 SVBSTITVTVS vulgaris habet absq; dubio aliquo remedium, l. fin. C. de edict. Diui Adria. tollen. secundum Bar. & alios communiter omnes ibi, in 4. q. & sic eueniente casu substitutionis, potest substitutus adire hæreditatem testatoris, ac insimul petere se mitti, poniq; in possessioné bonorum illius, ex beneficio. d. l. fi. quod ei indubitanter competit, ex cõi omnium Doct. assertione iã relata per Bellon. conf. 19. sub nu. 14. & seq. Cõis opin.

2 Sed substitutus ipse volens, determinãsq; contra institutum mitti in possessioné ex remedio d. l. fi. C. de edict. Diui Adria. tol. minimè sufficeret ipsum ostẽdere testamentũ nõ aboletũ, nec uitiatũ: uerùm necessariò deberet etiam plenè probare, institutum penitus exclusum extitisse, putà repudiatione, uel aliqua impotentia. secundùm explanationem, declarationemq; uerissimam Bar. in d. l. fi. in §. 1. colũ. 4. quę communis facilè discernitur ex scriptis per Doct. inibi, & ita consuluit Bero. consil. 57. Concludo in casu mihi proposito, num. 21. uol. 2. Cõis opin.

3 Cæterùm isthęc cõis declaratur utiliter ad praxim, quòd hęc probatio per substitutũ uenięte aduersatiuè cõtra institutũ, deberet illicò, & incõtinenti fieri, alioquin nõ audiretur ullo modo. tex. est in l. 1. C. de edict. Diui Adrian. toll. & ita consulendo explanat, explicatque Bero. in pręcitato cons. 57. numero 21. in fine.

4 Est benè uerum, quòd substitutus hęredi sub conditione, si decesserit hęres sine liberis, non debet, nec tenetur ullo modo probare, quòd hęres ipse decesserit absque liberis, uerùm sufficit allegare, nisi contrarium probetur per aduersarium, idest existentia liberorũ. ita Bar. Ang. Iacob. de Aren. Alb. Raph. Com. Imol. Ripa, col. penul. & alij omnes per tex. ibi, in l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebel. Pau. Cast. conf. 387. num. 4. uol. 1. & Alex. consil. 37. Viso themate de quo supra, uolu. 1. ubi ab hac opinione, tanquàm sacrosancta, admonet non esse recedendum in iudicando, & cõsulendo, cui innititur etiam Dec. conf. 578. Viso consilio clarissimi Doctoris Domini Ioannis de Mota, in princ. ubi ad lucem adducit istam esse communem opinionem: & Francis. Herculan. etiam cum aliis aggregatis per eum, in tract. quis teneatur probare negatiuam, num. 98. in 3. limit. & magis uetam, magisque communem attestatur denique Alciat. in tract. de præsump. in reg. 1. præsumpt. 49. Cõis opin.

5 Imò substitutus ipse posset indubitanter capere fideicommissum, si in substitutione appositum foret uerbum liberè. secundùm Bar. in l. precibus, co'. pen. uet. Vel quid si dixit. C. de impub. & aliis subst.

6 Quoniam regulariter fideicommissarius non potest propria authoritate ingredi possessioné. ita Card. Put. decis. 3. in tit. de testa. cùm illam capiat de manu hæredis. l. inter omnes, & ibi Paul. Castrens. & alij omnes. ff. qui satisd. cogan. & l. quod per manus. ff. de iure codicil. aliàs fideicommissarius ipse accipiẽs fideicommissum propria authoritate, caderet à iure suo, sicut legatarius. l. 1. & ibi Doct. C. quo. leg. & in l. non dubiũ. C. de leg.

¶ Sed fideicommissarius capere bonorum possessionem facilè posset, authoritate propria, de licentia testatoris, & consequenter cùm ei testator in testamento hoc permisisset, atque concessisset. l. Titia cum testamento. §. 1. ff. de leg. 2. Bal. cons. 432. uolu. 1. Raph. Cuman. cons. 61. in fin. & Dec. consilio 424. num. 15.

## SVMMARIVM.

1 *FILII in conditione positi non censentur ex testamento uocati ad fideicõmissum, secundùm unam communem opinionem: licèt altera sententia cõtraria, similiter communis sit, quòd positi in conditione uideantur uocati, & in consequentiam honorati. & sub num. 3.*

2 *Substitutio illa, in qua instituo filium, & si quandocunque sine filijs decesserit, substituo Sempronium; & si filij eius sine filiis decesserint, eundem Sempronium substituo, operatur ut filij filiorum instituti non sint, sed in conditione tantùm positi.*

3 *Filij positi non solùm in conditione, sed grauati etiam, minimè censentur uocati, secundùm unam communem opinionem: licèt alia sententia contraria similiter communis sit, quòd positi in conditione, & simul grauati, uocati censeantur.*

4 *Filij in conditione positi in uiginti octo casibus uidentur uocati, remissiuè.*

5 *Filij positi in conditione licet non censeantur aliter uocati: tamen fauore ipsorum filiorum ponitur conditio si sine liberis &c,*

 6 *Filij*

6 *Filij institutorum in conditione positi uidentur esse in dispositione, ubicunque extiterint uocati tacitè, uel expressè.*

7 *Filij in conditione fideicommissi positi, non censentur uocati ad fideicommissum, nisi ex multis coniecturis, uel ex uerbis appareat testamenti id uoluisse testatorem.*

## OPINIO DCCCLXII.

1 *Substitutio.* FILII positi in conditione non censentur aliter ex testamento vocati ad fideicõmissum. ita Gloss. in l. Lucius, *la* 2. ff. de hęred. instit. cuius opinio syncerè quidem recepta *Cõis opin.* commun ter extat ab omnibus iuris interpretibus. attestante Aret. in tract. de testam. in Glo. Et si decesserit sine liberis, Capra consil. 20. num. 23. Ruin. consil. 128. uol. 1. & consilio 177. nu. 12. vol. 2. Ias. in l. pecuniam, col. 2. ff. si cer. pet. & cons. 4. num. 5. uol. 2. Zuccar. in l. 1. num. 58. C. de pact. Paris. consil. 77. numero 6. uol. 2. Menoch. cons. 95. sub num. 21. & seq. Francis. Marzar. in tract. materiæ fideicõmissariæ, in 2. par. q. 20. fol. par. 19. Cephal. cõs. 252. n. 1. uol. 2. Bursat. cõs. 52. n. 23. Cels. Hug. cõs. 5. n. 7. Rol. cõs. 51. n. 5. vol. 3. & cõs. 34. n. 55. uol. 4. Rub. cõs. 120. n. 3. & Capra cõs. 2. n. 23. Et hanc receptiorẽ esse, & iudicãdo, & cõsulẽdo sequendã, quicqd in pũcto iuris dixerit, testatur Excellentissimus I. C. & Nobilissimus Dominus Iosephus de Rusticis de Aquila, in suo aureo tract. An & quando liberi positi in conditione uocentur. in 2. par. 3. cap. 1. par. princ.

2 Cuius communis congruum, commodumq; tradũt exemplum ferè omnes Doct. memorati, in illa substitutione vulgatissima, atq; frequentissima: Filium meum instituo, & quandocunq; absque filiis decesserit, substituo Gregorium: & si filij eius similiter absque liberis decesserint, eundem Gregorium substituo. hoc inquam casu, filij filiorum nullatenus instituti sunt, sed in conditione tantùm positi; vndè tanquàm à non honoratis, fideicommissum, quod est grauamen, relinqui non potuit. l. ab eo. C. de fideic.

3 Imò isthęc communis est adeò uera, vt amplificari facilè possit, quòd non solùm ubicunque filij forent in conditione positi, sed etiam grauati, minimè censerentur vocati. secundùm Alexã. & Ias. qui aiunt istam esse *Cõis opin.* communem opinionem in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. substit. & Soc. Iun. quoque consilio 118. num. 22. volum. 1. & consil. 176. numero 20. volum. 2. licèt Bursat. in dicto consilio 52. numero 22. contrariam sententiam, videlicet positos in conditione, & simul grauatos, vocatos censeri, commemorat non obscurè magis communem fore: & illam *Cõis opin.* etiam canonizatam à Doctoribus Perusinis reperiri, admonet Barthol. Soc. in l. cùm filius familiâs. ff. de leg. 1.

¶ In contrariam uerò partem, redeundo ad institutum nostrum, uidelicet, positos in conditione vocatos censeri, & virtualiter, & in consequentiam intelligi honoratos, inclinauit Barbat. in l. cùm acutissimi. C. de fideicom. & consilio 27. uolum. 1. Cassane. consilio 14. & consilio 67. Caputaquens. decis. 99. libro 2. Card. Put. decis. 215. libro 3. & Socin. Iun. cum aliis cateruatim relatis per eum, consilio 4. numero 7. & consilio 119. numero 25. volum. 1. & consilio 158. & consilio 174 volum. 2. & consilio 110. num. 20. uolum. 3. in quibus quidem locis ad lucem adducit istam esse ueriorem, & simul etiam crebriorem opinionem. *Cõis opin.*

4 Cæterùm retenta prima opinione Glos. in d. l. Lucius, tanquàm communissima, atque sacrosanctissima, attestante Iacob. Mandel. Albens. consilio 87. Dicebam superioribus diebus, numero 10. Natta consilio 551. Quoniam super pręcedenti controuersia, sub numero 8. cum aliis seq. uol. 3. & D. Sfortia Oddo pleniori manu, in tract. compendiosę substitutionis, partic. 5. conclus. 3. fol. 168. cum aliis sequentibus; ea limitatur vtiliter in uiginti octo casibus per Ant. Gabriel. lib. 4. conclus. 4. in tit. de fideicom. & per Zanch. in l. hęredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. numero 704. cum aliis seq. & in sex aliis casibus limitatur quoque per Francisc. Marzar. consilio 1. in quæst. incip. In alia quęstione proposita super fideicommisso ex testamento, folio 13. & sequen. & per Cephal. consil. 251. Quoniam in hac causa, numero 73. cum aliis sequen. uol. 2. & per Iacob. Mandell. Albens. in dicto consilio 87. sub numero 10. cum aliis sequẽ. & per Nattam in d. consil. 551. sub numero 8. cum cæteris seq.

5 Et quanquàm liberi in conditione positi non censeantur aliter inuitati: tamen compertum est, quòd fauore filiorum ponitur cõditio si sine liberis &c. & ideò dicit tex. in d. l. Lucius circa fin. quòd prudens consilium testantis animaduertitur in eo, quòd non fratrem solùm hęredem prętulit substitutis, sed etiam eius liberos.

6 Vndè isthæc cõis, quòd filij institutorum positi in conditione nõ cẽseantur regulariter esse in dispositione, choarctatur, interpretaturque meritò, ubicunque tales filij vocati apparerent tacitè, uel expressè. ut firmaueré per textum in d. l. Lucius, Bartol. in l. secunda. §. uidenduni. ad Senatusconsul. Tertull. Alex. cons. 185. uolum. 2. & Corn. consilio 146. uol. 2.

7 Ita·

7 Itaque filij positi in conditione fideicom misi, censentur ad fideicommissum ipsum vocati, concurrentibus aliquibus coniecturis, uel apparente ex testamenti uerbis, id uo luisse testatorem. ita Card. Put. decis. 21. lib. 3. & August. decis. 8. lib. 1. & decis. 339. 348. & 440. lib. 3. & Ant. Gabriel. eum aliis congestus per eum in d. conclus. 4. in 5. & 6. limit.

*SVMMARIVM.*

1 *SVBSTITVTIO extenditur de persona ad personam ex comiecturata mente testatoris.*

2 *Extensio fit de persona ad personam, absurdi euitandi causa.*

3 *Extensio de persona ad personam non fit vbi absurditas sequeretur.*

4 *Absurditas est euitanda.*

5 *Absurditas euitatur etiam in statutis.*

6 *Substitutio non est trahenda de casu ad casum non expressum.*

7 *Extensio difficilius fit de persona ad personam, quã de casu ad casum.*

8 *Substitutio uulgaris in unum casum extenditur ad omnes alios casus similes, & traditur exemplum, cum septem limitationibus.*

9 *Substitutionis extensio non fit de persona ad personam, quãdo uariatur psona eius, cui fit substitutio.*

## OPINIO DCCCLXIII.

1 SVBSTITVTIO extendi potest de persona ad personam ex coniectyrata voluntate testatoris. ita C apra conf. 23. in 1. dubio, Ias. in l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posthum. & conf. 148. colũ. 3. uol. 1. Ang. Cror. num. 27. & Garzias, num. 86. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liber. & posth. Pau. Cast. conf. 343. vol. 1. Corn. conf. 146. Curt. Iun. cõsil. 121. col. 7. Cassan. conf. 67. nu. 46. & Paris. conf. 50. sub nu. 60. uol. 3. vbi in mediũ exposuit istam esse æquiorem, ueriorem, crebrioréq; sententiã, & in conf. etiã 66. n. 66. & 68. eod. uol. Grauet. cõs. 155. n. 7. & seq. vol. 1. & conf. 226. n. 16. uol. 2. & Grat. conf. 5. uol. 2. Cõis opin.

2 Sed isthæc communis absq; scrupulo aliquo procederet, cessante absurditate, eo nem pe casu fit extensio hæc, ne absurditas sequatur. secundũ Ruin. cõs. 168. nu. 19. & seq. uol. 3. & Alexan. in l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius vocan.

3 Verùm concurrente absurditate, ve! vbicunq; absurditas ipsa sequeretur, tunc enim nullo modo fieret extensio de persona ad personam. ita Soc. conf. 76. col. 4. vol. 3. Alex. in l. eùm proponas. C. de hæred. instit. & in l. Centurio, col. 32. ff. de vulg. & pup. substit. Bart. Pau. Cast. Imol Alexã. Soc. q. 2. & cæteri omnes vniuersaliter in l. cùm proponas. C. de hæred. inst. & Ruin. conf. 154. nu. 2. vol. 2. Cõis opin.

4 Nam absurditas re ipsa euitanda esset. Cle. 2. de magi. e. Genesi, de elect. e. quemadmodum, de priui. & c. ex ore, de iud. & Ange. conf. 126. asserẽs ibi, absurditatem, ac iniquitatem penitus & omninò euitandam esse. & hoc idem firmat Signor. de Homod. conf. 61. & conf. 68. in fin. concludens in ipsis locis, in tellectum, seu extensionem nunquàm trahi ad ea, ex quibus absurdum sequi posit.

5 Imò ipsa absurditas non solùm euitanda esset meritò quidem in substitutionibus, sed etiam in statutis. ita Signor. de Homod. consilio 265. Raph. Fulg. conf. 220. colũ. fi. & Paris. conf. 8. nu. 40 & conf. 111. nu. 35. uol. 1.

¶ Et quemadmodum substitutio extenditur de persona ad personam ex præsumpta mente testatoris: ita dispositio testatoris facta in uno casu, porrigitur quoque ad alium casum ex tacita, uerisimilique ipsius testatoris mente. secundùm Bar. & alios in l. Lucius. §. Titius, per illum textum. ff. de lib. & posth. & in l. fi. C. de instit. & substit.

6 Et denique aduertendum est, quòd sicuti extensio regulariter fieri non solet in substitutione de persona ad personam. vt uoluit Cuma. in l. commodissimè. ff. de lib. & posth. & amplè Tiraq. in l. si unquam, in uerbo Libertis, sub num. 23.

¶ Et præsertim extensio hæc non fieret, vbicunque ex testamento, aliisque dispositionibus nullatenus colligeretur uoluntas testatoris, & sic idem testatorem ipsum fuisse dispositurum. ita Bald. in l. 1. C. de his, qui ante a per. tab. Dec. consi. 89. col. pen. & conf. 287. num. 8. Alex. conf. 139. colum. 2. uol. 2. Curt. consilio 25. colum. pen. Corn. consilio 298. col. pen. uol. 3. Soc. conf. 76. nu. 7. uol. 3. Rip. in l. 1. num. 93. ff. de vulg. & pupill. substit. & Paris. conf. 73. col. pen. vol. 3. Ita pariformiter substitutio minimè esset trahenda de casu ad casum. ita Io. And. in add. Spec. in ti. de testa. §. 1. Oldrad. cõs. 21. Soc conf. 62. col. 3. & cõs. seq. nu. 14. vol. 3. Lancel. Galiaul. in l. Centurio, col. 66. ff. de vulg. & pup. subst. Grauet. cõsil. 161. uu. 16. uol. 1. Gozad. conf. 21. nu. 8. Rubeus. conf. 28. nu. 1. & Soc. Iun. conf. 176. numero 8. vol. 2.

¶ Et præsertim substitutio in uno casu cõcepta non extenditur ad alium casum, vbicunque ea extensione mediante sequeretur absurdum, quòd magis dilectus fieret deterioris conditionis, quàm minus dilectus. ita Fulgos. conf. 13. & Ruin. conf. 14 r. col. 1. & seq. uol. 3.

¶ Quæ quidem absurditas de iure euitari penitus debet. l. si uiua matre. C. de

bonis maternis, & l. Publius. §. fina'i.ff. de condit.& demonstrat. & Ruin. consil. 43. num.7.uolum.3. & consil. 150. numero 11. & 8.uolum.2.

7 Est tamen benè verum, quòd extensio difficilius fieri solet de persona ad personam, quàm de casu ad casum. secundùm Aret. in l.Gallus.§.& quid si tantùm, colum. 3.& Deci.consilio 211.colū.3.& consilio 318. colū. 3. & consil.314.colum.2.

8 Quoniam substitutio vulgaris concepta verbis singularibus in unum casum, regulariter ad alium casum trahitur, atque extenditur; vt si quis Gregorium instituat, & si Gregorius ipse hæres esse noluerit, substituat Augustinum: erit tunc procul dubio substitutioni locus, si Gregorius morte, seu quocunque alio impedimento hæres esse nequiuerit. ita Bart.numero 14.Franc.de Are. col.5.Soc.colum.3.Ias.colum.4.Ripa nu.89. & alij uniuersaliter in l.1.ff.de vulg,& pupill. substit.per l.Gallus.§.& quid si tantùm.ff.de liber.& posthum.Paul. Castrens. consilio 86. Dubitatio uertitur de bonis dicti quondam Francisci.sub num.1.& seq.uol.1.Polit.in tractatu subst.in tit.de uulg. & Guliel.Benedic. in c.Raynutius,in uer. Absque liberis,numero 25.de testam.ubi planum facit istam esse communem opinionem,& Zasi.in tract.substitutionum in princ.cap.2.in 1.effectu,uers. Primus igitur effectus est. & D. Sfortia Oddus in tract. compendiosę substitutionis, in prelud.2.partic.quæst.3.uers.Si autem testator unum quidem casum expresserit, alium uerò tacuerit.fol.10,ubi eam limitat utiliter quidem in septem casibus.

*Cōis opin.*

9 Imò extensio substitutionis de persona ad personam nunquam fit, quando uarietur persona eius,cui fit ipsa substitutio.ut post alios aggregatos per eum,firmat Rip.in d.l.1. numero 91. ff. de uulgar. & pupillari substitutione.

## SVMMARIVM.

1 *SVBSTITVTIO pupillaris expressa excludit matrem, & alios ascendentes prçteritos ex latere matris, quos filius prçterire non posset, ab integra filij successione, & à legitima: ex quo pater pupillo suo potest extraneum pupillariter substituere, nulla etiam facta mentione matris, et aliorum ascendentium.*

2 *Substitutio pupillaris expressa ea est, quę fit verbis expresssis: vt puta si diceret testator, filium meum impuberem hæredem instituo, & si hęres erit, & decesserit in pupillari ætate substituo talem. vel si sic assereret, & si hęres non erit &c.*

3 *Substitutio pupillaris expressa excludit matrem, etiam à legitima, siue fiat per uerba directa, siue per uerba communia.*

4 *Substitutio pupillaris expressa excludit matrem, non solùm ab integra filij successione, sed etiam à legitima, etiam in foro animę, & conscientię.*

5 *Mater exclusa à successione, & legitima filij per substitutionem pupillarem expressam, si pauper sit, potest petere tunc alimenta à substituto.*

6 *Mater excluditur per expressam pupillarem à legitima filij, etiam si filius haberet bona aliundè quęsita, quàm à patre.*

7 *Mater per pupillarem substitutionem simpliciter factam, á luctuosa filij hęreditate, & à legitima non excluditur.*

8 *Mater vt excludatur à filij hęreditate in pupillari ętate morientis per substitutionem pupillarem, requiritur vt ea facta sit in specie, & in sua forma.*

9 *Substitutio pupillaris tacita non excludit matrem ab hęreditate, & legitima filij.*

10 *Substitutio pupillaris, omninò tacita, ea est, quę continetur in vulgari expressa, & non habet formam pupillaris substitutionis, sed sub eius uerbis includitur.*

11 *Substitutio pupillaris tacita matrem excludit, ea repudiante, & succedit tunc substitutus, & non legitimi.*

12 *Substitutio pupillaris tacita licèt non admittatur contra matrem ex tacita mente defuncti, tamen admittitur si causa pia fuerit tunc substituta.*

13 *Substitutio pupillaris ualet, octo concurrentibus distinctè, & apertè positis.*

14 *Substitutio pupillaris facta de extraneo in testamento minus solemni non est ualida.*

15 *Substitutio pupillaris non valet in testamento non solemni, nisi alter ex filijs sit substitutus.*

16 *Substitutus, & sic probata morte eius, cui facta est substitutio pupillaris, pręsumitur mortuus in pupillari ętate.*

17 *Pater filijs in sua potestate constitutis pupillariter substituere potest.*

18 *Pater hęreticus non potest pupillariter substituere filijs suis.*

19 *Pater Iudęus filiis suis pupillariter substituere non ualet.*

20 *Pater turpis persona filijs suis pupillariter substituere non potest.*

21 *Substitutio pupillaris facta à patre de turpi persona, cui non est concessa administratio bonorum, non tenet.*

22 *Mater suis filiis non potest pupillariter substituere.*

23 *Mater non habet filios in potestate.*

24 *Statutum disponens, quòd mater habeat filios in potestate, uigore ipsius statuti potest pupillariter substituere filijs post mortem mariti, non autem eo uiuente.*


25 Sub-

25 *Substitutus pupillariter filio impuberi, etiam in legitima pupilli grauari potest per fideicommissum, dummodò ipse pupillus obierit in pupillari ætate.*

26 *Substitutus pupillariter censetur grauare hęredem, & substitutum, vt totam hęreditatem patris, & filij restituant.*

27 *Fideicommissum simpliciter relictum, in dubio uidetur iniunctum filio, non autem eius hæredi. & ponitur vtilitas.*

## OPINIO DCCCLXIV.



1 SVBSTITVTIO pupillaris expressa non solùm excludit matrem ab integra filij successione, & hęreditate, uerùm etiam à legitima portione: & consequenter pupillaris ipsa expressa absque scrupulo aliquo excludit matrem, aliosque ascendentes prateritos, ques ipse filius præterire nequiret. pater enim pupillo suo potest extraneum pupillariter substituere, nulla etiā facta mentione matris, aliorūq; ascendentiū ex latere matris: adeò q substitutus oīa bona vndecūq; quęsita ex substitutione cōsequeret, illis exclusis, etiā respectu legitimę. vt apertissimè probatur in l. precibus, in uer. Si uero. C. de imp. & aliis subst. quodq; confirmatur etiā ex generalitate tex. in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoff. testa. cuius etiā decisio reperitur canonizata in c. si pater, de testa. in 6. in quibus quidē locis ratio assignatur euidens. Et licèt nō nulli ex Scribentibus in iure in contrariā iuerint sententiā: nihilominus tamen frequētiori voto isthęc opinio recepta apertissimè dignoscitur, prout de cōmuni testatur Soc. Sen. in l. 2. nu. 21. ff. de uulg. & pup. subst. & ibi Ripa, nu. 44. & fuit de intentione Bar. inibi in 2. effectu, quē sequutus est cōsulendo Paul. Castrens. cons. 18. nu. 1. & 3. uol. 2. Paris. cons. 16. Circa præsentem consultationem, nu. 53. & seq. vol. 2. & cons. 59. Certissimum est, numero 3. & seq. eod. uol. Dec. in d. l. precibus, n. 9. Cagnol. nu. 95. & Curt. Iun. nu. 12. & Matthe sil. sing. 163. *Cōis opin.*

2 Et pupillaris ipsa expressa (ne ignorentur termini pręsentis speculationis) ea est, quę fit verbis expressis, hoc est illis, quibus pupillaris substitutio fieri solet, de quibus in l. 1. ff. de vulg. & pup. subst. & in §. 1. instit. eod. tit. putā dicendo, filiū meum impuberē hæredē instituo: & si hęres erit, & decesserit in pupillari ætate, substituo talem. uel sic dicendo, & si hęres non erit &c.

3 Imò cōis isthęc ita retenta, tanquā uerissima, meritò ampliatur quoq; secundū Aug. Are. inst. de pup. subst. in prin. n. 23. & Dec. in d. l. precibus, post nu. 9. ver. Et ista conclusio, siue fiat ipsa substitutio per uerba directa, siue per uerba communia.

4 Cæterùm præsens communis ita illustrata limitatur primò per Archidiaconum in d. c. si pater, vt ea nimirùm procedat iure fori, non autem iure poli, sic restringendo d. c. si pater. cui accedit Coru. & Dec. num. 10. in d. l. precibus. Sed quicquid sit, cōtraria opinio verior est, atq; receptior. vt per Couarr. in c. cū esses, sub nu. 11. & in c. Raynutius. §. 5. n. 6. de testam. per Cagnol. in d. l. precibus, nu. 96. & per Soc. Iun. in l. moribus, nu. 94. ff. de vul. & pup. subst. ubi uariis, diuersisq; cōpluribus modis, atq; motiuis Archidiacono satisfacit. & sic deniq; hęc limitatio falsissima dignoscitur; uerū eā extollit, licèt non firmet Soc Sen. in d. l. 2. nu. 21. in fi. ff. de vul. & pup. subst. Et consequenter opinio cōis prememorata procedit etiā in foro animę, & conscientię. teste Couarru. amplissimè in d. c. cū esses, sub numero. 11. & in d. c. Raynutius, §. 5. sub numero 6.

5 Bene tamen uerū est, quòd si mater ipsa inops, & pauper extaret, posset utiq; absque dubio aliquo petere alimenta à substituto. secundū Zasi. in tract. substitutionū, in titu. de pup. subst. nu. 22. & Ripā in d. l. 2. nu. 45.

6 Secundò posset similiter limitari eadem cōis, quòd mater non excludatur per expressam pupillarem, quādo filius haberet bona aliunde quęsita, quā à patre, uel eius intuitu: nam tūc mater posset admitti ad petendā legitimā in illis bonis, & si secus fieret, impium foret. ita Lācel. Polit. in trac. de subst. in rub. de pupillari, in 3. q. col. 3. referens ibi, se in pura conscientia consuluisse. Sed cæca est hæc opinio, & penitus inutilis: & licèt ea primo aspectu ęquissima uideatur: tamē à ueritate omninò in maximam fallaciam, atque insaniam labitur. vt detegit Soc. Iun. in d. l. moribus, numero 95. Imò eadem opinio tanquàm falsissima communi omnium Scribentium voto reiicitur. attestante Couarruuias, in d. c. cùm esses, numero 11. in fine. Nam eo dato, diceretur pupillus pro parte testatus, contra regulam. l. ius nostrum. ff. de regulis iuris. *Cōis opin.*

7 Tertiò minimè procedit etiā antesignata communis, vt mater ipsa regulariter, atque simpliciter à luctuosa filij hæreditate minimè per substitutionem pupillarem excludatur. ita Cephal. cum aliis aggregatis per eum consil. 524. Casus iste satis est frequens, num. 4. vol. 4.

8 Vndè mater vt excludatur per substitutionem pupillarem, à filij hæreditate in pupillari ætate morientis, requiritur necessariò, ut ea facta sit in specie, & in sua forma,

d.l.Papinianus. §.sed nec impuberis. Sed hoc nullatenus procederet, vbicunque pupillaris substitutio non foret formaliter, & specialiter facta, nerùm sub compẽdiosa generaliter contenta. per ea, quæ tradit Alex. in l. prætor ait, num. 3. ff. de oper. nou. nunciat. & Cephal. in d. consilio 524. nu. 15.

6 Et sic denique per pupillarem substitutionem tacitam mater non excluditur ab hæreditate, & legitima portione filij. secundùm Iuris interpretes communiter in d.l. 2. ff. de vulg. & pupil. substit. & præsertim ibi Bar. eo lum. penul. Alex. colum. 15. Fran. Aret. Ias. colum. 10. & seq. & Ripam, num. 46. Bar. col. 2. & Bal. col. 3. uers. Circa secundnm quæro, in d. l. precibus. C. de impub. & aliis substit. & D. Sfortiam Oddum in tract. compendiosæ substitutionis, in prælud. quæst. 7. colum. 1. uer. Et primò videamus de matre, ubi hoc limitat in quatuor casibus. Cõis opin.

10 Itaque aduerte, ne erres, quòd pupillaris omninò tacita ea dicitur, quæ continetur in vulgari expressa. iuxta l. nam hoc iure. ff. de vulg. & pup. subst. & l. quamuis. C. de impub. & aliis substit. cum l. fin. C. de instit. & substit. nã uerbis nullo modo dicitur expressa, quia nec generaliter, nec specialiter, nec singulariter cõtineri dicitur, sed præsumitur, vel à lege fingitur. vt in d. l. nam hoc iure. & de hoc mirandum non est; quoniam tacita pupillaris antedicta non habet formam pupillaris substitutionis, sed sub eius uerbis includitur. vt cùm dicitur Domitium filium pupillum, meum hæredem mihi instituo, & si ipse mihi hæres non fuerit, Fabius sit hæres. & hæc ex expressis indubitanter vulgaris est, ex tacitis uerò est pupillaris. vndè siue sit Domitius ipse hæres, siue non in ætate pupillari decesserit, hæreditas directo iure peruenit ad Fabiũ. sed ex vulgari succedit solummodò in bonis testatoris: ex pupillari uerò succedit in bonis testatoris, & pupilli, ex iuribus allegatis.

11 Limitaturque etiam quintò, quòd licèt tacita pupillaris matrem non excludat: tamẽ ea repudiante, succederet substitutus, & non legitimi. ita Bar. in l. Centurio, colum. 2. uer. Ex hoc sequitur magna utilitas. ff. de vulg. & pupil. substit. & Bal. in l. fi. colum. 1. uers. Tertiò est multum notandum. C. de institu. & substitutionibus.

12 Sextò choarctatur quoque, quòd quamuis pupillaris tacita non admittatur contra matrem ex tacita mente defuncti, tamen admittitur quidem si causa pia fuerit substituta. ita Ang. in d. l. precibus, colum. 2. uers. Idẽ credo si pauperes Christi, & ibi etiam Paul. Castrens. & Dec. cons. 182.

13 Et hinc aduerte, quòd pupillaris ipsa substitutio valet, & tenet octo concurrentibus. Primò, quòd ea fiat liberis. Secundò, quòd fiat impuberi. Tertiò, quòd isti filij pupilli sint in potestate testatoris. Quartò, quòd pupillus sui iuris morte testatoris efficiatur, atque euadat. Quintò, quòd non desinat esse in potestate ante mortem testatoris: & sic sufficit, quòd sit in potestate tempore mortis testatoris, etiam quòd non reperiatur in potestate tempore testamenti. vt voluit Glos. Bartol. Alex. & cæteri omnes, & Ripa num. 25. in d.l. 2. ubi planum facit istam esse communẽ opinionem. Sextò, quòd fiat testamentum. Septimò, quòd impubes instituatur, vel exhæredetur. Octauò, quòd hæreditas adeatur. secundùm Bar. colum. 1. Fran. Aret. post medium, & alios omnes tam Antiquos, quàm Moder. in d l. 2. ff de vulg. & pupil. substit. Bero. in d. c. Raynutius, num. 433. cum aliis seq. & D. Sfortiam Oddum in d. tract. compendiosæ substitutionis, in prælud. partic. 3. quæstio. 4. fol. 18. Cõis opin.

14 Imò aduerte etiam, quòd substitutio pupillaris facta de extraneo in testamento minus solenni non est ualida modo aliquo. teste Card. Put. decis. 167. lib. 2.

15 Et sic substitutio pupillaris non valet in testamento non solenni, nisi alter ex filiis sit substitutus. vt concedit Bar. in d.l. 2. colũ. 4. uers. Quæro quid si testamentum, & ibi Alex. colum. 11. vers. Sextò requiritur, & Paul. Castrens. cons. 351.

16 Nec non animaduertendum est, quòd probata morte eius, cui facta est substitutio pupillaris, præsumitur mortuus in pupillari ætate. ita affabrè quidem Card. Put. decisione 490. lib. 2. ideò quilibet prętendens pupillum mortuum non fore in pupillari ętate, sed ea transacta, & sic locum non esse substitutioni pupillari, tanquàm prudens deberet necessariò hoc articulare, atque probare, ad excludendum substitutum, ne succedere posset, probata solummodò per eum in genere ipsius pupilli morte.

17 Et quanquàm pater filiis in sua potestate constitutis pupillariter substituere queat. d.l. 2. vbi Glos. Bar. & alij omnes vniuersaliter. ff. de vulg & pupill. substit. & Paris. cons. 85. Olim ser Candidus, num. 60. cum cęteris seq. vbi reddit rationem.

18 Tamen hoc nullatenus procedit in patre hęretico. c. 2. §. fin. de hæret. in 6.

19 Nec in Iudæo. teste Zasio, in tractatu de Iudæis.

20 Nec vbicunque pater foret turpis persona. tunc enim pupillariter filio substituere nequiret modo aliquo. secundùm Bar. in d.l. 2. & in l. sed si vnius. §. filiofamilias. ff. de iniur.

21 Neque etiam substitutio ipsa pupillaris facta à patre de turpi persona, cui non foret concessa administratio bonorum, ualeret ullo pacto. vt voluit Bar. in d.l. 2. colum. 5. uers. Dixit

Dixit tamen pro ueritate, & in l. cùm oportet.§.non autem.C.de bon.quę lib.& Alexã. in dicta l.2.

22 Nec mater denique potest filiis suis pupillariter substituere modo aliquo.l.si mater, & ibi Doct.ff.de vulg.& pupil.& §. cæteri,in fin.instit. de hęred.qual.& diff.Bart.in l. uerbis ciuilibus. ff.de vulg.& pupil.substit.& in l. 2.eod.tit.& Ang.in 3.notab.Bellen.num. 9.& alij omnes in princ.instit. de vulg.& pupil.subst.& Ripa in d.l.2.num.13.ff.eodem titulo vbi prorumpit istam esse communem opinionem. Cõis opin.

23 Et ratio palpabilis ea est, quoniam mater ipsa non habet filios in potestate.l.illud. §.ad testamenta fœminarum.ff.de bon.poss.cõtra tab.§.fin.instit.de exhęred.lib.& §.fœminę.instit.de adop.

24 Cæterùm isthęc communis ita illustrata claudicat re ipsa non sortiri alitei locum, vbi cunque in loco uigeret statutum, ut mater filios in potestate habere posset,tunc enim illa pupillariter absque dubio substituere filiis suis naleret, ex dispositione ipsius statuti. vt concedit apertissimè D. Sfortia Oddus in d. tract.compendiosę substitutionis,in prælud. 3.par.quęst.4.uers.Limitatur autem, vt non procedat in matre,fol.18.Alex.Soc.& Ripa, sub numero 13.& seq.in d.l. 2. vbi post Alex. hanc sententiam explanat,interpretaturque prudenter quidem procedere mortuo eius marito,& non aliter,nec alio modo.

25 Sed ut apertè intelligas omnia spectantia ad pręsentem materiam, illaque degustare queas ad saturitatem usque, opere pretiũ est primò proferre testimonium illud tanquã irrefragabile,quo manifestè probatur, quòd substitutus pupillariter filio impuberi,etiam in legitima pupilli per fideicommissum grauari posit. casus est, secundùm Doct. in l. si Titio.§.sicuti,in fin. ff. de leg.1.& ibi per Bar. Imol. & alios omnes, & communiter etiam interpretes omnes in l.ex tribus. C. de inoffi. testam.Bar.Imol.Paul.Castrens.& Alex. in l. 1.ff.de vulg.& pupill.substit.Bal.in l.cùm,virum,colum.2.C.de fideicom.Alex.conf.67. Consideratis his,quæ in primo themate narrantur,num.2.uol.1.& consil. 12. Attentis uerbis testamenti dicti Bartholomæi, numero 32.vol.3.& Ias.in d.l.ex tribus. Et rationem huius communis assignaut Bar.Pau.Castren.& alij in d.l.Titio.§.sicuti. Cõis opin.

¶ Quia talis substitutio potius habet in se prouisionem factam ipsi pupillo,quàm grauamen aliquod.& asserit inibi Paul. Castren. ita aliàs consuluisse Dynum,per d. l. si Titio. §.sicuti. & hæc est,re ipsa, uera & communis opinio.vt ad lucem adducit. consulendo Bero.conf.79.Et si dubia in narratione,sub numero 11.vol.2.& Alexã. in d. consilio 12. & Apostil.ibi,in litera M. licèt & temerè quidẽ eam esse falsam asseueret.quam sanè communem optimè confirmat Paul.Castren. in d.l. ex tribus.quem Alex. ibi,& Moder. sequuntur,vbi ponendo quęstionem in terminis, docuit,quòd substitutus,qui successit impuberi ex pupillari,potuit grauari per fideicommissum etiam in legitima,quæ ipsi impuberi debebatur iure naturæ,dummodò ipse pupillus, & impubes obierit in ipsamet pupillari ætate, vt pupillari substitutioni omninò locus existat. vt pleniori manu explicat Bero. in d.conf.79.sub num.11.col.9. circa mediũ.

26 Secundò opportunè aduertendum est etiam, quòd substituens pupillariter,censetur indubitanter quidem grauare hæredem, & substitutum,vt totam hęreditatem tam ipsius patris, quàm etiam filij restituant. textus est clarus in l.si Titio.§.fin.ff. de leg. 1. & ista est concors, atque communis omnium Iuris interpretum opinio. attestante Ias. ibi, num.15.& seq. Cõis opin.

27 Sed circa hoc oritur non leue nimirùm certamen,& acerrima disputatio inter Doct. num uideatur huiuscemodi fideicommissum iniunctum filio, aut eius hęredi: & in hoc sanè consistit maxima vtilitas:vtpote quia si illud foret iniunctum filio, posset vtique ex eo detrahi legitima per eius hæredem ex filij persona. si uerò foret iniunctum heredi,non posset hęres modo aliquo legitimam detrahere neque ex filij persona: quia ipse non extitit aliter grauatus, neque ex persona propria,ex quo illi non debetur legitima,& consequenter fideicommissum in dubio iniunctum censetur non filio, sed eius hæredibus, & successoribus.ita Bar.in fin.Ioan. de Imol. & Paul.Castren.in l.qui duos,per Cros. ibi.ff. de vulg.& pup.substit. Paul. Castrens. Imol. Cuma.& Ias.in l.ex tribus.C.de inoffi. testa. Io.de Imol.char.12.& Gul. Benedic.in c.Raynutius,in uer.Absq; liberis,n.49.de testa.Fulgos.in l.eam quã. C.de fideic.& Alex.cõf.67. Consideratis his quæ in primo themate narrantur,num.2. uolu. 1. ubi fatetur istam esse communem opinionem, ac etiam conf. 12. Attentis uerbis testamenti dicti Bartholomæi,num.32.vol.3.Bertran.cons.102. Quæritur in facto quòd anno Domini, num.7.& seq.nol.5.Cagnol.in l.precibus,num.226. & seq. C. de impub. & aliis subst.& Apostil. ad Alex.in d.conf.12.in litera M. Cõis opin.

¶ In contrariam verò partem, scilicet, quòd in dubio fideicommissum ipsum simpliciter relictum, censeatur ipsi filio iniunctum,non autem eius hæredi,incliuauit Bar. præter morem suum titubando,in l. cohæredi.§.cùm filię.ff. de vulg. & pupill. substit. & in l. codicillis,in princ. per illum text. ff. de vsufruc.legat.Ripa in l.Centurio,num. 128.

ff.de

ff. de vulg. & pupill. subst. & Apostill. ad Alex. in d. consilio 12. in litera M. Tamen quicquid fabuletur per istos Doct. incassum, non esset in practica modo aliquo recedendum à prima sententia, quæ procul dubio est re ipsa magis veritati cõsentanea, magisque etiã communis, attestante apertissime Bertran. consil. 35. Viso instrumento testamenti, & codicillorum, num. 4. volum. 2. primæ partis, vbi ita consuluit, & Iul. Clar. etiam in 3. lib. sententiarum. §. Testamentum. quęst. 72. versic. Tertius est casus.

Cõis opin.

## SVMMARIVM.

1 *TESTATOR vt potest dicere in suo testamento pro eius firmitate, si testamentum non ualet vt testamentum, valeat vt valere potest: ita etiam per ęquipollens idem esset dicere, volo quòd valeat testamentum iure legitimo.*

2 *Clausula testamentaria si non valet iure testamenti, ualeat iure codicillorum, & rogare uenientes ab intestato, paria sunt.*

3 *Clausula codicillaris operatur, vt relicta in testamento debeantur à uenientibus ab intestato.*

4 *Clausula codicillaris apposita in testamento, operatur etiam in vulgari substitutione, etiam quòd in ea non intelligatur fideicommissaria.*

5 *Substitutio reciproca propter vim clausulæ codicillaris ualet in vim fideicommissariæ.*

6 *Substitutio, vel institutio, quę non ualuit à principio vt directa, ualet vt fideicommissaria.*

7 *Clausula codicillaris in testamento apposita refertur ad omnia quæ in testamento continentur, & operatur vt substitutio, que iure directo ualere non potest, iure codicillorum valeat.*

8 *Clausula posita in testamento, in qua testator asserit substituere vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, est maximi momenti, & effectus: quamuis notarij eam apponentes in testamentis, non intelligant suam vim, & virtutem.*

9 *Clausula codicillaris apposita in testamento, censetur apposita de voluntate testatoris, & non de consuetudine notariorum, & presertim vbi unque testamentum extitisset perlectum coram testatore, uel reperiretur testamentum ipsum scriptum manu propria testatoris.*

10 *Testamentum scriptum propria manu testatoris, non autem coram notario, & testibus publicatum, ualet etiam ad pias causas.*

11 *Clausula codicillaris vbicunque apposita in testamento extet, videtur tunc concessa facultas substituto veniendi ex quocunque capite uoluerit.*

12 *Substitutus, omissa substitutione vulgari, potest eligere fideicommissariam.*

13 *Clausula, quod uoluit testator ualere testamentum omni meliori modo quo potest &c. plurimum operatur.*

14 *Clausula, quod voluit testamentum ualere omni meliori modo quo potest &c. operatur plusquàm clausula codicillaris: & operatur etiam effectum istum ac si dicatur, iure institutionis relictum sit filio.*

15 *Clausula omni meliori modo in testamentis apposita, operatur hunc effectum, quòd verbum Relinquo importet institutionem.*

16 *Clausula codicillaris in tribus casibus subintelligitur apposita, licèt non apponatur. Primò si in testamento adsit iuramentum. Secundò in testamento inter liberos. Tertiò vbi instituitur in testamento persona valde dilecta.*

17 *Iuramentum habet vim clausulę codicillaris.*

18 *Iuramentum importat clausulam illam, vt actus ualeat omni meliori modo quo potest.*

19 *Clausula codicillaris, & ardor liciti amoris ęquiparantur.*

20 *Clausula codicillaris semper presumitur apposita in testamento inter liberos, etiam quòd ea in ipso testamento non apponatur: secundùm unam communem opinionem, licèt altera opinio contraria similiter communis sit.*

21 *Clausula codicillaris sortitur effectum suum, etiã testamento existente nullo ex posthumi præteritione, tam scienter, quàm ignoranter emanata: secundùm unam communem opinionem, licèt altera sententia contraria similiter communis appareat, quòd preterito posthumo scienter, uel ignoranter, testamentum ipsum penitus rumpatur.*

22 *Clausula codicillaris locum non habet ubi deficit voluntas.*

23 *Codicillaris clausula in testamento fratris apposita, continente institutionem turpis personę, nihil operatur: secundùm vnam communem opinionem, quamuis altera sententia contraria, similiter communis sit, quòd hęc clausula operetur effectum suum in testamento á fratre, uel sorore querela inofficiosi impugnato propter turpem personam in eo institutam.*

## OPINIO DCCCLXV.

1 TESTATOR quemadmodum potest asserere in suo testamento pro eius validitate, si testamentum non ualet vt testamentum, ualeat vt ualere potest. l. 1. ff. de iure codicill. ita pariformiter per ęquipollens idẽ esset dicere, & asseuerare per eundem testatorem, uolo quòd ualeat testamẽtum ipsum iure legitimo. l. codicillis §. fin. ff. de leg. 2. Substitutio.

2 Imò paria forent rogare uenientes ab intestato, seu dicere, si non ualet iure testamenti, iure codicillorum ualeat. secundùm Glos. & Doct. in l. si iure. C. de testam. manumis. & Guid. Pap. decis. 323.

¶ Ex

¶ Ex quo clausula codicillaris in testamẽto apposita tantum significat, quantum dicendo, si legata non debentur ex testamento, debeantur ab intestato. teste Bar. in l. quia autem, in 3. notab. ff. si quis omissa causa testamenti ab intestato, uel alio modo possideat hæreditatem, & in l. 1. colum. 1. eod. tit. & Bal. in rub. colum. 2. C. si omissa sit causa testamenti.

3 Nec non clausula ipsa codicillaris, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, apposita in testamento inualido, facit venientes ab intestato uideri grauatos de restituendo hæredi scripto, & pariter deberi legata ab eisdem venientibus ab intestato. l. ex ea. §. 1. & ibi Glos. Bar. Paul. Castrens. & Aret. ff. de testam. Oldr. consil. 138 Bar. Bald. in vltima quęst. & alij omnes in auth. ex causa. C. de libe. præter. Paul. Castrens. in l. 1. in fin. C. de posth. hæred. instit. Alexã. in l. certi. C. de testam. mil. consilio 16. volum. 1. & cons. 42. colum. fin. uol. 2. Ruin. consil. 83. colum. 3. uolu. 3. Ias. consilio 104. colum. penult. uolu. 4. Dec. consil. 228. colum. 1. cons. 242. colum. 1. consil. 369. col. fin. consil. 431. colum. fin. & consil. 504. colum. 2. Paris. cons. 26. Ex tenore testamenti. num. 49. consil. 50. Testamentum vt dicitur conditum. cons. 61. Licèt aliàs numero 19 & cons. 64. Prima facie. num. 13. uolum. 2. & consil. 3. num. 10. uol. 4 Dec. col. 7. & Zuch. num. 102. in l. posthumo. C. de bon. poss. secundùm tabul. & Cagnol. in d. authẽ. ex causa, num. 131. & seq. & 138. vbi planum facit istam esse communem opinionem. Cõis opin.

4 Nam illa clausula codicillaris in testamẽto apposita nihil operatur in vulgari substitutione, in qua non intelligitur fideicommissaria, vt notat, atque subtiliter discurrit Dec. in l. fin. num. 18. C. de edict. diu. Adrian. toll. cuius opinio meritò quidem communiter reprobatur, prout contrarium firmauere Paul. Castrens. Corn. Fulgos. & alij omnes in l. si frater. C. de fideicom. & Rip. cum aliis aggregatis per eum in l. Lucius, num. 44. ff. de vulg. & pup. substit. & Fulgos. & cæteri iuris interpretes in l. leges. C. de collat. Cõis opin.

5 Imò substitutio reciproca propter vim clausulæ codicillaris ualet utique in vim fideicommissariæ. secundùm magis communem opinionem omnium in iure Scribentium. teste Fulgos. Paul. Castrens. & Corn. in l. si fratres. C. de fideicom. & Soc. consil. 6. uolum. 3. & amplè disputat aduersus Decium contrarium asseuerantem, Lancellot. Galliaul. in repet. l. Centurio, num. 256. ff. de vulgar. & pupil. substit. Cõis opin.

6 Vndè vbicunque substitutio, vel institutio, quæ ualere non potuit à principio, nec ualuit, nec valere potuit vt directa, ualet vt fideicommissaria. ita Glos. Bar. Bal. colum. 11. vers. Item ex ista Glos. Ang. Imol. & Ias. numero 19. & seq. in l. uerbis ciuilibus. ff. de vulgar. & pupill. substit. vbi prorumpit etiam istam esse communem opinionem, & format duas conclusiones pro facilitanda pręsenti materia. & huic sententiæ inhęrent quoque Ant. Imol. Guil. Bened. & Bero. in c. Raynutius, de testam. & Paul. Castrens. consil. 59. Et licèt Matthesil. sing. 140. Nota mirabilem doctrinam. inclinet in contrariam partem: tamen contra eum, & sequaces extare communem Scribentium scholam attestatur ibi expreßè Gabriel Sarayna in add. Cõis opin. Cõis opin.

7 Et sic clausula codicillaris apposita in testamento, refertur indubitanter ad omnia quæ in testamento continentur, facitque ac operatur vt substitutio, quæ directò ualere in re non potest, iure nempè codicillorum ualeat. ita Bal. & alij omnes in d. l. uerbis ciuilibus, Anchar. consil. 27. in 2. dub. Soc. cons. 12. vol. 3. Curt. Iun. consil. 48. num. 10. & sequen. & cons. 139. circa fin. Celsus Hugo cons. 20. In præsenti consultatione, sub num. 58. & Grauet. consil. 22. num. 8. volum. 1. vbi nuncupat istam opinionem communem esse: licèt Dec. & malè contrarium asseueret consilio 218. & cons. 248. Cõis opin.

8 Et hinc sciendum est, hodie cessare innumerabiles propè difficultates, caligines, atque nubeculas, in quibus iuris interpretes lõgo studio, & sanguineo sudore se occuparunt pro illis extricandis, propter clausulam illam codicillarem, qua in practica vtuntur in omnibus testamentis, asserentes testatorem substituere vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum: quæ clausula re ipsa reputatur maximi momenti, & effectus. attestante Dilecto de arte testandi, tit. 5. de substitutionibus, cautela 2. num. 2. Ant. Angusola consilio 38. Et si receptior sit sententia num. 12. lib. 6. & Cephal. cons. 134. In pręsenti consultatione, num. 3. uol. 1, quamuis notarij illam in testamentis apponentes, eius vim, substantiam, & uirtutem nullatenus intelligant. vt tradit Bal. & Ias. in l. iam hoc iure. ff. de uulg. & pupil. substit. Soc. cons. 290. quoniam præsens, & Seuer. in l. precibus, colum. 25. conclus. 13. C. de impub. & aliis substit. sunt enim tunc expressa vulgaris, pupillaris, & fideicõmissaria, de quibus dubium non erit.

¶ Et quòd notarius aliquando non intelligat istam clausulam vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, colligitur apertissimè, vbicunq; ea in testamento apponitur, & tamen tunc nullus pupillus extat; & eo nẽpè casu nihil debet operari. attestante Galiaul. in l. Centurio, nu. 418. ff. de vulg. & pup. subst. & Neuizan. cons. 53. Vbi Christus non est fundamentum, sub num. 16.

9 Sed ubicunque simpliciter apposita foret ea-

ret eadem clausula codicillaris in testamento, controuertitur inter Doct.num censeatur inquam apposita de notariorum consuetudine, vel ex testatoris uoluntate? & finaliter, quòd tunc apposita extet ex uoluntate testatoris, voluit apertissimè Bar. in l. 1. ff. de iure codicill. & Illustrissimus Card. Albanus in lucubrat. ibi, num. 8. vbi assignat rationem, Tiraq. in l. si vnquàm, in præfat. num. 132. & 166. C. de reuocan. donat. & Iacob. Philipp. Port. seù potius Ant. Gabriel. cum magna catherua Doct. relata per eum, in conclus. 18.
Cõis opin. libro 4. ub. refert alios contrariæ classis Scribentes, fateturque communem opinionem fore, & explanat eam procedere, vt clausula ipsa codicillaris magis ponatur de consuetudine, quàm de voluntate testatoris, nisi fuerit perlectum testamentum coram eo, & ita firmat etiam Gomes. decis. 88. lib. 1. & Bero. consilio 16. Primum, num. 13. volum. 2. uel nisi etiam testamentum reperiretur scriptũ manu propria testatoris: tunc equidem operaretur absque dubio aliquo effectum suum. vt uoluit consulendo Paris. consilio 60. Prima facie dicendum uidetur, sub numero. 27. & seq. volu. 2.

10 Nam testamentum, propria manu testatoris scriptum, non tamen coram notario, & testibus publicatum, ualet, & tenet etiam ad pias causas. ita Card. Put. decis. 440. lib. 1. & docuimus plenioni manu quoque infra, in Opinio. 880. Testamentum, imperfectum, libro 3. Vel nisi finaliter agatur de leui præiudicio. ut conceda Cephal. consil. 25. Mora in præsenti casu, sub num. 39. uol. 1.

11 Et postremò inter cæteros effectus omnes scaturientes ex ipsa clausula codicillari, unus est iste satis utilis, ut quotiescunque apposita foret in testamento isthæc clausula, censeatur utique tunc concessa dubio procul facultas substituto ueniendi ex quocúque substitutionis capite uoluerit. l. recusare. §. Titius. ff. ad Trebell. ubi substitutus cogere ualet grauatum hæreditatem adire, & illam sibi restituere.

12 Et consequenter omissa uulgari eligere, amplectique potest ad sui libitum fideicommissariam. secundùm Polit. in tract. de substitutionibus, sub rubr. de compendiosa, col. fin. Soc. consilio 20. colum. 6. & seq. uolum. 1. Bart. in l. Centurio. ff. de uulg. & pupil. subst. cui assentiútur ibi Galiaul. colum. 97. & seq. & Aquens. colum. pen. & Ripa, num. 171. asCõis opin. ferentes istam esse communem opinionem, & Soc. etiam consilio 290. colum. fi. uol. 2.

13 Et quemadmodum prudenter agit testator in apponendo, seu apponi faciendo clausulam codicillarem in suo testamento, stante eius uirtute quàmmaxima: ita pariformiter prudentissimè quidem ageret, ubicunque apponeret testator ipse etiam in eodem testamento alteram clausulam, quòd uoluit illud ualere omni meliori modo quo potest &c. teste Marsil. sing. 36. Clausula omni meliori modo, in princ. Card. & Imol. in c. ex literis, de offic. deleg. & in c. cúm ex officij, de præscript. Imol. in l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. & Paris. consil. 61. Licèt aliàs, num. 25. uol. 2.

14 Nam isthæc clausula re ipsa operatur plusquàm clausula codicillaris, & operatur, producitque hunc effectum, ac si dicatur iure institutionis relictum sit filio. ita Bal. in l. quoties, colum. 2. C. de hæred. instit. Dilect. cum aliis aggregatis per eum, in tract. de arte testandi, tit. 3. de liberis inst. uel exhæred. cautel. 1. num. 6. Paris. consil. 50. Testamentum, ut dicitur conditum, num. 9. & seq. uolum. 2. Pet. Ant. Angusola consilio 14. Posthumus alienus iure institui potest, num. 2. & sequen. libro 6. & Bellon. consil. 85. nu. 2.

15 Quoniam clausula omni meliori modo in testamentis apposita, operatur dubio procul, quòd uerbum relinquo importet institutionem. secundùm Paul. Castren. consil. 323. Super primo puncto, num. 3. uol. 1. Bal. in d. l. quoties, colum. 2. Raph. Cuman. in l. his uerbis. ff. de hæred. instit. Alex. in l. nam quod. §. non omnis. ff. ad Trebel. Fely. in c. cùm super, post num. 10. uer. Secundus effectus, extra de off. deleg. & Marsil. in d. singul. 36. post priu.

16 Est benè verum, quòd hæc clausula codicillaris in tribus casibus, licèt non apponatur: tamen semper illa intelligitur apposita. Primò si in testamento adsit iuramentum. Secundò in testamento inter liberos. Tertiò vbicunque institueretur in testamento persona valdè dilecta testatori. Nam ardor liciti amoris idem operatur, quod clausula codicillaris. hæc Ias. notat in l. verbis ciuilibus, numero 13. & seq. ff. de vulg. & pup. substit.

17 Et quòd iuramentum habeat vim clausulę codicillaris, est textus in l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. & Bald. in l. sancimus. C. de testamen. & notatur in l. si quis in principio testaméti. ff. de leg. 3. & facit quod uoluit Ioan. And in reg. quod semel, in fin. de reg. iur. in Merc. Bar. in l. omnes populi, in 3. quest. principali. ff. de iust. & iur. & Abb. in c. quanto, colum. 1. & in c. ad nostram, el 3. de iureiuran.

18 Imò iuramentũ ipsum habet quoq; vim clausulę omni meliori modo. ita Bart. Bal. & alij oẽs in l. si quis maior. C. de transac. p tex. in d. l. cũ pater. §. filius matrẽ, Alex. in l. 1. §. si quis. ff. de uerb. obli. & in l. sciendũ eo. tit. in l. si cõuenerit, col. 1. ff. de iurisd. om. iud. & consil. 31. in fin. vol. 4. Bal. & Saly. in l. 1. C. de senten. quæ pro eo quod interest profer. & in l. sed hæ. §. pręter, & §. defendere. ff. de procur. Ioan.

Ioan.de Imol.in l. 2.§. penult. ff. de donat. & in l.2.ff.de pignor.Soc.consilio 153.uel 163. Non fuisset opus Velleiani, volu.2.Francisc. Curt.in tract.feud.ex quib. caus. feud. amit. in 4.causa.Paris.consilio 63.Donatio ista facta,num.53.uol.1.Fely.in c.cùm super, nu. 9. de offic.deleg.& Ias.in §.item si quis, numero 14.instit.de act.ubi commemorat ita com
Cõis opin. muniter intelligi, interpretarique per iuris interpretes omnes d. l. cùm pater. §. filius matrem.

19 Et quòd idem operetur ardor liciti amoris,quod clausula codicillaris,tenet Glos.in l. si iure.C.de testam.manu.& in l. in testamento.ff.de fideicom.lib.Bal.in d.l.si iure,& Barbac.in c.requisisti,& in repe.c.Raynutius,de testa.& in c.cum R.canonicus,de off. deleg.

20 Sed illud,quod supra docuimus,quòd in testamento inter liberos semper præsumatur apposita clausula codicillaris, vel clausula omni meliori modo &c. etiam quòd ea prætermissa sit in testamento, firmat Glo. Imol. & Alex.in l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff. de vulg. & pupil.substit.Marsil.in d.sing.36. ante fin. Ioan.Bapt.Plotus consil.5.In causa magnifici D.Ioannis Pauli Boxij, num.6.uol.1.& Bel
Cõis opin. lon.consil.85.num.4. ubi exarauit illam Glo. communem,& singularem fore.

¶ Nihilominus tamen in contrarium, uidelicet,quòd necessariò apponenda sit isthęc clausula codicillaris,etiam in testamento cõdito inter liberos, aliàs ea nullatenus præsu-
Cõis opin. matur, extat cum effectu communis Doct. opinio.teste Dilect. in tract. de arte testandi, tit.3.de liberis instituendis, uel exhæredandis,cautela 1.sub numero 7.Salyc.Ias.& Moder.omnibus in authen.nouissima. C.de inoffic.testamen.

21 Imò aduerte etiam,ipsam clausulam codicillarem substentare, ac conseruare quoq; testamentum,præterito posthumo,siue scienter, siue ignoranter; & sic fortitur effectum suum clausula isthęc, etiam testamento existente nullo posthumi præteritione scienter, aut ignoranter emanata. secundùm Glo. in auth. ex causa.C.de liber.præter.Rom. consilio 122.Circa id quod effectualiter quæritur, sub num 1.vbi D.Horat.Mandos.in add.in li
Cõis opin. tera A. admonuit istam esse magis communem opinionem,& ita aliàs extitisse similiter iudicatum in Rota Rom. prout ita meminit Put.etiã decis.7.tit.de testamẽ.& decis.233. lib.2 & Chissanen.decis.13.Et huic sententię inhęsit quoque Specul. in titul. de instr. edit. §.compendiosè,colum.11.Oldr.& Bal.in l.Titia,colum.1.ff.de inoffi.testam.Paul. Castrẽ. consilio 268.colum.fin.uol.1. ac etiam infra scripti Doct.attestando quoq; de magis communi,uidelicet,Paris.cons.60.Prima facie, colum.1.& seq.uol.1.Soc.consilio 64.uolum.2. Soc.Iun.cons.110.colum.7.vol.1.& cons.29. colum.2.uol.3. Bertran. cons. 195. ponitur, num.3.uol.1.consilio 225.colum.2.7.& seq. volum.3.& cons.128.Visis consultationis themate,num.3.uol.5. Capra consilio 102. numero 3.consilio 103.colum.1.consil.106.colum.penult.& sequen.& cons.115.colum penult.Dec.cons.242.colum.2. Alex. cons. 26. Circa primum dubium,num.5.uol. 5. & consilio 142.Circa primam dubitationem,numero 2.cum aliis seq uol.2 Grauet. cons. 34. & cons.67.colum.2.Ruin.reuocando iudicium in melius,consil.19.Circa,colum. 3. volu. 3. Bellon.consilio 85 Curt Iun.cons.150. Materia,colum.5.Ripa quæst. 21. & Tiraq. in net. Susceperit,num.173.& 179.in l. si unquàm. C.de reuoc.donat. Apostil ad Capel.Tholos. in decis. 455. Quid operetur, & Bero. consilio 12.Requisitus in hac consultatione fui, vol.2.& cons. 16. Primum, quod in themate propositum est, num. 18. cum aliis seq. eod. uol & est textus clarus in l. 3. ff.de iur. codicil.& in l.ab intestato,in princ. & in l. is qui. eod.tit.& in l.generaliter.§.ex testamento.ff. de fideicom.liber.

¶ In contrariam uerò partem, uidelicet, quòd præterito posthumo scienter,uel ignoranter,testamentum aliter non conseruetur, sed illud penitus rumpatur,inclinauit Bar.in l.1.in 5.quæst.ff.de iure codicill. Bal. col. fin. & Ias.num.4 in d.authen.ex causa.C. de lib. præter. & ibi etiam Cagnol. num. 137. cum aliis seq.Card.consilio 20.Iacobus.Signorol. consilio 24.& cons.220. Factum, Alciat. 70. Motiuis in præsenti causa uisis,num. 4. cum aliis seq.tomo 3.lib.9.Aret.consil. fin. colũ. pen.& seq Ruin.consilio 2.uol.3.& consil.6. eod.uol.Bal.consil.239.Quia, uol. 3.Ang. cõsilio 108 Ista quæstio,Paris.consil.73. Donatio,in fin.uol.1.Soc.Iun. consilio 128. Præsentis,num.72.uol.1.& consilio 153.Viso,uol.2. Dec.consil.490. Visis. qui ferè omnes aiunt istam esse magis communem opinionem, & Cõis opin.
etiam Iacob.Philip.Port.seu potius Ant. Gabriel.conclus. 1.lib.6. vbi refert alios quàmplurimos Doct.eiusdem sententiæ,& eam similiter limitat. Et licèt pro hac opinione stet regula, quòd prẽterito posthumo ignorãter, præsertim ab eo,qui tempore testamẽti uxorem non habebat,testamentum non conseruetur quò ad institutionem, quia in dubio à regula discedendum non est, quæ est, quòd prẽterito posthumo, testamẽtum nullatenus valeat,legibus triuialibus:tamen reiecta ipsa regula, & aliis rationibus quibuscunque pro firmitate præsentis opinionis adductis, aliter non discedo à priori sententia relata, tanquàm syncerè magis communi, & sacrosanctissima.

22 Et quanquàm clausula codicillaris apposita in

sita in testamento nullo, ratione prę̨teritionis, operetur effectum suum, ex communi re citata opinione: nihilominus tamen ubicunque testamentum non ualeret ratione voluntatis imperfectę, tunc ipsa codicillaris clausula in eo apposita fideicommissum non induceret modo aliquo, nec operaretur effectum ullum quantumuis minimum. secundùm Bar. in d. l. 1. ff. de iure codicil. & Bald. in l. ex ea, in prin. ff. de testam.

¶ Et ratio ea est satis efficax, quoniam clausula codicillaris, vbi testatoris voluntas deficit, operari nequit ullo pacto. vt concedunt Doct. omnes uniuersaliter in l. eam quam. C. de fideicom. & in d. l. 1. Bal. consilio 319 Quidam Nicolaus, colum. fin. uol. 5. Dec. cons. 291. Visis & diligenter consideratis his, num. 4. Alciat. in d. consilio 70. numero 11. tomo 3 lib. 9. Grat. cons. 8. Illustris comes Antonius, num. 11. volum 2. & Bero. cō silio 16. Primum, num. 16. uol. 2. & est textus in dicta. l. ex ea, & in l. fideicommissa. §. 1. ff. de leg. 3.

23 Nec postremò clausula ipsa codicillaris operatur fideicommissum in fauorem turpis personæ institutæ, & præsertim ubicunque foret frater pręteritus per fratrem in suo testamento, & instituta turpis persona per eundem fratrem; vndè codicillaris clausula hęc in testamento fratris, continente institutionem turpis personę aliqd operatur: nec facit quòd soror querulans contra testamentum, videatur rogata per fideicommissum restituere hæreditatem turpi personæ. ita Paul. Castren. cons. 394. Videndum est vtrùm fides sit adhibenda, sub num. 4. uol. 1. Ang. in d. authen ex causa. C. de liber. præter. Fulgos. consilio 71. Mulier maritum, in 2. dubio, Ruin. consil. 5 colum. fin. volu. 3. Dec. consil. 56 t. Septimò reuocatur in dubium, sub num. 2. cum aliis seq. Gozad consilio 85. Videtur prima facie dicendum, quòd pars aduersa foueat iustitiam, num. 2. & Vrsil. in scholiis ad Afflict. decis. 125. sub num. 1.

¶ In contrariam uerò sententiam, videlicet, clausulam codicillarem in pręsenti casu operari effectum suum, inclinauit consulendo Soc. iun. cons. 87. Præsens consultationis resolutio, num. 15. cum aliis seq. vol. 4. ubi nō obscurè explicat istam esse communem opinionem: & ita in facti contingentia aliàs decisum extitisse in Sacro Concilio Neap. meminit Afflict. decis. 125. & decis. 204. Sed re ipsa prior sententia uidetur magis communis, magisque uera, & in iure fundata, prout aliàs, dato ocio, Deoque annuente, planum faciam pleniori manu, cui innititur consulendo etiam non vulgari quidem anchora Bero. cons. 20. Visa facti præsentis specie, numero 36. volum. 2.

Cōis opin. | Cōis opin.

*SVMMARIVM.*

1 *PRAELATVS in causa suę ecclesiæ potest allegari suspectus, & talis suspitio admittitur.*

2 *Prælatus in causa suæ ecclesię admittitur ad iudicandum, nisi allegetur suspectus.*

3 *Suspitio iudicis debet allegari, & probari, & pręsert'm in Regno, ubicunque ea allegatur contra Consiliarios Sacri Concilij; Pręsidentes, seu Rationales Regiæ Camerę, uel Iudices magnæ Curię Vicariæ.*

4 *Suspectus allegatus aliquis ex Consiliarijs Sacri Concilij, vel ex Presidentibus, vel Rationalibus Regiæ Camerę, & ex Iudicibus magnæ Curię Vicarię, dum legitur, & prouidetur petitio continens suspitionem ipsam, debet auditorium exire, expectareque extra auditorium donec fuerit talis petitio decretata.*

5 *Suspectum allegans aliquem ex Consiliariis Sacri Concilij, uel ex Pręsidētibus, seu Rationalibus Regię Camerę, siue ex Iudicibus magnę Curię Vicarię, & non probans suspitiones allegatas, debet puniri arbitrio iudicis.*

6 *Suspitio iudicis simpliciter allegata, in dubio pręsumitur calumniosa, & temeraria, quę semper repellitur.*

7 *Suspitio iudicis per iuramentum non probatur.*

8 *Iuramentum non dicitur probatio, nec probationem inducit.*

9 *Iuramentum licèt aliquando dicatur probatio, tamen esset tunc ficta probatio.*

10 *Iuramentum non dicitur plena, nec legitima probatio, sed quasi probatio, uel semiplena.*

11 *Iuramentum non sufficit, quando requiritur de iure uera, & liquida probatio.*

12 *Iuramentum vt sit seruandum, & illud obliget, debet habere tres comites, scilicet, ueritatem, iudicium, & iustitiam; quorum si alterum deficiat, non est seruandum.*

13 *Iuramentum comparatur ad tria.*

14 *Suspectum allegans iudicem ordinarium, non tenetur aliqua pœna, etiam quòd non probentur causę suspitionum allegatę: sed iniustè recusatus pro suspecto, potest agere actione iniuriarum contra recusantem.*

15 *Suspitionibus probatis contra iudicem ordinarium, & militantibus, is non remouetur ob hoc, sed datur ei adiunctus.*

16 *Suspectus allegatus iudex, si procedat simul cum altero iudice non recusato, ualet processus tunc, data iurisdictione insolidum; ex quo alij iudices non suspecti purgant suspitionem iudicis recusati.*

17 *Iudex à iudicando repellitur in causa sui uasalli, si allegetur suspectus.*

18 *Suspitio contra iudicem debet allegari ante litem contestatam.*

19 Su-

19 *Suspectum iudicem quis ex causa antiqua potest recusare, si ad ipsius notitiam de nouo peruenerit, non obstante, quòd ante notitiam causæ, coram eo absque protestatione comparuit.*
20 *Suspitionis causa si de nouo emergat post litis contestationem, potest allegari, & probari in quacunque parte iudicij vsque ad conclusionem, non autem post.*
21 *Suspitione iudicis allegata suspenditur iurisdictio, sicut appellatio; & iudex recusatus tenetur desistere, & supersedere in procedendo in causa.*
22 *Suspectus iudex procedens in causa post propositam suspitionem contra eum, processus fabricatus coram illo est ipso iure nullus.*
23 *Suspecto allegato iudice, processus compilatus coram eo, parte non opponente, valet.*
24 *Papa committere potest causam iudici suspecto ex certa scientia, recusatione remota.*
25 *Papa de plenitudine potestatis potest ratificare sententiam prolatam à iurisdictione carente.*
26 *Sententia lata per iudicem ex legitimis causis recusatum, et si ea nulla sit; tamen si reperiatur insta, potest confirmari.*

## OPINIO DCCCLXVI.

1 VSPECTVS allegari potest prælatus, & de iure recipitur, ac admittitur isthæc suspitio, quotiescunque iudicaret, & iudex esset in causa suæ Ecclesiæ. secundùm Siculum in cap. insinuatione, de officio deleg. & in cap. postremò, de appellat. alios Canonistas ibi, & ista est communis opinio, teste Stephano Aufrer. in tract. de testibus, in uer. Prelatus. *Cōis opin.*

2 Tamen nisi allegetur vti suspectus ipse prelatus, non repelleretur à iudicando in causa suæ Ecclesię. c. si quis ergo. 2. quæst. 7. & cap. cùm personæ, de priuileg. libro 6. & notant Doctores in cap. cùm venissent, de iudiciis, Innocent. in cap. ex parte, extra de uerborum signific. & Ant. in cap. 1. de maled. & cum opinione hac transeunt omnes Canonistæ communiter in dicto cap. cùm venissent. *Cōis opin.*

3 Et ratio ea est; quoniam suspitionis causa debet necessariò allegari, atque probari. l. item si suspectus, & ibi Gloss. ff. de procurat. Bald. colum. fin. & Ias. in l. apertissimi. C. de iud. & Paul. Castrens. consilio 40. & sequen. & notatur in cap. secundo requiris, & in c. cùm speciali, de appellat. & est textus etiam in Regno in pragmatica 1. Caroli Quinti, emanata in anno 1540. in tit. de suspitionibus officialium. in qua disponitur, allegantem suspectum aliquem ex Consiliariis Sacri Concilij, uel aliquem ex Præsidentibus, seu ex Rationalibus Regiæ Cameræ, & uel ex Iudicibus magnæ Curiæ Vicariæ, teneri causas suspitionis in scriptis proponere coram omnibus aliis non suspectis Iudicibus illiusmet tribunalis, in quo reperitur iudex recusatus, ac illos, degustata, repertaque suspitione proposita, iusta, atque rationabili, teneri ad amouendum suspectum Iudicem ab officio iudicandi in causa tunc uertente.

4 Imò, producta petitione contra aliquem ex memoratis officialibus, allegatus tunc suspectus, dum legitur, prouideturque petitio ipsa, debet auditorium exire, atque expectare extra auditorium ipsum, donec & quò usque fuerit talis petitio decretata. ut ita in cap. Regni 231. Voluntas libera, apertissimè disponitur.

5 Sed si allegans suspitiones contra officiales præmemoratos, & illas postmodum non ostenderet, atque probaret, puniri deberet, & posset arbitrio illius Iudicis electi à iure ad procedendum super suspitionibus ipsis. ut disponitur in ordinatione Regis Ferdinandi primi, impressa, renouata, insertaque per Illustrissimum Ducem de Alcalá, piæ memoriæ, in nouissimis prag. in reformationibus Sacri Concilij. 5. Allegantibus, fol. 16.

6 Nam isthæc suspitio dicitur calumniosa, & temeraria, quę semper meritó repellitur. c. 1. 2. q. 1. & c. canones. 6. q. 1.

7 Nec sufficit huiuscemodi suspitionem allegatam probari mediante iuramento allegantis, atque propouentis suspitiouem ipsam: secundùm Staphileum, in tractatu de liter. gratiæ, & iustitię, folio 185. uers. Et ista etiam de causa non solet concedi auocatio causarum.

¶ In contrariam uerò partem, uidelicet, quòd per iuramentum probetur suspitio iudicis, & quòd in partibus non speret habere iustitiam propter perhorrescentiam & c. prout iurare paratus est, inclinauit Paris. consil. 98. Asserta sententia contra Cæsarem, numero 1. & sequen. uolum. 3. Marsil. post Specul. & Bartol. relatos per eum, in repet. rubr. num. 157. C. de prob. & Iaffred. Lanfran. decis. 236. De iure ciuili, cent. 3.

¶ Sed isthęc opinio mihi non arridet: nam non sufficit aliter offerre iurare, verùm debet allegãs, proponensq; suspitiones actualiter iurare: & ideò practici dicunt in precibus, prout iurare paratus est, & de pręsenti iurat. c. pen. de iureiur. & Dec. cons. 395. col. fin.

¶ Imò si allegaus ipse suspitiones, actualiter iuraret, autumarem etiam tale genus probationis, & iuramentum nullatenus eum releuare, ex traditis per Doct. in dicta l. apertissimi. C. de iud. & ita firmauit quoque

Paris de Put. in tract. de Syndicatu, in verb. Suspitio, sub num. 1. in fin. ipsius num.

8 Et ratio ea est; quoniam iuramentum non dicitur probatio, nec probationem inducit. l. Lucius. ff. de cond. & demonstrat. & Marsil. in d. reper. rub num. 130 cum aliis seq. C. de probat. vbi ad lucem adducit istam esse magis communem opinionem, eamque vtiliter etiam limitat in aliquibus casibus. Cōis opin.

9 Et esto, quòd aliquando iuramentum diceretur probatio: tamen tunc esset ficta probatio, & non aliter, nec alio modo. teste Bal. in l. 3. C. de procur.

10 Quoniam iuramentum non dicitur modo aliquo plena, nec legitima probatio, sed quasi probatio, vel semiplena. secundùm Glo. & Bal. in c. 2. de inuest. inter dom. & uas. & Spec. de of. om. iud. in ver. Sextò quærēdi.

11 Et cùm in præsenti re indubitanter requiratur legitima probatio, succedit illa ad propositum conclusio verissima, quòd iuramentum aliter non sufficit, quando iure requiratur legitima, vera, liquidaq; probatio. ita Glos. in l. fin. ff. quod met. cau. & in l. cum de indebito, in princ. ff. de probat.

¶ Vnde si præstaretur hic iuramentum, illud tunc nullatenus contineret illa tria requisita substantialia, scilicet iustitiam, veritatem, & iudicium: ideò non mirandum est, si illud hodie non defertur ad euitandum animarum discrimen; cum homines faciles, promptosque sese offerant ad iurandum, & frequentissimè etiam per eos deieratur. attestante Staphil. in d. tract. de literis gratiæ, & iustitiæ, fol. 185.

12 Itaque re ipsa iuramentum debet habere tres comites, scilicet veritatem, iudicium, & iustitiam .c. animaduertendum. 4. q. 22. c. & si Christus, de iureiur. Card. in clemen. 1. §. fin. quæst. 10. de iureiur. Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. oblig. Specul. in tit. de iureiur. §. nunc ostendendum, uers. 24 & Soc. consilio 67. Circa primam quæstionem, volum. 1. vbi expressè concludit, quòd vt iuramentum sit seruandum, & ad hoc vt illud obliget, debet necessariò haber iudicium, iustitiam, & veritatem, quorum si alterum deficeret, non foret ullo modo seruandum. Et probatur hoc, etiam Hieremiæ. 4. c. ubi dicitur: Et iurabunt in ueritate, & iustitia, & iudicio.

13 Et ratio ea est, secundùm S. Bonauen. in 3. distin. 39. articul. 2. quæst. 2. quia iuramentum comparatur ad tria, scilicet ad rem, de qua fit: & sic debetur veritas, quæ est adæquatio rei ad sermonem, & ad iurantem. Secundò comparatur, à quo procedit: & sic debetur iudicium, scilicet discretionis. Tertio comparatur, ad causam, pro qua fit: & sic debetur iustitia, scilicet vt causa sit iusta.

14 Sed si alij iudices inferiores ordinarij allegarentur suspecti, variis de causis, & illæ nullo modo probarentur: tunc nullam pœnam à iure reperio statutam contra proponentes suspitiones ipsas. Est benè uerum, quòd iniustè recusatus, tunc pro suspecto posset agere actione iniuriarum contra recusantem. ita Bald. in cap. super quæstio. de offic. deleg.

15 Verùm si probarentur suspitiones allegatæ contra prædictos iudices ordinarios, eo nempè casu minimè remouerentur de iure ciuili, sed daretur eis adiunctus. auth. si verò contingerit, & ibi Alber. in fi. C. de iud. Capic. decis. 137. In causa iurisdictionis, decis. 146. In causa D. Comitis Cameratæ, & decis. sequen. & D. Carauit in ritu 265. sub numero 13. & sequent. & Paris de Put. in tractatu de Syndicatu, in ver. Suspitio, sub numero 1. & seq.

16 Et licèt aliquando iudex allegetur suspectus: tamen si recusatus ipse iudex tunc procederet simul cum nou recusato, valeret utique, atque teneret processus, data iurisdictione in solidum. ita Achil. decis. 319. uel 328. Et ratio est quarè non remoueatur iudex ipse suspectus in præsenti casu: quia alij iudices non suspecti, suspitionem eiusdem iudicis recusati supplebunt, atque purgabunt. secundum Parid. de Pu. in d. tract. de Syndicatu, in uer. Suspitio, num. 8.

17 Itē postremò potest repelli ut suspectus et iudex à iudicando rōne iurisdictionis aduersarij mei: Verbi gratia: Si esset uasallus, & suffraganeus. c. accedens, il 1, ext. ut lit. non contest. ubi omnes Doct. hoc communiter firmant, & istam communem esse scribunt Moder. ibi, & Maranta in tract. de iudiciis in 6. par. 3. part. super 2. actu, ubi affabrè congerit quadraginta alias causas recusationis, & nonagintatres casus ponit, atque discurrit etiam Steph. Autr. in tract. de recusar. Cōis opin.

18 Sed isthæc suspitio, licèt debeat allegari regulariter ante litem contestatam. d. l. apertissimi, & ibi Glos. & omnes alij Legistæ communiter, & uniuersaliter, & præsertim Ias. & Canonistæ confirmiter etiam omnes in c. inter monasterium, de iud. & D. Carauita in ritu 265, sub num. 10. Cōis opin.

19 Tamen posset quis ex causa antiqua, si ad ipsius notitiam de nouo peruenerit, ut suspectum recusare iudicem ipsum, non obstante quòd ante notitiam causæ coram eo, absque protestatione comparuit. ut uoluit Caputaquens. decis. 206. lib. 1.

20 Et sic, causa suspitionis de nouo emergerer post litis contestationem, similiter tunc non obstante litis contestatione posset allegari, admitti, atque probari ipsa suspitio. ut est text. expressus in Regno, in c. 217. Prolixitatem

tatem,& ibi Ioan.Anto.de Nigris,Bero.consilio .6. In causa recusationis ,sub num.15. volum.3.& Ioan.de Amicis cum aliis signatis per eum , consil. 109.numero. 4. vbi concludit istam suspitionem emergentem allegari posse in quacunque parte iudicij ante conclusioné,nó auté post conclusum in causa.ita Ioan.And.& Abb. in c.cùm dilectus, de ord. cog.Ant.de Butr.Abb & Fely. num.8.& 17. in c.pastoralis,de except.Spec.in tit.de recusat.§. 4. & in tit. de dilat. §. nunc uideamus, vers§.& pen.& in tit.de excep. §. 4. uers. Et nota.Roma.sing.356. Tu scis quòd exceptio declinatoria.Fely.in c.insinuante,col.pen de offic.& potest.iud.deleg.

¶ Et ratio est;quoniam vbi necessaria foret causæ cognitio,tunc obstaret dubio procul conclusio in causa.c.auditis,de procurat. & d.c.cùm dilectus.

21 Et inde est,quòd iudex allegatus suspectus atque recusatus,tenetur desistere,supersedereque in procedendo in causa,ex quo suspitio ipsa tunc iurisdictionem suspendit, sicut appellatio. secundùm Glos. in c. quoties, il 2.2.q.6.Ioan. de Amicis cum aliis aggregatis per eum,d.conf.109. num. 3.& Dec. in c. postremò,de appel.ubi firmat etiam,quòd licèt appellatio,atq; recusatio paria sint, & sic de pari procedant : tamen remota etiã appellatione,minimè censeatur remota recusatio.

22 Vndè si iudex recusatus procederet in causa,sprera recusatione, tunc processus factus coram iudice recusato esset ipso iure nullus.ita Zhan.decis. 101. & Caputaquens. decis.88. libr.1.Chis. decis. 77. & Peregr. decis. 191.libr. 2.Ioan.de Amicis d.cons. 109. numero 5.& Ioan.Ant.de Nigris in d.c. 217.Prolixitatem,num.16.

¶ Sed si post recusationem recusator ipse comparuerit, fueritque præsens in processu, & iudicio,valeret utiq;,& teneret processus, nisi extitisset appellatum : & sic intelligitur opinio Innoc.& Ant.Butr. in c. cùm speciali, de appellat. quia processus per iudicem recusatum fabricatus post appellationé, est adeò nullus, ut licèt reuocans non fuerit prosecutus appellationem; nihilominus est nullus. ita Achil.decis.320.

¶ Verùm si post recusationem recusans non comparuit coram iudice recusato, quamuis citatus extiterit,processus posteà subsecutus est nullus . & ita intelligitur opinio H. st. in d c.cùm speciali.

23 Cæterũ aduerte, quòd præsens processus cõpilatus,seu factus per iudicẽ recusatũ,parte non opponente,ualet, & tenet.secundũ Achil.decis.318.& habetur pro ualido in Rota Romana,Zhan.decis.101.& Mohed deci.327.

24 Nec non Papa indistinctè committere posset causam iudici suspecto ex certa scientia, recusatione remota.ita Glos.in l. eos. C. de appellat.& in l.apertissimi,in uer. Recusaret.C.de iud.Philip.Franc.in rub de appel.& in d c.postremò, Saly.in l.fin.C.de senten. & & Fely.in c.cùm inter, uers. Limita secundò, nisi &c. de off. deleg. ubi planum facit istam esse communem opinionem : licèt & malè Abb.ibi, & in c.ad hæc,in fin.de rescrip.contrarium asseruerit. Cõis opin.

25 Imò idem Papa de plenitudine potestatis posset ratificare etiam sententiam latam à iurisdictione carente. secundùm Innoc. in c.prudentiam, de off. deleg. cui accedit cum aliis signatis per eum, Marsil.sing. 12. Tu scis quòd exceptio proueniens ex defectu iurisdictionis,ante fin.

26 Imò similiter sententia lata per iudicem ex legitimis causis recusatum, licèt sit nulla, tamen si reperiretur iusta, posset confirmari. secundùm Chis.decis.77.

## SVMMARIVM.

1 *DOCTORES omnes vnius Ciuitatis non possunt allegari suspecti; & si allegentur, talis allegatio præsumitur calumniosa.*

2 *Concilium uel Senatus non potest recusari vt suspectum,uel suspectus.*

3 *Caput Concilij suspectum,reddit suspectum totum concilium.*

4 *Collegium potest allegari suspectum.*

5 *Synodus prouincialis, & prouinciale concilium potest allegari suspectum,licèt generalis, uel generale secus.*

## OPINIO DCCCLXVII.

1 SVSPECTI de iure non possunt allegari omnes Doctores unius Ciuitatis; prout esset in hac Ciuitate Aquilæ, quę hodie 1581. quinquaginta sex Doctores habet,omnes insignis literaturę,celebris nominis,& uariis animi dotibus mirificè ornatos ; cùm allegatio hæc calumniosa, nulla, fraudulenta, & nimis uaga reddatur. secundùm Baldum, & alios magis communiter,in l.hoc modo.ff.de conditionib. & demonstrationib. & notat eleganter August. Berous in cap.1.de iudiciis,num. 121. & ita iudicaui.dum eram iudex criminalis in Ciuitate Terami, anno Domini 1560. in quadam causa mihi commissa, & uertente inter quosdam de Terra Ciuitellæ Aprotij. & sequitur etiam eandem opinionem Alberic. de Rosa. in l. apertissimi, colum. fin. C. de iudic. & in dicta.l. hoc modo, & Ioannes Antonius de Nigris super capitu- Cõis opin.

lis Regni, in cap. 217. Prolixitatem tollere litium, num. 17. cum aliis seque. ubi appellat, & optimo iure, miseros aduocatos proponentes talem calumniosam suspitionem. licèt, & malè Io. de Arnono. sing. 18. Sæpè accidit, sua deat tenendam esse contrariam sententiam in practica.

2 Et hoc idem uidetur dispositum in Concilio, uel Senatu, qui tanquàm suspectus, uel suspectum recusari non potest. ut per Abb.

Cõis Deci. & alios omnes communiter in d. c. 1. &

opin. de ista communi attestantur omnes Moder. ibidem, & Boerius decis. 269. & cum eadem communi concurrit etiam Alberi. in 2. part. statut. quæst. 101. ubi profert magnum uerbum, in practica se audiuisse à magnis uiris ita obtentum extitisse. & Aegid. in tractatu utrùm Cõsiliarij, uel assessores recusentur. Et quamuis Rolan. à Valle consuluerit contrarium consilio 19. volum. 3. uidelicet, quòd Concilium posit vt suspectum recusari: tamen quicquid suadeat, noli in practica recedere à memorata communi, tanquàm sacrosancta, quam ultra bis uidimus obseruari in Ciuitate Neapolis, in Sacro Regio Concilio.

3 Sed si caput Concilij esset suspectum, tunc totum concilium erit suspectum, siue allegari posset suspectum secundùm Bal in l. 1. C. si rector prouinciæ. colũ. 2. Paris de Put. in tract. de synd. in uer. Suspitio n. 10. & Fely. & Dec. in 1. & 2. lect. in d. c. 1. & ibi Bero. n. 123. & Alber. in d. q. 101. & eundem Bero. cõs. 16. In causa recusationis, nu. 22. uol. 3. ubi accuratè explicat hoc procedere, ubicunq; caput ipsum collegij esset uerè caput propter præeminentiam suæ personæ, & non aliter.

4 Cæterùm limitatur primùm antedicta non habere locum in collegio, quod quidem potest allegari suspectum; vnde si causa committatur alicui collegio, potest totum collegium allegari suspectum, sicut singularis persona. vt dixit Bald. in d. cap. 1. de iud. & hoc idem firmat Fely. in c. causam quæ, colum. 1. de offic. deleg. & in prçall. c. 1. sub num. 6. & Barbatius etiam ibi, num. 78. ubi ait quòd ita practicatur.

5 Limitantur quoque prædicta secundò in Concilio Synodali, cùm tota Synodus prouincialis, & sic Concilium Synodale, & prouinciale, licèt non generale, posit recusari vt suspectum. secundùm Abb. Barbatium, numero 75. cum aliis sequentib. Dec. in 1. lect. numero 15. Mantuam, numero 38. cum aliis sequen. & Fely. numero 6. in dicto. cap. 1. & Roland. à Valle in dicto consil. 19. numero 11. qui omnes Doct. in mentionatis

Cõis locis ostendunt istam esse communem opi-

opin. nionem.

*SUMMARIUM.*

1 *STATUTUM excludens filiã dotatam ab hæreditate patris, uel matris, requirit, quòd filia sit dotata tempore quo ei delata extat hæreditas illius de cuius hæreditate agitur.*

2 *Statutum excludens filiam dotatam à successione paterna, uel materna, non excludit illam ab hæreditate matris, si ea dotata non erat à patre tempore mortis matris.*

3 *Qualitas adiecta uerbo qualificatur secundùm tempus uerbi.*

4 *Statutum disponens, quòd filia dotata non succedat matri, habet locum si filia erat dotata tempore quo sibi delata fuit successio hæreditatis maternæ, & non post.*

5 *Statutum excludens dotatam, intelligitur de dotata tempore mortis eius, de cuius successione agitur.*

6 *Statutum, quòd dotata á patre, uel fratre debeat remanere contenta, requirit vt illa dotata sit tempore delatæ successionis, & mortis patris, vt remaneat exclusa, aliàs non.*

7 *Statutum excludens filias à patris hæreditate stantibus masculis, in hæreditate materna nullum sibi locum uendicat.*

8 *Statutum non trahitur ad casus non expressos, nec ad personas similes expressis.*

## OPINIO DCCCLXVIII.

1 STATUTUM excludens filiam dotatam ab hæreditate patris, uel matris, requiritur ad hoc vt locum sortiatur, quòd filia ipsa uerè dotata sit tempore quo delata extat hæreditas illius, de cuius successione agitur. vt est de mẽte Bar. in l. Titio cẽtũ. §. Titio g[e]n[e]ro. ff. de cõd. & demon. & firmat expressè Bal. in l. si pater. C. de sponsal. & in l. non solũ. C. de bo. quæ liber. Pau. Cast. in l. de diuisione. ff. sol. ma. & Bar. consulendo ẽt cons. 31. ubi cõstanter determinat, quòd ad hoc, vt filia excludatur à statuto disponente, quòd filia dotata nõ succedat matri, vel patri, requiritur, vt ea dotata nimirũ sit tẽpore successionis paternç, uel maternç. & sequitur Soc. cons. 121. col. 1. uol. 1. And. de Alferiis de Cortona cõs. 35. sub nu. 2. cum aliis sequen. posito inter consilia ad caus. ultim. uolunt. vol. 1. & hoc idem in propriis terminis huius statuti cõcludit Socinusmet cõs. 147. n. 1. co. uol. vbi nõ quassato calamo exprimit ita se alias cõsuluisse super ipso statuto, & quòd suo cõsilio se subscripserũt aliqui doctissimi viri in quadã causa cuiusdã Bartholomæi de Mi-

gnanel-

gnanellis,& terminat,quòd si filiæ dotatæ nõ forēt tēpore mortis matris, succedūt, & successerunt pariter matri cū filio masculo, & quòd hæreditas materna extitit utrique ex filiis delata pro portione sua.idem Alex. consilio 162.col.2.uol.6.Pau.Cast.conf.108. Anchar.conf.330.ubi in terminis suadet, quòd si statutum excluderet fœminam à quocunque dotatam, ab hæreditate patris, uel matris: requireretur tunc necessariò, quòd illa dotata extitisset tempore quo delata fuerit ei successio patris,uel matris.

2 Idemque decidit quoq; Panormit. conf. 107. sub n.8.uol.2. asserens statutum excludens filiam dotatam à successione materna, uel paterna, non excludere aliter filiam ab hæreditate matris, si illa dotata non reperiebat à patre tēpore mortis matris: quia cùm statutum hoc odiosum apertè sit, tanquàm excludens filiam à successione materna, contra l.maximum uitium. C. de liber. præter. debet strictè intelligi, & non extendi ad casum, in quo non reperitur qualitas requisita à statuto.c.circa statutum, de elect. libro 6. sed statutum illud excludit filiam dotatam à successione,& sic requiritur, quòd tempore successionis illa esset dotata, ad hoc ut statutum uendicet sibi locum. Nec debemus recedere à lege communi, nisi quatenus reperiatur in statuto.l. præcipimus.C.de appella. Nec obstare ait,quòd filia fuerit maritata à patre: quia respondetur,statutum fore intelligendum, quando tempore successionis maternę reperiretur dotata à patre, adeò quòd non sufficit, quod post hæreditatem delatam matris fuerit dotata.

3 Ex quo qualitas apposita in aliqua oratione, intelligitur secundùm tempus uerbi, ad quod refertur. ita Bar.in l. ex facto. ff. de vulg.& pupil.subst.And.de Alferiis in d.consil.35 num.3.& Dec.consil.14.In casu,col.2. & est tex.in l.Titius.ff. de milit. testam. & in l.in delictis.§.si extraneus.ff.de noxal.

4 Nam cùm uerba statuti dicant, quòd filia dotata non succedat,illud uerbum dotata, indubitanter refertur ad uerbum succedat: vndè debet esse dotata tempore successionis,& non post.ita Corn.conf.75. uolu. 1. Cephal.consil.5.num.26.uolu.1.Ias. in l.fin. C.de pact.Curt. Iun. consil.10. colum. 3. in fin.Dec.consil.71.colum. 1. & consilio 266. colū.1.Natta. consilio 74. colum.pen.uol.1. Brun.in tract.exclus.fœm.in 6. art. princip. quæst.16.Soc.Iun.consilio 5.num.16. uol. 2. Alex. consil. 83. Viso themate suprascripto, n.10.ubi nõ obscurè adducit istam esse communem opinionem, volumine 3. & Ripa, in l.ex facto,numero 31. ff. de vulgar. & pupillar.substit. *Cõis opin.*

5 Et in terminis pręsentis statuti difficultatem tollit,& penitus remouet Alexan.consilio 48.Viso statuto sub rubrica de successione,colum.1.uol.3.ubi consuluit, quòd si statutum dictat, quod si quis intestatus decesserit relictis filiis masculis legitimis,& naturalibus, si filiæ sint dotatæ ab aliqua ex personis ibi nominatis,non admittitur ad successionem ab intestato vnà cum fratre, uel nepotibus ex fratre in bonis patris,uel matris. & insuper,quòd plus est, disponat, quòd debeant esse dote contentæ, & non possint succedere,nec aliquid petere in bonis patris,uel matris, quòd ad hoc vt filia dicatur esse exclusa à statuto,requiritur, quòd fuerit dotata tempore mortis patris, uel matris, de cuius hæreditate agitur.undè isthæc decisio Alexādri est similiter in terminis propriis præsentis statuti; imò in fortioribus, cùm per alia uerba expressiora constet quodammodò de mente propria statuentium, uolentium omni ferè casu excludere mulieres dotatas: nihilominus cùm nominatim, & expressim statutum non loquatur, vt filia excludatur à bonis patris, uel matris, etiam post eorum mortem extiterit dotata, meritò communis Doctorum schola concurrit cum ista aurea decisione Alexādri;quem refert, & sequitur Rolan.consilio 96.numero 29.in fine. volum. 4. qui consuluit in materia huius statuti. *Cõis opin.*

6 Facit etiam aliud consiliū Alexan. 151. colum. 1. uolum. 2. ubi ait, quòd licèt ualeat statutum,quòd dotata à patre, uel à fratre secundùm uires facultatum patris, uel fratris sui, debet dote remanere contenta, nec uenire possit ad successionem cum fratribus in bonis paternis: tamen vt filia excludatur ab hæreditate paterna, requiritur eam extitisse dotatam tempore delatæ successionis, & consequenter tempore mortis patris: adeò quòd actus dotandi superueniens post mortem patris non debet eam excludere ullo modo à successione paterna sibi delata tempore mortis patris. & idem cum Alexan. consuluit Soc. consilio 121. colum.1.uol.1. ubi post Bart. per eum citatum asseuerat, quòd stante statuto, vt dotata de bonis patris, vel matris ad successionem uenire nequeat, quòd mulier tunc dotata à fratre post mortem patris de bonis communibus,posset petere residuum dotis suæ: vtpote quia statutum ipsum intelligi deberet de illa quæ tempore mortis dotata reperiretur. & in his propriis terminis, uidelicet, in filia dotata à fratre post mortem patris, consuluit Natta consilio 74. columna quarta, in fine, uolum. 1. ubi expressè concludit statutum hoc considerare potentiam,quæ competit, spectatq; filiæ ueniendi ad hæreditatem parentum,& excludere eam ab

ab ipsa potentia veniendi: vnde vt excludatur eadémet filia, debet necessariò esse maritata vno nimirùm tẽpore, quo uenire queat ad hæreditatem, quod syncerè, & absq; dubio est tẽpus delatæ hęreditatis. ita Corn. cõs. 131. col. 2. vol. 4. & in his terminis consuluit quoque Rolã. in præcitato cons. 96. uol. 4. scilicet in filia dotata post mortẽ patris. vbi per memoratas decisiones cõcedit, non obstante statuto prælibato, ipsam filiã posse succedere vnà cũ fratribus in bonis patris, cùm sit, & fuerit dotata post mortem patris. & ita cõsuluit de præsenti anno 1581. D. Pompeius Leonardius Iuriscõsultus Reatinus, tanquã scrutator claræ veritatis, ad fauorem D Barbaræ Barnabei Reatinæ, vt nõ obstãte statuto Reatino, disponente, quòd filiæ dotatæ à patre, auo, matre, fratre, vel de bonis suis, uel relicto in testamento nomine dotis, non possint succedere ab intestato alicui proximiori consanguineo, nec parentibus suis, vnà cũ fratre, uel nepotib' ex fratre præmortuo, vt ipsa D. Barbara, quę tẽpore mortis matris non erat, nec reperiebatur dotata, sed posteà dotata per patrẽ excludatur à successione materna. cui cõsilio tanquã fertili, & in stabili fundamẽto ueritatis radicato, se meritò subscripserunt D. Horatius Mandosius, & D. Ioannes Baptista Raymundus Iurisconsulti Romani celebris nominis, prout eidẽ cõsilio me subscripsi ẽt, aliqua fundamenta in mediũ adducendo pro eius robore, & firmitate.

7 Sed ubicunq; vigeret statutũ solùmodò excludens filias à patris hęreditate stantibus masculis, tunc illud indubitãter nullũ sibi locũ vendicaret in hæreditate materna. secundũ Corn. cõs. 150. col. 1. uol. 2. Tiraq. in tract. primigen. quæst. 9. n 1. And. de Iser. & Afflic. in constit. Regni, In aliquibus, libr. 3. de succes. fil. com. rub. 23. n. 72. ubi ad lucem adducit istam esse communem opinionem & Lall. de Tuscia ẽt ibi post prin. in 1. notab. contra Glo. ibi contrarium asseuerantem.

Cõis opin.

8 Et ratio viuax assignari posset isthæc, quoniã statutum non trahitur ullo modo ad casus nõ expressos, nec ad personas similes expressis. vt efficax testimonium est Bal. in l. illã, col. 1. C. de collat. in l. si defunctus, col. 1. & in l. si circa prin. C. de suis, & legit. & Ant. Gabriel. conclu. 48. col. 4. uer. In capite ẽt, lib. 2.

*SVMMARIVM.*

1 *STATVTVM excludens sorores stãtibus fratribus, habet locum etiã, quando extarent filiæ fœminæ fratris prędefuncti, & sic nepotes, quę uigore ipsius statuti excluduntur á successione patrui, sicut sorores.*

2 *Statutum excludens fœminas stantibus filijs masculis, excludit etiam neptē ex filio masculo, ex quo in statutis inclusio vnius, est etiam omnium aliorum exclusio.*

3 *Statutũ Vrbis disponens defuncto ab intestato sine filijs succedant pariter germani fratres, & non vterini, exclusis sororibus, dummodò congruè dotentur, uel sint parati eas dotare, excludit etiam neptem, & sic filiam fratris, secundùm Rotę Romanę decisionem.*

4 *Statutum respicit tempus futurum, non autem pręteritum.*

5 *Statutum excludens filias fœminas, stantibus masculis, non uidetur aliter excludere neptem.*

6 *Filius in successione legali intrat locum patris: & ubi tractatur de successione patrui, nepos succedit vnà cum patruo.*

7 *Statutum extendi non debet ad personas non nominatas in ipso statuto.*

8 *Statutum tantum disponit, quantum eius uerba loquuntur, & non ultra,*

9 *Verba adaptata ad aliquas personas, non porriguntur ad alias personas non nominatas.*

10 *Statuti limitata dispositio certarum personarum producit limitatum effectum, & non comprehendit alias personas, & casus non expressos.*

11 *Priuatio iuris competentis non habet locum, nisi expressè á lege exprimatur.*

12 *Statutum in quo non nominatur neptis ex filio, cum illud tunc non excludit.*

13 *Statuti uerba in dubio intelligi debent, vt minus iuri communi derogetur, etiam si opus esset ea impropriare.*

14 *Statutum cùm sit stricti iuris, strictè intelligendum est, tanquàm iuri communi contrarium.*

15 *Exceptio non fit de una persona ad aliam, & sic de sorore ad neptem.*

16 *Extensio de una persona ad aliam non fit, etiam ex coniectura mente testatoris.*

17 *Statutum arctius intelligendum est, quàm dispositio testatoris.*

18 *Statutum non solùm excludens sororem, sed etiam filiam ex capite exclusiuo, non comprehendit neptem ex filio.*

19 *Octauius Viuius laudatur.*

20 *Soror ubicunque excluditur á statuto, multo magis excluditur neptis, tanquam remotior: sed hoc procedit in nepte ex sorore, non autem in nepte ex fratre.*

21 *Statutum excludens matrem, extante patruo, non procedit in patruo magno.*

22 *Extensio non fit à ratione conseruandę agnationis.*

23 *Extensio prohibita est, etiam ex maioritate rationis in statutis excludentibus fœminas.*

24 *Patruus, vigore statuti, excludens sororem, non excludit amitam, licèt ea remotior sit, ex quo si statutum hoc uoluisset expressisset.*

25 *Statutum excludens filias, non excludit filias non dotatas.*

OPI-

## OPINIO DCCCLXIX.

1 
TATVTVM excludēs sorores extantibus fratribus, sortitur locū etiam indubitanter, vbicunque extarent filię fœminę fratris prędefuncti, & sic neptes, quæ uigore ipsius statuti facilè excluderētur à successione patrui, quemadmodum & sorores. Et ratio ea est, quia ratione agnationis, & masculorum uidetur conditum statutum hoc, vt bona conseruentur in familia; imò mens quoque statuentis hoc apertè suadere censetur, uoluisse comprehendere etiam neptem. vt notatur in l. 1. C. ad le. Iul. de adult. & in l. 3. §. videndum. ff. ad Tertul. & ita Bar. in l. . ff. de uent. inspic. ne vtique melioris conditionis sit neptis, quę reperitur in remotiori gradu, quā soror, quæ est in proximiori, contra tex. in l. si uiua matre. C. de bon. mater. vt innuit Fulgos. in l. 2. C. de in ius uocan. & sic quod d sponitur in filio, d sponit & in nepote. teste Bal. in l. quod uerò, quęst. 1. C. de legib. concludens constanter ibi, statutum excludens filiam dotatam, excludere etiam nepotem.

2 Et quamuis ex capite exclusiuo fœminarum non uideatur exclusa neptis, cùm nominata aliter non extet in statuto: nihilominus tamen ex capite inclusiuo masculorum uidetur exclusa: nam inclusio unius est omnium aliorum re ipsa exclusio. l. quod in rerum. §. si quis pòst. ff. de leg. 1. & Bal. in d. l. quod uerò. & in l. si vetò. §. de uiro. ff. sol. ma. & in l. maximū vitium, in 2. notab. C. de liber. pręt. Bero. consi. 151. num. 17. uol. 2. & Paul. Castrens. in l. qui exceptionem. ff. de condit. indeb. ubi docet, statutum excludēs fœminas, extantibus filiis masculis, excludere etiam neptem ex filio masculo, ex quo planè tunc maior uiget ratio illam remotiorem excludendi. l. cui pacto ff. de ser. expor. Bal. in d. l. si uerò. §. de uiro, in l. 2. in fin. C. de in ius uoc. & in d. l. maximum vitiū, Grat. consi. 53. n. 6. & cōs. 111. nu. 18. uol. 3. Syluan. consi. 1. sub num. 64. & seq. & Ang. in §. reliquum, in fin. in authē. de hęred. ab intest. ven. ponit regulam, quòd si quis excluditur à successione alicuius, censeantur ēt tunc exclusi filij, eiusque descendētes. & hinc Bar. in l. Nesennius. ff. de neg. gest. meritò concludit, quod constitutum, stabilitumq; in matre, obtineat locum etiam in auia, quia militat eademmet ratio. ita Dec. consil. 634 n. 5. & seq. ex quo commodè dici potest, quòd uirtualiter comprehendatur neptis sub præsenti statuto, comprehenditur enim sub ratione statuti; imò à lege dicitur scaturire quod descendit ex sententia legis. l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de uer. sign. l. cùm mulier. ff. solu. matrim. & ibi Bal. & Doct. in l. libertum. ff. de ritu nup. quod quidem statutum absq; dubio aliquo conformari uidetur cum iure communi antiquo, quo statuebatur, quòd filij fratris, & sic nepotes nullatenus succedebant patruo, extantibus aliis fratribus patrui, sed duntaxat succedebant fratres. l. consanguinitatis iure. ff. de legi. hæred. l. 2. C. de succes. edict. & l. auunculo. C. communia de succes. & §. si plures, inst. de legit. agnat. success.

3 Et secundū istam opinionē ita illustratā, religiosè more suo, iudicauit Rota Romana de præsenti anno 1581. referente Domino Seraphino, meritissimo auditore, & sydere fulgentissimo ipsius Rotæ, in causa in ea uertente inter Dominos Antonium, & Octauium Emilianos, nobilissimæ prosapiæ Ciuitatis nostræ Aquilæ, filios nobilissimæ & Illustris D. Iacobæ Capranicę de alma Vrbe, ex una parte, & inter dominas Claudiam, & Ientelescam Capranicas, filias D. Stephani Capranicæ ex altera parte, dum tractabatur de successione hæreditatis D. Cæsaris Capranicæ patrui antedictæ D. Iacobæ, & de uiribus statuti almę Vrbis, disponentis, defuncto ab intestato sine filiis succedant pariter germani fratres, & non uterini, exclusis sororibus, dummodò cōgruè dotentur, uel sint pars ti eas dotare. & quia tēpore mortis pręfati D. Cæsaris, extabat pręmemoratus D. Stephanus eius germanus frater, qui acceperat eius hęreditatem: ideò per ipsam Rotam decisum, determinatumq; extitit, quòd sub ipso statuto comprehendatur etiam neptis, & filia fratris.

4 Verùm quia tempore sanctionis, atq; publicationis eiusdem statuti, mortuus reperiebatur prælibatus D. Cęsar: proindè per Rotā prudētissimè, & relig olissimè procedendo, extitere reseruata iura eisdem Dominis Antonio, & Octauio, & pariter concessus, elargitusque terminus ad probandum, docendū, & ostendendum mortis tempus eiusdem D. Cęsaris, ex quo pretendebant, & prætendunt ipsi Domini Antonius, & Octauius, statutū hoc respicere tantummodò tempus futurum, non autem tempus præteritum. vt firmant Doct. omnes in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Alex. consil. 141. Viso testamento, & considerato themate, num. 8. vol. 2. & Fel. amplè in c. quoniam contra, de proba. ubi ad lucem adducit istam esse communem opinionem, & eam in nonnullis casibus ampliat, & limitat. *Cōis opin.*

5 In contrariam uerò sententiam, uidelicet, quòd non excludatur neptis per præsens statutū, sed succedat cum patruis ad hæreditatem alterius patrui, prout disponit ius cōmune,

mune,& sic tex.in §. reliquum,in auth.de hæred.ab intest.ven.inclinarunt Bar.& Saly. in auth.post fratres.C.de suis & legi. qui apertè deducunt,atque ostendunt,quòd solus filius intrat in locum patris,quando agitur de successione aui,vel patrui,& Alex. etiam cõ silio 44.uol.5.

6 Et ista est cõmunis regula, filium in successione legali intrare in locum patris. secundùm Glos.& Bal.in l.cùm ita.§.in fideicõmisso.ff.de leg.2.& Dec.consil. 1. num.3. & consil.553.num.1.vbi firmat,quòd vbicunque tractatur de successione patrui, nepos succedit vnà cum patruo,per auth. cessante. C.de suis & legit.Alex.consil.137.uolu.1. & cons.26.uol.3. & Natta consil. 581.num. 1. uol.3. & Soc.cons.122.

Cõis opin.

7 Cumque statutum memoratum non loquatur aliter de nepote ex filio, meritò igitur eam nullatenus excludit.ita Corn. cons. 82.num.6. uol. 4. nec eius exclusio deberet extendi ad personas in ipso statuto non nominatas.teste Bal.in l.si defunctus, in prin. C. de suis,& legit.Alex.consil.97.num. 10. vol. 2.Dec.cons.246.post num.6.& cons.451.numero 9.Corn. d. cons.82.nu. 9.Patis.cõs.47. num.80.cum aliis seq.uol.3.Ruin.cons.143. num.9.in fin.uol.2.& Rolan.cons.96.numero15.& seq.uol.4.

8 Quoniam statutum tãtum disponit,quãtum ipsius uerba loquuntur,& non ultra.l.si uerò.§.de viro.ff.sol.matrim.& Bal.in l. testamenta omnia.C. de test.

9 Vndè uerba adaptata ad aliquas personas, non porriguntur modo aliquo ad alias personas non nominatas.l.fin.& ibi Bald. C. de interd.matrim.

10 Imò dispositio limitata statuti certarum personarum, producit dubio procul effectũ limitatum, & non comprehendit aliter alias personas,uel casus non expressos. l. in agris. ff.de acq.rer.dom. l. cancellauerat. ff. de his quę in testam.delen.c. susceptum,de rescrip. libr.6. & l. commodissimè, & ibi Bald. ff. de liber.& posthum.

11 Et eo facilius, atque commodius concludendum venit,quòd vigore statuti huius nõ excludatur neptis,quanto priuatio iuris cõpetentis non sortitur aliter locum, nisi expressè à lege exprimatur. secundùm Bal. in auth.ex testamento.C. de secund. nupt. ubi allegat tex.in §.cùm igitur,auth. de nõ elig. secund.nub.& facit tex.etiam in l.at si quis. §.diuus.ff. de relig.& notatur per Glos. in c. fin. de iurepatronat. & per Dec. in d. consilio553.num.5.

12 Et consequenter cùm non sit nominata neptis in statuto,meritò concludendum est, quòd per id nequaquam excludatur, & vt casus omissus remaneat in dispositione iuris communis, & quod non mutatur, firmum permaneat.l.sancimus.C.de testa. l. præcipimus.C.de app.& potissimùm quãdo essemus in odiosis, in quibus non fieret extensio de uno casu ad alium.l.maximum vitium.C.de liber.preter l.cùm quidam.ff.de lib.& posth. l.Gallus.§.& quid si tantùm.eod. tit. l. si extraneus.ff.de cond.ob caus.& d.l.si uerò.§.de uiro.ff.solu.matrim.prout in statuto restringente successionem, quod est odiosum. ita Bal.in l.quoties,in princ.C.de suis & legit. & in l.si defunctus,in princ.eod.tit.quo nempè casu fieri extensio nequit modo aliquo ad personam magis remotam. vt efficax testimonium est Alex.consilio 97.uolu.2. & Dec. consilio 346.

13 Et hinc succedit etiam, quòd uerba statuti in dubio intelligi, interpretarique debẽt, ut minus iuri communi derogetur, etiã si opus foret ea impropriare. vt firmauere Glo.Abb.& alij in c.cùm dilectus, de cõsuet. & Dec.cons.451.sub num. 5. Nam quæ speciali iure conceduntur, ueniunt absq; dubio aliquo strictè assumenda,atque intelligenda. l.mihi & Titio.ff.de condit.& demonst. & notat Glo.in c.si super gratia,de of.deleg.lib.6.

14 Et cùm statutum stricti iuris extet, meritò illud strictè intelligendum, tanquàm iuri communi contrarium.ita Bar. in l. constitutionibus.ff.ad municip.& in l.omnes populi, in uers.4.ff. de iust. & iur. ideò concludendũ est,quòd soror tantùm excludatur,tanquàm nominata,non autem neptis,de qua nulla ad modum extitit facta mentio.arg.l. cùm prætor.ff.de iud.& l.statuliberum.§.statim.ff. de lega.2.& l. quos prohibet, cum aliis similibus.ff.de postul.

15 Nec posset ullo modo fieri extensio de vna persona ad aliã,ut de sorore ad neptem. secundùm Inno.in c.dilectus,colum.1. de cap. mo.Cyn.in l.1.in fin.de emancip.lib. & Pau. Castren.cons.312.Quoniam adiectione,col. fin.quamuis ex tacita mente statuentis colligatur,appareatque velle etiam includere neptem,utpote quia mens coniecturata non atenditur, vt in substitutione facta si sine liberis decedat, extantibus liberis euanescit absque scrupulo aliquo substitutio ipsa,etiam si postmodum moriantur filij sine filiis,qui sanè faciunt substitutionem euanescere, & tamen si testator extitisset interrogatus idem disposuisset,ne plus uideatur tribuisse nepotibus,quàm filiis.

16 Quia mens coniecturata non extenditur de vna persona ad aliam.vt concedunt Aret. in l.Gallus.§.& quid si tantùm.ff. de liber. & posth.Oldr.cons.21.Ioan.And. in add. Spec. in tit.de test.§.in primis, in ultima quęst. incip. Quinta quæstio,& Paul.Castrens. in l. ex facto.§.pen.ff.ad Trebel.& cons.170.Ne impropriis

propriis uocabulis utamur. Glos. in l. Titius. ff. de liber. & posth. & est tex. in l. si quis ita. §. pen. ff. de testam. tut. Dec. consil. 211. numero 5. & cons. 465. num. 16. & in l. illam. C. de collat. Grauet. consil. 98. num. 13. & Marsil. singul. 499.

17 Quare si hoc procedit in dispositione testatoris, tanto magis sortitur etiam locum in statuto, cùm arctius sit re ipsa intelligendum statutum, quàm dispositio testatoris. l. quicquid astringendæ, & ibi Bar. ff. de uerb. oblig. l. constitutiones. ff. ad municip. l. in testamentis. ff. de reg. iur. & notatur in c. dilecti, in fin. extra de donat. & per Cephal. consilio 80. numero 7. uol. 1.

18 Quodque confirmatur ea ratione: quoniam statutum non solùm excludens sororé, sed etiam filiam, ex capite exclusiuo non cóprehendit aliter neptem ex filio. ita Bal. in l. 2. num. 5. cum quo trásire uidetur Pau. Cast. num. 4. C. de in ius uocan. Anchar. in c. canonum statuta, uers. His igitur quinque membris, de const. Curt. Sen. consilio 44. colum. 9. & 13. Soc. consil. 122. nu. 2. uol. 3. Ang. Aret. in §. ius autē ciuile, in fi. inst. de iur. nat. gent. & ciuil. & Ias. qui planum facit istam esse cómunē opinionem, in l. qui exceptionem, nu. 1. ff. de cód. indeb. Paris. etiam consilio 41. numero 79. & seq. uolum. 3. Ruin. consil. 143. numero 8. vol. 2. Soc. Iun. consil. 168. num. 12. uolum. 2. & Rolan. à Valle cōs. 82. nu. 22. uol. 3. ita pro ista opinione extitit strenue consultum, atque responsum per nonnullos illustres Iureconsultos in alma Vrbe, qui tanquàm diuini uates ad hanc ueritatem ostendendam, inuento alto mari, in eo ad ocium mehercle non laborarunt.

Cōis opin.

¶ Et cùm uersa uice adducerentur horribiles illę dissidentium opinionū procellę, Domini de Rota meritò per complures dies stetere perplexi, in quam partem inclinare deberent; & considerantes denique, quòd agnationis fauore extiterat cōditum statutum, vt bona conseruarentur in familia, incliuauerūt atq; iudicauerunt ad fauorem masculorum, declarando quòd per ipsum statutum excludatur neptis, & sic filia fratris, sicut soror.

19 Cæterùm D. Octauius Viuius frater meus, uere lumen, & decus Ciuitatis nostrę, & vas ingenij, maturique iudicij plenum, accuratissimè consuluit pro parte negatiua ad fauoré antedictorum Dominorum Antonij, & Octauij eius cognatorum, qui subtiliter defendendo istam opinionem nonnulla in medium afferebat maxima consideratione digna, quæ breuitatis studio supprimuntur.

20 Qui etiam, ut in præsentiarum memoria teneo, ita cōsideratè illam difficultatem, quæ excitabatur, quòd si excluditur soror, multo magis debeat excludi etiam neptis, tanquā remotior, per d. l. si uiua matre, penitus remouebat hac viuaci ratione, uidelicet, quòd hoc sortiatur locum in nepte ex sorore, non autē in nepte ex fratre ita Cephal cons. 46. nu. 36. uol. 1. & Ant. Gabriel. de fideicom. conclus. 6. num. 16. in quibus utique locis, facilè ostendunt, illam conclusionem, quòd ubicunq; dicitur exclusa filia, cēseatur exclusa neptis, ne illa iure reluctante melioris conditionis reddatur, procedere in nepte ex filia, & non in nepte ex filio masculo. Et ratio differētię apertissimè colligitur ex traditis per Ruin. consilio 143. post num. 9. uolu. 2. Imò etiam quia argumentum. d. l. si uiua matre, obtinet nimirùm locum absque scrupulo aliquo in linea ascendenti, & descendenti, non autem in linea transuersali, quo inquam casu non militat eadem ratio. §. inter eas, instit. de nup. Et proindè dispositio, quę rupto testamento cóseruat legata liberis, & parentibus. vt l. 1. ff. de leg. pręst. non uēdicat aliter sibi locum in fratribus. tex. est in l. 3. §. liberis. ff. de leg. præstan. & ita firmant Dec. consil. 688. & Bero. consil. 115. Stantibus in proposito themate enarratis, num. 20. uol. 2. quoniam non debet esse melioris conditionis neptis nata ex sorore, quàm ipsa soror: & tunc valet argumentū à maioritate rationis, ex quo nititur iuribus matris, & si excluditur mater multo magis neptis. teste Bar. in l. 2. C. de liber. præt. & in l. 1. §. si fit nepos. C. de coll. dot. & Grauet. consilio 127. nu. 1. Sed ubicunque neptis non foret ex sorore, uerùm ex fratre, qui uocetur ad successionem, etiam vigore statuti, & tunc syncerè nititur iuribus sui patris, & eùm hic adsit diuersa ratio, meritò militat diuersa iuris dispositio. ita Ruin. in d. consil. 143. num. 8. uol. 2. & Cephal. in d. consil. 46. num. 36. Imò minor ratio est exclusionis neptis, quæ repręsentat personam sui patris, quàm sororis. & cùm habeat etiam plus iuris, ideoque non posset fieri isthæc extensio ad casum, in quo uigeret minor ratio. attestante Soc. cons. 122. nu. 4. uol. 3. & Grauet. cons. 6. num. 10.

21 Nec non illi rationi fauore agnationis adductæ responderi facilè posset, quòd illa ratio restringitur ad personas specificatas tantùm, non autem ad personas non expressas: vt si statutum excluderet matrem extante patruo, non haberet vtique locum in patruo magno: & nihilominus fauore agnationis illud introductum dilucidè discernitur, & vt bona conseruentur in familia. ut concedunt Bal. Castren. & alij omnes in l. 1. C. de succes. edict. Alex. consilio 97. uol. 2. Rom. cons. 411. Bald. consilio 12. uol. 3. Soc. consil. 30. & Dec. cons. 451. in fin.

22 Et quòd non fiat aliter extensio à ratione conseruandæ agnationis. ita firmat Alex. in dicto consilio 97. Aret. consilio 27. in fine Dec.

Dec.consilio 57.numero 10. vtpote quia illa ratio fauore agnationis intelligitur de fœminis descendentibus, de quibus statutum loquitur, non autem de quibus non loquitur. teste Dec.consil.287.sub num.9.& Bart. in l. liberorum. ff. de uerb. signific. ubi finaliter concludit, atque determinat, quòd ab illa ratione conseruandæ agnationis, cùm expressa non sit, argui nequeat: sed illa ratio extenditur ad personas specificatas duntaxat. secundùm Dec.in dicta.l.1.C.de success. edict. Bal. in l.si defunctus.C.de suis,& legi.& Alex. cõsilio 80.uolum.1.& Bero. consilio 154. Super dubitatione inter partes nunc orta, numero 6.uolum.2. Et ratio ea est: nam ex indeuti tate rationis non inducitur correctio legis. auth.quas actiones. C. de sacrosan. eccles. & facit quod notatur per Glos. in c. cùm dilectus, extra de consuet.& per Dec.in d.consilio 451.num.9.

23 Et quia etiam in huiusmodi statutis excludentibus fœminas est prohibita extensio, etiam ex maioritate rationis. ita Alex.consilio 153.sub num.4 uolum.7. qui ibi planum facit istam esse communem opinionem. Cõis opin.

24 Et inde est, quòd si patruus excluderet sororem, non excluderet aliter amitam, licèt remotior foret. secundùm Alex.consil.97.numero 9.uolum.2. Bal.in l.sed & milites. ff. de excusat.tut.in l.illam, in princ.C. de collat. in l.quod uerò, uers.Item pone. ff. de legi. & in l.& si quis, uers. Et facit ad quęstionem.C. ad Tertull. Anchar.in c.1.de constit.& Ioan. de Ana.cons.69. Pro breui expeditione. Quia si hoc statutum uoluisset, vtique expresßisset. l.si seruuus. §.non dixit prætor.ff.de acq. hęr. & l. at si quis. §. diuus. ff. de relig. & sumpt. fun. & Corn.consilio 82.numero 8.vol.4.

25 Vndè si statutum excluderet filias, non excluderet ullo modo filias non dotatas. teste Bar. consilio 31. & Bal. in l. si plures.C.de cond.inser. ubi adiicit etiam, quòd si illa dotata non sit, extet tunc casus omissus, & remaneat sub dispositione iuris, prout concedit etiam Paul.Castrens.consil. 108. Super eo de quo quæritur, per l. Fulcinius. §. cùm autem.ff.ex quib.caus.in posses.eat.& Dec.consilio 383.num.2.& Rom.consil.542.in princip. Et hinc denique concludunt Imol.in d.l. si uerò.§.de uiro.ff.solut.matrim.Dec.consilio 315.ante num.4.& Bal.in d.l.1.C.de success. edict. quòd si statutum excludat filiam existente filio, illud nullatenus obtinere locum existente nepote ex filio.

¶ Cæterùm non obstantibus istis rationibus,& aliis numerosis, quę adduci ad propositum possent, quæ me nullatenus deterrere potuerunt; concurro libentißimè cum prima opinione, tanquàm penitus pia,& sacrosancta; quòd statutum excludens sororem propter fratrem, fortius excludat neptem ex prædefuncto filio propter patruum, licèt de eis in statuto ipso nulla admodùm fiat mentio. Et licèt Rota ipsa, diuino afflante spiritu, talem opinionem firmauerit: tamen eidem sententiæ accedit etiam Soc. Iun. consil. 10. numero 17.uol.4. ubi meritò in medium reserauit illam esse magis communem, & Menoch.quoque consil.95. Et si doctè, num.86. & 96.volum.1. Cõis opin.

¶ Quoniam statutum præferendo filios masculos, agnationem,& familiam patris; cõseruare uoluisse uidetur, quæ indubitanter per masculos, non autem per fœminas conseruatur. l.1.§.penul.ff.de uentre inspic. l. lege.C.de legit.hęred.Cyn. in l. 1. C. de adult. Bar.in l.liberorum, colum.penul.ff. de uerb. signif.& Bal.in l.maximum uitium.C. de liber.præter.

¶ Immò licèt statutum ipsum excludens fœminas propter masculos, non expresßisset se hoc inducere fauore masculorum: nihilominus tamen ex præsumpta mente statuentium istud facilè colligeretur ex eo, quòd ad succeßionem masculos uocauit, illos filiabus fœminis pręferendo. ut cõcedunt Doct. vniuersaliter, & communiter omnes post Bal.in d.l.maximum uitium,& in l.eam quã C.de fideic & Soc in l.cùm auus, in 3.q. principali.ff.de condit.& demonst. Cõis opin.

Communium Opinionum Doctorum vtriusque censuræ, Authore Francisco Viuio, Iurisconsulto Aquilano,

## LIBRI SECVNDI FINIS.

*Terentius Turcanicus Aquilanus, V. I. D. corrigebat.*



Series chartarum.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm.

*Omnes sunt Terniones.*



# AQVILAE,

Apud Georgium Daghanum Monteripellium Sabaudium.
Anno Domini. M. D. LXXXII.

